(2)

DIVO

# HIERONYMO

# STRIDONIENSI

## ADSCRIPTORVM COMMENTARIORVM

## TOMVS OCTAVVS.

*In quo hæc continentur:*

Commentarij in Iob.
Commentarij in Prouerbia Salomonis.
Homiliæ quatuor Origenis in Canticum canticorum.
Commentarij in omnes Pauli Apoſtoli Epiſtolas.

*Quæ omnia ad fidem vetuſtiſſimorum exemplarium multis mendis ſublatis correcta ſunt, opera ac diligentia*

Mariani Victorii Reatini, Epiſcopi Amerini.

*Qui autem horum Commentariorum auctores credantur, ſequenti Cenſura apparebit.*




PARISIIS,

Apud Sebaſtianum Niuellium, ſub Ciconiis, via Iacobæa.
M. DC. II.

Cum Priuilegio Regis.

DIVO

# HIERONYMO STRIDONIENSI

## AD SCRIPTORVM COMMENTARIORVM TOMVS OCTAVVS.

*In quo hæc continentur:*

Commentarij in Iob.
Commentarij in Prouerbia Salomonis.
Homiliæ quatuor Origenis in Canticum canticorum.
Commentarij in omnes Pauli Apoſtoli Epiſtolas.

*Quæ omnia ad fidem vetuſtiſsimorum exemplarium multis mendis ſublatis correcta ſunt, opera ac diligentia*

Mariani Victorii Reatini, Epiſcopi Amerini.

*Qui autem horum Commentariorum auctores credantur, ſequenti Cenſura apparebit.*




PARISIIS,
Apud Sebaſtianum Niuellium, ſub Ciconiis, via Iacobæa.
M. DC. II.
Cum Priuilegio Regis.

# A MARIANI VICTORII D

## REATINI EPISCOSPI AMERINI,

*Cenſura Commentariorum, qui præſenti volumine continentur.*

DIVVS Hieronymus exponens Amos prophetam, dum quinto illius capite de Leuiathan mentionem facit, aſſerit ſe de eo, illiuſque natura in volumine Iob plura dixiſſe, ex quibus verbis apparet illum expoſitiones in Iob edidiſſe. Quæ res forſitan perſuaſit aliquos, vt hi in Iob commentarij, D. Hieronymi eſſe crederentur. Minime autem illius eſſe, ab eruditis ante nos iam receptum fuit: idque multis argumentis, rationibuſque probatur. Nam præter quod neque Hieronymi dictionem habent, & phraſim: nec etiam variæ eruditionis ſplē-doribus coruſcant: eorum auctor vulgata Bibliorum editio- B ne, contra Hieronymi ipſius perpetuo retētam conſuetudinem, ſemper vtitur. Nullibique, quod ille nuſquam non facit, Septuaginta, Aquilæ, Symmachi, & Theodotionis E interpretationum, meminit. Stilus ipſe, & commentandi modus, valde cum commentariis in prouerbia Salomonis conueniunt. Bedæ autem presbyteri Angli labores hos eſſe, iam penes omnes receptum eſt: illiusve nomine typis mandati etiam ſunt. Quam opinionem operis dicatio valde confirmat. Ad preces enim Vecterij (vt ex illius calce apparet) editum eſt. Fuit enim Vecterius apud Anglos Epiſcopus, vt teſtatur volumen illud, quod vulgo CRONICA ANGLICANA appellatur. Fauſtus Galliarum Epiſcopus, initio libri de creaturis, ex tractatu quodam D. Hieronymi recenſet aliqua, quæ ad verbum ſunt in fine xxv. capitis: ex quo illa huc allata, manifeſtum eſt. Floruit autē Fauſtus circa annū Domini ccccxxx. Philippus presbyter, Hieronymi inſignis auditor, edidit (teſte Gēnadio) etiā ipſe ſermone ſimplici in Iob cōmentarios, eiuſq; nomine a Trāſalpinis typographis impreſſi circunferuntur: libri ſcilicet tres, Nectario Epiſcopo dicati. Quorū principiū eſt. Adhortante te, imo potius cōpellente, Nectari pater Beatiſſime. Quos tamē Bedæ presbyteri potius eſſe, alij exiſtimāt: ſuntque inter opera Bedæ, & ſub titulo Bedæ a Germanis aliis impreſſoribus poſtea typis mādati: adeo inualuit, vt quidquid incertum habet auctorem, Bedæ adſcribatur. Verū quia eiuſdē hominis vtriq; cō- C mētarij eſſe nō poſſunt, ſequitur quod ſi illi ad Nectariū ſunt Bedæ, iſti ad Vecteriū Philippi potius ſint, quā Bedæ. Mihi autē magis perſuaſum eſt, hos qui Hieronymi nomine F circūferuntur, Bedæ eſſe, & illos Philippi preſbyteri, vt antea inuulgatū erat. Maxime enim cū cōmentariis in prouerbia Salomonis iſti conueniūt: Eos autē Philippi nō eſſe, vt infra apparebit, cōpertiſſimū. Bedæ autē eſſe, Tritemio auctore, iā penes omnes receptū.

Commentarij in Prouerbia Salomonis, ipſi etiā, vti antea animaduerſum cōmunique eruditorū ſententia receptū fuit, Hieronymū auctorē non habuerūt. Nam præter quod Hieronymiani ingenij ſublimitatē, doctrinæ præſtantiā, eloquētiæq; illius ſplēdorē præ ſe minime ferūt: dictio ipſa a Hieronymi plurimū diſſidet dictione. Nullibiq; lxx. Aquilæ, Symmachi, & Theodotionis interpretationū, quod ſēper facit Hieronymus meminit: Et (quod me maxime mouet) vulgata Bibliorū editione, cōtra ipſius Hieronymi cōſuetudinē, ſēper vtitur. Recētioris autē alicuius hominis opus eſſe, & lōge poſt D. Hieronymū ſcribentis, ambigi non poteſt: cum ſexto Prouerbiorū capite, ab ipſo Auguſtino petitum teſtimoniū his verbis proferat. Nā & B. Auguſtinus octo eſſe genera mēdacij, in libro, quē de mendacio cōpoſuit, docet. Rurſum capite xxiiij. ita ſcribit. Vnde eidē vitio mederi volēs Beatus pater Auguſtinus, hos in ſua mēſa fecit verſiculos deſcribi.

*Quiſquis amat dictis abſentum rodere vitam:*
*Hanc menſam indignam nouerit eſſe ſibi.*

A Inueniuntur autē hi verſus in ſermonibus,qui ad Fratres Eremitas inſcripti ſunt.At non ſolum Auguſtini mentionē facit operis auctor,ſed(quod amplius eſt) ipſius etiam Hieronymi,dum xxx.capite ita ſcribit.Nam & in libro Hebraicorum nominū inuenimus idem verbū Hebraicum שפן Saphan,in Hieremia,& Chærogryllū,& Leporem,& Ericiū a S.Hieronymo interpretatum.Profert etiam xxi. capite (ſuppreſſo licet nomine) Gregorij in Homiliis Euangelij teſtimonium,dum de litigioſa muliere interpretatur.Tritemius Abbas Bedæ preſbyteri Angli commentarios hos eſſe clare aſſerit: ſuntque iam inter Bedæ opera a Tranſalpinis impreſſoribus typis mandati. In quam ſententiam ipſe etiam,nihil retractans,pedibus eo.Homilias quattuor in Canticum canticorū Origenis eſſe(quamuis Bruno Amorbachius inficietur,Latinique potius hominis opus eſſe exiſtimet)mihi compertiſſimū eſt. Vtrū autē a D.Hieronymo Latinitate donatæ ſint, an potius ab alio quopiā,incertū.Ipſe certe Hieronymus,qui breuiores duas Origenis homilias in Canticū canticorū ad Damaſum vertit:quas ille in morē quotidiani eloquij ,paruulis adhuc lactentibus cōpoſuit(eas autem tertio volumine reperies) mētionem de his facit, & veluti eas poſtea interpretaturus eſſet,promittere videtur. Aſſerēs Origenē decem voluminibus,quæ ad viginti vſque verſuum millia perueniāt, Canticū canticorum expoſuiſſe. Quod opus ſe tum prætermiſiſſe ideo ait,quod ingentis eſſet otij,laboris,& ſumptuū,tantas res,tamque dignū opus, in Latinum trāsferre ſermonē.Eius autē verba E
B ad Damaſum ſummū Pontificem ſunt hæc.Origenes cum in cæteris libris omnes vicerit,in Cantico canticorū ipſe ſe vicit.Nā decē voluminibus explicitis,quæ ad viginti vſque verſuū millia pene perueniūt,primū Septuaginta interpretes,deīde Aquilā,& Symmachum,& Theodotionē,& ad extremum quintā editionē,quē in Actæo littore inueniſſe ſe ſcribit,ita magnifice,aperteque diſſeruit, vt inde mihi videatur in eo cōpletum eſſe,quod dicitur. Introduxit me rex in cubiculum ſuum. Itaque illo opere prætermiſſo (quia ingentis eſt otij,laboris,& ſumptuū,tantas res, tamque dignū opus in Latinū trāſferre ſermonem)hos duos tractatus,quos in morē quotidiani eloquij , paruulis adhuc lactentibus cōpoſuit,fideliter magis,quam ornate interpretatus ſum: guſtū tibi ſenſuū eius,non cibum offerens.Tu animaduertas quanti ſint illa æſtimāda , quæ magna ſunt, cum ſic poſſint placere,quæ parua ſunt. Quiſquis autē interpres fuerit,opus eſt eruditiſſimū, & ſenſuum maieſtate, & eloquij ſplendoribus coruſcans. Ipſe a Hieronymo verſum exiſtimare,quā affirmare malo:& ſi vocē ἀδελφιδὸς, quam Hieronymus in illis duobus ad Damaſum tractatibus,fratruelem vertat:Hic autē fraternū ſemper interpretetur.

Commētarij in tredecim Pauli Apoſtoli epiſtolas,Hieronymi,ipſi etiā minime ſunt: nam nec eius phraſim habent,nec eruditionē: quamuis in fronte operis epiſtolā ad Heliodorum inſcriptam,contineant:Quin potius hominis eſſe Pelagiana labe commacu- F
C lati compertiſſimum eſt(ni ea tantum quæ orthodoxa non ſunt,ab hæreticis potius ſint adiecta.) Notauit hoc ante nos Ambroſius Catharinus Politus Compſæ Archiepiſcopus,catholicæ religionis aſſertor:notauit & Sixtus Senenſis, quarto & ſexto Bibliothecæ ſanctæ volumine:vterque errores Pelagianæ hæreſeos, qui eo in opere inueniuntur, redarguentes.Si quis autem ſcire hoc concupiſcat,liquido ex expoſitione quinti ad Romanos capitis inueniet : vbi Adæ peccatum in humanum genus , non propagatione , & traduce,ſed exemplo tantum,& imitatione diffundi aſſerit : ac ſi illud non contrahant, niſi qui ætate adulta,& ad peccandū iam apta,Adā ſceleribus imitētur . Quod ipſum ex interpretatione ſeptimi capitis liquidius apparet . Enarrans enim illud , SINE LEGE PECCATVM ERAT MORTVVM, ita ſcribit.Item ſi cum lex non eſſet, peccatū mortuum eſt:inſaniunt qui de Adam per traducem aſſerunt ad nos venire peccatum . Quæ opinio quam impia,& hæretica ſit,nemo catholicorum ignorat.Ego quid de operis auctore ſtatuam,certi habeo nihil:niſi quod Hieronymi illud non eſſe , compertiſſimum eſt.Edi tamen curauimus eo modo,quo antea typis mandatum circūferebatur,ne quid priori editioni deeſſet, nulla quidem ſyllaba a nobis auctum,diminutum, aut immutatum:Lectorum arbitrio,quid de illo exiſtimare velint,penitus derelinquentes.





# A IN IOB PROOEMIVM. D

*IOB qui dolens, vel magnus interpretatur, figuram Chriſti portauit. Amici vero eius figuram hæreticorum tenent, qui ſub nomine Chriſti, Chriſtum blaſphemant & impugnant. Heliu vero & Baalam, typum præferunt philoſophorum, qui a foris, ideſt, extra fidem poſiti, inſidiantur eccleſiæ dei. Iſti enim pretioſa nomina ſibi imponunt, quaſi ipſi ſint aurum dei, vel præcipui ſpeculatores eius. Eliphaz enim in Latino dei mei aurum ſonat. Baldad, præcipuus vetuſta ſecreta. Sophar ſpeculator vel buccina. Hi enim elati, pro eo quod per naturæ bonum, aliqua ſapienter prædicabant, apud ſe iactitantes ſeueritatem, cum aſſertores ſint mendacij: quia de Chriſto, non vt diuinitati eius, ſed vt ipſorum impietati competit, ſic loquuntur.*

איוב
אליפז
בלדד
צופר

## COMMENTARII IN IOB.

### CAP. I.

VIr erat in terra Hus nomine Iob. Et erat vir ille ſimplex & rectus ac timens deum, & recedens a malo. Natique ſunt ei ſeptem filij,&tres filiæ. Et fuit poſſeſſio eius ſeptem millia ouiū, & tria millia camelorum : quingenta quoque iuga boum,& quingētæ aſinæ:ac familia multa nimis. Eratque vir ille magnus inter omnes orientales. Et ibant filij eius & faciebant conuiuia per domos vnuſquiſque in die ſuo. Et mittentes vocabant tres ſorores ſuas, vt comederent & biberent cum eis.Cumque in orbem tranſiſſent dies conuiuij,mittebat ad eos Iob,& ſanctificabat illos:conſurgenſque diluculo,offerebat [b] holocauſta per ſingulos.Dicebat enim : Ne forte peccauerint filij mei & benedixerint deo in cordib⁹ ſuis . Sic faciebat Iob cunctis diebus.Quadam autē die cum veniſſent filij dei vt aſſiſterent coram dn̄o: affuit inter eos etiā Satan. Cui dixit dominus : Vnde venis? Qui reſpondens ait: Circumiui terram,& perambulaui eam . Dixitque dominus ad eū : Numquid conſideraſti ſeruū meū Iob: quod non ſit ei ſimilis in terra, homo ſimplex & rectus ac timens deum,& recedens a malo? Cui reſpōdens ſatan ait:Numquid fruſtra Iob timet deū? Nonne tu vallaſti eum ac domū eius vniuerſamq; ſubſtantiā eius per circūitum? Operibus manuū eius benedixiſti,& poſſeſſio eius creuit in terra . Sed extende paululū manū tuā,& tāge cūcta quæ poſſidet, niſi in faciē benedixerit tibi. Dixit ergo dn̄s ad ſatan:Ecce vniuerſa quę habet,in manu tua ſunt:tantū in eū ne extendas manū tuā. Egreſſuſque eſt ſatā a facie domini . Cum autem quadam die filij & filiæ eius comederent & biberent vinum in domo fratris ſui primogeniti , nuntius venit ad Iob qui diceret : Boues arabant , & aſi-

B VIr erat in terra Huz nomine Iob. Et erat vir ille ſimplex, & rectus, ac timens &c.*] Huz & Buz filij fuerunt Nachor fratris Abrahæ filij Melche ſororis Saræ : de cuius ſtirpe Iob deſcendit. Non ſicut quidam falſo ſuſpicantur de genere eum fuiſſe Eſau. Nam Eliphaz naſcitur de Ada vxore Eſau;& regnauit in Theman , vnde etiam Themanites dictus eſt. Theman,Idumęa,Seir,Daroma, Zebora,regio fuit Eſau. Habitauit autem Iob vir magnus in terra Huz , quæ interpretatur conſiliatrix. Sed & Elchana , qui interpretatur poſſeſſio dei, pater ſanctiſſimi Samuelis prophetę, vir vnus appellatur : non enim per diuerſa mobilis atque inſtabilis ferebatur , ſed firmus atque inconcuſſus perſiſtens , vir vnus erat , & iccirco in monte Ephraim fructifero morabatur. In alta ſcilicet contemplatione virtutum , vt a nullis ſubiacentibus & circunlatrantibus vitiorum agitationibus, mentis eius ſublimitas deiiceretur , vel vnitas ſcinderetur. Proinde hic vir magnus atque egregius Iob , in terra Huz habitaſſe perhibetur, quæ conſiliatrix interpretatur . Non enim terra carnis eius , animum ipſius ſuperabat , ſed imperantis animi conſilio , cuncta faciebat: vnde & ipſe ait : Pepigi fœdus cum oculis meis , vt ne cogitarem quidem de virgine . Hoc ergo conſilium & pactum quondam ſibi inuicem inierunt, homo eius interior & exterior : vt terra, ideſt , caro eius , obediendo fieret conſiliatrix ſpiritui,ne in ea dominaretur iniquitas. Et quia vir iuxta diuinum teſtimonium ſimplex erat,habitans in domo, quattuor his pollebat virtutibus,prudentia,iuſtitia, fortitudine, temperantia.

1.Reg.1.a

C

Iob.31.a

b *Offerebat holocauſta per ſingulos.Dicebat enim:Ne forte peccauerint &c.*] Pro filiis ſuis,quos ita regebat,vt non tam pro præſentibus criminibus,quā pro occultis in corde peccatis, quæ hominum quoque fugere notitiam poſſunt, diuinam clementiam , aſſiduis ſacrificiis exoraret . Priuilegium vero offerendi primogenitis, vel maxime regibus debebatur : pro excellentia videlicet ſapientiæ vel nobilitate generis:Et quia typum Chriſti Iob ferre diximus, videamus nunc quid terra Huz in Chriſto ſignificet. Terram hāc, aſſumptum verum hominem ex Maria intelligimus,quę ideo filio dei aſſumente eam , conſiliatrix dicitur, quod per diuinitatem aſſumentis habitant in ea theſauri diuinæ ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi:quam ſibi ita indiſſolubili connexione coniunxit , vt ipſe in trinitate vnus ſit filius dei. Septem vero filij , ſeptiformem ſpiritus ſancti gratiam: & tres filiæ , legem , & prophetiam & euangelium nobis videntur ſignificare . Omnes plebem Chriſti, propter innocentiam,quæ in baptiſmo ſordes peccatorum depoſuerint nominat . In camelis vero,gentium prauitatem, cum oneribus criminū & tortuoſis ſenſib⁹ ad Chriſtum venientium oſtendit. In bobus qui munda animalia ſunt,Iudæorum,plebem. In aſinis vero immundum pecus , gentium populum demonſtrauit . Vnde Eſaias ait:Cognouit bos poſſeſſorē ſuum, & aſinus præſepe dn̄i

E F

Eſa.1.a

A ſui: ſcilicet quod natiuitatem Chriſti in carne & Iudæi ex parte,& gentes agnouerint, & in præſepi altaris domini, quaſi munda animalia per baptiſmum acceſſerint, forte ad hoc reſpicit illud euangelij: Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus
Matth.11. meum leue. In iugo, Iudęos: in aſino, ad quem onus magis pertinet, gentes vt ſupra diximus ſignificauit. Magnus, dicitur Chriſtus inter omnes orientales, ſecũdum
Pſal.44. illud: Vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis. Numerus vero animalium in ſeptem & tribus millibus, atque in quingentis, ſacratus eſt. Nã ſeptem, iuxta auctoritatem ſcripturarum, plenitudinem quandam ſacri myſterij
B ſignificant, vt ibi, Septem ſpi-
Apoc.1.d ritus, ſeptem candelabra, ſeptem eccleſiæ. In tribus vero millibus, anima & corpus & ſpiritus, vel triformis doctrinæ ſcientia, in ſcripturis ſanctis, ſiue ſacramentum beatæ trinitatis poteſt intelligi: pro eo quod omnis multitudo credentium, triũ dierum viam ambulans, ad perfectionem ęternitatis deſiderat peruenire. Quingẽti vero, qui de quinque cõſurgũt quinquiplicati, quĩquagintaquinq; faciũt, peractis lubricæ ætatis fragilitatibus, in virum perfectum hominem tranſiſſe ſignificant: & per decies quinos quinquaginta perueniunt, ita per decies quinquagenos ad quingentos aſcendunt. Similiter eccleſiam totam quæ columnam & firmamentum
C veritatis Chriſti figurat: in qua ſenſus noſtri, vel purificationem, vel remiſſionem peccatorum accipiunt: quia in iſto numero non ſolum remiſſio peccatorum, ſed etiam aduẽtus ſancti ſpiritus declaratur. Filij vero dei, vel angeli, vel ſancti intelligendi ſunt, qui dono gratiæ ſpiritus ſancti filij dei vocantur. Inter hos ergo diabolus aſtare dicitur: quia ex permiſſione dei plerunque ſanctos audet tentare. Miranda filiorum Iob tam fraterna concordia. Sed quia Iob typum Chriſti portare oſtendimus: hos inferius per figuram ſeptem gratias eccleſiæ eſſe dicimus, qui ſpirituali funguntur ſacramentorum conuiuio, legem, prophetiam, & euangelia, qua-

næ paſcebantur iuxta eos,& irruerunt Sabæi, tuleruntque omnia, & pueros percuſſerunt gladio, & euaſi ego ſolus vt nuntiarem tibi. Cumque adhuc ille loqueretur, venit alter & dixit: Ignis dei cecidit e cælo, & tactas oues pueroſque conſumpſit: & effugi ego ſolus vt nuntiarem tibi. Sed adhuc illo loquente, venit alius & dixit: Chaldæi fecerunt tres turmas, & inuaſerunt camelos, & tulerunt eos, necnon & pueros percuſſerunt gladio: & ego fugi ſolus vt nuntiarem tibi. Adhuc loquebatur ille,& ecce alius intrauit & dixit: Filiis tuis & filiabus veſcentibus & bibentibus vinum in domo fratris ſui primogeniti, repente ventus vehemens irruit a regione deſerti, & concuſſit quattuor angulos domus, quæ corruens oppreſſit liberos tuos,& mortui ſunt: & effugi ego ſolus vt nuntiarem tibi. [a] Tunc ſurrexit Iob,& ſcidit veſtimenta ſua,& tonſo capite corruens in terram, adorauit & dixit: Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Dominus dedit, dominus abſtulit: ſicut domino placuit, ita factum eſt: ſit nomen domini benedictum. [b] In omnibus his non peccauit Iob labiis ſuis, neque ſtultum quid contra deum locutus eſt.

## Cap. II.

[c] FActum eſt autem cum quadam die veniſſent filij dei, & ſtarent coram domino: veniſſet quoque ſatan inter eos, & ſtaret in conſpectu eius vt diceret dominus ad ſatã: Vnde venis? Qui reſpondens ait: Circuiuii terram & perambulaui eam. Et ait dominus ad ſatan: Nunquid conſideraſti ſeruum meũ Iob, quod non ſit ei ſimilis in terra: vir ſimplex & rectus ac timens deum, & recedens a malo,& adhuc retinens innocentiam? Tu autem commouiſti me aduerſus eum vt affligerem eum fruſtra. Cui reſpondẽs ſatan ait: Pellem pro pelle,& cuncta quæ habet homo dabit pro anima ſua: alioquin mitte manũ tuam, & tange os eius & carnem, & tunc videbis quod in faciem benedicat tibi. Dixit ergo dominus ad ſatan: Ecce in manu tua eſt: veruntamen animam illius ſerua. Egreſſus eſt igitur ſatan a facie domini, percuſſit Iob vlcere peſſimo a planta pedis vſque ad verticem eius: qui teſta ſaniem radebat, ſedens in ſterquilinio. Dixit autem illi vxor ſua. Adhuc tu permanes in ſimplicitate tua: benedic deo, & morere. Qui ait ad illam: Quaſi vna de ſtultis mulieribus locuta es: Si bona ſuſcepimus de manu domini, mala quare non ſuſtineamus? In omnibus his non peccauit Iob labiis ſuis. Igitur audientes tres amici Iob omne malum quod accidiſſet ei: venerunt ſinguli de loco ſuo, Eliphaz Themanites,& Baldad Suites,& Sophar Naamathites. Condixerant enim vt pariter venientes viſitarent eum & conſolarentur. Cumque eleuaſſent procul oculos ſuos, non cognouerunt eum. Et exclamantes plorauerunt: ſciſſiſque veſtibus ſparſerunt puluerem

ſi tres ſorores ſecum haben- D
tes, diuinorum eloquiorum intelligentiæ dapibus ſaturantur. In ruina vero domus, quæ oppreſſit filios Iob, antiquorum principum, regnorum perſecutionem, vel ſæuitiam contra eccleſiam oſtendit. Qui vero ſolus permanſit vt nuntiaret, raritatem ipſorum perſecutorum indicat. Sabæi interpretantur captiui, & Chaldæi quaſi dæmonia: hi nempe captiui dæmonum impugnant eccleſiam: hi non ſolum vbi poſſunt ambiunt greges dominicos, verum etiam eos igne ſuo, quem cæli eſſe mentiuntur, hæreſibus, vel ſuperſtitionis prauitate conſumunt. Præſentię etiam regum venti violentiſſimi, ſimilitudine
violentiæ, quattuor euange- E
liis velut angulis confirmatam Chriſti domum concutiunt: vt prædicti ſeptem filij, & tres filiæ pariter cum ipſa domo intereant.

a *Tunc ſurrexit Iob, & ſcidit veſtimenta ſua.*] Surrexit ad tolerantiam patientiæ. Nam & Iob, ideſt, Chriſtus, ad pacem dandam eccleſiæ ſurrexit, vt geſtum ſignificet vindictæ. Veſtimenta vero ſcidit, fideles ab infidelibus ſeparauit. Procidit in terram, cum ſe de forma dei vſque ad formam ſerui exinaniuit. Nudus egreſſus eſt de vtero matris ſuæ, nulla videlicet ſorde peccati originalis aſperſus. Ex perſona hominis ait: Dominus dedit, & dominus abſtulit. Dedit pa-
ter bonos in hæreditatem, F
& malos a regno filij ſui ſecluſit.

b *In omnibus his non peccauit Iob labiis ſuis.*] Hoc ait: quia ſtulte loqui non potuit ſapientia patris, neque peccatum committere immaculatus agnus.

Cap. II.

c *FActum eſt autem cum quadam die veniſſent filij dei, & ſtarent coram domino: veniſſet quoque ſatan inter eos, & ſtaret in conſpectu eius, vt diceret dominus ad ſatan: Vnde venis: Qui reſpondens, ait &c.*] Non quod deus ignoret, ſed vt nos doceat, quid reſponderit ſatan, qui interpretatur aduerſarius.

a *Videntes*



puluerem ſuper [a] caput ſuum in cælum. Et ſederunt cum eo in terra ſeptem diebus & ſeptem noctibus,& nemo loquebatur ei verbũ. Videbant enim dolorem eſſe vehementem.

## CAP. III.

[b] POſt hæc aperuit Iob os ſuum, & maledixit diei ſuo,& locutus eſt: Pereat dies in qua natus ſum,& nox in qua dictum eſt: Conceptus eſt homo. Dies illa vertatur in tenebras. [c] Non requirat eam deus deſuper, & non [d] illuſtretur lumine. [e] Obſcurent eum tenebræ & vmbra mortis. [f] Occupet eum caligo & inuoluatur amaritudine. [g] Noctem illam tenebroſus turbo poſſideat. [h] Non computetur in diebus anni: [i] nec numeretur in menſibus. [k] Sit nox illa ſolitaria nec laude digna. [l] Maledicant ei qui maledicunt diei: qui parati ſunt ſuſcitare Leuiathan. [m] Obtenebrẽtur ſtellæ caligine eius. [n] Expectet lucem & non videat: nec [o] ortum ſurgentis auroræ. [p] Quia non concluſit oſtia ventris qui portauit me: nec abſtulit mala ab oculis eius. Quare non in vulua mortuus ſum? Quare egreſſus ex vtero non ſtatim perij? Cur exceptus genibus? Cur lactatus vberibus? Nunc enim [q] dormiẽs ſilerem, & ſomno meo requieſcerem cũ regibus & conſulibus terræ: qui ædificant ſibi ſolitudines, aũt cum principibus qui poſſidẽt aurũ, & replẽt domos ſuas argẽto. [r] Aut ſicut abortiuũ abſconditũ nõ ſubſiſterẽ: vel qui cõcepti non viderunt lucem. [ſ] Ibi impij ceſſauerunt

A a *Videntes autem plagam eius &c.*] Nam & omnes hæretici Chriſti amicos ſe eſſe dicunt, cuius ſe ſanguine redemptos gloriantur. Et poſtmodum inimici efficiuntur eius, impugnando eccleſiam ſuam. Quod autem videntes plagam eius, ſciderunt veſtimenta,& miſerunt puluerem ſuper caput ſuum: illos hæreticos ſignificat, qui Chriſtum in gloria cæleſti deum credunt, incarnationem & paſſionem non credunt: ſed opprobriis & humiliatione eius offenſi, in blaſphemiam erumpẽtes, fidem ſcindunt, atque a corporis vnitate diſcedunt. Et puluerem mittentes ſuper capita ſua, terreno & mortuo ſenſu, corda ſua operiunt atque obruũt. Omni etiam tempore vitæ ſuæ, quæ in ſeptem diebus ac noctibus continetur: indignum os ſuum confeſſione diuina, muta infidelitatis
B improbitate condemnant,
Pſal.61.c & obſtruetur os loquentium iniqua.

CAP. III.

b *POſt hæc aperuit Iob os ſuũ, & maledixit &c.*] Poſt hæc, ſicut ait ſcriptura huius hiſtoriæ (quem Moyſen eſſe tradit opinio.) Aperuit Iob os ſuum, & maledixit diei ſuo, dicens: Pereat dies in qua natus ſum, & nox in qua dictum eſt: Conceptus eſt homo. Iob typum habuit Saluatoris in ſe, humani generis mortalitatem defleuit: quæ propter peccatum ex dei iuſta ſententia, homini inflicta eſt. Pereat dies, in qua natus ſum: redeat per Chriſtum immortalitas, quam Adam reatu præuaricationis amiſit,& abeat mors a me, quam alio delinquente contraxi. Et Hiere-
Hier.20. mias: Maledicta dies, in qua natus ſum. Vnde nulli dubium eſt, quod hi omnes præuaricationem Adæ deteſten-
C tur. Spiritualiter ergo dies cum ſua nocte, diabolus & mortalitas poſſunt intelligi: non quia dies ſit, ſed quia fuerit quando permanebat cum deo, a quo recedens, factus eſt nox: vel quia impiis ac peccatoribus, in hac proſperitate,& felicitate gaudentibus, dies eſſe videatur. Vnde dicitur,
Infr.38.b c *Auferetur ab impiis lux ſua. Non requirat eam deus deſuper.*] Hoc eſt, ne fiat eius memoria ante deum in bonum.

d *Non illuſtretur lumine.*] Recognitionis dei, vel pæniten tiæ.

e *Obſcurent eum tenebræ, & vmbræ mortis.*] Tenebræ, peccata ſunt & inuidia.

f *Occupet eum caligo.*] Ideſt, cæcitas cordis.

g *Noctem illam tenebroſus turbo poſſideat.*] Quia ad amaritudinem prouocat deum: ſicut & cæteri ſatellites eius, furore iræ dei apprehenſus, circundetur omnibus malis, & inuoluatur. Noctem illam tenebroſus turbo poſſideat, ideſt, diabolus, qui diem felicitatis homini abſtulit,& noctem inquietæ vitæ turbulentus inuexit.

h *Non computetur in diebus anni.*] Annus Chriſtus intelligitur, qui in ſe cuncta reuoluit & continet. In huius ergo diebus anni, non computetur diabolus, ideſt, ſanctorum numero non coniungatur.

i *Nec numeretur in menſibus.*] Menſes hoc loco ſanctos apoſtolos recte intelligimus, qui vt ligna paradiſi, ſpirituales eccleſiæ afferunt fructus.

D k *Sit nox illa ſolitaria: nec laude digna.*] Apoſtolorum ſcilicet prædicatione, vbi dies ſalutis agnoſcitur, quem Abraham vidit & lætatus eſt

l *Maledicunt ei qui maledicunt diei: qui parati ſunt ſuſcitare Leuiathan.*] Sancti vtique diei præuaricationis mortis ſuæ cum deteſtatione maledicunt: qui non ſeruiendo vitiis, ſuſcitant contra ſe draconem, fortiſſimum ſcilicet hoſtem.

m *Obtenebrentur ſtellæ caligine eius.*] Peccatores ſcilicet, qui in nocte ſæculi diuitiis & honore lucere ſe putant, cæcitatis caligine tenebrentur, & merito ſuo euangelij lumen non videant.

n *Expectet lucem, & non videat.*] Nec nox præuaricationis & mortis, in qua diabolus regnum tenet, poteſt
lumen redemptoris Chriſti E
cognoſcere: neque illi qui in ea naſcuntur, niſi eam per baptiſmum renati deſtruxerint.

o *Nec ortum ſurgentis auroræ:*] Reſurrectionem Chriſti ſignificauit: vnde in pſalmo, vigilia matutina dicitur. Pſal.129.a

p *Quia non concluſit oſtia ventris qui portauit me &c.*] Sub perſona ſua, humani generis plangit miſerias: quare iterum moriturus, mala iſtius vitæ patiatur: quare mortalem ipſa mors non extinxerit in vtero?

q *Nunc enim dormiens ſilerem, & ſomno meo requieſcerem cum regibus & conſulibus terræ &c.*] Principes & reges & conſules,& ſi in inferno ſqualores tartareos patiuntur: nunc tamen in corporibus ſuis tormenta non ſentiunt, horum
mortem mihi venire hac conditione voluiſſem. F

r *Aut ſicut abortiuum abſconditum non ſubſiſterem, vel qui concepti non viderunt lucem.*] Variis modis & exemplis dicit, quod pœnas iſtas, in quibus erat, non debuerat pati. Quare non in vulua mortuus ſum? Et deinceps ait. Nunc autem dormiens ſilerem, & ſomno meo requieſcerem cum regibus & conſulibus. Forte exemplum contra eos eſt, qui dicunt non reſurrecturos, niſi qui iuxta naturæ ordinem nati fuerint. Si enim concepti moriuntur in vtero, neceſſe eſt quia viui fuerint: & quicquid moritur: haud dubie quia reſurget. Ita quod in membris fuit & vixit, & natura minus dederit, hoc reſurrectione in integrum reparabitur: ſic enim humani generis inſtauratio in melius totum reddet, quod natura fraudauerat. Dicit etiam abortiua, quæ in natura humana degenerata ſunt, a pœnis eſſe aliena, quæ ſibi ſolitudines magis quam domus ædificant. Habitat enim diabolus in ciuitatibus deſolatis,& in domibus deſertis: non habentes hoſpitem deum,& poſſident aurum, vt ſunt philoſophi, & alij ſapientes huius mundi, fulgorem boni ingenij, ſplendoremque eloquij.

ſ *Ibi impij ceſſauerunt a tumultu.*] Proculdubio in inferno. Et ſicut Septuaginta tranſtulerunt, ibi impij depoſuerunt furorem ſuum, ideſt, typus & ſuperbia, cum ſæuitia in hoc ſæculo gloriantium, humiliata eſt in inferno.

A a *Et ibi requieuerunt feßi robore.* ] Sicut alia habet tranſlatio, ibi requieuerunt fatigati corpore, ab oppreſſione vtique & miſeria: labore etiam iſtius mundi liberati.

b *Et quondam vincti pariter ſine moleſtia.* ] Vincientes & quondam vinctos in inferno, dicit pariter habitare, ſine iniuria tamẽ & moleſtia vinculatorum: non ita vt iſtic vbi præter pœnas, captiuitate vel ſeruitute dura, diuerſis etiam aliis calamitatibus, homines obligantur, dominatu & iniuſtitia iniquorum.

c *Non audierunt vocem exactoris.* ] Iuſſa imperantium, vel inique exigentium, non verentur.

d *Paruus & magnus ibi ſunt, & ſeruus & liber a domino ſuo. Quare miſero data eſt lux &c.* ] Cum ſit ergo, vt video, in inferno æqualitas perſonarum, & nullus de alterius dominatione formi-

B dat: cur mihi miſero data eſt lux iſta & vita ſimilis eis, qui in amaritudine animæ ſuæ ſunt, cum meliora ſint inferorum ergaſtula, quam iſtius mundi miſerabilis vita, cruciatibus plena, vbi præ anguſtiis homines mortẽ quærunt, & magno deſiderio, vt veniat, expectãt. Exemplum egregium adhibuit, dicens: Quaſi effodientes theſaurum: quia nimirum vtique gratulantur, cum optatam ſibi inuenerint ſepulturam.

e *Viro cuius abſcondita eſt vita, & circundedit eum deus tenebris.* ] De ſe dicit: ſic itaque incedebam in mandatis dei: credens quod mihi fructus iuſtitiæ meæ reſponderet: ſed abſconditum eſt meritum vitæ meæ, & pro hoc

C pœnarum tenebris circundatus ſum, ita vt illud bonum mihi ſubtractum ſit, & hoc malum appoſitũ. Quod autem pœnas tenebrarum nomine dixerit: audi quid ſequitur.

l *Nonne quieui?* ] Sciens cum ſurrexerit in iudicio deus, quod ſaluos facturus ſit omnes manſuetos terræ. D

m *Et venit ſuper me indignatio.* ] Indignationem hoc loco plagarum molem dicit, quam refert ſuper ſe cecidiſſe, cuius pondere & doloribus ſe gemit obrutum, cum ipſe eſſet, vt ſuperius ait, moribus caſtigatus, quas pœnas in conſequentibus, ſagittas dicit, ſicut ait: Sagittæ domini in me ſunt: quarum indignatio ebibit ſpiritum ſuũ, *Infr.6.a* ſiue vt alia tranſlatio habet, ebibit ſanguinem meum. Et proprie ſagittæ, vermes poſſunt intelligi: quia ab eis indeſinentibus ſtimulis pungebatur, ſicut ipſe Iob ait: Et qui me comederunt, nõ dormiunt. *Infr.30.c* Quos diabolus ad comedendum eum acriores faciebat, & illi quaſi indignantes & iraſcentes, ita carnem eius morſibus fodiebant, vt velut ſagittæ viſcerum interiora penetrarent. Explicit vbi Iob maledixit diem natiuitatis ſuæ. E

CAP. IIII.

n *Reſpondens autem Eliphaz Themanites, dixit: Si cœperimus loqui tibi &c.* ] Concepta ergo verba edit in iniuriam audientis, & dicit ita.

o *Ecce docuiſti multos.* ] Id eſt, quamplurimos ſolertia tua & bonitate ab erroribus reuocaſti.

p *Et manus laſſas roboraſti.* ] Iſta ergo in ſanctum Iob cũ irriſione dicuntur, & iſtum habent ſenſum: ſi hęc & hęc feciſſes quę dixi, nũquam in hæc tanta mala ad exemplũ mortaliũ incidiſſes: quia deũ rerum omnium conditorem bonum ſcimus & iuſtum.

q *Recordare, obſecro te: quis enim vnquam innocẽs &c.* ] Ergo ignoras Abel in princi- F pio innocẽtẽ occiſum, & Abraham patriarchã propter *Gen.4.b* vxorem ſuam fuiſſe periclitatum, *Gen.12.c* & hęc non diſcernẽs, generaliter das ſententiam, vt cum alij hominum flagel-

runt a tumultu, & [a] ibi requieuerũt feſſi robore, & quondam [b] vincti pariter ſine moleſtia. [c] Non audierunt vocem exactoris. Paruus & [d] magnus ibi ſunt, & ſeruus & liber a domino ſuo. Quare miſero data eſt lux, & vita his qui in amaritudine animæ ſunt? Qui expectant mortem & non venit, quaſi effodientes theſaurum: gaudentque vehementer cum inuenerint ſepulcrum. [e] Viro cuius abſcondita eſt via, & circundedit eum deus tenebris. Antequam [f] comedam ſuſpiro, & quaſi inundantes aquæ, ſic rugitus meus: quia [g] timor quem timebam euenit mihi, [h] & quod verebar accidit: nonne [i] diſſimulaui? nonne [k] ſilui? nonne [l] quieui? Et [m] venit ſuper me indignatio.

CAP. IIII.

Reſpondens [n] autem Eliphaz Themanites, dixit: Si cœperimus loqui tibi, forſitan moleſte accipies. Sed conceptum ſermonem tenere quis poterit? [o] Ecce docuiſti multos, & manus [p] laſſas roboraſti. Vacillantes confirmauerunt ſermones tui, & genua trementia confortaſti. Nunc autem venit ſuper te plaga, & defeciſti: tetigit te, & conturbatus es. Vbi eſt timor tuus, fortitudo tua, patientia tua, & perfectio viarum tuarum? [q] Recordare, obſecro te: quis enim vnquam innocẽs periit: aut quando recti deleti ſunt? Quin potius vidi eos qui operantur iniquitatem, & ſeminant dolores & metunt eos, flante deo periſſe, & ſpiritu iræ eius eſſe cõſumptos. [r] Rugitus leonis & vox leænæ, & dentes catulorũ leonũ cõtriti ſunt. Tigris [ſ] periit, eo quod non haberet prædã, & catuli leonis diſſipati ſunt. Porro ad me dictũ eſt verbum abſconditũ, & quaſi furtiue ſuſcepit auris mea venas ſuſurrij eius. In horrore viſionis nocturnæ quando ſolet ſopor occupare homines: pauor tenuit me & tremor, & omnia oſſa mea perterrita ſunt. Et cum ſpiritus me pręſente trãſiret, inhorruerũt pili

f *Antequam comedam ſuſpiro, & quaſi inundantes aquæ &c.* ] Inter cæteros cruciatus, etiam hanc ei diabolus infirmitatem inflixerat, quam infirmitatem medici bolimiodes appellant, quæ infirmitas talem habere dicitur pœnam, vt ante cibum torqueatur ægrotus, & ſint ei poſt cibum indeſinentes dolores. Vnde dicit: Quaſi inundantes aquæ, ſic rugitus meus.

g *Quia timor, quem timebam, euenit mihi.* ] Timebam enim peccando lædere deum, & ille offenſus, iram iuſtitiæ ſuæ in me exercet. Sed quid profuit cauiſſe a peccatis: quãdoquidem vt reus omniũ peccatorum diſcrucior? Sequitur.

h *Et quod verebar accidit.* ] Aliis verbis ipſum repetit, quod ſuperius dixerat. Pro conformatione dicti ſolent in ſcripturis talia iterari. Non arroganter hęc dicit, vt faciat deo iniuriam: ſed conſcientiæ merito libere loquitur.

i *Nõne dißimulaui?* ] Nõ reddẽdo retribuẽtibus mihi mala.

*Pſal.38.a* k *Nonne ſilui.* ] Vt non delinquerem in lingua mea, poſui ori meo cuſtodiam.

lentur a domino, vt emendentur: alij vt probẽtur de quibus iſte eſt, cui hæc velut reum pœnarum exprobras: quin potius eos qui operabantur iniquitatem, flante deo petiiſſe, ideſt, vt iudicis ſententia velut vento vehementiſſimo ſublatos a ſpe æternæ vitæ.

r *Rugitus leonis, & vox leænæ, & dentes &c.* ] In rugitu leænæ & voce, ſæuitiam deprædantis voluit ſignificare.

ſ *Tigris periit, &c.* ] In tigri velocitatẽ eius ad ſpoliandos homines prædamque ex eis capiendã deſcribit: cuius etiã catuli ſimiles eius diſſipati ſunt & interempti. In alia editione pro tigri, myrmix, ideſt, formica & leo, quẽ nos verius diabolum dixerimus: qui quando prædã agit, de ſanctis tãquã de maioribus rebus, vt leo habẽdus eſt: quando vero minima quærit auferre, formica dicẽdus eſt. Et quia ſicut formica grana de area: ita ille cogitationes bonas aufert de cordibus hominum.

t *Et quaſi furtiue ſuſcepit &c.* ] Ideſt latẽter ad aurẽ cordis mei: virtus ſentẽtiæ, velut quondã ſpiramine penetrauit.

a *Ecce*



A a *Ecce qui ſeruiunt ei non ſunt ſtabiles, & in angelis ſuis &c.* ] Dicitur quidem diabolo, qui quondam ſanctus angelus fuit, quod in veritate non ſteterit, & ab illa ſublimitate angelica propria voluntate deciderit: ſed tamen non eſt continuo generale: vt ſicut in illo, ita & in omnibus angelis inueniatur prauitas, quæ eſt peccatum. Omnis enim natura, ſine dubio creata, capax peccati eſt: vt apparuit in angelo, de quo dixi, quia in veritate nõ ſterit, tamen per donum & gratiam creatoris ſui, ita in amorem charitatis illius tranſierunt, vt iam nec velint peccare, nec poſſint.

b *Qui terrenum habent fundamentum &c.* ] Si domus luteę ſunt corpora noſtra, fundamentum domorũ noſtrarum, vitam hanc temporariã eſſe credendum eſt, qua ſubtracta, domus luteę ruunt in mortem.

c *De mane vſque ad veſperam*

B *ſuccidentur.* ] In vno die, totam vitam hominum monſtrauit: Quæ in mundo vernat, in paruulis floret, in iuuenibus cõualeſcit, & roboratur matura ætate, in ſenioribus, tanquam in fructibus, & poſtremũ in decrepita ſenectute conficitur, quã hic veſperam appellauit. Vnde eſt illud in pſalmo: Mane ſicut herba trãſeat, & reliqua: *Pſal.89.* decidit in morte, induratur in cadauere.

CAP. V.

d *Voca ergo &c. Vidi ſtultũ firma radice, & maledixi pulchritudini eius ſtatim.* ] Sultum dicit, qui de ſuis meritis gloriatur. Sed hic pulchritudinem, nomine falſæ felicitatis appellat, quæ maledicenda eſt, & execranda eſt: quia eam ſequitur interitus ſempiternus.

C e *Cuius meſſem famelicus &c.* ] Sitientes, famelici, & armati, diabolus & ſui poſſunt intelligi, qui poteſtatem accipiunt a deo, vt vaſtent iniquos, vel ſitiẽtes hominum mortẽ, omne ſcilicet bonũ naturæ: & quod nomine diuitiarũ dictum eſt, ab eis velut hauſtum poculum abſorbetur: vel homines iniqui, qui premunt ſubiectos.

f *Homo naſcitur ad laborẽ, & auis ad volatum.* ] Id eſt, labor hominẽ monet, vt ab omnibus vitiis caſtigatus incedat.

quia alij eorum liberantur ad tempus, alij vero per ianuã mortis introducuntur ad vitam: & iſtos & illos ſaluabit deus. Illos aperte liberando, hos occulte coronando. D

i *Qui apprehendit ſapientes &c.* ] Philoſophos ſcilicet, vel Iudæos doctrina apoſtolica conuincens, & ad nihilum errores eorum redigens.

k *Per diem incurrẽt tenebras.* ] Dies erat Iudæis, de regno, ſacerdotio, lege, vnius etiã dei religione gloriantibus, ſed non credentes in Chriſto tenebras perfidiæ inciderunt.

l *Et quaſi in nocte &c.* ] Vtique proſperitatis ſuæ, quæ cum ſolito circa felices ſæculi huius ſplendore vanæ gloriæ amplius fuerit, qua ſe lõga ſecuritate munitos, putabant eam vſque ad ætatis ſuæ veſperam poſſeſſuros, in tribulatione ſubita, quæ noctis nomine dicta eſt, ſtupore nimio, in anguſtiis coarctati, mortis etiam timore perculſi, palpare dicuntur, E perditi vtique conſilio quid facerent ignorantes. *Pſal.56.a*

m *Porro ſaluum faciet &c.* ] *Matth.25.* Chriſtum a blaſphemiis Iudæorum: quia lingua eorum gladius acutus fuit, dicendo, Crucifige eum.

n *Et erit egeno ſpes.* ] Reſurrectionis Chriſti virtutem oſtendit.

o *De manu gladij. &c.* ] Sed videamus, ne forte gladium peccatũ dicat, dimicans contra animam hominis, vt eam ſibi acquieſcentem proſternat. Quod peccatum gladij nomine dicitur per prophetam, vt ait: Speculator ſi viderit gladium venientem. *Ezech.33.b*

p *A flagello &c.* ] Si conuerſus fueris ad deum, interiora tua, gladij verborum, per linguam iaculati nõ penetrant: & calamitates vel F mala, quæ a deo irrogantur peccatoribus, non timebis.

q *In vaſtitate & fame ridebis, &c.* ] Ridebis dixit, pro exultabis atque gaudebis: & lætus eris, cum alios videris fame affici, ſiue pręſenti, ſiue etiam intellectuali.

r *Et beſtias terræ &c.* ] Hæc ſeptima, extremaque tribulãtio beſtiæ terræ, poſſunt & iſta animantia, quæ ſunt ſine ratione intelligi: quibus ad deuorandũ homines dantur in poteſtatem: & homines mali, beſtiæ appellãtur,

pili carnis meæ. Stetit quidam cuius non cognoſcebam vultum, imago corã oculis meis, & vocem quaſi auræ lenis audiui. Nunquid homo dei comparatione iuſtificabitur: aut factore ſuo purior erit vir? [a] Ecce qui ſeruiunt ei non ſunt ſtabiles, & in angelis ſuis reperit prauitatem. Quanto magis hi qui habitant domos luteas, [b] qui terrenum habent fundamentum, conſumentur velut a tinea. [c] De mane vſque ad veſperam ſuccidentur: & quia nullus intelligit, in æternum peribunt. Qui autem reliqui fuerint, auferentur ex eis: morientur, & non in ſapientia.

CAP. V.

[d] Voca ergo ſi eſt qui tibi reſpondeat, & ad aliquem ſanctorum conuertere. Virum ſtultum interficit iracũdia, & paruulum occidit inuidia. Ego vidi ſtultum firma radice, & maledixi pulchritudini eius ſtatim. Lõge fient filij eius a ſalute, & conterentur in porta, & non erit qui eruat. [e] Cuius meſſem famelicus comedet, & ipſum rapiet armatus, & bibent ſitientes diuitias eius. Nihil in terra ſine cauſa fit, & de humo non egredietur dolor. Homo [f] naſcitur ad laborem, & auis ad volatum. Quamobrem deprecabor dominũ, & ad deum ponam eloquium meum. [g] Qui facit magna & inſcrutabilia, & mirabilia abſque numero. Qui dat pluuiam ſuper faciem terræ, & irrigat aquis vniuerſa. Qui ponit humiles in ſublime, & mœrẽtes erigit ſoſpitate. [h] Qui diſſipat cogitationes malignorum, ne poſſint implere manus eorum quod cœperant. [i] Qui apprehendit ſapientes in aſtutia eorum, & conſilium prauorum diſſipat. [k] Per diem incurrent tenebras, [l] & quaſi in nocte ſic palpabunt in meridie. Porro [m] ſaluum faciet egenum a gladio oris eorum, & de manu violenti pauperem. [n] Et erit egeno ſpes: iniquitas autem contrahet os ſuum. Beatus homo qui corripitur a domino. Increpationem ergo domini ne reprobes: quia ipſe vulnerat, & medetur: percutit, & manus eius ſanabunt. In ſex tribulationibus liberabit te, & in ſeptima non tanget te malum. In fame eruet te de morte, & in bello [o] de manu gladij. A flagello [p] linguæ abſconderis, & non timebis calamitatem cum venerit. [q] In vaſtitate & fame ridebis, & beſtias [r] terræ non formidabis. [ſ] Sed cum lapidibus regionum pactum ſuũ, &

g *Qui facit magna &c.* ] Vt in filio dei homo Chriſtus ſit deus, & per eum eccleſia.

h *Qui diſſipat cogitationes malign. &c.* ] Iudæorum videlicet, qui Chriſtum putauerunt extinguere, & nomen eius delere de terra. Vel in martyribus perſecutorum eccleſiæ aduerſantium diſſipauit cogitationes: ſicut Herodis in *Act.12.* Petro. Et aliter: Non implẽt manus eorum quo volunt:

mores habentes ſimiles moribus beſtiarum: contra quas pugnaſſe ſe Epheſi dicit Apoſtolus: Non formidabis er- *1.Cor.15.* go, inquit, hoc malum, cum correptus a domino, viam emendationis intraueris.

ſ *Sed cum lapidibus regionum pactum tuum.* ] Lapides per metaphoram, homines dixit ſtabiles & quietos, qui ſunt vtiq; iuſti & ſancti: hi namque in modum lapidum firmi

& beſtiæ [a] terræ pacificæ erunt tibi. [b] Et ſcies quod pacem habeat tabernaculū tuum, [c] & viſitans ſpeciem tuam non peccabis. Et [d] ſcies quoniam multiplex erit ſemen tuum, & progenies tua quaſi herba terræ. [e] Ingredieris in abundantia ſepulcrum, ſicut infertur aceruus tritici in tempore ſuo. [f] Ecce hoc vt inueſtigauimus, ita eſt: quod auditum mente pertracta.

## CAP. VI.

[g] REſpondēs autem Iob, dixit: Vtinam appenderentur peccata mea quibus iram merui, & calamitas, quam patior in ſtathera, quaſi arena maris hæc grauior appareret. Vnde & verba mea dolore ſunt plena: quia [h] ſagittæ domini in me ſunt, quarum indignatio ebibit ſpiritum meū, & terrores domini militant contra me. [i] Nunquid rugiet onager, cum habuerit herbam: aut mugiet bos, cum ante præſepe plenum ſteterit? Aut [k] poterit comedi inſulſum, quod non eſt ſale conditū? [l] Aut poteſt aliquis guſtare, quod guſtatum affert mortem? Animæ enim eſurienti etiam amara dulcia eſſe videntur. [m] Quæ prius nolebat tangere anima mea, nunc præ anguſtia cibi mei ſunt. [n] Quis det vt veniat petitio mea, & quod expecto tribuat mihi deus, & qui [o] cœpit, ipſe me conterat. Soluat manum ſuam & ſuccidat me, & hæc mihi ſit conſolatio vt affligens me dolore non parcat: nec cōtradicam ſermonibus ſancti? Quæ eſt enim fortitudo mea vt ſuſtineā: aut quis finis meus vt patienter agam? [p] Nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea ænea eſt. [q] Ecce non eſt auxiliū mihi in me, & neceſſarij quoque

A in deo ſunt, per regiones varias conſtituti. Cum his itaq; habebis pactum ſolidæ charitatis, vt ab eis nunquam te aliqua tribulatio poſſit auellere.

a *Beſtiæ terræ &c.*] Homines videlicet quondam feri & mali, in innocentia vt oues effecti: nomen tamen priſtinū retinentes, ſicut de Matthæo euangeliſta dicitur: Matthæus publicanus.

Luc.5.f

b *Et ſcies quod pacem habeat &c.*] Ab iſtis omnibus, quibus, velut ab hoſtibus expugnatur tabernaculū, vel habitatio, ſiue domus corporis tui.

c Et *viſitans ſpeciem tuam nō peccabis.*] Hoc dicit: Hominis tui ſpeciem o Iob, vt diuina viſitatione dignam exhibeas peto: ac habitationis & habitantis nomine totum integrum hominem ſignauit.

d *Et ſcies quoniam multiplex &c.*] Spiritualiter de omnibus ſanctis dictum ſentire B poſſumus, quod filios in operibus bonis habeant. Iſti tales filij cogitationum ſemine concepti, pariuntur in opera, & ſancti huius generationis multitudine gloriātur: quoniam talibus magis quam carnalibus filiis deo placere voluerūt. Potuit ergo Eliphaz, quaſi conſilium dans Iob, ita dicere: Si conuerſus ad deum fueris, ita vt te tuorum operum antiquorum pæniteat, cordis tui virtutibus, velut ſeminibus abundabis. De quibus opera bona, tanquam ſanctitatis filios poteris procreare: ita vt progenies operum tuorū, multitudini herbarum vireſcentium comparetur: quarum radices, ſi ſpe intus habeas in corde defixas, terra tua flores cum fructibus geminabit.

e *Ingredieris in abundantia ſepulcrum &c.*] Conſummatis annis perfectæ ætatis, plenuſq; dierum in tumulum poC ſitus requieſces, vt in tempore iuſti iudicij dei, a ſordibus peccatorum minimis & leuibus purgatus inueniaris: velut triticum quod coaceruatur in aream.

f E*cce hoc vt inueſtigauimus, &c.*] Hoc dicit, quæcunque a me tibi dicta ſunt, diligenter inueſtigata vera noueris quæ ipſe ad emendationem tuam, debes corde percipere.

### CAP. VI.

g R*Eſpondens autem Iob &c.*] Dicitis me peccatis meis facientibus iſta pati: propter quod velim vt peccata contra calamitatem hanc quam patior, penſarentur, & illico videretis: quia hæc ipſa calamitas, velut arena maris, ſupra horum peccatorum merita ponderaret.

h *Quia ſagittæ domini &c.*] Hic poteſt videri, quod ſuperius ſagittarum nomine vermes dixerit: a quibus tum indeſinenter pungebatur, nec loqui permittebatur: non quod vermes talem ſenſum habuerint, vt hoc iudicio facerent; ſed permiſſu dei, a poteſtate aduerſaria: vt acriores eſſent, etiam ipſis motibus agebant: ſicut locuſtę, muſcæ, & ranæ in Ægypto. Quod autem dixit: terrores domini militant contra me: poteſt ipſe diabolus cum ſuis intelligi: qui adhibitis cruciatibus, vt cederet Iob, & vt innocentiam ſanctitatemque amitteret, inſuper territoribus minabatur: quod etiam multi perſecutores miniſtri diaboli, ſanctis martyribus facere voluerunt. Obſcederunt in gyro tabernaculum meum. Ecce hic manifeſte oſtendit, quod velut hoſtes inimicique diaboli & ſui acriter militarēt: hi enim maligni ſpiritus, diuerſo modo accipiunt poteſtatem, ad aliorum quidem damnationem, aliorum vero emendationem, aliorum autem probationem: qui de ſuis moribus vel miniſterio, mali ſiue terrores, vel etiam latrones nuncupantur. Omnia dedit in manibus eorū, id eſt, prædonum. Omnia vtique quæ habui, ſiue filios meos, ſiue ſubſtantiam: ſicut & me ipſum dedit deus in manibus diaboli, ſiue ſuorum ſatellitum. D

i *Numquid rugiet onager cum habuerit herbam &c.*] Sicut enim illa cum vel abundant pabulis, nullam quaſi querelarum vocem emittunt, vt E pabuli inopiam proteſtentur: ſimili modo, inquiens, & ego: ſi pacem & quietem potius quam bellum haberem in membris, & in anima mea, nullum ſermonem amarū aſperumve proferrē.

k *Aut poterit comedi inſulſum &c.*] Quomodo ratio non ſinit naturalis, vt quicquam inſulſum comedi poſſit: ita ego nihil inſulſum, nihil ſtultum cōtra deum, nihil quod non fidei ſale cōditum eſſet, operatus ſum.

l *Aut poteſt aliquis guſtare, &c.*] Sicut enī nemo mortificatum aliquod comedit, vt vitæ ſuæ inimicus ſit: ita ego peccatum contingere pertimeſcebam.

m *Quæ prius &c. nunc cibi mei ſunt.*] Hoc eſt, verbis nunc paſcor aſperis & amaris, quæ mihi immēſitas pœnalis extorquet. Hæc enim timebam meo ore depromere, quando in ſanctitate & iuſtitia cum pace quiete viuebam. Sed F & prætere[illegible]ndum non eſt: quia hoc quoque inter cæteras pœnas paſſus ſit Iob: vt etiam cibi ei fœtidi viderentur, ſicut eſt odor leonis, feralis vtique & nimiū horridus: qui odor cum de eius viſceribus erumperet: eſcæ ſuæ ei id ſapiebant, quod ſuarum ſpirabant interna febrium: quod ipſe oſtendit vbi dicit: Interiora mea efferbuerunt abſque vlla requie, id eſt, iam decocta ſunt & putrefacta.

n E*t qui cœpit ipſe me conterat: ſoluat manum ſuam & ſuccidat me.*] Hanc igitur mortem poteſtati diuinæ, Iob ſolui exoptat: vt ab ea decidēs cadat in hanc temporariam mortē quatenus præſentes pœnas poſſit euadere: cum velut arbor de hac vita ſucciſus fuerit.

o *Quis det vt veniat petitio mea &c.*] Hæc mihi ſit conſolatio, vt finem pœnæ vel cruciatuum meorum, remedia mortis obtineam.

p *Nec fortitudo lapidum fortitudo mea: nec caro mea ænea eſt.*] Caro mea corrūpitur ſanie ac putredine vulnerum: quia non eſt in me talis fortitudo, velut lapidum, vt dolores non ſentiam.

q *Ecce non eſt auxilium mihi in me.*] Tam ex ſua quam ex perſona



que mei receſſerunt a me. [a] Qui tollit ab inimico ſuo miſericordiam, timorem domini derelinquit. Fratres mei præterierunt me: ſicut torrens qui raptim tranſit in conuallibus. [b] Qui timent pruinam, irruet ſuper eos nix. Tempore quo fuerint diſſipati peribunt, & [c] vt incaluerint, ſoluentur de loco ſuo. [d] Inuolutæ ſunt ſemitæ greſſuum eorum: ambulabunt in vacuum, & peribunt. [e] Conſiderate ſemitas Theman: itinera Sabba, & expectate pauliſper. Confuſi ſunt, quia ſperaui. Venerūt quoq; vſque ad me, & pudore cooperti ſunt. [f] Nunc veniſtis, & modo videntes plagam meam timetis. Nunquid dixi: Afferte mihi, & de ſubſtantia veſtra donate mihi: vel liberate me de manu hoſtis, & de manu robuſtorum eruite me? Docete me, & ego tacebo: & ſi quid forte ignoraui, inſtruite me. Quare detraxiſtis ſermonibus veritatis, cum e vobis nullus ſit qui poſſit arguere me? Ad increpandum tantum eloquia concinnatis, & in ventum verba profertis. [g] Super pupillū irruitis, & ſubuertere nitimini amicum veſtrum. Veruntamen quod cœpiſtis, explete. Præbete aurem, & videte an mentiar. [h] Reſpōdete obſecro abſque contentione: & loquentes id quod iuſtum eſt, iudicate. Et non inuenietis in lingua mea iniquitatem: nec in faucibus meis ſtultitia perſonabit.

## CAP. VII.

[i] MIlitia eſt vita hominis ſuper terram, & ſicut dies mercenarij dies eius. Sicut [k] ceruus deſiderat vmbram, & ſicut mercenarius præſtolatur finem operis ſui: ſic & ego habui menſes vacuos, & noctes laborioſas enumeraui mihi. Si dormiero, dicam quando conſurgam, & rurſum expectabo veſperam, & replebor doloribus vſque ad tenebras. Induta eſt caro mea putredine, & ſordib⁹ [l] pulueris cutis mea aruit & contracta eſt. Dies mei velocius tranſierunt quam a texente tela ſuccīditur, & conſumpti ſunt abſque vlla ſpe. Memento, quia ventus eſt vita mea, & nō reuertetur oculus meus vt videat bona: [m] nec aſpiciet me viſus hominis. [n] Oculi tui in me, & non ſubſiſtam. Sicut conſumitur nubes, & pertranſit: ſic qui deſcendit ad inferos non aſcendet, nec reuertetur vltra in domum ſuā: neque [o] cognoſcet eum amplius locus eius. Quapropter & ego non parcam ori meo: loquar in tribulatione ſpiritus mei, confabulabor cum amaritudine animæ meæ. Nunquid mare ego ſum aut cetus: quia circūdediſti me carcere? Si dixero, conſolabitur me lectulus meus, & reuelabor loquens mecum, in ſtratu meo [p] terrebis me per ſomnia, & per viſiones horrore concuties. [q] Quamobrem elegit ſuſpendium anima mea, & mortem oſſa mea. [r] Deſperaui: Nequaquam vltra iam viuam. [ſ] Parce mihi domine, nihil enim ſunt dies mei. Quid eſt homo: quia magnificas eum, aut quid apponis erga eum cor tuum? Viſitas eum

A perſona Chriſti propheta hoc dicit.

a *Qui tollit ab inimico ſuo miſericordiam: timorem domini derelinquit.*] Miſericordia eſt, ad miſerias eorū qui tribulantur compatiēdo mœrore cordis deflecti: hanc vos dum amico non impēditis: timorem domini derelinquitis.

b *Qui timent pruinam &c.*] Timebam peccata etiam minima perpetrare: ne pro eis dei in me vltio deſæuiret, & ecce nunc ita punior, tanquam ſcelera immania commiſerim.

c *Et vt incaluerint &c.*] Vbi feruere cœperat nomē eius in populis, in gloriæ ſuæ loco nō comparuit, velut nix cum calore diſſoluitur.

d *Inuolutæ ſunt ſemitæ &c.*] Semitas virtutes animi dixit, in quibus vt deo placeB ret, omni ſtudio gradiebatur: has ſemitas malis, quæ patiebatur inuolutas atque implicitas eſſe dicit, dum bonis vitæ ſuæ, ſuppliciorum admiſcerentur mala.

e *Cōſiderate ſemitas The. &c.*] Id eſt, intuemini ad hæc loca quæ dixi, & ipſo ſilentio cognoſcetis vera eſſe quæ dixi. Reſpicite ad vias diuerſorum regnorum: per quas ad me omnium gētium frequentiæ confluebant, & videbitis eas raritate, imo ſolitudine hominum deſolatas.

f *Nunc veniſtis, & modo videntes plagam &c.*] Hoc dicit, quod & ipſi amici ſui, exemplo eius ruinam ſibi ſimilem formidarent. Nonne quieui, nonne diſſimulaui, patiētiam videlicet: aut vindictam malorum? Nonne ſilui, ſilentio cohibens linguā meam, vt non reſponderem C exprobrantibus mihi mala: vel ne in toto mihi dominaretur iniquitas. His ergo veritatis ſermonibus detraxiſtis, quandoquidem me in his non ſolum fallacem, verumetiam in aliis rebus criminoſum iudicaſtis: cum veſtrum nullus ita mundus ſit a peccato, vt quēquam poſſet libera conſcientia increpare.

g *Super pupillū irruitis.*] Deſolatum ſcilicet a parētibus & amicis.

h *Reſpondete obſecro abſque cōten. &c.*] Non ſit contradicendi ſtudium, quod contētionis generat morbum: & ita demum animoſitatis caligine non perturbati, poteritis in me & vos, quod iuſtum eſt, iudicare. D

### CAP. VII.

i M*ilitia eſt vita hominis &c.*] Dimicans contra inuiſibiles aduerſarios.

k *Sicut ſeruus de. &c.*] Similiter & ego me cōſequi arbitrabar, ſed pro vmbra refrigerij incurri æſtus pœnarū; & pro mercede mei operis, vacuus dimiſſus ſum.

l E*t ſordibus pulueris &c.*] Hoc etiam ad tormētorum pertinebat dolorē: vt ſanies quæ de putredine feruentiū vulnerum defluebat, ſordibus infuſa pulueris, cutem eius exiccaret atque contraheret.

m *Nec aſpiciet me viſus hominis.*] In ea enim pace & gloria, diuitiis & honore vbi antea fui, iam non ſum ab hominibus videndus. E

n *Oculi tui in me, &c.*] Quia oculi tui quaſi iracūdia pleni in me, idcirco ſunt intendentes, vt plagas grauiores inimici mei accumulent.

o *Neque cogno. &c.*] Id eſt, priſtina mundi iſtius cōuerſatio, non erit in homine commutatio.

p T*errebis me per ſomnia, etc.*] Hoc a deo Iob ſe pati dicebat, quod a dæmonibus patiebatur: qui ad iſta faciēda, a deo acceperant poteſtatē: qui ei toruis vultibus & minacibus ſine dubio apparebant in ſōmnis: ſtridentes etiam dentibus, & ad deuorandum eum quaſi ora aperientes, vt inſolitæ viſionis horrore excuteretur in lecto, & expergefactus ſomno aufugeret quo ſolent dolores nimij mitigari, & ſuccederent iuges vigiliæ vt indeſinētibus cruciatibus torqueretur. F Siue vulnera quæ vigilans oculis ſuis videbat quotidie putriſq; ſanies vermiumque multitudo diſcurrentium per vulnerum foueas, in ſomnis ei a dæmonibus demonſtrabantur.

q *Quamobrem elegit ſuſpen. &c.*] Sati⁹ eſt inquit, & peccato multo tolerabili⁹, ſi victus cruciatibus, de morte mea cogitē, quam tuæ maieſtati irrogem blaſphemiam.

r *Deſperaui. Nequaquam vltra &c.*] Deſperaui, loquendo hæc, quæ dicere non debueram. Pro hoc itaque verbo, quo ſe lapſum in peccatum deplorat, pænitentiam ilico profitetur, dicens.

ſ *Parce mihi domine etc.*] Tā-

eum diluculo, & ſubito probas illũ. [a] Vſquequo non parcis mihi [b] nec dimittis me, vt glutiam ſaliuam meam? [c] Peccaui. Quid faciam tibi o cuſtos hominum? [d] Quare me poſuiſti contrarium tibi? Et [e] factus ſum mihi metipſi grauis. Cur [f] non tollis peccatum meum: & quare non aufers iniquitatem meam? Ecce nunc in puluere dormiam: & ſi [g] mane me quæſieris, non ſubſiſtam.

## CAP. VIII.

[h] RESpondens autem Baldad Suites, dixit. Vſquequo loqueris talia, & ſpiritꝰ multiplex ſermonis oris tui? [i] Nunquid deus ſupplantat iudicium, aut omnipotens ſubuertit quod iuſtum eſt? [k] Etiam ſi filij tui peccauerunt ei, & dimiſit eos in manu iniquitatis ſuę: tu tamen ſi diluculo conſurrexeris ad deum, & omnipotentem fueris deprecatus: ſi mundus & rectꝰ inceſſeris, ſtatim euigilabit ad te: & pacatum reddet habitaculum iuſtitiæ tuæ: intantum vt ſi priora tua fuerint parua, & nouiſſima tua multiplicentur nimis. [l] Interroga enim generationem priſtinam, & diligenter inueſtiga patrum memoriam. Heſterni quippe ſumus & ignoramus: quoniam ſicut vmbra dies noſtri ſunt ſuper terram: ipſi docebunt te. Loquentur tibi, & de corde ſuo proferent eloquia. [m] Nunquid virere poteſt ſcirpus abſque humore, aut creſcere carectum ſine aqua? [n] cum adhuc ſit in flore, nec carpatur manu, ante omnes herbas areſcit: ſic viæ omnium qui obliuiſcuntur deum, & [o] ſpes hypocritæ peribit. [p] Non ei placebit vecordia ſua: & ſicut tela aranearum fiducia eius. [q] Innitetur ſuper domum ſuam, & nõ ſtabit: [r] fulciet eã, & non

A quam ſi diceret: in hoc tempore pænitentem ſuſcipe, & obſecranti pro hoc delicto eſto placabilis.

a *Vſquequo non parcis &c.*] Id eſt, ab iſtis pœnis mihi inſtantibus non deſiſtis.

b *Nec dimittis me etc.*] Inter cætera mala dolorũ & cruciatuum, ſynanchim habuiſſe ſe perhibet, qua tumore faucium hominis halitus intercluditur, & ſæpe quaſi laqueo ſtrangulatus extinguitur.

c *Peccaui quid faciã etc.*] Peccaui in his quę dixi ſuperius, quæ me dicere nõ decebat, quid poſſum facere tibi qui iuſtus es?

d *Quare me poſuiſti contrarium tibi.*] Dediſti mihi copiam reſpondendi, vt dicerem tibi: iuſto homini non conueniũt pœnæ, quæ potius peccatoribus irrogantur: dum homo hæc dico deo, creatura creatori, plaſma figulo.

e *Et factus ſum mihimetipſi grauis.*] Quia ſeruus domi- B no meo tam querula voce reſpondere non debui.

f *Cur non tollis peccatum meũ?*] Id eſt, aufers dolores meos per quos qui eram hactenus iuſtus, nunc peccare compellor?

g *Et ſi mane me quæſieris, non ſubſiſtam.*] Poſt iſtius ſæculi noctem, in illius futuri ſæculi principio, quando erit felix reſurrectio beatorum, cũ requiſitus fuero, non inueniar: quia non ita dignus ero, qui ſanctitatis merito, ſubſiſtam ante faciem tuam. Quod ſi ab hinc peccator abiero, cui tu ante propitiatus non fueris, poſtea ante conſpectũ tuũ, vbi ſunt cæteri ſancti, amplius non ero.

CAP. VIII.

h *REſpondens autem Baldad Suites, dixit etc.*] Offenſus eſt Baldad in ſermonibus ſancti Iob. Primum, quia temere locutus fuiſſet ad deũ: deinde quod diceret, quod C in regno fuiſſet cæteris regibus præpollentior, & quod hanc plagam innocens pateretur: & notat eum ipſe Baldad, quod quaſi non libera mente & ſobria loqueretur, ſed neſcio quo ſpiritu potius ageretur.

i *Nunquid deus ſupplantat iudicium &c.*] Hoc dicit: quia iuſtitia dei pateris, quæ mereris.

k *Etiam ſi filij tui peccauerunt ei &c.*] Si filij, inquit, tui facientes mala, dimiſſi ſunt a deo, vt poteſtas quæ propter iniquitatem eorum in eos data eſt, interimendi eos haberet effectum, tibi in nullo nocere poterit: ſi tamen ipſe adhuc iacens in ſtultitiæ cæcitate, diluculo in agnitionem diuinæ iuſtitiæ conſurrexeris, & pro tuis erroribus & delictis, deum qui omnia poteſt concedere, fueris deprecatus. Qui quaſi dormire videbatur, non audiendo te videlicet, nec vidẽdo, confeſtim euigilabit ad te, & ad præparandam felicitatem tuam inſtabit. Intantum vt ſi priora tua fuerint parua, nouiſſima tua multiplicentur nimis. Si ergo ad deum conuerſus fueris, inquit, ab iniquitatibus, propter quas nunc pœnas pateris, & per ſatiſfactionem, eum pro meritis tuis tibi valde iratum reconciliare volueris: tantam eius gratiam continuo poſſide-

bis, vt ad comparationem nouiſſimorum bonorum tuorum, quæ tibi ſubito poterit compenſare, priora ſatis parua & minima deputentur. Quos peccatores filius ille iunior in euãgelio figurauit: qui cum bonum naturæ, tãquam diuitias cum meretricibus, id eſt, voluptatibus viuendo, prodigus diſſipaſſet, pænitenti occiditur vitulus Chriſtus: anulus quoque fidei, qua cũcta promiſſa certa impreſſione ſignantur, in manu ei tribuitur, & greſſuum ſuorum accepit munimenta, vt ſuper ſerpentes & ſcorpios ſecurus incedat: ſtola etiam ęterna immortalitatis datur. D *Luc.15.*

l *Interroga enim generationem priſt. etc.*] Hoc eſt dicere: quia nos heſterni ſumus, interroga antiquos, & inuenies alios in diluuio, alios in Sodoma, ſiue in diuerſis locis pro peccatis ſuis diuerſas accepiſſe ſententias.

m *Nunquid virere poteſt ſcirpus abſque humore, aut creſcere carectum ſine aqua?*] Hoc eſt dicere: ſicut ſcirpus vel carectum ſine aqua viuere non poteſt: ita tu ſine fomento atque humore iuſtitiæ, nequaquam permanere in priſtina felicitate potuiſti. E

n *Cum adhuc ſit in flore, nec carpatur manu, ante omnes herbas areſcit.*] Dicit ſanctũ Iob, velut herbę ſimilitudine floruiſſe: qui antequam ad maturitatẽ fundatæ gloriæ perueniret, in tanta mala præcipitatus ſit, ne in tẽpore ſuo, quaſi in plenitudine dierum conſummato completoque florentiſſimo regno, manu poteſtatis dei, in qua omnia regna conſiſtunt, auferetur a ſæculo. Ergo quia non ita egiſti vt in pace, completo tempore tuo conferreris in ſepulcrum tuum: idcirco ante omnes herbas, id eſt, ante omnes peccatores (qui herbarum vocabulo ſæpe dicuntur) ſolis ardore ſiccatus es, id eſt, cum infidelibus tribulationibus corde ceſſiſti. F Quod autem ait, ante herbas omnes areſcit: quiſquis hominum multarum eſt iniquitatum, ſicut tu es, præ põdere criminum, ante incipit pœnas luere, quam cæteri peccatores.

o *At ſpes hypocritæ peribit.*] Hypocritæ ſimulantis ſanctimoniam vitæ: hic autem ſecundum dei teſtimonium ſimplex fuit, rectus & innocens, ſicut ipſe ait: Si ambulaui in vanitate. *Iob.31.a*

p *Non ei placebit vecordia ſua.*] Grandis reuera vecordia eſt & amentia, fictæ & ſimulate agere ante deum: quod eis in proſperum nõ procedet, cum ille ſcrutator ſit cordis & renis. Tales in euangeliis arguuntur: qui ſunt ornati deforis quaſi ſpecie ſanctitatis, & intus peccati putredine pleni ſunt, vt ſepulcra mortuorum. *Matth.23.e*

q *Innitetur ſuper domum ſuam, & non ſtabit.*] Confidendo in ſeipſo, & confirmando carnem brachij ſui, ſtare nõ poterit, ſed magis cadet ſuperbia. Quia omnis caro fœnum eſt. *Eſa.40.b*

r *Fulciet eam, & non conſurget.*] Conatur propriis viribus ſe erigere: ſed nequaquam conſurgere poterit: quia non eſt



& non conſurget. [a] Humectus videtur antequam veniat ſol, & in ortu [b] ſuo germen eius egredietur. [c] Super aceruum petrarum radices eius dẽſabuntur, [d] & inter lapides commorabitur. Si [e] abſorbuerit eum de loco ſuo, negabit eum, & dicet: Non noui te. Hæc [f] eſt enim lætitia viæ eius, [g] vt rurſum de terra alij germinentur. [h] Deus nõ proiiciet ſimplicem: nec porriget manum malignis, [i] donec impleatur riſu os tuum, & labia tua iubilo. [k] Qui oderunt te, induentur confuſione, & [l] tabernaculum impiorum non ſubſiſtet.

## CAP. IX.

[m] ET reſpondens Iob, ait: Vere ſcio quod ita ſit, & quod non iuſtificetur homo cõpoſitus deo. Si voluerit contendere cum eo, non poterit reſpondere ei vnum pro mille. Sapiens corde eſt, & fortis robore. [n] Quis reſtitit ei, & pacem habuit? [o] Qui tranſtulit mõtes, & neſcierunt hi quos ſubuertit in furore ſuo. Qui commouet terram de loco ſuo, & [p] columnæ eius concutiuntur. [q] Qui pręcipit ſoli, & nõ oritur: & ſtellas claudit quaſi ſub ſignaculo. Qui extendit cælos ſolus, & graditur ſuper fluctus maris. [r] Qui facit arcturum & oriona & hyadas, & interiora auſtri. [ſ] Qui facit magna & incomprehenſibilia, & mirabilia: quorum non eſt numerus. [t] Si venerit ad me, non videbo eum: ſi abierit, non intelligam. Si repente interroget, quis reſpondebit ei? Vel

A eſt dominus fortitudo eius. In quem incumbentes firmiſſime continentur.

a *Humectus videtur antequã veniat ſol.*] Felicitatẽ proſperantis hominis dicit: qui cum ęſtu tribulationis percuſſus fuerit, aduerſitatibus frangitur, & omnis viror priſtinæ eius lætitiæ, conſumptus triſtitia exiccatur.

b *Et in ortu ſuo germen eius egreditur.*] In principio, inquit, felicitatis ſuæ peccator proſpere agere videtur, ſed non permanebit, virẽtis herbæ ſimilis: hæc eſt repentina iocunditas, ſicut in pſalmo: Cum exorti fuerint peccatores vt fœnum, & apparuerint, id eſt, velut herbę in virorẽ lætitiæ præſentis emerſerint, mox adueniente caumate peribunt. Iuſtus vero non ita vt fœnum florebit: cui, vt dixi, peccatorum gloria cõparatur: ſed ſicut palma florebit, inquit propheta. Quæ ita in profundum B eſt radicibus ſtabilita, vt nec tempeſtatem metuat, nec ſolis ardorem formidet. Et cũ ſub ſacrato numero ad centum vſque nodos peruenerit: quibus altitudo eius ſolide cõtinetur: tunc fructus afferet dulciſſimos charitatis: in ſummo ſcilicet perfectionis faſtigio, quo ſe per incrementa virtutum, quaſi per plurimorum quaſdam ætates annorum aſcendiſſe gloriatur. *Pſal.91.b* *Pſal.92.c*

c *Super aceruum petrarum radices eius denſabuntur.*] Quoniã radices eius in terra bona ſolidatæ, vt fructus patientiæ afferrent, non figentur: ſed ſuper aceruum magis petrarum coartabuntur, non habendo illic vitæ humorem, moriturus vtique prius ariditate ſiccabitur.

d *Et inter lapides commorabitur.*] Metaphoricos: lapides, infideles & duri cordis hoc loco poſſunt intelligi, inter quos quiſque peccator commorabitur vitæ ſimilitudine C coæqualis: qui deum vt ſtolida metalla non ſentiũt. Aut certe lapides peccata nominauit. Vnde propheta ait: Tollite lapides de via, id eſt, de via ſanctæ conuerſationis auferte peccata. *Hier.50.d*

e *Si abſorbuerit eum de loco ſuo, negabit eum, &c.*] Cum de hac vita ad loca ſqualida inferorum transferẽdus abſorptus fuerit, indignus vtique conſpectui dei eſſe negabitur. Locus hominis dici poteſt qualitas conuerſationis, vbi vel vitæ genere, vel mente conſiſtit, id eſt, diſciplina, vel gratia quam accepit, aut elegit ſectari.

f *Hæc eſt enim lætitia viæ eius.*] Ironicos dicitur, hæc eſt lætitia eius, velut ſi diceret: Sic in bonis operibus deoque placentibus ambulauit dum viueret, vt ad ærumnas perpetuo perueniret.

g *Vt rurſum de terra alij germinentur.*] Facit vtique deus vt iuſtus iudex, dum Iudæos incredulos a promiſſionibus quæ in Chriſto ſunt, propter perfidiam excluſit, & gentes propter obedientiam intromiſit. Siue in loco Iudæ Matthiam conſtituens, iuſta iudicia ſua declarauit. *Act.1.*

h *Deus non proiiciet ſimplicem: nec porriget manum malignis.*] Id dicit, non iuuat vt faueatur operantibus iniquitatem: & tamen porriget manum pietatis ſuæ, vt peccatores ad pænitentiam conuertat.

i *Donec impleatur riſu os tuum, & labia tua iubilo.*] In riſu, lætitiã cordis intellige. In iubilo, vocẽ exultãtis aduerte. D

k *Qui oderunt te &c.*] Cum vtique talis fueris, qualem dixi ſuperius, qui oderũt te, merito confundentur.

l *Et tabernaculum impiorum non ſubſiſtet.*] De Iob quidam hoc dicit, ſed fallitur. Nam manifeſtum eſt tabernaculum impiorũ periturum in ęternum, id eſt, diabolum & miniſtros eius, vel etiã præſens ſæculum.

CAP. IX.

m *ET reſpondens Iob &c.*] Noli ergo de me ita exiſtimare, quod ego ſalutẽ cogitare hoc audeam, cum ſciam quia creatura creatori ſuo in nullo poſſit penitus comparari.

n *Quis reſtitit ei &c.*] Quis contra deum agens non ſibi bellum iræ eius commouit, ſicut Dathan & cæteri?

o *Qui tranſtulit montes &c.*] Metaphoricos, montes homines ſiue angeli intelligendi ſunt: quorum elatio mentis, intantum intumuit, vt excelſis montibus comparentur. E

p *Et columnæ eius concutiuntur.*] Columnas hoc loco pro ſtabilitate terræ intelligamus: quam deus ſuper ſemetipſã immobiliſſima mole fundauit.

q *Qui præcipit ſoli &c.*] Per viciſſitudines diei & noctis: diſpoſitione dei gubernantis omnia quotidie fieri ita videmus.

r *Qui facit arcturũ & oriona &c.*] In his ſtellarum ſignis, quæ ſunt in firmamento cęli, pene omnibus ſtellis notiora, totã militiã aſtrorum dicit ad regimẽ dei pertinere: quæ magna & mirabilia homines ignorãt. Vnde ipſe dominus ait. Nũquid noſti ordinẽ cæli, & ponis rationẽ ipſius? Item moraliter. Qui cõmoues terrã de loco ſuo. Hominẽ deus de loco vitæ prioris cõmouit, & delectabiles cogitationes, ſed noxias, quibus quaſi columnis incubãs ac requieſcẽs in eis ſuſtinebatur, cõcuſſit & infirmauit, vt eũ ad ſanctitatẽ vitæ cõmutaret. Qui præcepit ſoli, & nõ oritur. Peccatoribus cordis cæcitate percuſſis, nõ ſol oritur iuſtitiæ Chriſtus, ſiue ſtellarũ, id eſt, ſanctorũ merita, quibus alij ab aliis diſtabũt in claritate: qui dũ hic latent, quaſi clauduntur ſub ſignaculo. Qui extẽdit cælos ſuos. Apoſtolos & cæteros ſanctos, cęlos effectos, vbique prędicatione diffundit: ſiue eis ſcripturas, quæ cælorũ nomine plerunq; ſignificãtur reuelando eorũ cordibus patefacit: ſicut ait. Quoniã videbo cælos, opera digitorũ tuorũ. Egreditur ſuper fluctus maris. Super ſæculi vtiq; iſtius homines inquietos, elatos & turbidos, vt ad manſuetudinem & placabilitatem tumore depoſito cõculcentur. Qui facit arcturum, id eſt, primos in reſurrectione eccleſiæ, vt ſint glorioſi, ſplendentes velut meridies calore charitatis dei accenſi, & fidei lumine illuſtrati. *Iob.38.b* F *Pſal.8.a*

ſ *Qui facit magna, etc.*] Magnũ eſt quod facit deus, vt vas fragile hominẽ morti obnoxiũ per Chriſtũ in ſpem beatæ reſurrectionis conſtituat. Et interiora auſtri, Vbi candelabrum cum lucernis, ſeptiformis ſpiritus gratia videlicet & intelligentiæ relucentibus, collocatur.

t *Si venerit ad me, nõ videbo eũ etc.*] Plus dicit, quod veniẽtis

A dei præſentia ſit, quando homini innoteſcit: & quando occulitur, quaſi abeuntis abſentia indicatur.

a *Sub quo curuantur qui portant orbem.*] Portantes orbem, ſancti recte intelliguntur: qui gloria meritorum ſuorum, magni & potentes ſunt apud deum. Hi ergo cordis humilitate ad interueniendum pro peccatoribus in conſpectu eius ſunt incuruati. Ita ſancti portant mundum, dū eum ne ruat ac pereat, orationū fortitudine ſuſtinent. Columnæ cęli intremiſcunt ac pauent ad nutum eius. Apoſtoli, prophetæ, omneſq; apoſtolici viri, ſancti quoque & cæteri fideles intelligendi ſunt, de quibus eſt Petrus, Iacobus & Ioānes, qui videbantur eſſe columnę: ſiue ſancti ante deum incuruati & procidentes adorāt: qui portant orbem, ideſt, totum hominem ſuum, quem docti minorem mūdum appellant, perfectioni crucis

*Gal.2.b*

B imponunt: & ne per mundi vanitates cogitationib⁹ ſoluatur ac deflectat: intra ſe eum constringendo per dei gratiam regunt & continēt.

b *Et cum inuocantem &c.*] Qui me etiā inculpabili ſtudentem vitæ, impugnātium permittit iniuriæ. Exauditus eſt in hoc, vt dei bona mereatur. Non ſe autem exauditum credit, eo quod mala patiatur.

c *In turbine enim conteret me.*] Turbo diabolus poteſt intelligi, qui velut turbo incubuit in Iob, vt eum vaſtaret.

d *Non concedit requieſcere ſpiritum meum.*] Aſtomathicon ſe dicebat effectum: infirmitas enim eſt quæ in pulmonibus generatur. Obſtinantur aditus quidam pulmonum, quos Græci itopiros appellant: & ita cōſtringuntur atque concluduntur in

C pulmonibus, vt dicunt medici, vt reddere ſiue recipere ſpiritum pulmones coanguſtati non ſufficiant, nimio etiam dolore cum feſtinato ſuſpirio repetitur, & conciſus flatus emittitur.

e *Et implet me amar.*] Plagis omnibus atque infirmitatibus circūdata atque obſeſſa repleta fellis atq; blaſphemiæ, & amaritudine anima mea. Ita vt durum verbum & aſperum os meum dicere compellatur. Et tædebit me vitæ meæ. Ego tamen hoc ſolum noui, quod malis vitæ præſentis punior.

f *Si flagellat, occidat &c.*] Dure hic ſatis locutus eſt contra deum. In toto quidem libro hoc, nullus locus eſt aſperior iſto, & altero ſuperius poſito, vbi ait: quamobrem elegit ſuſpendium anima mea, & mortem oſſa mea: de quibus ſermonibus reſpondit ad deum in fine libri: vnū locutus ſum, quod vtinam non dixiſſem, & alterum quibus vltra nihil addam. Tota altercatio Iob cum amicis D hic eſt, quod ille ſe iuſtum, illi eum impium pronuntiabant.

ei? Vel quis dicere poteſt, cur ita facis? Deus cuius iræ nemo reſiſtere poteſt, & a ſub quo curuantur qui portant orbem. Quantus ergo ſum ego vt reſpondeam ei, & loquar verbis meis cum eo? Qui etiam ſi habuero quippiam iuſtum, non reſpondebo, ſed meum iudicem deprecabor. b Et cum inuocantem me exaudierit, nō credo quod audierit vocem meam. c In turbine enim conteret me, & multiplicabit vulnera mea etiam ſine cauſa. d Non concedit requieſcere ſpiritum meum, & e implet me amaritudinibus. Si fortitudo quæritur, robuſtiſſimus eſt. Si æquitas iudicij, nemo audet pro me teſtimonium dicere. Si iuſtificare me voluero, os meum condemnabit me. Si innocentem oſtēdero, prauum me comprobabit. Etiam ſi ſimplex fuero, hoc ipſum ignorabit anima mea, & tædebit me vitæ meæ. Vnum eſt quod locutus ſum, & innocentem & impium ipſe conſumit. f Si flagellat, occidat ſemel, & non de pœnis innocentium rideat. g Terra data eſt in manus impij: h vultum iudicum eius operit. Quod ſi non ille eſt, quis ergo eſt? Dies mei velociores fuerūt curſore, fugerunt & non viderunt bonum. Pertranſierunt quaſi naues poma portantes: ſicut aquila volans ad eſcam. i Cum dixero, nequaquam ita loquar, k commuto faciem meam, & dolore torqueor. Verebar omnia opera mea, ſciens quod non parceres delinquenti: ſi autē & ſic impius ſum, quare fruſtra laboraui? l Si lotus fuero quaſi aquis niuis, & fulſerint velut mundiſſimæ manus meæ: tamen ſordibus intinges me, & m abominabuntur me veſtimenta mea. Neque enim viro qui ſimilis mei eſt, reſpondebo: nec qui mecum in iudicio ex æquo poſſit audiri. n Non eſt qui vtrunque valeat arguere, & ponere o manum ſuā in ambobus. Auferat a me virgam ſuam, & pauor eius non me terreat. Loquar & non timebo eum. Nec enim poſſum metuens reſpondere.

## CAP. X.

p TÆdet animam meam vitæ meæ, dimittam aduerſum me eloquium meū. Loquar in amaritudine animæ meæ, dicam deo. Noli me condemnare. Indica mihi, cur me ita iudices? Nunquid bonum tibi videtur, ſi calumnieris me, & opprimas me opus manuū tuarum,

g *Terra data eſt &c.*] Caro Chriſti in poteſtatem Herodis ſiue Pilati, vel ipſe Iob in poteſtatem diaboli.

h *Vultum iudicū &c.*] Vultum hoc loco mentis iudicium, quod dei iuſto iudicio eſt opertum, appellat. Excæcanda corda ſatellitum impij diaboli: quos iſtic iudices nominauit, vt ſanctum Iob crudelitate acrius cruciarēt.

i *Cum dixero, nequaquam ita loquar.*] Nequaquam ita ait, hoc eſt quando compellente cruciatu, aſpera contra deum loquor & dura, eodē puncto reſipiſcens definio me deo ita loqui non oportere.

k *Commuto faciem.*] Id eſt, præ doloris nimietate contraho atque contriſtor, & in ipſo definitionis meæ momento, ſubitis ac repentinis dolorum aculeis ita vexor E atque diſcrucior, vt rurſum amaritudinis & fellis verba depromam.

l *Si lotus &c.*] In ablutione ergo aquarum niuis, candor mentis oſtenditur: & in manu, munditia fructus ſanctorum operum demōſtratur. Et ręcte poteſt niui baptiſmus comparari. In pluuia ergo & imbre affluente, ſermonem doctrinæ legiſlator voluit indicare. In rore vero & in niue, ſenſum cum illuminatione ſui, interiora viſcerum penetrantem.

m *Et abominabuntur &c.*] Tantum enim malorum mihi illatum eſt, vt ſqualore vulneris & putredinis, ſi dici poteſt, etiam quæ inſenſibilia ſunt, deteſtentur.

n *Non eſt qui vtrunque valeat &c.*] Id eſt, quis eſt qui deū F poteſt iniuſtitiæ, quaſi iniquum arguere niſi temerarius & blaſphemus? quis poteſt velut in reum iniquitatis cum extenſione manus dare ſententiam? Iob vero iuxta dei teſtimonium, quo fuerat collaudatus, eo quod innocens eſſet, ſibi conſcius vere dixit, quod non eſſet vllus eorum, cum quibus altercabatur, qui eum recte poſſit arguere: quia ille iudicare alterum iuſtiſſime audet, cuius rea conſcientia de his quæ in alterum iudicat, non tenetur.

o *Manum ſuam &c.*] Securus, inquit, & conſtanter tunc potero reſpondere, ſi hæc duo amoueat a me: potentiæ videlicet ſuæ magnitudinem, & horum cruciatuum pœnas.

## CAP. X.

p T*Aedet animam meam &c. Manus tuæ domine fecerunt me, & plaſmauerunt me totum in circuitu &c.*] Quod autem



A autem dicit totum ſe in circuitu factum, contra hæreticos locutus eſt, qui dicunt animam ab alio deo factam, & corpus ab altero plaſmatum.

a *Vitam & miſericordiam tribuiſti mihi, & viſitatio tua cuſtodiuit ſpiritum meum.*] Ipſa anima eſt vita hic appellata, nō vita animæ: quia poſſunt & actus animæ, vita nuncupari.

b *Non leuabo caput, ſaturatus afflictione & miſeria &c.*] Id eſt, cōtractus dolore & tormētis viſcerū, caput ad ima depoſitum eleuare nō poſſum: ſiue cōfuſione & mœrore repletus.

c *Quaſi leænā capies me.*] Huic ergo beſtię, ait Iob, aſſimilas me hominem humilem & abiectum.

d *Reuerſuſq; mirabiliter etc.*] Deum dicebat ad ſe reuerti, quādo cum antiquis nouas pœnas & recentiores in ſuo corpore ſentiebat mirabiliter.

B e *Inſtauras teſtes tuos contra me.*] Hoc dicit, quia caſtigationes & pœnæ noſtræ, teſtes ſunt diuinæ iuſtitiæ. Siue cruciatus illius idcirco dictos teſtes exiſtimo, quia eiulante eo & rugiente, quaſi teſtimonium deo tormēta reddebant.

f *Multiplicaſti iram tuam aduerſum me, & pœnæ militant in me. Quare.*] Poteſt ira dei diabolus intelligi, cuius miniſterio Iob acerbos dolores patiebatur. Pœnæ autem in ſe militantes dicuntur: quia per quendam malorum ordinem ſuccedētes, officium commiſſæ ſibi crudelitatis exercent.

g *Dimitte ergo me vt plāgam paululum dolorem meum.*] Id eſt, requiem ab iſtis cruciatibus mihi concede, vt plangam aliquātulum dolorem pœnarum mearum: quem

C in corpore meo ſuſtineo, ſiue quem futurum in inferno perhorreſco.

h *Antequam vadam & non reuertar ad terram tenebroſam & opertam mortis caligine, terram miſeriæ & tenebrarum, vbi vmbra mortis et nullus &c.*] Quod terram inferorū deſcripſerit, nulli dubium eſt: null⁹ ordo ibi eſt vitę: tenebroſa eſt, vt dixi, proculdubio velut carcer, in quē peccatores & impij qui lucem odio habuerunt, vt tenebrarum filij, cōtrudentur. Quæ terra caligine mortis operta eſt, vt clauſi in nocte æterna, nullum pænitentiæ lumen aliquando aſpiciant. Vbi eſt miſeris vmbra mortis, quæ in hoc loco pœnæ intelligendæ ſunt: quia ſicut vmbræ corporū non ſunt longe à corporibus, quæ faciunt vmbras, ita pœnæ non longe à morte ſunt, quæ inferunt mortem.

tuarum, & conſilium impiorum adiuues? Numquid oculi carnei tibi ſunt: aut ſicut videt homo, & tu videbis? Numquid ſicut dies hominis dies tui, & anni tui ſicut humana ſunt tempora, vt quæras iniquitatem meam, & peccatum meum ſcruteris? Et ſcias quia nihil impium fecerim: cum ſit nemo qui de manu tua poſſit eruere. Manus tuæ domine fecerunt me, & plaſmauerunt me totum in circuitu: & ſic repente præcipitas me? Memento quęſo quod ſicut lutum feceris me, & in puluerem reduces me. Nonne ſicut lac mulſiſti me: & ſicut caſeum me coagulaſti? Pelle & carnibus veſtiſti me, oſſibus & neruis compegiſti me. a Vitam & miſericordiam tribuiſti mihi, & viſitatio tua cuſtodiuit ſpiritum meum. Licet hæc cæles in corde tuo: tamen ſcio quia vniuerſorum memineris. Si peccaui, & ad horam peperciſti mihi, cur ab iniquitate mea mundum me eſſe non pateris? Et ſi impius fuero, væ mihi eſt: & ſi iuſtus. b non leuabo caput, ſaturatus afflictione & miſeria. Et propter ſuperbiam, c quaſi leænam capies me: d reuerſuſque mirabiliter me crucias, e Inſtauras teſtes tuos contra me, & f multiplicaſti iram tuam aduerſum me, & pœnæ militant in me. Quare de vulua eduxiſti me: qui vtinam conſumptus eſſem, ne oculus me videret: Fuiſſem quaſi non eſſem de vtero tranſlatus ad tumulum. Nunquid non paucitas dierum meorum finietur breui? g Dimitte ergo me, vt plangam paululum dolorem meum, h antequam vadam, & non reuertar ad terram tenebroſam, & opertam mortis caligine, terram miſeriæ & tenebrarum, vbi vmbra mortis & nullus ordo: ſed ſempiternus horror inhabitans.

## Cap. XI.

i REſpondens autem Sophar Naamathites, dixit. Nunquid qui multa loquitur, non audiet, aut vir verboſus iuſtificabitur? Tibi ſoli k tacebunt homines: & cum cæteros irriſeris, à nullo confutaberis? Dixiſti l enim: Purus eſt ſermo meus, & mundus ſum in conſpectu tuo. Atque m vtinam deus loqueretur tecum, & aperiret labia tua tibi, n vt oſtenderet tibi ſecreta ſapientiæ: & quod multiplex eſſet lex eius, & o intelligeres quod multo minora exigaris ab eo quam meretur iniquitas tua. p Forſitan veſtigia dei comprehendes, & vſque ad perfectum omnipotentem reperies. q Excelſior cęlo eſt, & quid facies? Profundior inferno, & vnde cognoſces? Longior

Non reuertar ad hanc mortalitatem, vbi tanta mala pa- D tior. Spiritus diuinus, qui eſt in naribus meis. Quia eum dolorum anguſtiis anhelantem conſolationum robore vrgebat. Quis mihi tribuat vt in inferno protegas me, & abſcondas donec pertranſeat ira tua, & conſtituas mihi tēp⁹ in quo recorderis mei. Furor iræ dei pertrāſiit, quē Adam peccādo promeruit, quando chirographum in mortem filiorum eius conſcriptū, Chriſti deleuit aduētus. Nemini ergo de ſanctis mirum videatur, qui aduentu domini ſunt abſoluti ab inferis, & reſurrectionis Chriſti exemplo in ſpe beatæ reſurrectionis ſuæ ſunt conſtituti.

## CAP. XI.

i R*Eſpondens autem Sophar Naamathites, dixit: Nunquid qui multa loquitur, nō audiet, &c.*] Veluti ſi dixiſſet: Nunquid poteſt vir verboſus admirationi haberi, aut E pręconio laudis efferri, cum ſit oſtenſione nimiæ verboſitatis odioſus: ſed potius audire debet quæ meretur, ne vanitate elatus, ſolum ſe exiſtimet ſapientem.

k *Tibi ſoli tacebunt homines & cū cæteros &c.*] Non ſunt hæc amicorum ſolatia, ſed hoſtium tela. Ita vt nunc dicamus de vobis: Filij hominum dentes eorum arma & ſagittæ.

l *Dixiſti enim: Purus eſt ſermo meus, & mundus ſum in cōſpectu tuo.*] Non ita dixit quod purus eſſet & mundus, ideſt, quod cogitationibus & verbis ante deum immaculatus exiſteret: ſed dixit, nihil impium feci.

m *Atque vtinam deus loqueretur tecum, & aperiret labia ſua tibi.*] Dixit quali iudicio Iob debuerit condemnari. In loquendo enim vocem dei, cuius ſonū aures ſuſci- F piunt, vt arbitror, voluit indicare. In aperiendis vero labiis, vocis intelligentiam demonſtrauit.

n *Vt oſtenderet tibi ſecreta ſapiētiæ &c.*] Cordis eius abdita & remota iudicia, in quibus multiplex & imperſcrutabilis eſt, cognoſceres.

o *Et intelligeres quod multo minora &c.*] Hoc eſt, plura pati debes tormenta, quam te ſuſtinere proclamas.

p *Forſitan veſtigia dei cōprehendes &c.*] Veſtigia dei illa ſunt, quādo dignatione ſui hominibus innoteſcit. Et ideo tunc eum veſtigamus, quādo ſe nobis aliquantulum manifeſtare dignatur. Hæc ſunt ergo veſtigia dei, cum eum incomprehenſibilem intellexeris & credideris.

q *Excelſior cælo eſt: & quid facies? &c.*] Credimus quod

A vbique eſt deus,& intra eum omnia quę ab eo creata ſunt, continentur.

a *Ipſe enim nouit hominum vanitatem, & videns iniquitatem nonne conſiderat.*] Ipſe enim nouit opera iniquorum, & videns iniuſta nō negligit: quia iniquos & impios vindicat.

Longior terra menſura eius,& latior mari. Si ſubuerterit omnia, vel in vnum coartauerit: quis contradicet ei? vel quis dicere ei poteſt: cur ita facis? a Ipſe enim nouit hominum vanitatem, & videns iniquitatem nonne conſiderat? b Vir vanus in ſuperbiam erigitur, & tanquam pullum onagri ſe liberum natum putat. c Tu autem firmaſti cor tuum, & expandiſti ad eum manus tuas. Si d iniquitatem quæ eſt in manu tua abſtuleris à te, & non manſerit in tabernaculo tuo iniuſtitia: e tunc leuare poteris faciem tuam abſque macula, & eris ſtabilis & non timebis. Miſeriæ f quoque obliuiſceris, & quaſi aquarum quæ prætererunt non recordaberis, & g quaſi meridianus fulgor conſurget tibi ad veſperam. Et cum te conſumptum putaueris, orieris vt lucifer, & h habebis fiduciam propoſita tibi ſpe, & defoſſus ſecurus dormies. Requieſces, & non erit qui te exterreat. Et deprecabuntur faciem tuam plurimi. i Oculi autem impiorum deficient, & effugium peribit ab eis, & ſpes illorum abominatio animæ.

## Cap. XII.

k RESpondens autem Iob, dixit: Ergo vos eſtis ſoli homines, & vobiſcum morietur ſapientia? Et mihi eſt cor, ſicut & vobis: nec inferior veſtri ſum. Quis enim hæc quæ noſtis, ignorat? Qui deridetur ab amico ſuo ſicut ego, inuocabit deum, & exaudiet eum. Deridetur enim iuſti ſimplicitas, l lampas contempta apud cogitationes diuitum, parata ad tempus ſtatutum. Abundant tabernacula prædonum, & audacter prouocant deum: cum ipſe dederit omnia in manus eorum. Nimirum m interroga iumenta, & docebunt te: & volatilia cæli, & indicabunt tibi. Loquere terræ, & reſpondebit tibi, & narrabunt piſces maris. Quis ignorat quod omnia hæc manus domini fecerit? In cuius manu anima omnis viuentis, & ſpiritus vniuerſæ carnis hominis. Nonne auris verba diiudicat, & fauces comedentis ſaporem? In antiquis eſt ſapientia, & in multo tempore prudentia. Apud ipſum eſt ſapientia & fortitudo, & ipſe habet conſilium

b *Vir vanus in ſuperbiam erigitur: & tamquam pullum onagri ſe liberū natum putat.*] Dicit eum pullo onagri ſimilē, effreno ſcilicet animali & vago: eo quod ita exiſtimet de ſe Iob, qui ad nullum debeat pertinere.

c *Tu autem firmaſti cor tuum, & expādiſti ad eū manus tuas.*] Firmaſti cor tuum, ait, non vt ſatisfaceres deo per pænitentiam, vt auferret plagam hāc peſſimam in tuis carnibus ſæuientem. Expandiſti ad eū manus tuas, id eſt, falſa operum merita, ore vaniloquo dilataſti: quia multis locis, nomine manuum, opera deſignantur.

d *Si iniquitatem &c.*] Cum B exprobratione arguit Iob, dicens: Si iniquitatis quę eſt in manu operis tui & iniuſtitia in tabernaculo cordis tui non manſerit.

e *Tunc leuare poteris faciē tuā abſque macula.*] Sanctam videlicet poſſidens conſcientiam, & liberam ad deprecādum deum eriges faciem tuam. Cain enim fratricida in terra Naid habitauit, id eſt, inſtabilis factus eſt. Ne ergo & Iob ob huiuſmodi ſupplicium, ſuper morte ſua perpetuum timorem incurreret: Sophar hortatur eū, dicens: Si hæc feceris, quæ ſupra diximus, eris ſtabilis. Hoc ſane ſciendum: quia eſt commotio, in qua peccator permanens in facinoribus ſuis, ante faciem non conſiſtit. Facies tua tāquam aqua pura, & ſpoliaberis ſorde, & C nō timebis. Qui eſt ſynceræ & purificatæ mentis & mūdus ab omni ſorde, pertimet vitia: quibus velut exuuiis expoliatus, tanquam è tenebris eductus fulgebit. Homo faciem mentis ſuæ candoris puritate præferēs, radiantem in populum ſignificat Iudæorum: qui Chriſtum patrem quodammodo ſuum occidit.

Gen.4.e Sec.70.

f *Miſeriæ quoque obliuiſceris, & quaſi aquarum quæ præterierunt non recordaberis.*] In tranſitu itaque aquarum, Sophar hoc vult intelligere, quod tam cito poſſint diſcedere ab eo dolores, ſi tamen Iob ſe emendare voluerit: quemadmodum aquæ intra momentum ad loca alia dilabuntur: & ita omnino abſtergi ab eo poſſe plagæ huius miſeriam, vt prorſus tenui memoria recordetur eius quaſi quæ non fuerit.

g *Et quaſi meridianus fulgor conſurget tibi ad veſperam.*] Spiritualiter ſic intelligi poteſt: conſurget tibi ad veſperam, ideſt, in conſummatione laborū malorum tuorum, cōſolatio ſol iuſtitiæ tibi Chriſtus adueniet, ſiue poſt mortem reſurges in gloriam. Item aliter, etiam in hoc interitu tuo D quo quotidie tanta putredine contabeſcis & defluis, vt iā omnino conſumptum te arbitreris, ſi feceris, quæ iam dixi, ex nihilo omnino penituſque conſumpto, repente orieris vt lucifer: qui per occultas curſus ſui metas polum circuiens, poſt biennium in ipſius auroræ rutilo dicitur apparere. Ita ergo & tibi poſt noctem & tenebras dēſiores, diutinæ tentationis iſtius, ſi culpas tuas cognoueris, poterit euenire.

h *Et habebis fiduciam propoſita tibi ſpe, & defoſſus ſecurus dormies.*] Habebis hāc fiduciam, vt defoſſus in morte, certuſq; de reſurrectione effectus, ſecurus dormias, requieſcas in inferno, in ſpe certæ fidei cōſtitutus, & nō erit illic vllus tortor aduerſarius inimic⁹, qui te exterreat, & tibi pœnas infernales infligat: ſed potius quicūq; ſūt, preces tibi ſupplices fūdēt, vt eis tartareis cruciatus tuis orationibus tēperētur. E

i *Oculi autem impiorum deficient &c. abominatio animæ.*) Id eſt, expectatio hominum impiorum hoc fine concludetur, vt in tempore alienæ gloriæ, ipſi non abſolutione, ſed abominatione digni inueniantur.

## CAP. XII.

k *RESpondens autem Iob, dixit: Ergo vos ſoli eſtis homines, & vobiſcum morabitur ſapientia.*] Hoc eſt dicere, quid vos tantum dicitis ſapiētes, & putatis quod poſt vos nullus erit ſapiens.

l *Lampas contempta apud cogitationes &c.*) Lampadē ſe contemptam à diuitibus dicit: vtique ſuperbos eos denotans, eo quod deſpicerēt eum afflictum cruciatibus, & deſpectione propinquorum: qui tamē magnæ fidei & bonorum operum oleo F intrinſecus fulgebat. Siue etiam lampas cōtempta à diuitibus, Chriſtus à Iudæis: qui ſurgens à mortuis, ſplēdore gratiæ ſuæ illuminauit vniuerſum mundum. Diuites vero ideo Iudæi dicti ſunt: quia acceperunt eloquia dei.

m *Nimirum interroga iumenta, & docebunt te: & volatilia cæli, & indicabunt tibi.*) Quod omnia ad dei prouidentiam & gubernationem pertineant, etiam quæ irrationabilia atque inſenſibilia ſunt, quadam ratione veritatis interrogata reſpondent. Secundum myſticum intellectum, poſſunt homines inconditi & irrationabiles moribus, iumenta intelligi. Volatilia vero intelliguntur dæmones, ſiue leues & elati homines ac ſuperbi, aut certe aſtrologi. Terra, voluptuoſi homines & carnales qui terrena ſapiunt. Piſces philoſophi & eorum ſimiles, qui de rebus mundi & eius qualitatibus inquirendis nimij ſunt. Aliter, Iumenta, equi boni ſunt, quę animalia in hæreditate domini habitabunt: quibus pluuia voluntaria euangelij ab incredulis



conſilium & intelligentiam. Si [a] deſtruxerit, nemo eſt qui ædificet: ſi [b] incluſerit hominē, nullus eſt qui aperiat: ſi [c] continuerit aquas, omnia ſiccabuntur: & ſi emiſerit eas, ſubuertēt terram. [d] Apud ipſum eſt fortitudo & ſapientia. Ipſe [e] nouit & decipientē, & eum qui decipitur. Adducit [f] cōſiliarios in ſtultum finem, & iudices in ſtuporem. [g] Baltheum regū diſſoluit, & præcingit fune renes eorū. [h] Ducit ſacerdotes inglorios, & [i] optimates ſupplātat. [k] Commutans labiū veracium, & doctrinam

A lis ſegregata eſt. Volucres vero ſunt qui ſurſum corda habent & cæleſtia concupiſcunt: vel qui obuiam Chriſto in aera ex mortuis ituri ſunt, caro ſanctorum rectiſſime intelligitur, quæ regnante domino exultabit. Piſces vero qui inter fluctus mundi iſtius tempeſtateſque natantes, tuta ſibi loca æternitatis & quieta proſpiciunt. Vel illi piſces intelligendi ſunt, qui per aquam vitam accipiunt: qui confeſtim de fonte baptiſmi migrant ad Chriſtum, ſiue ad deum, vt alij dicunt.

a *Si deſtruxe. &c.*] Manifeſtum eſt quicquid ſapientiæ ſuæ iudicio diſſipare voluerit ac deſtruere, nemo poterit fortitudini illius velut potens reſiſtere. Sicut deſtruxit turrem & regna multarum gentium, vel etiam Hieruſalem, vbi præcepta ipſa legalia tanquam lapides ſcripti ſunt, ſub præſentia gratiæ ſuæ diſſoluenda eſſe prænuntiauit. Sic itaque & ſecundum Iob prophetationem, paries inimicitiarūm, lex vtique pręceptorum, per Chriſtum deſtructa eſt, vt duos cōderet in ſemetipſo in vnum nouum hominem pacem faciens. Deſtruxit atque reſerauit deus Chriſtus clauſtra B inferni, & diabolum habētem poteſtatem mortis, regno dominationis depoſuit. Deſtruxit deus Chriſtus igitur mortem, dum ipſam, vt in ea mori dignaretur, ſuſcepit: & dum in cruce deſtruxit corpus peccati, veterem hominē noſtrum illic interficientem peremit, vt viam nobis in æternum reſtitueret. Sic itaque deſtruxit mortem, & illuminauit vitam perſequentium eccleſiam: deſtruxit conſilia molientium, vt nomen eius effoderent de ſub cælo, Iudæi ſcilicet & gentes. Deſtruxit dogmata & diuerſos errores hæreticorum ab eccleſia, indiſſolubili rectæ fidei ædificio, de quibus Salomon. Ciuitates fortium aſcendit ſapiēs & deſtruxit munitiones eius, deſtruxit & omnem cultum idolorum.

b *Si incluſerit hominem, nullus eſt qui aperiat.*] Incluſit deus Noe in diluuio, Lot in Segor, Ionam in ventre ceti, Hieremiam & Baruch ne inuenirentur. Includit & illos de quibus dicitur. Immittet angelum ſuum in circuitu timentium eum, & eripiet eos. Siue ſub ſententia mortis iudicio dei poſitum hominem quis poteſt reuocare? Incluſus eſt Pharao in mediis aquis, incluſi ſunt Dathan & Abiron viui in inferno, populus Iſrael in eremo per quadraginta annos incluſus eſt. Includit deus hominem tribulationibus excoquendum, aut certe correptionibus flagellandum peccatorem cingit vt emendet. Quis eſt qui copiam declinandi veluti quendam aditum aperiat, vt euadat, ſicut ipſe Iob, qui ait. Concluſit me deus apud C iniquum, & manibus impiorum tradidit me. Poteſt homo hoc loco diabolus intelligi: qui cum incluſus fuerit in inferno, nec ſe ipſe liberauit, qui ſe contra deum fortiſſimum deteſtabiliter arbitratur.

Pſal.33.b

c *Si continuerit aquas, omnia ſiccabuntur: &c.*] Quod factū ſub Noe, ſecundum ſcripturarum fidem, minime dubitamus. Modo vero ſpiritualiter aquæ doctrinarum, in Iudæorum populis continentur, vt ſint eis legis flumina in deſertum, & exitus aquarum in ſitim: & habeāt vt iſtæ aquæ terrenas cupiditates atque luxurias, & diſperdātur ac demoliantur, in terra eccleſiæ rationabilis, relicta imagine terreni hominis in ſpiritualem vitam ſe conuertendo proficiant.

d *Apud ipſum eſt fortitudo & ſapientia.*] Hoc eſt filius cū patre, & ſpiritus ſanctus.

e *Ipſe nouit decipientem, & eum qui decipitur.*] Nouerat Balaam, Achab, Ænam falſum ſurrecturum prophetam. Ænam nouit, ſed per hæc meritum populi peccatoris oſtēdit: vt in perditionem eius falſa vaticinando denuntiet, & hi qui nolunt audire deum & prophetas vera dicentes, pſeudoprophetarum falſis vaticinationibus illudantur. D Filij quoque Iſrael ſicut in libro Iudicum legimus, æquiſſimo dei iudicio decepti ſunt. Et cum iuſta cauſa propter vxorem Leuitis contra Beniaminitas congregati fuiſſent, vt ſcelus adulterij puniretur, in ipſis prius eſt ſacrilegij crimen vindicatum: quia prius ipſi emendari debuerant, vel certe eos, qui idola in iniuriam dei adorabant interimere, quibus maius fuit fratris iniuria quam dei, & ob id prius in illis vindicatum eſt. Nouit autem dominus & decipientem & deceptum per præſciētiam, quod etiā de Abel & Cain, & Dalila, & Sāſon, qui gratiam ſpiritus ſancti in ſeptē crinibus myſtice poſſidebat, intelligi poteſt. Nouerat vtique hæc omnia deus antequam fierent, præſcius futurorum: ſed permiſit vt homo qui libero vtebatur arbitrio, præcepto dei inobediens, inſuper & deum poſſe ſe fieri credens, per iuſtitiam dei pœnam inobedientiæ digniſſime ſuſtineret. Hi omnes typum Chriſti habuerunt. In Samſon vero, qui leonem tenuit & occidit, & in ore mortui leonis fauum mellis inuenit, ſignificatum E eſt, quod in ſuperbis in quorum ore putor fuerat blaſphemiæ, eſſet poſtmodum dulcedo laudis & gratiæ dei. Et vt ille Samſon ſitiens de molari dente aſini inuocato deo aquam eduxit vt biberet, ita & Chriſtus de immundo & duro gentium populo fide credentium, tanquam refrigerij poculo ſaturatus eſt. Maxilla quoque eiuſdem aſini de cuius molari aquæ copioſæ effluxerant, occidit mille viros. In maxillis & dentibus, oris eloquium intelligitur. Doctrina igitur eorum qui ex gentibus crediderunt perfecto quodam numero finitur. Samſon vero hoſtes ſuos atque aduerſarios tribus modis interfecit & occidit, dum alij non credendo pereunt, alij vero credendo fidei, moriuntur peccato. Opus hoc maxillæ eleuatio appellatur. Ita enim doctrina & prædicatio euangelij magnificata eſt ſuper omnem terram, vt eam omnes gentes vbique eleuatam mirentur. In illis ergo vulpibus figuratum eſt, vt per doloſos & ſanæ fidei inimicos, quorum principatus in caudis eſt, pars poſt tergum relicta, pars circa fructus Chriſto aduerſantium vaſtaretur.

Iudic.20.c

Iud.16.

Ibid.15.d

f *Adducit conſiliarios in ſtultum finem.*] Vt fecit contra Ægyptiorum magos, qui dicebant Pharaoni, regem Chaldæorum non eſſe venturum ad vaſtandam Ægyptum, ſiue ipſum Nabuchodonoſor in amentiam vertēs, vel Balthaſar timore concutiens.

Hier.4.et 46. Dan.4. Dan.5.

g *Baltheum regum diſſoluit, & præcingit &c.*] In Baltheo, F regnantis gloria intelligitur: in fune, ignominia regno depoſiti, ſicut Sedechiæ & Manaſſæ contigit deo iubente. Siue populum Iudæorum qui per infidelitatem ſuam, a Chriſti regno diſtinctus eſt. Sed & nunc renati in Chriſto reges, ſunt omnes in adoptionem filiorum æterni regis vocati. Vere ab illa honoris ſublimitate merito diſtinguntur, quicunque ea quæ pænitentiæ funibus digna ſunt, perpetrarunt. Sicut ait propheta. Pro zona reſte cingeris.

h *Ducit ſacerdotes inglorios.*] Vt filios Eli, vel plures alios eiuſdem gentis. Eſa.3.d

i *Et optimates ſupplantat &c.*] Non dolo ſupplantat deus, in quo non eſt iniquitas: ſed hoc modo dicitur ſupplantare, dum iniuſtum amouet & iniquum, & in locum quem tenere videtur quiſque indignus, bonum hominem & iuſtum ſubſtituit, vt Dauid in locum Saulis.

k *Commutans labium veracium, & doctrinam ſenum auferens. Effundit deſpectionem ſuper principes, & eos qui oppreſſi fuerant, releuat. &c.*] Cum propter peccata remotis

A promiſſionibus æternæ vitæ, gehennæ flammas adoptatis dare compellitur.

a *Qui reuelat profunda de tenebris, & prodit in lucem vmbrã mortis &c.*] Vmbra mortis ipſe diabolus eſt, qui non protegit homines, ſed premit in mortem: hic producitur in lucem, quando ab anima fideli ſeparatur.

CAP. XIII.

b *ECce omnia hæc vidit oculus meus &c.*

c *Nunquid indiget veſtro mendacio &c.*] Doli erant in illis: quia ſub verbis conſolatoriis inimico eum corde pulſabant.

d *Ipſe vos arguet, quoniam in abſcondito faciem eius accipitis.*] Vt a deo arguamini, digni eſtis, abſcondite, id eſt, quaſi eo ignorante perſonam eius in vobis ad me damnandum B ſuſcipitis, tanquam eum latere poſſit aliquid, vt ita ei ſubrepere velitis.

e *Quare lacero carnes meas.*] Torquentibus eum nimiis cruciatibus, manus vel labia ſua dentibus lacerabat.

f *Et animam meam porto in manibus meis.*] Ipſam vitam ſuam, quæ ſolet animæ vocabulo dici, portare ſe ait in manibus ſuis, hoc eſt, iam nunc in tormentis deficiente anima & exeũte velut efferẽdam porto in manibus.

g *Scelera mea & delicta mea oſtende mihi.*] Vt ſcire poſſim, quam ob cauſam ita me crucias.

h *Cur faciem tuam abſcondis, et arbitraris me inimicum tuũ.*] Dum ita puniri me permittis, quẽ velut inimicum exiſtimas: dolet mihi, eo quod ipſe optime noueris, quia illi potius qui tibi reſtiterit, C noceatur.

CAP. XIIII.

i *HOmo natus de muliere, breui viuens tẽpore &c.*

k *Quaſi flos egreditur & conteritur.*] In flore hoc loco fragilitatem humani generis intelligamus, non fragrantem odoris pulchritudinem & decorem.

l *Et dignum ducis ſuper huiuſcemodi aperire oculos tuos.*] Hoc eſt, dignum ducis vt propter humanum genus, vnigenitum tuum hominem naſci velis. Siue aliter, me quoque permittis fabulari tecũ, & euoluere miſerias meas.

m *Recede ergo paululum ab eo, vt quieſcat.*] Hoc eſt, amoue a me flagellum tuum, neque me diutius permittas

ctrinam ſenum auferens. Effundit deſpectionem ſuper principes, & eos qui oppreſſi fuerant, releuat. [a] Qui reuelat profunda de tenebris, & producit in lucem vmbram mortis. Qui multiplicat gentes & perdit eas, & ſubuerſas in integrum reſtituit. Qui immutat cor principum populi terræ, & decipit eos, vt fruſtra incedant per inuium. Palpabunt quaſi in tenebris, & non in luce, & errare eos faciet quaſi ebrios.

CAP XIII.

[b] ECce omnia hæc vidit oculus meus, & audiuit auris mea, & intellexi ſingula. Secundum ſcientiam veſtram, & ego noui: nec inferior veſtri ſum. Sed tamen ad omnipotentem loquar, & diſputare cum deo cupio, prius vos oſtendens fabricatores mendacij, & cultores peruerſorum dogmatum. Atque vtinam taceretis, vt putaremini eſſe ſapientes. Audite ergo correctiones meas, & iudicium labiorum meorũ attendite. [c] Nunquid deus indiget veſtro mendacio, vt pro illo loquamini dolos? Nunquid faciem eius accipitis, & pro deo iudicare nitimini? Aut placebit ei quem cælare nihil poteſt? Aut decipietur vt homo veſtris fraudulentiis? [d] Ipſe vos arguet: quoniam in abſcondito faciem eius accipitis. Statim vt ſe commouerit, turbabit vos, & terror eius irruet ſuper vos. Memoria veſtra comparabitur cineri, & redigentur in lutũ ceruices veſtræ. Tacete pauliſper, vt loquar quodcunque mihi mens ſuggeſſerit. [e] Quare lacero carnes meas dentibus meis, & [f] animam meam porto in manibus meis? Etiam ſi occiderit me, in ipſo ſperabo. Veruntamen vias meas in conſpectu eius arguam, & ipſe erit ſaluator meus. Non enim veniet in conſpectu eius omnis hypocrita. Audite ſermonem meum, & ænigmata percipite auribus veſtris. Si fuero iudicatus, ſcio quod iuſtus inueniar. Quis eſt qui iudicetur mecum? Veniat. Quare tacens conſummor? Duo tantum ne facias mihi, & tunc a facie tua non abſcondar. Manum tuam longe fac a me, & formido tua me non terreat. Voca me, & ego reſpondebo tibi: aut certe loquar, & tu reſponde mihi. Quãtas habeo iniquitates & peccata, [g] ſcelera mea & delicta mea oſtende mihi. [h] Cur faciem tuam abſconditis, & arbitraris me inimicum tuum? Contra foliũ F quod vento rapitur oſtendis potentiam tuam, & ſtipulam ſiccam perſequeris. Scribis enim contra me amaritudines, & conſumere me vis peccatis adoleſcentiæ meæ. Poſuiſti in neruo pedẽ meũ, & obſeruaſti omnes ſemitas meas, & veſtigia pedum meorum conſideraſti. Qui quaſi putredo conſumendus ſum, & quaſi veſtimentum quod comeditur a tinea.

CAPVT XIIII.

[i] HOmo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miſeriis. [k] Qui quaſi flos egreditur & conteritur, & fugit velut vmbra, & nunquam in eodem ſtatu permanet. Et [l] dignum ducis ſuper huiuſcemodi aperire oculos tuos, & adducere eum tecum in iudicium. Quis poteſt facere mũdum de immundo conceptũ ſemine? Nõne tu qui ſolus es? Breues dies hominis ſunt, numerus menſium eius apud te eſt. Conſtituiſti terminos eius qui præteriri nõ poterunt. [m] Recede ergo paululũ ab eo, vt quieſcat, donec optata veniat, & ſicut mercenarij dies eius. [n] Lignũ habet ſpem. Si præciſum fuerit, rurſum vireſcit, & rami eius pullulant. Si ſenuerit in terra radix eius, & in puluere emortuus fuerit trũcus illius, ad odorem aquæ germinabit, & faciet comã quaſi cum primũ plantatũ eſt. [o] Homo vero cũ mortu9 fuerit & nudatus atq; cõſumptus, vbi quęſo eſt? [p] Qũo ſi recedãt aquæ de mari, & fluui9 vacuefactus areſcat, ſic homo cũ dormierit

D taliter tentari.

n *Lignum habet ſpem. Si præciſum fuerit, rurſum vireſcit, & rami eius pullulant.*] Rationabile lignum credendum eſt, de quo dicitur. Eſt enim arbori ſpes. Hoc itaque lignum præciſum fuit per inobedientiam, quando habitabat in medio lignorum paradiſi, prius quam dei ſententia moreretur, a quo in baptiſmate vetuſtas præciditur, vt in Ieſu Chriſti noui hominis vita, per reſurrectionem fidei reuiuiſcat: & rami eius virtutibus pullulent, id eſt, opera eius ſancte viuendo proficiant.

o *Homo vero cũ mortuus fuerit, & nudatus atque conſumptus, vbi quæſo eſt?*] Homo autem non habens ſpem in Chriſto, ſicut gentes quæ ignorant deum, cum mortuus fuerit, non renatus per E baptiſmum, vita etiam deſtitutus ac pręſenti delectatione nudatus, ſine dubio ſententiam æternæ damnationis excipiet.

p *Quomodo ſi recedant aquæ de mari, & fluuius vacuefactus areſcat.*] Si fieri poteſt ait, vt aquæ ſalutariũ præceptorũ dei,



A dei, de ſanctarum ſcripturarum mari deſinent recedere: cui perenni abundantia, non deficiunt, & ſi poteſt fieri vt fluuius ſacri baptiſmatis, quadam inopia diuinæ miſericordiæ exiccetur, & nõ plenus ſit gratia dei, ſancti quoque ſpiritus donis non redundet: ita poterit fieri vt homo cum mortuus fuerit, nõ reſurgat.

a *Vocabis me, & ego reſpondebo tibi. Operi manuum tuarum porriges dexteram.*] Vocabuntur omnes mortui in nouiſſimo ſæculorum, & in voce archãgeli: atque in tuba dei de tumulis excitabũtur: reſpõdebuntque vniuerſi hoc modo, cum ad verbum maieſtatis eius atque potentiæ, cineres ac fauillæ humanorum corporum viuificabuntur, & exurgent ex mortuis incorrupti.

b *Tu quidem greſſus meos dinumeraſti.*] Cogitationes & opera iuuentutis meæ.

c *Signaſti quaſi in ſacculo delicta mea.*] Saccus ſignifica-B tiuo nomine quaſi tota maſſa peccatrix generationis Adæ dictus videri poteſt, in quo quaſi ſub ſignaculo imaginis eius, genuit Adam ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, totam ſobolem illius in ipſo præuaricatricẽ effectam, quam per multa ſæcula deus clauſam tenuit ſub peccato: & tamẽ in nouiſſimis ſæculorum temporibus, vulnera delictorũ ſua redemptione curauit. Si autem de ſemetipſo Iob hoc dixiſſe videtur, vt arbitror, iſte eſt intellectus. Si qua igitur ait ad deum per totum ſæculum vitæ meæ peccata commiſi, in vnum omnia per diuerſa temporum ſpatia congregaſti, vt ſecundum rigorem iuſtitiæ tuæ pro cunctis ſimul mihi retribueres.

d *Mons cadens defluit, & ſaxum transfertur de loco ſuo &c.*] Montem ergo iſtum, diabolum ſiue ſuperbiæ hominem ſentire debemus, qui contra deum vt mons elatione mẽtis tumeſcit, & ita ſe erigẽdo, cadit in præceps vt defluat, & ſolutus in puluerem ad nihilum deducitur. Saxo vero illos aſſimilari puto, qui cum in naturæ bono debuerant C tanquam lapides ſolidi ſimili fortitudine permanere: cõmutati ſunt voluntate propria in ſtoliditatem quandam ac duritiam cordis: & ideo deteſtationis ſuæ habitaculo quod ſe habere quaſi ſuis meritis præſumebant, deiiciẽdi ſunt ad digna ſibi loca. Aquæ autem iſtæ, quæ ſemper inferiora petunt, per quas etiam quondam venit interitus, aduerſarias ſignificant poteſtates & procellas ac turbines mundi. Hæ ergo aquæ, inquam, eos homines qui ſibi fortiſſimi ac ſolidi ſunt, de ſe præſumentes & confidentes in virtute ſua, vnde & lapidibus comparantur, indeſinenti lapſu atterunt. Terram vero illos eſſe exiſtimo, qui tentationes & pericula non ferentes, ſe dimittunt labefactari. Homines ergo ſimiliter perdes, id eſt, ſanctos tuos qui imaginem tuam in ſe cuſtodiunt.

e *Roboraſti eum paululum.*] Hoc eſt in vita iſta non permiſiſti ſanctos tuos tentationibus ſuperari.

f *Immutabis faciem eius & emittes eum.*] Id eſt, cum mortale hoc immortalitatem induerit & incorruptionem. Siue aliter, faciem animam intelligimus, quæ cum naturalem receperit ſerenitatem, contemplatur gloriam diuinæ maieſtatis, quæ cum corpore ſuo ſimul fuerit

dormierit nõ reſurget. Donec atteratur cælũ non euigilabit, nec conſurget de ſomno ſuo. Quis mihi hoc tribuat, vt in inferno protegas me, & abſcondas me, donec pertranſeat furor tuus, & conſtituas mihi tempus in quo recorderis mei? Putasne mortuus homo rurſum viuet? Cunctis diebus quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea. [a] Vocabis me, & ego reſpondebo tibi. Operi manuum tuarum porriges dexterá. Tu [b] quidem greſſus meos dinumeraſti, ſed parce peccatis meis. [c] Signaſti quaſi in ſacculo delicta mea, ſed curaſti iniquitatem meam. [d] Mons cadens defluit, & ſaxum transfertur de loco ſuo. Lapides excauãt aquæ, & alluuione paulatim terra conſumitur, & homines ergo ſimiliter perdes. [e] Roboraſti eum paululum, vt in perpetuum tranſiret. [f] Immutabis faciem eius, & emittes eum. [g] Siue nobiles fuerint filij eius ſiue ignobiles, non intelliget. [h] Attamen caro eius dum viuet, dolebit, & anima illius ſuper ſemetipſo lugebit.

CAP. XV.

[i] REſpondens autem Eliphaz Themanites, dixit. Nunquid ſapiens reſpondebit, quaſi in ventum loquens, & implebit [k] ardore ſtomachum ſuum. [l] Arguis verbis eum qui nõ eſt æqualis tibi, & loqueris quod tibi nõ expedit. [m] Quantum in te eſt, euacuaſti

gratulata, nulla perturbatione cuiuſlibet vitij ſauciabitur. D

g *Siue nobiles fuerint filij eius ſiue ignobiles.*] Hoc eſt non filij carnis, ſed filij mentis, id eſt, opera virtutum. Non intelligunt ergo ſancti in hac vita ante iudicij diem quales pro certo filios habeant, vtrum deo placentes an non placẽtes. Roboraſti eũ paululum vt in perpetuum trãſiret, ſecundum formam ſerui quã aſſumpſit. Hæc Chriſto deo non aptari poſſe arbitror. Nam cum ex ea parte qua homo eſt, infirmaretur, proximus paſſioni euangeliſta ait. Apparuit autem angelus domini de cælo confortans eum. Luc.22.c Hic ergo ad breue tempus adminiſtrata redemptione noſtra in perpetuum illud ſæculũ cælos penetrãs tranſiuit. Immutabis faciem eius, hoc eſt, cum totus homo in deum tranſit, ſalua tamẽ vtriuſque ſubſtantiæ proprietate in vnitate perſonæ. E

h *Attamen caro eius dum viuet, dolebit &c.*] Ita veram carnẽ ſaluator noſter aſſumpſit, vt potuerit dolorẽ ſentire. Vel anima eius doluit cũ ait. Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem. Matth.26.d Siue eccleſia quæ caro eius eſt, dolet cum preſſuris premitur ſæculi: quia ipſa eccleſia filia eſt in eo, qui per fidem baptiſmi initiatur in Chriſto. Et rurſum mater eſt, cum ille qui membris Chriſti incorporatus eſt, ſuſcipit miniſterium baptizandi.

CAP. XV.

i *REſpondens autem Eliphaz Themanites, dixit. Nunquid ſapiens reſpondebit, quaſi in ventum loquens.*] Hoc ſenſu videtur cœpiſſe, quiſquamne ſapiens & diſciplinæ philoſophicæ ſtudioſus, ita furore rapitur atque inſania poſſidetur, vt ſine vllo timoris dei vel religionis intuitu, ſic loquatur vt auræ flatui ſimile ſit vẽtoque quod loquitur. Ob hoc igitur Eliphaz ſanctum Iob veluti ſpiritu ſuperbiæ ventoque tumidum redarguere auſus eſt.

k *Et implebit ardore ſtomachum ſuum.*] Nomine ardoris, exanhelantem felle iracundiæ animum eius voluit indicare, qui aduerſum deum tanquam coæqualem ſibi iraſci præſumpſerit. F Alia interpretatio ita habet. Et implebit dolore ventrem ſuum. Ventrem capacem quendam ſinũ animæ dictum intelligamus: quia quemadmodum receptaculum aliquod eſt corporis quo viſcerum vitalia continẽtur, & hoc ventris nomine appellamus. Ita virtutem quandam exercitationibus animæ capabilem illa tranſlatione per demutationem nominis dixit, quæ eo modo cogitationibus repleatur, quo venter hominis eſcis repletur. Increpatur ergo Iob ab Eliphaz quod huiuſcemodi ventrem dolore repleuerit, id eſt, ea cogitet quæ animam eius diſcrucient, vel vnde dolores corporis merito patiatur.

l *Arguis verbis eum qui non eſt æqualis tibi, &c.*] Quem ita dicendo, velut rebellem deoque contrarium notat. Ob hoc forſitan, quia in præcedenti ſermone dixerit Iob ad deum inter cætera. Et arbitraris me inimicum tuum.

m *Quantũ in te eſt, euacuaſti timorẽ &c.*] Tã elatus, inquit,

A effectus es,vt timore diuino omnino ſis vacuus,& deum iam nec deprecari digneris: propter quod ait, & tuliſti preces coram deo, id eſt, quaſi tibi non neceſſarias a te abſtuliſti.

a *Docuit enim iniquitas tua &c.*] Malum igitur mentis tuæ, os tuum didicit loqui: & idcirco imitator & diſcipulus es illorum qui linguã ad blaſphemandum deum ſemper habent paratam.

b *Cõdemnabit te os tuum.*] Id eſt, merita ſermonum tuorũ recipies.

c *Nunquid primus homo tu natus es &c.*] Ergo antequam generatio humana exiſteret, eſſe cœpiſti,donans tibi plurimũ, quod præ cæteris hominibus ſapias: vbi ſermone ſubſannatorio potuit primum Adam dixiſſe, quem vtique ſapientiſſimum a deo nouimus factum. Ita ergo in ſanctum Iob inuehitur,vt diceret: nunquid tu ante patrem humani generis, & B ante conditionem angelorum eſſe cœpiſti.

d *Nunquid conſilium dei audiſti &c.*] Subinde nimium & iactãtem arguit vero deo placentem, & vehementer increpat dicens, quod non ſolum noſſe putet dei conſilium, verum etiam & inferior ſit illo eius ſapientia. Apparet ergo plenum liuore animũ exprobrationum iacula, in hominem iuſtum ſine cauſa dirigere, vt conuitijs obrueret innocẽtem.

e *Quid noſti quod ignoremus &c.*] Plurimũ, plane in primis ipſum deum magis nouerat, deinde reuelanda in Chriſto myſteria ſpiritu peruidebat.

f *Senes & antiqui ſunt &c.*] Senes & antiqui nobiſcum poſiti, qui iam ipſa longęuitate plurimum eruditionis atque ſcientiæ conſecuti ſunt, nihil temere contra deum vt tu facis,dicere præſumpſerunt.

g *Nunquid grande eſt,vt conſoletur &c.*] Manifeſtum nec C grande eſt omnipotenti, nec difficile miſericordiæ dei, hominem conſolari,vt inuocantem exaudiat,& a preſſura tribulationis eripiat,ſed tu blaſphemias ructando,exacerbas magis deum in pœnam tuam, quam poteras humilitate & ſatisfactione placare.

h *Quid te eleuat cor tuum,& quaſi magna cogitans &c.*] Cor, oculi,ſpiritus, totam hominis animam ſignificant, ſed in corde hominis,ſapientiam cognoſcamus. In oculis, perſpicuitatẽ intelligentiæ. In ſpiritu vero illius animæ motum, quo cogitationibus inceſſabiliter agitur ad quæcũque facienda. In eleuatione ergo cordis & attonitis oculis, tumore etiam ſpiritus, ſuperbum valde contra deum & inflatum nimium ſanctum Iob Eliphaz amicus eius exprobrat. Illis etenim ſermonibus offenſus fuerat, quos beatus Iob ad deum ſuperius narrauit. Si iudicatus fuero,ſcio quod iuſtus inueniar: & contra, iſto ſermone loquitur.Quid eſt homo vt immaculatus appareat?

i *Oſtendam tibi audi me.*] Expertam rem loquor?quam cognouiſſe & vidiſſe me noueris.

k *Sapientes confitentur &c.*] Ita vult eum diuerſis modis atque exemplis, quaſi ad pænitentiam coartare atque conſtringere, vt confiteatur plagam illam pœnarum quam ſuſtinebat,ob merita ſuſtinere. Vel ita:non defen- D dendo ſeipſos ſuoſque patres ſimiles ſui, vel quos imitãdo parentes habere cœperunt: peccata ſua ſiue parentum non cooperiunt, nec abſcondunt. Siue non cælant patres ſuos,id eſt, ſeniores vel ſacerdotes ſuos, quibus peccata ſalubre eſt confiteri.

ſti timorem, & tuliſti preces corã deo. [a] Docuit enim iniquitas tua os tuum, & imitaris linguam blaſphemantium. [b] Condemnabit te os tuum, & non ego, & labia tua reſpondebunt tibi. [c] Nunquid primus homo tu natus es, & ante omnes colles formatus? Nunquid [d] conſilium dei audiſti, & inferior te erit eius ſapiẽtia? [e] Quid noſti quod ignoremus? Quid intelligis quod neſciamus? Et ſenes [f] & antiqui ſunt in nobis multo vetuſtiores quã patres tui. [g] Nunquid grande eſt, vt conſoletur te deus? Sed verba tua praua hoc prohibent. [h] Quid te eleuat cor tuum,& quaſi magna cogitans, attonitos habes oculos? Quid tumet contra deum ſpiritus tuus, vt proferas de ore tuo huiuſcemodi ſermones? Quid eſt homo, & vt immaculatus ſit, vt iuſtus appareat natus de muliere? Ecce inter ſanctos eius,nemo immutabilis,& cæli non ſunt mundi in conſpectu eius: quanto magis abominabilis & inutilis homo, qui bibit quaſi aquam iniquitatem? [i] Oſtendam tibi audi me, quod vidi narrabo tibi. [k] Sapientes confitentur, & non abſcondunt patres ſuos. [l] Quibus ſolis data eſt terra, & non tranſibit alienus per eos. [m] Cunctis diebus ſuis impius ſuperbit, & numerus annorum incertus eſt tyrannidis eius. [n] Sonitus terroris ſemper in auribus illius:& [o] cũ pax ſit, ille ſemper inſidias ſuſpicatur. Nõ [p] credit quod reuerti poſſit de tenebris ad lucẽ: [q] circunſpectãs vndiq; gladium.

l *Quibus ſolis data eſt terra: & non tranſibit alienus per eos.*] Frequẽter deus propter peccata tradit terram iniquorũ aliis gentibus. De conuerſationis igitur introitu & ingreſſu Sophar ad Iob loquitur: In amaritudine ſua vadent & venient ſuper eum horribiles,id eſt,quaſi iracũdia fellium commoti, & veneno inuidiæ in amaritudinem furoremque conuerſi: circa te, inquit, iugiter morabuntur.Siue moraliter.Sapientes illi in Chriſto ſunt, & in ſæculo ſtulti, qui ſatiſfactione pænitentiæ, peccata ſua vel errrores hæreſeos conuertendo ſe ad deum fi- E deliter confitentur, & auctores vel criminum ſuorũ vel dogmatum manifeſtant, vt terram corporis ſui ſoli poſſideant, id eſt, non ei vitia vel hoſtiles nequitiæ dominentur. Alienuſque per eum non tranſeat,id eſt,diabolus in eum nõ habeat poteſtatem. Qui vere alienus dicendus eſt,quia ſe a deo & angelorum conſortio fecit alienum.

m *Cunctis diebus ſuis impius ſuperbit, & numerus annorum &c.*] In perſonam quidem Iob hæc Eliphaz videtur inuehere, quæ vſque ad calcẽ ſermonis huius perduxit. Ego vero exiſtimo quod afflatus ſpiritu prophetiæ,cuncta hæc in quemlibet impium, ſiue in ipſum diabolum vel eius ſocios dixerit.

n *Sonitus terroris ſemper in auribus illius.*] Sicut Ægyptij paſſi ſunt.

o *Et cum pax ſit: ille ſemper &c.*] Perſeuerat impius in ſcelere ſemper de conſcientiæ malo: nouit enim ſecundum iuſtum iudicium dei, quæ impiis retributio ſit ſeparata. F

p *Non credit quod reuerti &c.*] Fruſtra errore deceptus, quod aliquo pretio redimendus ſit. Hic impius in profundum peccatorum deueniens,vitam ſe poſſe conſequi deſperauit. Et idcirco non credit quod reuerti poſſit ad pænitentiæ lucem de tenebris peccatorum.Huius autem diffidentiæ cauſam enarrat,dicens.

q *Circunſpectans vndique &c.*] Id eſt hinc inde:ſiue prętolans mortẽ. Diximus diabolum in eſcam datũ ſpirituũ immundorũ:quia eius malitia viuunt: vultures vero homines peccatores & immũdi intelliguntur. Cum ergo hi cõuerſi fuerint,tunc inimicum deuorantem ſe, verſa vice habebunt in eſcam: quia ipſe eſt draco, qui datus eſt a deo in eſcã populis Æthiopũ: qui quondã proper nigredinem peccatorũ Æthiopes: nunc autẽ per fidem lux facti in domino. Hunc impium ſiue draconem conſumũt ac deuorant, dum omne corpus eius, qui ſunt vtique peccatores, per fidem intromittunt in corpus, id eſt, in eccleſiam: ſecundum hoc, quod dictum eſt Petro.Surge occide & manduca. Hinc etiam Moyſes filios Iſrael vitulum comminutum bibere compulit: vt ſicut ab eo fuerant



A fuerant abſorpti in errore, ita illi in corpore populi dei relicto errore tranſirent.

a *Cum ſe mouerit ad quærẽdum panem: nouit quod paratus etc.*] Motus animorum,eſt inchoatio cogitationis.Cum ergo hic recordatus fuerit reus ſibi ſemper male cõſcius, quẽadmodum poſſit viuere, nihil ei occurrit aliud quã tẽpus illud iudicij dei horribile, quo pœnas perpetuas irrogandas expaueſcit.

b *Terrebit eũ tribulatio.*] Antequam dies prædictus adueniat,malo formidinis cruciabitur, preſſuris quoq; & anguſtiis ſeptus vndiq; coartabitur, veluti rex profecturus ad prælium. Sub nomine regis,impium hominẽ ſiue diabolũ ſignificari exiſtimo, qui contra deum bella quotidie blaſphemias cõtentioneſque, ſiue pugnas parat vitiorum.

c *Tetendit enim aduerſus deũ manum ſuam &c.*] In elatione ſiue expanſione manus, reſiſtentem deo demõſtrat, B quenque mentis etiam tumidę contumacia robuſtum dicit.

d *Concurrit aduerſus eum erecto collo.*] Abruptam ac pręcipitem ſuperbi indicat mentem: quia contra deum poſſeſſus inſanus in audacia reſiſtendo non lentis greſſibus proceſſit.

e *Et pingui ceruice armatus.*] Pinguedinem nominando ceruicis, ſuperabundantem, & quaſi nimium effluentem ſuperbiam indicauit.Quemadmodum propheta ait,cum de eadem hominum ſuperbia loquitur dicens. Prodiuit quaſi ex adipe iniquitas eorum: hoc teſtimonium noua æditio apertius dicit. Proceſſerũt a pinguedine oculi eorum,ideſt,ſenſus ſiue cogitationes nimium ſuperborum, in blaſphemiam proruperunt.

f *Operuit craßitudo faciem eius.*] Faciem plerumque ipſa mens animæ intelligitur,vt ait Apoſtolus.Nos autem reuelata facie gloriam domini ſpeculamur. Hanc diabolus ſiue impius homo ſanctitate ſeu humilitate, ſerenam nõ habet ſiue perſpicuam: ſed craſſitudine opertã ſuperbiæ, quæ cæco corde fit & obtuſo. Alia editio. Operuit faciẽ eius tanquam in adipe ſuo;tanquam diceret:ſuperbia videlicet atra,auctor omnium vitiorum, non tenui & perlucida humilitatis virtute velut pretioſo amictu ſe veſtiuit:ſed de ſe ipſa fecit ei quodãmodo deriſum & veſtimẽ C tũ obſcurũ, quo ſupbiã craſſa cęcitate cordis obtũderet.

g *Et de lateribus eius &c.*] Poſſunt latera eius,miniſtri ſiue ſodales intelligi, qui eius ſimiles extiterunt. Non abſurde etiam aures intelliguntur, quæ vtique in audientia impinguantur, vnde nimia ſurditas contumacibus generatur, ſecundum illud. Incraſſatum eſt cor populi huius. Alia editio. Fecit catapulum ſuper femora. Videtur mihi iſte verſiculus ſenſum huiuſcemodi continere, quod in hoc impio increpetur: quia frenum diſciplinæ, quo ad virtutes retineri poterat, habere noluerit: ſed ad quandam ſe potius diſſolutionem, depoſito animi rigore deiecerit, vt quaſi loro laxato ad voluptatem & luxuriam deduceretur.

h *Habitauit in ciuitatibus deſolatis &c.*] Habitationem ergo beſtiarum & auium immundarum, ſpiritus immundos dicit:qui habitant in hominibus,quos deus deſeruit. Hic enim habitat in hominibus derelictis a deo, & ob hoc ſepulcra facti ſunt mortuorum. Et ſi peccata in ſcripturis mortui aliquando dicuntur, neceſſario peccatores & impij tumuli ſunt mortuorũ. Igitur in ciuitatibus,poteſt generale nomen eſſe omnium peccatorum.In domibus vero ſpeciale, vniuſcuiuſque peccatoris & impij. D

i *Non ditabitur,etc.*] Subſtãtia hic non rerũ diuitiæ intelligendæ ſunt,ſed peccata, de quibus ait ſanctus ſpiritus in Apocalypſi Ioannis. Cecidit, cecidit Babylon ciuitas *Apoc.14.b* magna,& facta eſt habitaculum dæmoniorum,& cuſtodia omnis ſpiritus immũdi. Quod autem ait, non ditabitur, hoc dixiſſe mihi videtur: non longum tempus erit, quo vita eius in diuitiis facinorum decraſſetur, cum etiã collecta vitiorũ eiꝰ ſubſtantia, non erit permãſura.

gladium [a] Cum ſe mouerit ad quærendum panem, nouit quod paratus ſit in manu eius tenebrarum dies. [b] Terrebit eum tribulatio, & anguſtia vallabit eum ſicut regem,qui præparatur ad prælium. [c] Tetendit enim aduerſus deum manum ſuam, & contra omnipotentem roboratus eſt. [d] Cucurrit aduerſus eum erecto collo: & [e] pingui ceruice armatus eſt. [f] Operuit faciem eius craſſitudo, & [g] de lateribus eius aruina dependet. Habitauit in ciuitatibus deſolatis, & in domibus deſertis, quæ in tumulos ſunt redactæ. Non ditabitur, nec perſeuerabit ſubſtantia eius: [k] nec mittet in terram radicem ſuam. [l] Non recedet de tenebris. [m] Ramos eius areſaciet flamma, & auferetur [n] ſpiritu oris ſui ab eo. Non [o] recedet fruſtra errore deceptus, quod aliquo pretio redimendus ſit. [p] Antequam dies eius impleãtur, peribit: & [q] manus eius areſcent. Lædetur quaſi [r] vinea in primo flore botrus eius, & quaſi oliua proiiciens

k *Nec mittet in terram radicẽ ſuam.*] Id eſt,quia tanquam arbor euulſa ſit moriturus: ideo in terra viuentium ſtabilitatem æternam ſiue eorum conſortium non habebit: eo quod hic prius ſpem vel radicem fidei non præmiſit:auram etiam ſalutis,vt ſub vmbra viuat refrigerij, non habebit.

l *Non recedet de tenebris.*] Alij dixerunt, non effugiet te- E nebras,id eſt,pænas æternas ſubibit,& tenebras non euadet. Non recedet autem de tenebris,intelligimus de tenebris infidelitatis.Homo hic impius ad lumen pænitentiæ venire detrectat.

m *Ramos areſaciet flamma.*] In ramis, operum malorum fructus intelligamus, ſicut Salomon ait. Fructus impiorum peccata:hos vero velut ligna, fœnnm, ſtipulam gehennæ ignis abſumet.

n *Et auferetur ſpiritu oris ſui.*] Quia ergo furore cõtra deũ animus eius eſt, quo etiam & blaſphemias in eum ſpirare non deſinit, oris ſui,ait,iudicio condemnatur. Secundum antiquam ergo editionem,in ſtirpe ſiue fronde,originem vitæ impij ſignificari exiſtimo, quam ſpiritus dei ſententia iudicij, vt incubans ventus percutit, vt velut arbor arefactus impius illico moriatur: & ita omnis flos honoris eius & gloriæ defluat

o *Non recedet fruſtra errore &c.*] Hoc igitur ait,putat fortaſſis diabolus & homo impius cordis duritia in impietate perſiſtens, quod deus ei pro ſuis meritis non retribuat,dum deus nequaquam ei parcit:& ſi verbis hoc potentibus atque compoſitis vt obtineat deprecetur, cum iam ſecũdum dei iuſtum iudicium, ſempiternis addictus ſit cruciatibus.

p *Antequam dies eius &c.*] Tunc dies vniuſcuiuſque im- F pleri dicitur, cum bonorum hominum ac malorum retributio venerit. Hic ergo homo ſiue diabolus ante perſpicuæ ſententiæ diem, quam eis dominus in iudicio daturus eſt,præſciit in prædeſtinatione.

q *Et manus eius areſcent &c.*] Nullum vtique boni operis fructum in ſe habens.

r *Lædetur quaſi vinea etc.*] In botro nulli dubiũ quod fructus operis intelligatur prædictus. Igitur florẽ gaudij tẽporalis, ad maturitatẽ fructus perpetui perducere nõ valebit:eo quod in ſpe ipſa mendacis gloriæ, calido vento ſuperbiæ diſſipabitur. Siue frigore charitatis dei, velut a pruina lædetur, ſicut codẽ ſenſu in ſequentibus arbitror dictũ.Et quaſi oliua proiiciens florem ſuum. Oliua enim in ſcripturis diuinis & vinea, aliquando homo tantum ſignificatur: aliquando populus ſeu bonus ſeu malus. Quod autem dixit, vaſtabitur ſiue euertetur, ita intelligendum, ſicut in Apocalypſi habetur.Qui fecerit man- *Apoc.2.b* data domini, non læditur a morte ſecunda. Vinea ergo & oliua, plebs Iudæorum poteſt intelligi. Hæc igitur

ciens florem ſuum. [a] Congregatio enim hypocritæ ſterilis, & ignis deuorabit [b] tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt. [c] Concepit dolorem & peperit iniquitatem, & vterus eius præparat dolos.

## CAP. XVI.

[d] RESpondens autem Iob, dixit: Audiui frequenter talia. Conſolatores oneroſi omnes vos eſtis. Nunquid habebunt finem verba ventoſa: aut aliquid tibi moleſtum eſt ſi loquaris? Poteram & ego ſimilia veſtri loqui. Atque [e] vtinam eſſet anima veſtra pro anima mea. [f] Conſolarer & ego vos ſermonibus, & mouerem caput meum ſuper vos. Roborarem vos ore meo, & mouerē labia mea, quaſi parcēs vobis. [g] Sed quid agam? Si locutus fuero, nō quieſcet dolor meus: & ſi tacuero, non recedet a me. [h] Nunc autē oppreſſit me dolor meus, & in nihilū redacti ſunt omnes artus mei. [i] Rugæ meæ teſtimonium dicunt contra me, & ſuſcitatur falſiloquus [k] aduerſus faciem meā, contradicens mihi. Collegit furorē ſuum in me, & comminans mihi infremuit [l] contra me dentibus ſuis. Hoſtis meus [m] terribilibus oculis me intuitus eſt. [n] Aperuerunt ſuper me ora ſua, & exprobrantes percuſſerūt maxillam meā: ſatiati ſunt pœnis meis. Cōcluſit [o] me deus apud iniquū, & manibus impiorum me tradidit. Ego ille [p] quondam opulentus repente cōtritus ſum. Tenuit ceruicem meam: confregit me, & poſuit me ſibi quaſi in ſignum. Circundedit [q] me lāceis ſuis: cōuulnerauit lumbos meos. Non pepercit,

A vinea perder, ſiue amittet fructum ſanctitatis atque iuſtitiæ: quia Chriſtum primum florem & optimum ſanctorum omnium in agro legis habere noluit. Ipſe enim dicit. Ego flos campi. Sed vt infidelis atque incredula, ne illi fides Chriſti flagraret, proiecit eum a ſemetipſa: & dum proiicit extra vineam & a ſe excutit velut florem, ipſa a patriarcharum radice euulſa eſt, & Chriſto fructu noſtræ ſalutis excuſſa.

a *Congregatio hypocritæ &c.*] Raptorem & violentum ſimulatorē ſanctum Iob his ſermonibus denotat, & dicit quod & ei nō proderunt diuitiæ ex iniquitate collectæ: ita enim aduerſum Iob & in primo ſermone locutus eſt, vbi etiā leoni & leænæ leonumque catulo & tigri comparauit. Sed deo magis credendum eſt, qui eum laudans, non ſimulatorem effectum dixit: ſed innocentem & ſimplicem prædica- B uit. Quod autē ait Eliphaz.

b *Et ignis deuorabit &c.*] In ſanctum Iob cadere nō poteſt. Quia ipſe, vt iam dixi, ſecundum dei teſtimonium de ſe ipſo ita locutus eſt. Et ſi in manibus meis adhæſit in macula, cum de muneribus loqueretur. Ignem vero nominando, gehennam puto ſignificauit: qua tabernacula, id eſt, corpora iniquorum ſunt conſumenda. De hoc igne & Sophar in conſequentibus ait: Deuorabit eum, id eſt, impiū ignis qui non ſuccenditur.

c *Concepit dolorem &c.*] Dauid quoque poſtmodum de huiuſmodi ita dixit: Ecce parturit iniuſtitiam, concepit dolorem, peperit iniquitatem. Dolor ergo eſt iniuſtitia & iniquitas. Hoc ergo impius peperit quod conceperat, & tamen vterus cordis eius dolos præparare non deſinit. Quos tunc edit, quando opera in factum procedunt. In conceptu itaque iniqua cogitatio intelligitur, ſicut in partu effectus malæ C cogitationis agnoſcitur. Aduerſum Iob hæc vniuerſa Eliphaz locutus eſt: ſed iam ſuperius diximus, quod ſubminiſtratione prophetiæ per perſonam Iob diabolo, vel quolibet homini impio dicta hæc videri poſſunt, ſicut & alia quæ amici eius locuti ſunt. Pſal.7.d

CAP. XVI.

d RE*ſpondens autem Iob, &c.*

e *Atque vtinam &c.*] Si vos, inquit, hæc quæ ſuſtineo pateremini, non ita circa vos agerem, vt vos erga me agere non ceſſatis.

f *Conſolarer &c.*] Blandimēto vtique ſermonum meorum vos potius cohortarer: mentes etiam veſtras tribulationibus acerbis exaſperatas, ne in lapſum blaſphemiæ caderent, leni ſermone & placido ſuſtinerem.

g *Sed quid agam etc.*] Id eſt, ſiue loquar iſta nunc vobis, ſiue etiam taceam, hoc ſolum me noſſe confiteor, quod inceſſabili dolore diſcrucior.

h *Nunc oppreſſit me dolor etc.*] Hoc etiam de Chriſto intelligendum eſt.

i *Rugæ meæ etc.*] Contractio cutis quam exiccāte eadem ſanie patior, quodammodo manifeſtatione ſui dat aduerſum me teſtimonium, & quaſi loquitur, quātos dolores, ſiue cruciatus ſuſtineam. D

k *Et ſuſcitatur falſiloquus aduerſus &c.*] Hic aut ipſum Eliphaz falſiloquum dicit, quia exprobrat ſancto Iob, quod hæc ob peccatorum merita ſuſtineret: aut diabolū qui eum dixerat peccatorē. Aliter: falſiloquus Iudas vel populus Iudæorum intelligendi ſunt, qui contra Chriſtum falſum dederunt teſtimonium.

l *Et comminās mihi infremuit etc.*] Ore amicorum contra ſanctum Iob diſputantium, diabolus minabatur, ſiue Iudæi infremuerunt cōtra Saluatorem. Alia editio. Sagittæ piratarum ſuper me ceciderunt. Piratæ iſti diaboli ſunt miniſtri, ſiue homines, ſiue dæmones: qui tunc piratæ in ſcripturis vocantur, quando ſæculum iſtud mare appellatur. Sagittæ vero dolores vel cruciatus intelligendi, quos patiebatur, vt ab eis trāsfoſſus blaſphemia moreretur. Et ita demū aurum atque argentum ſapiē- E tiæ eius & ſcientiæ, veſtes quoque pretioſas virtutum ſpei atque fidei in deum auferent ab eo, & grādi pretio comparata monilia.

m *Hoſtis meus etc.*] In oculis terribilibus: animum ſauciantis in ſe deſcribit inuiſibilis inimici: qui ſiue per viſiones nocturnas, ſiue per amicorum vultum terribilē, minas intenderet: ſicque dū Iob amici eius ſancto nefanda reſpōderunt, nutibuſque etiā cum irriſione deterrēt: de Chriſto intelligendū.

n *Aperuerunt ſuper me &c.*] Igitur in maxilla, generis eſt nobilitas, ſiue honor quidā manifeſtus. Et ſicut alij dixerunt, acriter eſt percuſſus in genis, intantum vt ab honore & nobilitate & diuitiis fieret alienus, quādo maxillam F fidei ſuæ collidendam diabolo fortiter præbuit, quam ille perturbare cædendo conatus eſt: quaſi quandam ianuam diuinæ confeſſionis effringens: ſiue cum falſum teſtimonium contra Chriſtum dixerunt, ſiue illud: Crucifige eum.

o *Concluſit me &c. impiorum me tradidit.*] Id eſt, diabolo & angelis eius. Siue de Chriſto intelligendum, quando traditus eſt in manibus Iudæorum.

p *Ego ille quondam etc.*] Id eſt, de diuite factus pauper. Vel Chriſtus, de deo homo natus.

q *Circundedit me lanceis ſuis: conuulnerauit lumbos meos. etc.*] Lanceæ hoc loco nominatæ, dolorum compunctiones, quas Iob patiebatur, ſignificanter intelliguntur: ſiue de Chriſto blaſphemiæ, quas paſſus eſt a Iudæis, intelligendæ ſunt. Iob vero non ſolum deforis toto corpore computruerat, verumetiam putoris ſanie liqueſcebat: ita vt ipſe Iob diceret: halitum meum exhorruit vxor mea. Iob.19.c Omnia circa lumbos eius putruerunt. Siue de Chriſto intelligendum, conuulnerauit lumbos meos. Quia Iudæi vſque ad hoc perſecuti ſunt apoſtolos, qui quaſi de lumbis doctrinæ ſuæ nati fuerant, vt eos vulnere infidelitatis Chriſtum negando ſauciarent. Dum Petrus dicit: Neſcio hominem. Et tenuit ceruicem meam: ſiue vt



cit, & effudit in terra viſcera mea. [a] Conſcidit me vulnere ſuper vulnus, irruit in me quaſi gigas. [b] Saccum conſui ſuper cutem meam, & operui cinere carnem meam. [c] Facies mea intumuit a fletu, & palpebræ meæ caligauerunt. [d] Hæc paſſus ſum abſque iniquitate manus meæ, cum haberem mūdas ad deum preces. [e] Terra ne operias ſanguinem meum, neque inueniat in te locū latendi clamor meus. Ecce enim in [f] cælo teſtis meus, & conſcius me[g] in excelſis. [g] Verboſi amici mei, ad [h] deū ſtillat oculus meus. Atque vtinam ſic [i] iudicaretur vir cum deo: quomodo iudicatur filius hominis cum collega ſuo. Ecce enim [k] breues anni tranſeunt, & ſemitam, per quam non reuertar, ambulo.

## CAP. XVII.

[l] SPiritus meus attenuabitur: dies mei breuiabuntur, & [m] ſolum mihi ſupereſt ſepulcrum. Non [n] peccaui, & in amaritudinibus moratur oculus meus. [o] Libera me, & pone me iuxta te, & cuiuſuis manus pugnet cōtra me. [p] Cor eorum lōge feciſti a diſciplina: propterea non exaltabuntur. [q] Prędā pollicetur ſociis, & oculi filiorum eius deficient. Poſuit me quaſi in prouerbiū vulgi, & exemplū ſum corā eis. [r] Caligauit ad indignationem oculus

A ue vt alij dixerunt, tenens comam meam diuellit. Proinde nunc intelligamus quo furore diabolus ac virtute iſtū virum commouerit atque concuſſerit ſiue confregerit, vt etiam comam capillorum eius ſimul apprehenſam, ſit conatus euellere. Siue de Chriſto ita intelligendum, tempore paſſionis ex ſuo permiſſu tenuit aduerſarius, & vſque ad mortis dormitationem inclinauit: quem iam verberibus & affixione clauorum confregerat, & ſignū ſalutis in contrariam partē poſuerunt.

a *Conſcidit me vulnere &c.*] Dum languoribus meis atque vulneribus adduntur plagæ innumerabiles, diuidor totus reſolutus atque comminuor, ita vt nullum in me mēbrorum reſiduum ſit, quod aliqua ſoliditate ſubſiſtat. De Chriſto etiam ſic intelligendum: Cum Iudas lætali apoſtaſiæ vulnere peremptus eſt, non pepercit: in tanta namque ſæuitia B debacchatus eſt, vt ſcelus, quod mente conceperat, etiam ore publicaret: vel ſuper vulnera crucis clauorum vulnera addiderunt.

b *Saccum conſui ſuper &c.*] Quod ſimiliter dictum, ad humiliationē regni eius pertinere mihi videtur. Cornu autem, regnum in ſcripturis vocatur, iuxta illud: Exaltabit cornu Chriſti ſui. Chriſtus vero ipſam gentem de qua oriundus erat, ſaccum appellauit. Cinere vero operuit principes Iudæorum, cum ab eis regnum pro negationis ſacrilegio tranſtulit ad gentes.

c *Facies mea &c.*] Fletus ſiue lacrymæ, in homine de doloribus ſiue de triſtitia generantur, ſed lacrymæ aliquando per genas cum ſilentio defluunt: fletus vero cum habeant lacrymas, non ſine voce & commotione corporis dantur: quem fletum Iob ſe habuiſſe teſtatur: qui ei de ærumnis animæ pœnarum quoque cruciatibus naſcebatur. Item aliter. Prophetæ, facies dei intelliguntur, eo quod ſciant futura: qui cum perditionē impiorum contemplarentur in ſpiritu: gemitibus continuis eos fleuiſſe intelligamus. Oculi etiam caligauerūt Chriſti, dum mar- C tyres ſiue ſancti in tentationibus titubantes conturbati ſunt: ſed gratia dei liberati in lumine permanſerunt.

d *Hæc paſſus ſum abſque iniquitate manus &c.*] Nullus ſanctorum ita mundas, atque immaculatas, atque omni vel minima labe cogitationis preces ad deum habet, vt mediator dei & hominum homo Ieſus Chriſtus: qui peccatum nō fecit, nec dolus inuentus eſt in ore eius. Quas vtique preces atque orationes ſecundum hominem, quē aſſumpſit ad deum habere credēdum eſt: cum ſecundum diuinitatem ſuam cum patre ipſe exaudiat. Siue ſancti, qui pro nomine eius paſſi ſunt ſine iniquitate, rebellionis vel criminis alicuius a perſecutoribus occiſi, quātum ad illos perſecutores, gratis morti traditi ſunt.

e *Terra ne operias ſanguinem &c.*] Totum hoc eſt quod dicit, ne innocentis & bene ſibi conſcij meritum lateat, præſertim cum inſontem ſe mala tanta paſſum referat. Sanguinis vero nomine, vitæ iſtius præſentis ſtatum dicere voluit. Hoc autem loco clamorem poſitum, ipſam ſanctitatem eius contra pœnas illius reclamantem: quæ iniquis merito inferuntur ad vindictam, iuſtis autem ad probationem. Aliquando etiam in ſcripturis clamor affectus animi intentus ad deum oſtenditur, vel etiam clamor iniquitatis populi: q expectabatur vt faceret vuas, & fecit ſpinas. Nec omnis iniquitas clamor dicitur, ſed illa quæ publice fit. D

f *Ecce enim in cælo teſtis meus.*] Quia deus de eo teſtimonium perhibuit.

g *Verboſi amici mei.*] Qui verba non ad deum pertinentia loquitur, verboſus vocatur: qui vero verba dei loquitur, verboſus nō poteſt iudicari.

h *Ad deū ſtillat oculus meus.*] Cū lacrymis interpellat deū.

i *Atque vtinam ſic iudicaretur vir &c.*] Hoc dicit: Vtinam mihi eſſet copia cum homine diſputādi, vt me innocentem probare poſſem. Deum autem meū nolo intrare mecum in iudicium: qui & ſcrutans corda, & renes deus eſt, cuius iudicium falli omnino non poteſt, neque ipſe conſueuit diſcuti a quoquam.

k *Ecce enim breues &c.*] Ita credebat, quod nec ad mortale corpus ſuū, nec ad tormenta corporis ſui eſſet iterum reuerſurus. E

CAP. XVII.

l S*Piritus meus attenuabitur: dies mei &c.*] Hoc dicit, quod in breuitate vitæ ſuæ, ſpiritus eius ſenſim attenuatus defecerit.

m *Et ſolum mihi ſupereſt ſepulcrū.*] Quia mors eſt finis omnium tormentorum.

n *Non peccaui, & in amaritudinibus &c.*] Verum eſt, quod deo placitus non peccaui. Et licet poſſit hic locus ita intelligi, quod in deo quidem non peccauerit, & tamen quaſi in ipſo peccauerit, pœnas blaſphemantium patiatur. Et forte quoniam a deo in præſenti laudatur, non peccauerat: ſed in præteritis adoleſcentiæ temporibus peccaſſe non negat.

o *Libera me, & pone me iuxta te, & cuiuſuis manus pugnet &c.*] Sub ſcuto igitur protectionis dei latere optat: quo munitus atque defenſus, ſæuientem hoſtem non timeat.

p *Cor eorum longe feciſti a diſciplina: propterea non exaltabuntur.*] Quia ad deum hæc loquitur Iob: de diabolo vtique & ſatellitibus eius pręceſſerunt peccata: quippe pro qui- F bus pœnam obdurationis acceperunt. Cauſa igitur de quibus loquimur, qua elongati ſunt, vt non apprehēderent diſciplinam: quia exaltationem bonæ naturę ſuę debitam voluntate propria perdiderunt.

q *Prædam pollicetur ſociis, & oculi filiorum eius deficient. Poſuit me quaſi in prouerbium vulgi, & exemplum ſum coram eis.*] Socij ſiue filij diaboli, idem ſunt miniſtri eius: ſed ſocij dicuntur propter contubernium conſpirationis aduerſus deum. Filij, propter imitationem ipſius diaboli. His igitur dæmonibus beatum Iob in prædam dandum, pater eorum & rebellionis caput diabolus promittebat: dum eum per tantos dolores ad blaſphemiam impellendum, & a deo ob hoc relinquendum eſſe credebat: ſiue quando eum omni gloria domus & filiorum ſpoliauit.

r *Caligauit ad indignationem oculus meus, & mēbra mea quaſi in nihilum etc.*] Iuxta illud euangelij. Lucerna corporis Matth.6.c tui eſt oculus tuus. Hunc igitur oculum Iob ſibi caligaſſe conqueritur illa indignatione, qua ipſum ſanctitatis ſuæ merita conſeruabant: eo quod bona conſcientia pœnas pateretur indebitas.

oculus meus, & membra mea quaſi in nihilū redacta ſunt. [a] Stupebunt iuſti ſuper hoc, & innocens contra [b] hypocritam ſuſcitabitur. Et tenebit [c] iuſtus viam ſuam, & mundis manibus addet fortitudinem. Igitur [d] omnes vos conuertimini, & venite, & non inueniam in vobis vllum ſapientem. Dies [e] mei trāſierunt: [f] cogitationes meæ diſſipatæ ſunt torquētes cor meum. Noctem verterūt in diem: & rurſum, poſt tenebras ſpero lucem. [g] Si ſuſtinuero, infern⁹ domus mea eſt, & in tenebris ſtraui lectulū meum. [h] Putredini dixi, pater meus es, mater mea & ſoror mea vermibus. [i] Vbi eſt ergo nunc præſtolatio mea, & patientiam meam quis conſiderat? In [k] profundiſſimum infernum deſcendent omnia mea. [l] Putas ne ſaltem ibi erit requies mihi?

## CAP. XVIII.

[m] RESpondens autem Baldad Suites, dixit: Vſque ad quem finem verba iactabis? Intellige prius, & ſic loquamur. [n] Quare reputati ſumus vt iumenta, & ſorduimus coram te? Quid perdis [o] animam meam in furore tuo? [p] Nunquid propter te derelinquetur terra, & transferentur rupes de loco ſuo? Nonne [q] lux impij extinguetur, nec ſplendebit flamma ignis eius? Lux [r] obtenebreſcet in tabernaculo illius, & lucerna quæ ſuper eum eſt, extinguetur. [ſ] Artabuntur greſſus virtutis eius, & præcipitabit eum conſilium ſuum.

[a] Immiſit

A a *Stupebunt iuſti ſuper hoc.*] Admirantes de iuſtis dei iudiciis, quomodo iuſtus & ſine crimine pœnis affligatur.

b *Et innocens contra hypocritam ſuſcitabitur.*] Hypocrita eſt ipſe diabolus: qui cum ſit tenebrarum, id eſt, delicti inuētor, ipſe recedēdo a vero lumine, eſt tenebroſus effectus. Quaſi lucifer poſuit in cælo ſedem ſuam, & transfigurauit ſe in angelum lucis: aut certe vnumquemq; amicorum ſuorum Iob hypocritā dixit: quia ſub verbis conſolatoriis dolos ei doloſe loquebantur.

c *Et tenebit iuſtus viam ſuam, & mundis &c.*] In quas profecto virtutes ſe magis creſcere manifeſtat.

d *Igitur vos omnes conuertimini, & venite, & non inu. etc.*] Conuertimini ait a prauitate ſententiæ, qua me condēnare ſummo ſtudio non deſiſtitis. Venite: ſermo inuitantis eſt, ad melioris vitæ profectum, quod eſt o vos hypocritæ, & non veri, nec

B fideles amici, ad agnitionem veritatis accedite: quam vos habere minime noueritis.

e *Dies mei &c.*] Dies hi prę̨teritæ felicitatis poſſunt intelligi, in quibus pollēs virtutibus viuebat beatus deo. Hos igitur dies a ſe non ſine gemitu loquitur præteriſſe, quando multis miſeriis circundatus eſt, & plaga intolerabili dolorum patiebatur.

f *Cogitationes meæ diſſipatæ ſunt &c.*] Cum in vnius iugiter contemplationis intētione poſitus eſſem, & cogitationes meas haberem ſemper intentas ad deum, plagæ huius ſuperuenientis mihi miſeriæ: eaſdem cogitationes meas a ſua vnica ſoliditate in me video diſſipatas, & & ob hoc excruciatur cor meum: eo quod earum dilaceratione torquetur, videns me mala ſimplicitati meæ inconuenientia ſuſtinere.

g *Si ſuſtinuero, infernus domus &c.*] Pœnis corporis, cogitationumque ſtimulis, ſicut ait, indeſinenti tempore agebatur: & idcirco pœnas inferorum, iam ſe pati clama-

C bat. Aut forte ſeparatio illa, qua ab hominibus factus eſt alienus extra ciuitatem, ſedens in ſterquilinio, tenebræ dictæ ſunt: quia lucem humani ſolatij non haberent.

h *Putredini dixi, pater meus es: mater mea, & ſoror mea vermibus.*] Tam longo, inquit, tempore computreſco, vt ipſam putredinem, & vermes naſcentes, in eius ſanie parentes appellem: ac per hoc quemadmodum quiſpiam mortalium ſine parentibus non poteſt exiſtere: ita & ego factus ſum, quaſi ſine putredine & vermibus eſſe non poſſem. Qui ita in carne mea velut in natura ſua ſunt: tanquam ſi ex eis ipſe ſubſiſterem. Cum illi in me de carnis meæ ſanie potius generentur, non ego ex illis. Vbi magis mortalitatem per peccatum factam ſignificauit: cui ineſt corruptio, & corruptioni putredo. Patrem vero appellauit ipſum ortum humani generis in Adam: qui corruptione factus eſt putreſcibilis. Matrem vero naturam humanam dixit corruptione vitiatam. Sororem vero omnem poſteritatem Adæ dixit: quæ de corruptione mortalitatis, velut de ſanie putredinis naſcitur: quod & Baldad dixit: Homo putredo, & filius hominis vermis.

i *Vbi eſt ergo nunc præſtolatio mea, & patientiam meam quis conſiderat?*] Quod ait, & patientiam meam quis conſiderat, aperte fortem ſe in illis cruciatibus manifeſtat: pro quibus quaſi queritur, quod ad retributionem tanti laboris ſui non potuerit peruenire. D

k *In profundiſſimum infernū deſcendent omnia mea.*] Alij dixerūt, omnia bona mea. Bona ſua dicit ad inferos deſcēſura, quod eſt anima mea: vel ipſe pro illis ſum deſcēſurus. Vere non credimus de iuſtitia, quod tantus ac talis vir pro ſanctis operibus ſuis fruſtrari potuerit. Quod autem ait.

l *Putas ne ſaltē ibi erit requies mihi?*] Iſtud eſt: ſi in hac vita pœnas patior infernorū, putasne in locis pœnarū erit aliqua requies mihi? Hoc autem grauatus miſeriis loquitur potius quam victus diffidentia: quia aliis locis ait ad dominum: Scio quia in inferno protegas me: donec pertranſeat furor tuus. E

## CAP. XVIII.

m *REſpondens autem Baldad Suites, dixit: Vſque ad quem &c.*] Id eſt, qui finis erit huius verboſitatis, quaſi non ſit ſyncerus: vel ſolus Iob a Baldad verboſus arguitur, vel quaſi ſpiritu neſcio quo, inſtigatus loqui nō deſinat.

n *Quare reputati ſumus vt iumenta, & ſorduimus coram te?*] Hoc dicit, quod tanquam bruta animantia eos ſanctus Iob deſpexerit, & viliſſimos & indigniſſimos colloquio exiſtimauerit: & ita iracundia poſſeſſos, vt phreneſim pati viderentur.

o *Quid perdis animam meam in furore tuo?*] Loquendo cōtra diuinam iuſtitiam, furoris amentia concitatus, animæ tuæ neceſſe eſt inferas mortem.

p *Nunquid propter te derelinquet terra &c.*] Tanquam ſi diceret: nunc propter te mundus ad rectorem ſuum non pertinebit, vt ſi quos peccatores inuenerit ſicut & te ipſum, non puniat. Terræ vero & rupium nomine, metaphoricos vniuerſa multitudo populorum, & excelſi quique mundi & ſuperbi, ac potentes poſſunt intelligi. Poſſunt rupes & animæ hominum, vt terra, caro humana intelligi. Sed & angeli propter celſitudinem naturæ ſuæ, eminentemque honorem rupes dici poſſunt. F

q *Nonne lux impij &c.*] Luce felicitatē præſentem quam ſanctus Iob glorioſus agebat, ſignificauit: ſicut & Salomon ait. Lumen vero impiorum extinguetur. Hanc igitur extinctam dixit, quando Iob deſtitutus eſt omni felicitate præſenti. Quod autem ait, nec ſplendebit flamma ignis eius, id eſt, non rediet ad priſtinam felicitatem. Prou.22.c

r *Lux obtenebreſcet in tabernaculo illius &c.*] Non ſolum, inquit, præſentem felicitatem amittet, ſed etiam lux recordationis dei, quæ erat in tabernaculo cordis eius, obtenebrabitur, vt ei deus ſcilicet in memoriam non aſcendat: & pro merito lucerna protectionis diuinæ, quæ ſuper eum fuerat, extinguetur.

ſ *Artabuntur greſſus virtutis eius, & præcipitabit eum, &c.*] Vt ſuperbus confidens greſſus virtute ſua, qua recte incedere arbitratur, concludetur tribulationum anguſtiis & preſſuris, vt inde omnino exire non poſſit.

a *Immiſit*



[a] Immiſit enim in rete pedes ſuos, & in maculis eius ambulat. [b] Tenebitur planta illius laqueo, & exardeſcit contra eū ſitis. Abſcondita [c] eſt in terra pedica eius, & decipula illius ſuper ſemitam: Vndique [d] terrebunt eum formidines: & inuoluent pedes eius. [e] Attenuetur fame robur eius, & inedia inuadat coſtas illius. [f] Deuoret pulchritudinem cutis eius, & conſumat brachia illius primogenita mors. [g] Auellatur de tabernaculo ſuo fiducia eius, & calcet ſuper eum quaſi rex interitus.

[h] Habitent in tabernaculo illius ſocij eius qui non eſt, [i] aſpergatur in tabernaculo eius ſulphur. Deorſum [k] radices eius ſiccentur: ſurſum autem atteratur meſſis eius. [l] Memoria illius pereat de terra, & [m] non celebretur nomen eius in plateis. Expellet [n] eum de luce in tenebras, & de orbe transferet eum.

[o] Non erit ſemen eius, neque progenies in populo ſuo: [p] nec vllæ reliquiæ in regionibus eius. In die [q] eius ſtupebunt nouiſſimi, & primos [r] inuadet horror. Hæc ſunt ergo [ſ] tabernacula iniqui, & iſte locus eius qui ignorat deum.

## Cap. XIX.

[t] REſpondens autem Iob, dixit: Vſque quo affligitis animam meam, & atteritis me ſermonibus? En decies confunditis [u] me, & non erubeſcitis, opprimentes me. [x] Nempe & ſi ignoraui, mecum erit ignorantia mea. At vos contra me erigimini, & arguitis

A a *Immiſit enim in rete pedes ſuos & in maculis eius ambulat.*] Retis nomine atque macularum eius, ineuitabile malum ſignificatur: quod volens quiſque exuere, ipſo conamine impeditur, atque implicatur vt corruat.

b *Tenebitur planta illius laqueo &c.*] Laqueus hic ipſe diabolus non abſurde ſentitur, qui ad ſupplantandum calcaneum peccatores obſeruat: & ipſe nihilominus ſitis nomine appellatur, eo quod velut in aliquo bono æſtuās ſitiat hominis mortem.

c *Abſcondita eſt in terra pedica eius, & decipula illius ſuper ſemitam.*] Latet illum quibus inſidiis perditus ſit, ſiue in ſemetipſo pedicam, qua præpedit pedes ſuos, habet abſconditam, ideſt, obligationem peccati, & in ſæuitia conuerſationis ſuæ, qua ſe recte putat incedere, erroris iſtius latet decipula.

d *Vndique terrebunt eum for-*

B *midines.*] Siue dolores. Superbus ſcilicet terrore venturæ calamitatis ſemper terrebitur. Poſſunt etiam formidines hoc loco non affectiones cordis intelligi, ſed ipſi potius miniſtri diaboli. Hi igitur multis modis terrere ſanctum Iob, vt eis cederet, inſtiterunt.

e *Attenuetur fame robur eius, & inedia inuadat coſtas illius.*] Poteſt fames & ipſe diabolus intelligi: qui huiuſmodi famē patitur, qua nunquam de necibus hominum ſaturetur. Siue & ipſe famem patitur: quia verbum, quod procedit de ore dei, accipere non meretur. Et idcirco ſub nomine coſtarum, thoracis monimenta ſignificātur, quibus ſe velut quadam obduratione conſtruxit, vt eum cibus diuini eloquij non adeat. Siue etiam impiorum plagam deſcribit.

C f *Deuoret pulchritudinem cutis eius, & conſumat brachia illius primogenita mors.*] Pulchritudinem cutis, ideſt, ornamenta virtutum, & brachia, fortitudinem regni eius, confecit diabolus, qui ideo primogenita mors appellatus eſt: quia per ipſum primum intrauit mors in orbem terrarum: & ipſe eſt ſuæ mortis inuentor.

g *Auellatur de tabernaculo ſuo fiducia eius, & calcet ſuper eum quaſi rex interitus.*] Hunc igitur interitum diabolum eſſe dixit, qui eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ, ſed ſuper ſanctum Iob, vt eum proſterneret, calcare non potuit.

h *Habitent in tabernaculo illius ſocij eius qui non eſt.*] Socij ſodales, ſiue filij, vt ſupra dictum eſt, miniſtri diaboli ſunt, qui hoc loco non eſſe dicitur: & cum ſit naturæ ſuæ proprietate ſubſiſtens, tamen non eſt, vt dixi: quia præuaricatione factus eſt alienus a deo.

i *Aſpergatur in tabernaculo eius ſulphur.*] Vt fumum hic ſentiat gehennarum.

k *Deorſum radices eius ſiccentur, ſurſum autem atteratur meſſis eius.*] Meſſis opera poſſunt intelligi: quæ foras atque in publicum ex interioribus erumpētia, de fidei radice conſurgunt. Aliter. Deorſum radices eius ſiccentur, ideſt, opera quæ in hoc ſæculo perpetrauit, inueniantur mortua, mortuiſque ariditate ſimilia. Surſum autem atteratur meſſis eius, in futuro vtique mercedem laboris ſui minime conſequatur.

l *Memoria illius pereat de terra.*] Ideſt, nihil memoria ſua dignum operetur: vel etiam memoria eius pereat de terra viuentium. D

m *Non celebretur nomen eius in plateis.*] In platea ſedebant reges, inter quos optat eum famam iuſtitiæ non me[illegible]i. Plateæ virtutes intelliguntur, in quibus ſapientia fiducialiter agit, & circumiuit ciuitatem dei Hieruſalem, in qua ſacramentis diuinis atque myſteriis latum eſt ſcripturarum mandatum. Vehementer igitur in his plateis ludent ſenes & anus & infantes.

n *Expellet eum de luce in tenebras.*] De hac vtique luce temporaria mittetur in æternas tenebras inferorum: ſiue etiam de parte ſortis ſanctorum retrudendus in tenebras tormentorum.

o *Non erit ſemen eius neque progenies in populo.*] Hoc dicit, quod poſteritatem indignam memoria gentis ſuæ, vel patriæ derelinquat, ſecundum illud pſalmiſtæ: Generatio rectorum benedicetur. Talem igitur generationem in populo ſuo noluit procreare: vnde in hac gente ſpirituali glorietur & patria. E

p *Nec vllæ reliquiæ in generationibus eius.*] Manifeſtum eſt, quod ſancto Iob nihil remanſerit. Spiritualiter autem ſic intelligendum: nullas reliquias generationis ſuæ habebit impius in futuro.

q *In die eius ſtupebunt nouiſſimi.*] Ideſt, in tempore damnationis eius.

r *Et primos inuadet horror.*] Ideſt, infimi & proceres terrebuntur, quod eſt, reges potentes & magni. Siue nouiſſimi & primi, homines, & angeli, ſancti quoque & peccatores non abſurde intelliguntur. F

ſ *Hæc ſunt ergo tabernac. &c.*] Enarrantis maledictionis ſententiam videtur dare, & dicit: vbi huiuſmodi ſuperbus ſcilicet, impiuſque habitaturus ſit: ſed Iob iniquus non eſt, quem rectum & innocentem deus appellat.

## Caput XIX.

t *REſpondens autem Iob, dixit: Vſquequo affligitis &c.*] Manifeſtum eſt: quia reſponſionibus amicorum ſuorum attritus ſit, & afflictus, ſiue fatigatus ſit, & deſtructus.

v *En decies confunditis me &c.*] Dies decem, pro toto tempore nominauit. Sed quomodo in breui numero, in Apocalypſi maior numerus temporis intelligitur: ita & in hac eadem ſumma numeri minus ſignificatur, vt hoc ſolido numero & perfecto manente pro diuerſitate locorum in ſcripturis diuinis, nunc maiorem numerum, nunc minorem ſignificari nouerimus.

x *Nempe & ſi ignoraui, mecum erit ignorantia mea: At vos contra me erigimini, & arguitis me opprobriis meis.*] Putatis me, inquit, ignorare deum, ſicut & dicitis: Nunquid amicos decet inſultare oppreſſis, a quibus magis tribulantes ſolatia præſtolantur? Non eſt hoc opus amicorum fidelium, ſed eſt potius ſubſannatio irridentium.

guitis me opprobriis meis. [a] Saltem nunc intelligite: quia deus non æquo iudicio afflixerit me, & flagellis ſuis me cinxerit. Ecce clamabo, vim patiens, & nemo audiet. Vociferabor, & non eſt qui iudicet. Semitam [b] meam circumſepſit, & tráſire non poſſum, & in [c] calle meo tenebras poſuit. Spoliauit [d] me gloria mea, & abſtulit coronam de capite meo. [e] Deſtruxit me vndique, & pereo: & quaſi euulſæ arbori abſtulit ſpem meam. Iratus [f] eſt contra me furor eius: & ſic me habuit quaſi hoſtem ſuum. Simul [g] venerunt latrones eius, & fecerunt ſibi viam per me, & [h] obſederunt in gyro tabernaculum meum. Fratres meos longe fecit a me: & noti mei quaſi alieni receſſerunt a me. Dereliquerunt me propinqui mei: & qui me nouerant, obliti ſunt mei. Inquilini domus meæ, & ancillæ meæ ſicut alienum habuerunt me, & quaſi peregrinus fui in oculis eorum. Seruum meum vocaui, & non reſpondit, ore proprio deprecabar illum. [i] Halitum meum exhorruit vxor mea, & [k] orabam filios vteri mei. Stulti quoque deſpiciebant me: & cum [l] ab eis receſſiſſem, detrahebãt mihi. Abominati ſunt me quondam conſiliarij mei, & quem maxime diligebam, auerſatus eſt me. [m] Pelli meæ conſumptis carnibus adhæſit os meum, & [n] derelicta ſunt tantummodo labia circa dentes meos. [o] Miſeremini me, miſeremini mei, ſaltẽ vos amici mei: quia manus domini tetigit me. [p] Quare perſequimini me ſicut deus, & carnibus meis ſaturamini? [q] Quis mihi tribuat, vt ſcribantur ſermones mei? Quis mihi det, vt exarentur in libro ſtilo ferreo, & plumbi lamina, vel celte ſculpãtur in ſilice? Scio [r] enim quod redẽptor meus viuit, & in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum. Et rurſum circundabor pelle mea, & in carne mea videbo deum. [ſ] Quem viſurus ſum ego ipſe, & [t] oculi mei conſpecturi ſunt, & non alius. Repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo. [u] Quare ergo nunc dicitis, perſequamur eum,

A a *Saltem nunc intelligite &c.*] Ille dicebat ſe inique ſuſtinere moleſtias tormentorum: illi vero vt pote iniquum pati ſuo merito loquebantur. Et putant quod in hoc articulo iſtius ſenſus errauerit, & ideo poſtmodum dicat ad deum: Inſipienter locutus ſum, & quæ vltra modum excederent ſcientiam meam.

b *Semitam meam circumſepſit &c.*] Qua rectus vtique, atque illibatus proficiſcebar ad gloriá meritorum meorum. Hanc igitur ignominiam paſſionis huius circũſepſit atque intercluſit, vt ad illam gloriam peruenire nõ poſſim.

c *Et in calle mea &c.*] Ideſt, in tramite, hoceſt caſtigatæ viæ meæ, qua velut per arctum & anguſtum certa ſpe ad iuſtum retributorem pergebam, tenebras in eo miſeriæ huius & calamitatis inueni.

d *Spoliauit &c.*] Gloria me B regni priuauit: fidei quoque fiduciam abſtulit, quam de ipſo apice mentis meæ, qui eſt naturæ rationalis caput, velut honoris coronam detraxit.

e *Deſtruxit &c.*] Domo, regno, familia, filiis, amicis, ſanitate corporis mei deſtitutus ſum: ita his omnibus ablatis, perire me video, cuius etiam ſpes vitæ meæ velut effoſſa arbor ablata eſt.

f *Iratus eſt &c.*] Furor dei hoc loco poteſt diabolus ipſe intelligi, qui beatum Iob diuerſis modis, ideſt, blaſphemiis, & carnis eius cruciatibus inſectabatur.

g *Simul venerunt &c.*] Furor dei diabolus eſt: latrones vero miniſtri eius ſunt, hoc eſt quod ait: Et fecerunt ſibi viam per me, quando eum, C vel facultatibus mundi, vel ſanitate corporis ſpoliauerunt. Vnde pulchre dictum eſt.

h *Et obſed. in gyro &c.*] Ideſt, foris inſidiati ſunt. Siue circundederunt in gyro tabernaculum eius, hoceſt, in corpore eius tormenta poſuerunt. Animam vero inclinare ad peccatum non potuerunt.

i *Halitum meum exhorruit &c.*] Ita totus intrinſecus putrui, inquit, vt halitus fœtorem nec vxor mea ſuſtinere potuerit: vbi potuit fieri, quod apoſtema habuerit in viſceribus, quod totum ventris eius ſinum tenuerit, & inde loquendo odorem fœtidum de purulentia profundi vulneris expuerit.

k *Et orabam filios &c.*] In ſcripturis diuinis, filij appellantur etiam pronepotes, & illi qui longiore ſerie nati ſunt. Proinde quando filios vteri ſui dixit, in ſe quaſi ad fontem & ad originem poſteritatis ſuæ reſpexit: vnde ei cogitationum familiæ velut riuuli manauerunt. Potuit & illos vteri ſui filios dicere, quos doctrina ſapientiæ ſuæ, tanquam ſemine de vtero cordis ſui formauerat, habens in ſe per gratiam dei formam gratiæ, & diſciplinam naturalis legis in veritate.

D l *Et cum ab eis &c.*] Hoc forte vult intelligi ſe in eorum obliuionem veniſſe, & ab eorum affectibus & cordibus receſſiſſe.

m *Pelli meæ &c.*] Ad tantam ariditatem caro eius deuenerat, vt nihil in eo humoris remanſerit, & ob hoc adglutinata quodammodo fuerit pellis eius oſſibus ſuis: hanc infirmitatem maraſmon dicunt medici.

n *Et derelicta ſunt tantummodo labia &c.*] Ad hoc enim diabolus conſumptis carnibus ſancti Iob, labia eius integra dereliquit, vt haberet poſitus in tormentis, quibus poſſet facile blaſphemare, quaſi cordis blaſphemia nõ ſit, pro qua ipſe Iob ſicut pro cæteris peccatis holocauſta deo pro filiis ſuis die ſeptimo offerebat: ſed ideo diabolus linguã reſeruauit, vt intelligere poſſet, ſi Iob ob cordis ſimplicitatem, blaſphemiã proferret in labiis. E

o *Miſeremini &c. quia manus domini tetigit me.*] Manum ergo domini appellauit ipſam plagã quã patiebatur, quæ facta eſt domini poteſtate. Tetigit, pro afflixit intelligendum eſt.

p *Quare perſequimini me ſicut deus &c.*] Fecit deus circa me in iudicio, cui ſoli licet, omnia in opere ſuo, vos quare præſumitis ſicut deus, vt affligatis innoxium: quod ipſi tantum pro diſpenſatione ſua competit: aut quaſi diſpenſatione veſtra indigeat deus?

q *Quis mihi tribuat, vt ſcribantur ſermones mei? Quis mihi det &c.*] Quoniam a nullo homine potuit inuenire ſolatium, cõuertit ſe ad deum, F & reſurrectionem futuram prophetat in ſpiritu, vbi pro his malis præmium ſit recepturus: & hæc duris inſculpta lapidibus optat inſcribi, vt ſermones prophetiæ in ætates ſeculorum prolixiores permaneant.

r *Scio enim quod redemptor meus viuit, & in nouiſſimo &c.*] Hoc igitur clypeo, eccleſia quæ incarnationem vnigeniti dei veram confitetur, & reſurrectionem mortuorum veriſſime credit futuram, ſe munit, & protegit, & inimicos ſuos conuincit, atque debellat. Vbi ſunt illi, qui dicunt nos in reſurrectione alia corpora habituros, audiant iſtum virum, ore dei laudatum, dicentem.

ſ *Quem viſurus &c.*] Ego ipſe Iob, qui in ſtercore iaceo, & totus vulnerum ſanie computreſco: ego inquam Iob, iam corruptus, atque vulneribus diſſolutus, in hac carne mortali, incorrupta reſurrectione futura glorificatus videbo deum: & vt exprimeret ipſius ſui corporis inſtaurationem, idcirco ait.

t *Et oculi mei conſpecturi ſunt &c. Repoſita eſt hæc ſpes in ſinu meo.*] Conſummata ſunt omnia in ſinu meo.

v *Quare ergo nunc dicitis, perſequamur eum?*] Vt quid nunc agitis,



eum, & [a] radicem verbi inueniamus contra eum? Fugite ergo a facie [b] gladij: quoniam vltor iniquitatum gladius eſt, & ſcitote [c] eſſe iudicium.

## Caput XX.

[d] REſpondens autem Sophar Naamathites, dixit: Idcirco cogitationes meæ variæ ſuccedunt ſibi, & mens in diuerſa rapitur. Doctrinam [e] qua me arguis audiam, & ſpiritus intelligentiæ meæ, reſpondebit mihi. Hoc [f] ſcio a principio: ex quo poſitus eſt homo ſuper terram: quod laus impiorum breuis ſit: & gaudium hypocritæ ad inſtar puncti. Si [g] aſcenderit vſque ad cælũ ſuperbia eius: & caput eius nubes tetigerit: [h] quaſi ſterquilinium in fine perdetur, & qui eum viderant, dicent: vbi eſt. [i] Velut ſomnium auolans non inuenietur: tranſiet ſicut viſio nocturna. [k] Oculus qui eum viderat, non videbit: neque vltra intuebitur eum locus ſuus. Filij eius [l] atterentur egeſtate, & manus illius [m] reddent ei dolorem ſuum. Oſſa [n] eius implebuntur vitiis adoleſcentiæ eius: & cum [o] eo in puluere dormient. [p] Cum enim dulce fuerit in ore eius malum, abſcondet illud ſub lingua ſua. [q] Parcet illi, & non derelinquet illud, & cælabit [r] in gutture ſuo. Panis [ſ] eius in vtero illius vertetur in fel aſpidum intrinſecus. Diuitias quas [t] deuorauit euomet, & de ventre illius extrahet eas deus. Caput aſpidum ſuget: & occidet eum lingua viperæ. Non videat [u] riuulos fluminis torrentis mellis & butyri.

A agitis, ita vt me tamquam vanum, nihilque credentem velut deum non timeam: ſiue quia religione diuina ſim alienus perſequi velitis, aculeatis me veſtris perfodiendo ſermonibus.

a *Et radicem verbi inueniamus contra eum.*] Videtis ergo quia mecum non vt veri amici fideliter agitis: ſed vt doloſi de meis ſermonibus mihi laqueos concinnatis. Quãdoquidem de ipſis verbis meis occaſionem, velut quandam radicem reprehẽſionis inuenire cupitis.

b *Fugite ergo a facie &c.*] Hoc dicit, ſi receſſeritis ab impreſſione mea, gladium iuſtæ ſententiæ poteritis euadere. Gladius eſt enim lingua regis, & non carnalis, vt Salomon dicit.

c *Et ſcitote eſſe iudiciũ.*] Quo iudicio iuſti iudicis dei, potero de ſubſannatoribus iudicari.

### Cap. XX.

B d *REſpondens autem Sophar Naamathites, dixit: Idcirco &c.*] Ideo, inquit, æſtuo, & cogitatione conturbor: quia dicis te hæc mala ſine cauſa a deo iudice ſuſtinere: cum de deo nihil ſiniſtrum debeat ſuſpicari.

e *Doctrinam qua &c.*] Audiam quidem te increpantem ac redarguentem me: quia forte in doloribus poſitum obiurgare non debeam, mihi de deo, quod eſt iuſtiſſimum reſpondere conuenit: quia non poſſes ab eo ita puniri, niſi eſſes malorum conſcius, & multorum criminum reus.

f *Hoc ſcio a principio: ex quo &c.*] Iam nunc cœpit in ſanctum Iob maledictis inuehi: quem & impium aperte aſſerit, & hypocritam: eo quod ſimulauerit ſe iuſtum, & nunc in deum rebellis extiterit.

g *Si aſcenderit &c.*] Manifeſta & certa hyperbole: hominem C elatum nimis, & tumidum dicit.

h *Quaſi ſterquilinium in fine &c.*] Cui ſterquilinio aſſimilatus es per omnia, & ipſe te nũc conſpicis putrefactum. Et qui quondam viderant te regnantem in gloria: nunc inquiunt inſultanti voce. Vbi eſt ille ſapientiſſimus hominum, & potentiſſimus regum?

i *Velut ſomnium &c.*] Manifeſtum eſt ſicut ait. Defecit velut ſomnium ſurgentis.

k *Oculus qui &c. non videbit &c.*] Ideſt, honor impij non poterit reparari.

l *Filij eius atterentur &c.*] Siue ergo carnales filij eius, ſiue opera quæ aliquando filiorum nomine appellantur: ſiue illi qui eum tanquam patrem fuerint imitati, per dei ſententiam ad nihilum redigentur: quod iam in filiis tuis, carnalibus operibus quoque tuis ex parte vides eſſe completum.

m *Et manus illius &c.*] Hoc enim operatus eſt vnde malum vindictæ, operante dei iuſtitia, recipere mereretur.

n *Oſſa eius &c.*] Hoc ait, quod a iuuẽtute ſua, ex qua grauiora peccata committere cœperit, in eiſdẽ peccatis ſuis vſque in ſenectam permanſerit: pro quibus nunquam voluerit pænitere. Et idcirco ſequitur.

o *Et cum eo &c.*] Ideſt, poſt mortem vitiorum quæ eſt D in anima: ſiue vſque ad mortem, quæ fit per reſolutionẽ corporis huius. Oſſa ergo hoc loco ipſam ſenectutem nõ eſt abſurdum intellexiſſe: quibus veternoſitas annorum, & durities ſenij iam prematura ſignificetur. Siue oſſa eius implebuntur vitiis adoleſcẽtiæ, & cætera. Si quæ igitur virtutes ſunt animi in impio homine naturales, ab adoleſcentia eius vitiis inoleſcunt & reſoluuntur, ac defluunt, vt nihil in eis ſolidum & forte maneat: quia iam eiſdem vitiis tanquam carnibus fluidis videlicet rebus operiuntur, & obteguntur: vbi magis deberent virtutes, velut oſſa ſolida, & firmiſſima, tanquam carnes fluidas & ſoluta vitia reſtringere, continere, & regere: & ideo in carnis eius puluere dormiant: quia repugantibus vitiis atque vincentibus, rigorem bonæ ſuæ naturæ amittent.

p *Cum enim dulce fuerit &c.*] E Dulcia mala ſunt impio: blaſphemia & cætera oris peccata. Abſcondet ſub lingua ſua, dicens: vbi eſt ei labor & dolor, & defendet atque cęlabit, vt ait ſcriptura. Qui cõtegit iniquitatem ſuam, non proſperabitur.

q *Parcet illi, & non derelinquet illud.*] Ideſt, palpat, fouet, & nutrit malum ſuum: & delectans ſe in illo, nunquam pęnitet vt ab eo diſcedat.

r *Et cælabit eum &c.*] Illud dicere mihi videtur, quod ſemper ſit ad blaſphemandum paratus, & non prius ſaltem per aliquam moram cogitat quid dicturus eſt: quia iam paratam habet blaſphemiam quam cum maledictione cordis effundat.

ſ *Panis eius in vtero illius &c.*] Panis ſcilicet tota vita huiuſmodi hominis, eſt delectatio peccatorum, dulcedo illecebrarum, & ſuauitas, quæ amara illi & mortifera poſtmodum erit. Quod autem dixit in ventre eius, hoc ait, quod etiam in corde ſuo pro iniquitatibus ſuis, amaros dolores, acerbos & nimios conſcientia torquente patiatur. F

t *Diuitias quas deuorauit euomet: & de &c.*] Quod inique & violenter rapuit & inuaſit: merito ei deus pœnas illatis criminibus eius reddidit: & ita extorquebitur ab iniquo quod iniuſte abſtulerat. Angelus vero ille qui centum octoginta quinque milia occidit, videtur bonus angelus fuiſſe: quia angeli meſſores ſunt, zizania ignibus æternis exurenda. Eſa. 37. g

v *Non videat riuulos fluminis &c.*] Amœnitatem ſiue delitias paradiſi, affluẽtiam quoq; eius his nominibus ſignificari nouerimus: & reges hi qui non aduerſarij erant veritati, quod ipſi ſint illi impetus fluminis, qui lætificant ciuitatem, non abſurde intelligitur, manantes ſcilicet de fonte, ſiue de flumine ſcripturarum: ſiue eoſdem Apoſtolos hos impetus recte ſentimus, exeuntes de fonte euangelij, ad irrigandas terras ſteriles populorum, quos etiam torrentes propter velociter effuſam ſuper omnes doctrinam eorum, intelligere debemus: quæ doctrina diuina, melli propter eloquiorum dei dulcedinem, & butyro

A propter ſimplicem & innocentem eundem cibum doctrinæ veriſſime comparatur: qui etiam in pſalmo hanc dulcedinem impium non dicit habiturum.

a *Luet quæ fecit omnia: nec tamen conſumetur.*] Illud eſt, quia gehenna quædam perpetua incorruptio, & æterna perſeuerantia tormentorum eſt.

b *Iuxta multitudinem &c.*] Iuxta illud quod propheta dicit ad deum: Quoniam tu reddes vnicuique ſecundum opera ſua.

c *Nec eſt ſatiatus &c.*] Ventrem hic appellatum puto quoddam receptaculum animæ, vbi cogitationes eius, quaſi eſcæ ciborum reconditæ continētur, quem inexplicabilem dicit.

d *Et cum habuerit &c.*] Quēadmodum & tu ipſe, qui iuſto dei iudicio omne patrimonium perdidiſti.

e *Non remanſit de cibo &c.*] Inhumanitatis ei notā inu-
B rit: eo quod de abundantia menſæ ſuæ nulli peregrino, vel hoſpiti refectionem præbuerit: ſed fallitur Sophar: quia ſanctus Iob dicit. Si comedi buccellam meam ſolus. Non remanebit de cibis eius: quia non florebunt bona ſua. Iob.31.b

f *Cum ſatiatus fuerit &c.*] Cum diuitiis ſcilicet & rerum omnium abundantia refertus fuerit, ſubitus ei interitus veniet: coartatus miſeria irruente atque concluſus, calamitatum cladibus æſtuabit.

tyri. a Luet quæ fecit omnia: nec tamen conſumetur. b Iuxta multitudinem adinuentionum ſuarum, ſic & ſuſtinebit: quoniam confringens nudauit pauperes: domum rapuit & non ædificauit eam: nec eſt c ſatiatus venter eius: & cum d habuerit quæ concupierat, poſſidere non poterit. Non e remanſit de cibo eius, & propterea nihil permanebit de bonis eius. Cum ſatiatus f fuerit, artabitur, æſtuabit, & omnis dolor irruet ſuper eum. Vtinam g impleatur venter eius, vt emittat in eum iram furoris ſui, & pluat ſuper h illum bellum ſuum. i Fugiet arma ferrea: & irruet in arcum æreum. k Gladius eductus & egrediens de vagina ſua & fulgurans in amaritudine ſua. Vadent & l venient ſuper eum horribiles. m Omnes tenebræ abſconditæ ſunt in occultis eius. n Deuorabit eum ignis qui non ſuccenditur; o affligetur relictus in tabernaculo ſuo. p Reuelabunt cæli iniquitatem eius, & terra conſurget aduerſus eum. q Apertum erit germen domus illius: r detrahetur in die furoris dei. Hæc eſt ſ pars hominis impij a deo, & hæreditas t verborum eius a domino.

Caput XXI.

u RESpondens autem Iob, dixit. Audite quæſo ſermones meos, & agite pænitentiam. Suſtinete me, vt & ego loquar, & poſt

g *Vtinam impleatur vent. &c.*] Quandam capacitatem, vel ſinum ſpatioſum ventrem animæ ſuperius intelleximus. Hoc ergo dicit, quia iam cogitationibus iniquiſſim[is] plenus eſt: vſque ad ſummum oris ſui blaſphemia cumuletur: ſiue iram furoris ipſius ipſius diaboli animum non abſurde ſentimus, per quem probantur ſancti.

h *Et pluat ſuper &c.*] Bellum præ multitudine ſua poſ-
C ſunt intelligi aduerſariæ poteſtates. Iſtæ igitur bellum deo inferunt, quando ſanctos eius oppugnant. Quod autem ait. Pluat ſuper eum abunde, in eum calamitatis miſeriam precatur effundi: ſiue homo impius qui bellum blaſphemiæ infert deo, recipiet opus ſuum.

i *Fugiet arma ferrea &c.*] Tanquam ſi diceret. Quando putauerit ſe leuiores calamitates poſſe fugere, in atrociores incurret. Siue aliter. Si ſocios & miniſtros diaboli fugiat, incurret in ipſum principem tenebrarum, & cum ſint illi rebelles in malitia, fortes & duricordes tanquam arma ferrea, in peiorem tamen auctorem totius mali, velut in arcum æneum impinget: quem puto ideo hoc loco arcum nominatum: quia vel maxime in inſidiis & dolo homines inopinantes interimere non deſinit. Arcu enim inopinantibus plerumque tela iaciuntur. Et non liberabitur de manu gladij. Hoc dicit: quia non euadet diabolus mortem perpetuam.

k *Gladius eductus &c.*] Quia diximus arcum, tranſlato nomine diabolum poſſe intelligi: qui dum inobedientia tranſgreditur terminos, & in ſuperbia elatus metas ſanctæ humilitatis tranſcendit: quaſi de vagina beatæ habitationis iuſto iudicio dei eductus atque expulſus eſt. Siue eductum de vagina, paratum ſemper ad interimendum fugientem ſe ſignificatum eſſe nouerimus. Vulnerabit eū ſagitta ænea. Aes diutinum eſt: huic metallo diabolus

comparatur: eo quod ad interimendum nunquam deficiat: nec ſenectute aliqua cōſumatur, qui etiam fulgurat, hoc eſt transfigurat ſe in angelum lucis. D

l *Vadent & venient &c.*] Ideſt, ſocij eius.

m *Omnes tenebræ &c.*] Tenebræ in hoc loco intelligendæ ſunt peccata, ſiue ea quæ cōmiſſa ab impio ſunt, ſiue committenda ſunt in corde eius, & affectu & cogitationibus latēt; quæ ideo in ſecretis mētis eius abſcōdita dicuntur eſſe: quia illis fauet, eiſque plurimum delectatur.

n *Deuorabit eum ignis &c.*] Hunc ignem non abſurde intelligimus eſſe gehennam, qui non materiis quibuſdā & pabulis viuit vt ardeat: ſed per ſe ipſum vt creatus eſt vigens: cuncta, quæ ei iniecta fuerint, concremat. E Ergo iſte ignis deuorabit impium: qui tanquam rationabilis ita eum glutiet atque abſorbebit, vt in eo æternis cruciatibus torqueatur.

o *Affligetur relictus &c.*] Ob impietatem videlicet ſuam iniquus derelinquetur a deo: vt in tabernaculo corporis ſui pœnis perpetuis crucietur.

p *Reuelabunt cæli iniquitatem &c.*] In teſtimonium vtique erant angeli & ſancti homines, vt nouerint quod pœnas iuſtiſſime patiatur.

q *Apertum &c.*] In iudicio dei: quando impius condemnandus eſt, non ſolum omnes cogitationes cordis eius: verumetiā principia interfectarum cogitationum, deo pandanda ſunt, atque clarius luce manifeſtanda.

r *Detrahetur in die furoris &c.*] In die iudicij mittetur in tenebras exteriores. Potuit & dies impia fuiſſe Iob, quando plaga percuſſus eſt, & concluſit elocutionem ſuam, vt diceret. F

ſ *Hæc eſt pars &c.*] Hic quaſi ex abrupto oſtendit: quod in ſanctum Iob vniuerſa hæc dixerit. Quod autem ſequitur.

t *Et hæreditas &c.*] Ideſt, operum retributio: alij ita vertertunt. Et hæreditas verborum eius ab epiſcopo: quia quemadmodum dominus a dominatione rerum omniū ſcitur: ita epiſcopus eo quod ſuperintendat in omnem creaturam, veriſſime dicitur. Non enim deus perturbata mente commotuſque puniturus eſt peccatores, cum ſit incommutabilis, ſicut ait ad Moyſem. Ego ſum qui ſum: non ſolum ſempiternus, verum etiam æternaliter mitis. Exod 3.d Deinde iſta de deo anthropopathos dici intelligamus, non proprie ſecundum inconuertibilem ſubſtantiam eius, ſed trāſlatis nominibus paſſibilis creaturæ ad creaturam non conditam, nec creatam: ſed potius omnium conditricem.

Caput. XXI.

u R*Eſpondens aut Iob, dixit. Audite quæſo ſermones meos & agite pænitentiam. Suſtinete me, vt & ego loquar, &c.*] Poſt tanta conuitia non eſt commotus, vt acerbe reſponderet: quin potius deprecans eos, alloquitur, & ait: Vt audientiam præbeant ſermonibus eius: quibus perceptis & cognitis, nouerint ſe ſuper tanta oris ſui amaritudine pænitere debere.

a *Nunquid*



A a *Nunquid contra hominem diſput. &c.*] Primum mihi illud eſt oneri, & valde moleſtum, atque horribile: quia non cum homine, ſed cum deo mihi cauſa loquendi eſt: cui caſtificatam iuſtitiam exhibebam: vt mercedem huius operis repēſaret. Ecce nunc tanquam reus criminum, omnibus affligor miſeriis. Hinc dicit ſe triſtari, quia ſcit deum nihil iniuſte operari.

b *Attendite me, & obſtupeſcite &c.*] Quod ſit iſtud ſecretum, vt deus bonus & iuſtus erga me taliter operetur, præſertim cum eius teſtimonium de me bonum habeam.

c *Et ego quando recordatus fuero &c.*] Cum enim plagam hanc cogito, quam iuſte viuens ſuſtineo: deique iudicium, qui neminem inſontem affligit, recordor, nimiū pertimeſco: hoc ipſum optime ſcio, nullus patitur ma-
B lum aliquod, niſi id ipſe permiſerit. Nemini infert malum, niſi inferre ei ipſe iuſtiſſimum iudicarit. Sed hæc Iob contigerunt, vt appareret foris hominibus, quod intrinſecus erat ante deum.

d *Quare ergo impij viuunt, & ſubleuati ſunt &c.*] Et alius ita dixit. Quare impiorum proſperatur vita? Et alius dixit. Quare non reſpicis ad iniqua agentes? Reſpondete mihi, obſecro. Si ego impius, & immemor bonorum operum ſecundum iuſtitiā, ſicut vos affirmatis, hæc patior: quare impij viuunt, & ſubleuati ſunt, confortatique diuitiis? Reſpondete, inquam, obſecro reſpondete. Nunquid vos, qui deum cōtra me iuſtum defenditis in hoc loco, iniuſtum notatis: vt in me iniquus vltor ſit, &
C in meis ſimilibus clemens. Horum igitur de quibus nunc loquitur, finis & interitus erit mors æterna, & perditio inferorum.

e *Veruntamen quia non ſunt in manu &c.*] Quia pro hac gloria ſua & temporario flore, perpetua ignominia coram angelis induentur.

f *Quotiens lucerna imp. &c.*] Lux vero iuſti ſemper: quia in hac nocte ſæculi, lucerna fidei nullo vento tentationis extinguitur, & illic ad gloriam ſempiterni luminis præparatur. Lumen vero peccatoris intra breue tempus vitæ extinguitur. Quoniā tranſiturus eſt ſicut vmbra. Non erit & veniet impiis, ſicut Iob ait: inundatio, ideſt, abundantia tormentorum. Quibuſque dolores diuidit furoris ſui. Proculdubio deus dolores diuidit, dixit, pro hoc quod pœnas vnicuique retribuet vt meretur.

g *Deus ſeruabit filiis illius &c.*] Diabolo ſeruat ſupplicium gehennarum, vt cum eo illi quos ſibi exemplo malitiæ ſuæ filios fecit, pariter puniantur: quod deo redden-

poſt mea ſi videbitur verba ridete. Nunquid a contra hominem diſputatio mea eſt, vt merito non debeam contriſtari? b Attendite me, & obſtupeſcite, & ſuperponite digitum ori veſtro. Et ego c quando recordatus fuero, pertimeſco: & concutit carnem meam tremor. d Quare ergo impij viuunt, ſubleuati ſunt, confortatique diuitiis? Semen eorum permanet coram eis: propinquorum turba & nepotum in conſpectu eorum. Domus eorum ſecuræ ſunt & pacatæ: & non eſt virga dei ſuper illos. Bos eorum concepit, & non abortiuit: vacca peperit, & non eſt priuata fœtu ſuo. Egrediuntur quaſi greges paruuli eorum, & infantes eorum exultant luſibus. Tenent tympanum & citharam, & gaudent ad ſonitum organi. Ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt. Qui dixerunt deo: recede a nobis, & ſcientiam viarum tuarum nolumus. Quis eſt omnipotens, vt ſeruiamus ei? Et quid nobis prodeſt, ſi orauerimus illum? e Veruntamen quia non ſunt in manu eorum bona ſua: conſilium impiorum longe ſit a me. f Quotiens lucerna impiorum extinguetur, & ſuperueniet eis inundatio, & dolores diuidet furoris ſui. Erunt ſicut paleæ ante faciem venti: & ſicut fauilla quam turbo diſpergit. g Deus ſeruabit filiis illius dolorem patris: & cum reddiderit tunc ſciet. h Videbunt oculi eius interfectionem ſuam: & de i furore omnipotentis bibet. Quid enim ad eum pertinet de k domo ſua poſt ſe? Et ſi numerus menſium eius dimidietur: nunquid deum docebit l quiſpiam ſcientiam, qui excelſos iudicat? Iſte m moritur robuſtus & ſanus, diues & felix: viſcera eius plena ſunt adipe, & medullis oſſa illius irrigantur. Alius vero moritur in amaritudine animæ ſuæ abſque vllis opibus: & tamen ſimul in puluere dormient, & vermes operient eos. n Certe noui cogitationes veſtras & ſententias contra me iniquas. Dicitis o enim: vbi p eſt domus principis, & vbi tabernacula impiorum? Interrogate quemlibet de viatoribus, & hæc eadem illum intelligere cognoſcetis. Quia in diem q perditionis ſeruatur malus: & ad diem furoris

te, pater eorum diabolus tunc ſciet, ideſt, tunc ſentiet, D quando cum filiis pœnas patietur æternas.

h *Videbunt oculi eius interfectionem ſuam.*] Siue necem ſuam, vt alij dixerunt. Duplex enim tormentum eſt videre pœnas, quas ſuſtineas.

i *Et de furore omnipotentis bibet.*] Ipſe eſt calix aureus domini in manu Babylonis.

k *Quid enim ad eum pertinet de domo ſua &c.*] De eodem diabolo dicit, de quo Salomon ait. Impius cum venerit in profundum malorum ſuorū, & criminum deſperatione contemnit. Iam enim nouit ſe cū ſuis qui ſunt domus & regnum eius, perpetuo eſſe damnandum: quia nulla eſt eius voluntas agendæ pænitentiæ. Prou.18.a

l *Nunquid deum quiſpiam docebit &c.*] Qui enim de excelſis atque ſublimibus poteſtatibus angelorum habet iuſtum iudicium: quemadmodum a quoquam doceri poterit, vt in his, quæ ſupra diximus, poſſit eius iudicium reprehendi? E

e *Iſte moritur robuſtus & ſanus &c.*] Beatorum in hoc mundo & infelicium in hac vita, communem dicit eſſe conditionem. Viſcera ſiue inteſtina eius, vt alij dixerunt, plena ſunt adipe, & medullis oſſa illius irrigantur. Alius vero moritur in amaritudine animæ abſque vllis opibus: & tamen ſimul in puluere dormient, & vermes operient eos. In hac igitur continētia ſermonis huius, iſte ſenſus eſt, quod in hoc mundo iuſti & peccatores indifferenter viuant: ſed hæc diuerſitas commutanda ſit in futuro: ſicut in illo diuite factum eſt, & in Lazaro paupere.

n *Certe noui &c.*] Ergo recte definio, inquit, quod & perſpicitis: quia vna ſit in hoc ſæculo, & peccatori moriendi conditio & ſancto. F Qui tamen poſtea diſiungēdi, vt ad præmium mutentur iuſti: peccatores vero ad ſupplicium rapiantur. Vos vero in inſontem iniquam datis ſententiam.

o *Et dicitis.*] Inſultantes mihi, meque irridentes.

p *Vbi eſt domus principis, &c.*] Quia ergo de me ita ſentitis, quod damnationis meæ nunc tempus aduenerit, non ita eſt quod definiſſe vos arbitramini: quia hæc dei caſtigatio temporalis, non eſt æterna damnatio.

q *Malus enim in &c.*] Qui & ad diem furoris dei ducendus eſt, vt excipiat ſententiam mortis æternæ. Sancti enim omnes recte viatores eſſe dicuntur: quia vt expediti, & alacres prætereundo ſæculum, virili animo calcant terram ſuam, & feſtinanter proficiſcentes ab beatam patriā, mundi huius iter laborioſum conficiunt. Hi ergo qui

ris ducetur. [a] Quis arguet coram eo vias eius? & quæ fecit, quis reddet illi? Ipſe [b] ad ſepulcra ducetur, & in congerie [c] mortuorum vigilabit. Dulcis fuit [d] glaries Cocyti, & [e] poſt ſe omnem hominem trahet, & [f] ante ſe innumerabiles. Quomodo igitur conſolamini [g] me fruſtra: cum reſponſio veſtra repugnare oſtenſa ſit veritati?

Caput XXII.

[h] RESpondens autem Eliphaz Themanites, dixit. Nunquid deo poteſt comparari homo, etiam cum perfectæ fuerit ſcientiæ? Quid [i] prodeſt deo, ſi iuſtus fueris: aut quid ei confers, ſi immaculata fuerit vita tua? Nunquid [k] timens arguet te, & veniet tecum in iudicium, & non propter [l] malitiam tuam plurimam, & infinitas iniquitates tuas? Abſtuliſti [m] enim pignus fratrũ tuorum ſine cauſa: [n] & nudos ſpoliaſti veſtibus. Aquam [o] laſſo non dediſti, & [p] eſurienti ſubtraxiſti panem. In fortitudine [q] brachij tui poſſidebas terram, & potentiſſimus obtinebas eam. [r] Viduas dimiſiſti vacuas: [ſ] & lacertos pupillorum comminuiſti. [t] Propterea circundatus es laqueis, & conturbat te formido ſubita. At [u] putabas te tenebras non viſurum, & impetu aquarum inundantium non oppreſſum iri. [x] An cogitas quod deus excelſior cælo ſit, & ſuper ſtellarum verticem ſublimetur? Et dicis. Quid enim

A ascendunt ad populum peregrinum: ſiue ſuccinctum fidei vtique cingulo: contra diſſolutionem vitiorum lumbos mentis accingunt.

a *Quis arguet coram eo vias eius: & quæ fecit &c.*] Videtur mihi, quod Iob proprie de diabolo dixerit: licet & generaliter de omnibus peccatoribus poſſit intelligi. Quis hominum eum poteſt arguere, propter viam eius pollutiſſimam, per quam totum mundum ingredi fecit: aut reddere ei quæ creatura poterit, quod meretur, niſi ille ſolus agnus dei qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus eſt in ore eius?

b *Ipſe ad ſepulcra ducetur &c.*] Ad mortem videlicet tormentorum: quam ipſe hominibus intulit in Adam, & ipſe ad inferos ducendus, vt illic perpetuo puniatur.

c *Et in congerie mortuorum &c.*] Et licet damnandus ad pœnas ducendus ſit: ſed tamẽ mortem hominum gaudens, ad intuendum eorundem mortuorum cõgeriem, omni alacritatis inſtantia, in eorum interitu vigilabit: vel certe ſemper viuet in mortem.

d *Dulcis fuit glaries Cocyti.*] Cocytum inferorum fluuiũ eſſe dicunt. Nos autem in ſcripturis diuinis eundem fluuium torrẽtem, puteum, caminum, ignem æternum, lacum, ſtagnum legimus & gehennam. Glarearum vero nomine ipſa officia tartarorum, miniſtros quoque pœnarum infernalium vinctos tormẽtorum locis exiſtimo ſignificari: & dictum eſt quaſi per ironiam: eo quod deſiderent illum, atque exoptent habitatores inferorum vt puniant, & de eius interitu ſaturentur. Vel certe dulcis fuit morti: quia tam innumeros ei populos acquiſiuit.

C e *Et poſt ſe omnem hominem &c.*] Qui imitatione exemplum eius ſequuntur: ſiue poſt ſe omnem hominem trahit, ſecundum præuaricationem humani generis in Adam.

f *Et ante ſe innumerabiles.*] Quos deceperit, & eos ſecutores præmittit ad pœnas.

g *Quomodo igitur &c.*] In hoc verſiculo omnem altercationem diſputationis ſuæ concluſit: & amicos ſuos, quod ſine cauſa contra eum de prædicta ratione decertent, cõuincit: cum illi diffidunt impios & peccatores in hoc mũdo puniri, inter quos & ipſum condemnant: ille conuincit eos, quod vel maxime in ſæculo glorientur, qui ſunt ad damnationis iudicium deducendi.

Caput XXII.

h *REſpondens autem Eliphaz &c.*] In ſuggillationem igitur Iob iſta dicuntur: qui ſibi omnino arroget hæc ſe propria cordis ſui ſapientia loqui.

i *Quid prodeſt deo, ſi iuſtus &c.*] Nemo iuſtitia ſua & ſanctitate deum fecit meliorem: quoniam omnis boni fons atque origo nullius bono eget, ſecundum prophetam qui ait. Quoniam bonorum meorum non eges.

k *Nunquid timens arguet &c.*] Nunquid cauſa timoris dei hæc eſt, vt timeat te deus? forte ipſe potens aliquando efficiaris: & coæqualis factus ipſe reſiſtas ei? Quæ riſorie potius, & ſubſannantis ſenſu dicuntur.

l *Et non propter malitiam &c.*] Non hoc timens arguit te, D inquit, grauis plagæ huius correptionibus: ſed propter omnia mala tua, quibus ſtudium commodabas. Quia ergo principale malum, ideſt, malitiam Iob plurimam habeat, vnde cætera mala quaſi in botro dependeant: ſubiungit & narrat ea quaſi per ſpecies ſingulas, ita dicens.

m *Abſtuliſti enim pignus fratrum tuorum ſine cauſa.*] Hoc dicit, quod violenter & hoſtili more aliena rapuerit, vel pignora iniuſte extorſerit: ſiue per ſpeciem iuſtitiæ per calumniam expoliauerit: & prægrauatur crimen, quando dicitur, quod nec ſanguini ſuo pepercerit.

n *Et nudos ſpoliaſti veſtibus.*] Quid veſtitis feceris, hic apparet: apud quem nec nudus a rapinis tuis immunis inuentus eſt.

o *Aquam laſſo non dediſti.*] Manifeſtum eſt.

p *Et eſurienti ſubtraxiſti panem.*] Graue eſt non dediſſe, grauius ſubtraxiſſe. Grande ergo peccatum, hoſpitalitatem in neceſſitate poſitis non præbere. Aperte autem Eliphaz mentitum ſcimus: cum inferius legamus quanta bona Iob fuerit operatus.

q *In fortitudine brachij tui poſſidebas terram.*] Arguit nihilominus eum tãquam ſuperbum & tyrannum; qui non iuſtitia & æquitate regni ſui populos regeret: ſed truculentis moribus tanquam virtute brachij, duro eos ſeruitutis onere ſubiugaret: & nullus propter imperium ſuum duriſſimum, niſi conditioni ſuæ ſubditus viueret.

r *Viduas dimiſiſti vacuas.*] Qui eas deſtitutas, & tribulationibus affectas atque humiliatas, ad ſubueniendum audire noluiſti: vnamquamque earum vacuam dimiſiſti: quando id, quod a te poſtulabat, non potuit impetrare.

ſ *Et lacertos pupillorum comminuiſti.*] Si quid virium habuerunt, vnde ſuſtentari poſſent, tuliſti: & eorum animas vitæ deſperatione fregiſti: vel non defendendo eos a malis hominibus virtutem ſpei eorum, qua ad te reſpiciebãt, comminuiſti: dum eos paſſus es opprimi.

t *Propterea circundatus es laqueis &c.*] Hoc dicebat Eliphaz, quod ipſe beatus Iob malæ conſcientiæ formidine turbaretur, & eadem formidine ſibi ſubito veniente, vſquequaque conſternatus conſilium patientiæ perdiderit contra aduerſa.

v *Et putabas te tenebras non viſurum, & impetu aquarum &c.*] In tanta ſecuritate in iniquitatibus potens agebas, vt hæc mala meritorum tuorum reciproca tibi venire non credideris. Quibus tenebris, miſeriæ vtique & calamitatis, tanquam impetu aquarum inundantium repente depreſſus es; vt obſcurato corde non videas, quod rectum eſſe patientia perdocet. Multis modis in ſcripturis diuinis, tenebræ appellantur peccata, ignorantia, ſiue tribulatio: vel etiam obſcuritas diuinorum voluminum, nomine tenebrarum ponitur.

x *An cogitas quod deus excelſior cælo ſit, & ſuper ſtellarum verticem ſublimetur.*] Primum ergo Eliphaz ſanctum Iob criminatur, quod in deum aſſerat ignorantiã cadere, & multa ſint in creaturis ſuis quæ neſciat. Deinde quod iudicium eius affirmet incertum eſſe & dubium. Et iccirco per caliginem, ideſt, quaſi veriſimile, quid iudicat.

a Nubes



enim nouit deus? Et quaſi per caliginem iudicat. Nubes [a] latibulum eius, nec noſtra conſiderat, & circa cardines cæli perambulat. Nũquid [b] ſemitam ſæculorum cuſtodire cupis: quam calcauerunt viri iniqui [c] qui ſublati ſunt ante tempus ſuum, & fluuius [d] ſubuertit fundamentum eorum? Qui dicebant [e] deo: recede a nobis: & quaſi nihil [f] poſſit facere omnipotens ęſtimabant eum, cum ille impleſſet domos eorum bonis. Quorum [g] ſententia procul ſit a me. [h] Videbunt iuſti & lætabuntur, & innocens [i] ſubſannabit eos. Nõne ſucciſa [k] eſt erectio eorum: & [l] reliquias eorum deuorauit ignis? [m] Acquieſce igitur ei? & habeto pacem: & per hæc habebis fructus optimos. [n] Suſcipe ex ore illius legem: & pone ſermones eius in corde tuo. [o] Si reuerſus fueris ad omnipotentem, ædificaberis, & [p] longe facies iniquitatem a tabernaculo tuo. [q] Dabit pro terra ſilicem, & pro ſilice torrentes aureos. Eritque omnipotens [r] contra hoſtes tuos, & argentum [ſ] coaceruabitur tibi. [t] Tunc ſuper omnipotentem delitiis afflues, [u] & eleuabis ad deum faciem tuam. [x] Rogabis eum & exaudiet te, & vota tua reddes. Decernes [y] rẽ & veniet tibi, & in [z] viis tuis ſplẽdebit lumen. Qui [a] enim humiliatus fuerit, erit in gloria: & qui inclinauerit oculos ſuos, ipſe ſaluabitur. [b] Saluabitur innocens: ſaluabitur autem in munditia manuum ſuarum.

CAP.

A f *Nubes latibulum eius: nec noſtra conſiderat, & circa cardines &c.*] Iccirco autem hæc omnia quaſi ex ſenſibus beati Iob eſſe confingit, vt eum non ſolum blaſphemum, verum etiam, quod ignorantem dicat deum, lociſque eum aſſerat contineri: quod vtique grande ſacrilegium eſt ſentire de deo.

b *Nunquid ſemitam ſæculorũ cuſtodire cupis, quam calcauerũt viri iniqui.*] Cuſtodire cupis, pro obſeruare dixit: hoceſt, nunquid actus & vitam perditam conſequi cõcupiſcis, eorum, qui in diluuio & Sodomis, & eremo perierunt: vel eorum qui non credunt deum humana curare?

c *Qui ſublati ſunt ante tempus ſuum.*] Vt Dathan & Abiron: vel illi qui ſubita morte perierunt.

d *Et fluuius ſubuertit fundamentum eorum.*] Imminente in ſe ira dei tanquam fluuij impetus, ſtabilitas præſentis vitæ eorum ſubuerſa eſt: ſiue quaſi fluuius ſuperueniẽte preſſura fundamentum corporeum eorum demolitum eſt, vt vitæ eorum parietes corruerent.

e *Qui dicebant deo: recede a nobis.*] Propter apoſtaſiam ergo damnati ſunt. At non talis eſt Iob, qui dicit, etiam ſi occidat me, in ipſum ſperabo.

f *Et quaſi nihil poßit facere omnipotens æſtimabant eum, cum ille impleſſet domos &c.*] Non timuerunt ergo impij, ne propter peccatum, offenſam dei, & bona quæ ipſe præſtiterat, vindictam ſuppliciorum incurrerent.

g *Quorum ſententia procul ſit a me.*] Et ſanctum blaſphematorum in numero ponit, quem ita vt eoſdem deteſtatur.

h *Videbunt iuſti & lætabuntur.*] Siue vt alij dixerunt, ridebunt: de abiectione infidelis populi loquitur.

C i *Et innocens ſubſannabit eos.*] Quomodo hoc & de ſanctis eius non poteſt dici? quando vident peccatores iuſto dei iudicio condemnari: videbunt & lætabuntur. Placet enim illis dei iuſtitia, ſicut & ipſi deo. Sed Eliphaz cum hic fortaſſis recte dixerit, male opinatus eſt, vt beatum Iob impiis & peccatoribus compareret.

k *Nonne ſucciſa eſt erectio eorum.*] Superbia vtique illorum, & contumacia, ſupradictis pœnarum exemplis ſucciſa eſt, & perpetuæ perditioni tradita.

l *Et reliquias eorum deuorauit ignis.*] Reliquias etiam dixit, extrema quæque peccaminum in die iudicij punienda: quia in hoc ſæculo, nulla pœna grauiſſimos peccatores, ita vt digni ſunt, damnat. Siue reliquias, poſteritatem malorum hominum intelligere poſſumus, quæ imitando eos tanquam patres eorum reliquiæ appellentur. Siue in bonam partem reliquiæ ponuntur: ſecundum illud. Quo- *Pſal.75.b* niam cogitatio hominis confitebitur tibi, & reliquiæ cogitationis diem feſtum agent tibi, vt cogitatio hominis ad confeſſionem pertineat peccatorum: reliquiæ vero ſunt ipſius confeſſionis æterna remuneratio: qua indultis ſibi peccatis, velut in die feſto ſpirituali lætitia perfruatur. Poſſunt reliquiæ & nouiſſima intelligi: iuxta illud. *Pſal.36.g* Reliquiæ impiorum peribunt.

m *Acquieſce igitur ei: & habeto pacem, &c.*] Hortatur ſan- D ctum Iob, vt ſe iam cogitet emendare, & dat conſilium non quærenti, vt per patientiam conuertatur ad deum. Et ita poſt bellum inſtantis ſibi horribilis plagæ, poſſet habere incolumitatis pacem.

n *Suſcipe ex ore illius legem.*] Siue dictum, ideſt, audi quæ præcepit, & conſerua.

o *Si reuerſus fueris ad omnipotentem, ædificaberis.*] Si te factorum tuorum pæniteat, ædificaberis, ideſt, quotidie vallatus diuina cuſtodia munieris. Diſſimulantibus agere pænitentiam, hoc exemplum egregium præponendum eſt: neceſſaria enim hęc cohortatio eſt, qua poſſunt peccatores gloriam perditam reparare.

p *Et longe facies iniquitatem a tabernaculo tuo.*] Si te emendare volueris atque corrigere, tibi aſſcribet deus, quod longe facias a te iniquitatem tuam: cum eam a te potius ipſe elonget. Siue ipſe diabolus iniquitas dicitur, hoceſt, qui te in poteſtatem accipit, elongabitur.

q *Dabit pro terra ſilicem, & pro ſilice torrentes aureos.*] Hoc dicit: quod ſi propitiatio eũ dei in præceptis eius firmiſſimis ſtabilierit, non terrenis rebus, & carnis voluptatibus operam dabit: ſed magis ad fortitudinem virtutum proficiet, per quam poſſit ad affluentes cæleſtium diuitias peruenire: hoc enim metaphoricos Eliphas ad ſanctum Iob dicit: quod ſi in ſaxo fortitudinis bonæ conſcientiæ tuæ poſitus fueris: ſenſus diuinæ ſapientiæ tibi velut torrens aureus abundabit.

r *Eritque omnipotens contra hoſtes tuos.*] Cum feceris, inquit, voluntatem eius, habebis eum defenſorem tui.

ſ *Et argentum coaceruabitur tibi.*] Diximus aurum pro ſenſu accipi, & argentum pro eloquio iuſtificationis. Ergo & mandata dei atque iudicia, ipſa ſunt diuina eloquia. Cum ergo conuerſus, in his fueris meditatione aſſidua commoratus: intelligentias diuerſorum ſenſuum diſſerendo, multiplex & copioſe abundans eloquium coaceruabitur tibi.

t *Tunc ſuper omnipotentem delitiis afflues.*] Delitiis vtique ſpiritualibus ſupradictis repleberis, cum petitiones cordis tui gratia ſancti ſpiritus videris, & in gaudio mentis tuæ ſenſeris adimpleri.

v *Et eleuabis ad deum &c.*] Liberam frontem ad deprecãdum deũ attolles, ſiue iam non reã, neque incuruatã deorſum mala conſcientia eriges ad deum animam tuam.

x *Rogabis eum & exaudiet te &c.*] Peccatorem te non poteſt exaudire, niſi eum prius pro peccatis tuis deprecatus fueris.

y *Decernes rem &c.*] Rem duntaxat iuſtam, ſanctam atq; honeſtam, quam a deo petieris obtinebis.

z *Et in viis tuis ſplendebit lumen.*] Viæ tuæ actus tui boni erunt, & lumen tibi erit dei notitia, deiq; viſitatio, atque protectio: quo actus viarũ tuarũ correcti illuminẽtur: ne forte per errorẽ inſcitiæ in montes tenebroſos offendas.

a *Qui enim humiliatus fuerit &c.*] Et dominus in euangelio: Qui ſe humiliat exaltabitur. *Luc.14.c*

b *Saluabitur innocens: ſaluabitur &c.*] Ideſt, gratia bono-

rum operum, vel nitore. Antiqui ita dixerunt: erue innocentem & ſaluaberis munditia manuum tuarum: vbi retributionem videtur ſonare, quod ait: Erue innocentem vt ſaluari poſſis innocentia manuum tuarum.

CAP. XXIII.

a *Reſpondens autem Iob, ait: Nunc quoque in amaritudine &c.*] Relictis infidelibus amicis, qui me calamitatis huius miſeriam iuſte pati definiunt, & addunt amaritudini meæ, totum me ad deum conuertam, & dicam ei pro conſcientię meæ fiducia quæ ſequuntur.

b *Quis mihi tribuat vt cognoſcam &c.*] Intellectu ſe cognoſcere deum dixit: inuenire quoque eum operibus bonis, & venire vſque ad ſolium eius, & futuri ſcientia & cogitatione iudicij proficiendo accedere vſque ad ipſam contemplationem diuinæ poteſtatis, quam vtique mundi corde videbunt. Quod cor, multis caſtificationibus morum, ſanctus hic Iob purificatum ſe dicit habuiſſe.

c *Ponam coram eo iudicium.*] Iudicium, inquit, iuſtitiæ tuę ponam in cōſpectu dei mei, ſecundum illud: Ab ipſo iudicij eius æquitatem requiram. Tamen priuſquam ſit eius in me finitiua ſententia, multas ei proferam increpationes: quia cum eius nouerim ſingularem iuſtitam, quare iuſtus patior tormenta, quę iniquis impiiſque potius debentur. Hoc ergo quod ſequitur, ait.

d *Os meum replebo increpationibus.*] Ideſt, iuſti doloris querelis.

e *Nolo multa fortitudine contendat mecum: nec magnitudinis ſuæ mole me premat.*] In mole maieſtatis eius, horripilationem intelligamus, nō aliquid corporeū, quia deus ſpiritus eſt. Certus ſum, inquit, quia iſtas afflictionum miſerias, ipſo vtique iudicante, patebit me nullo peccatorum merito ſuſtinere, hinc ait: Perueniat ad victoriam iudicium meum.

f *Si ad orientem iero, non apparet: ſi ad occidentem, non intelligam eum.*] Dum partes mundi enumerat, dicit eum habitare vbique totum: ſibi tamen omnino eſſe inuiſibilem confitetur: eo quod nō ſubiaceat eius diuinitas obtutibus creaturæ. Deus vero omnem viam conuerſationis eius, ait: quia optime nouerat.

g *Veſtigia eius ſecutus eſt pes meus.*] Hoc eſt, quod cuſtodiri voluit, cuſtodiui.

h *Ipſe enim ſolus eſt, & nemo &c.*] Hoc eſt: quia inſcrutabilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius.

i *Cumque expleuerit in me voluntatem ſuam, &c.*] Cum iam me quibus voluit tormentis affecerit, & alia adhuc, quanta voluerit, mihi infligere poterit, quem inſenſibilia ſicut ſenſibilia contremiſcunt.

k *Et idcirco a facie eius turbatus ſum, & conſiderans eum.*] Mente ſcilicet ſentiens, & ex parte intelligens.

## CAP. XXIII.

[a] Reſpondens autem Iob, ait: Nunc quoque in amaritudine eſt ſermo meus, & manus plagæ meæ aggrauata eſt ſuper gemitum meum. [b] Quis mihi tribuat, vt cognoſcam & inueniam illum, & veniam vſque ad ſolium eius? [c] Ponam coram eo iudicium, & os meum [d] replebo increpationibus: vt ſciam verba quæ mihi reſpōdeat, & intelligam quid loquatur mihi. Nolo [e] multa fortitudine contendat mecum: nec magnitudinis ſuæ mole me premat. Proponat æquitatem contra me, & perueniet ad victoriam iudicium meum. Si ad orientem [f] iero, non apparet: ſi ad occidentem, non intelligam eum: ſi ad ſiniſtram, quid agam? Non apprehendam eum. Si me vertam ad dexteram, non videbo illum. Ipſe vero ſcit viam meam, & probabit me quaſi aurum, quod per ignem tranſit. [g] Veſtigia eius ſecutus eſt pes meus: viam eius cuſtodiui, & non declinaui ex ea. A mandatis labiorum eius non receſſi, & in ſinu meo non abſcondi verba oris eius. Ipſe [h] enim ſolus eſt, & nemo auertere poteſt cogitationem eius: & anima eius quodcunque voluit, hoc fecit. Cumque [i] expleuerit in me voluntatem ſuam, & alia multa ſimilia præſto ſunt ei. Et idcirco [k] a facie eius turbatus ſum: & conſiderans eum, [l] timore ſolicitor. [m] Deus molliuit cor meū, & omnipotens conturbauit me. [n] Non enim perij propter imminentes tenebras: nec faciem meam operuit caligo.

## CAP. XXIIII.

[o] Ab omnipotente non ſunt abſcondita tempora: qui autem nouerunt eum, ignorant dies illius. Alij [p] terminos tranſtulerunt, diripuerunt greges & pauerunt eos. [q] Aſinum pupillorum abegerunt, & abſtulerunt pro pignore bouem viduę. Subuerterunt pauperum viam, & oppreſſerunt pariter manſuetos terræ. Alij quaſi [a] onagri in deſerto egrediuntur ad opus ſuum, vigilanteſque ad prædam præparant panem liberis. Agrum nō ſuum demetunt, & vineam eius quem vi oppreſſerunt, vindemiant. Nudos dimittunt homines, indumenta tollentes, quibus non eſt operimentum in frigore, [b] quos imbres montium rigant, & non [c] habentes velamen, amplexantur lapides. Vim [d] fecerunt deprædantes pupillos, & vulgum pauperem ſpoliauerunt. Nudis & incedentibus abſque veſtitu & eſurientibus tulerunt ſpicas. [e] Inter aceruos eorum meridiati ſunt, qui calcatis torcularibus ſitiunt. [f] De ciuitatibus fecerūt viros gemere, & [g] anima vulneratorū clamauit, & deus inultū abire non patitur. Ipſi fuerūt rebelles lumini, neſcierunt vias eius: nec reuerſi ſunt per ſemitas eius. [h] Mane primo conſurgit homicida, interficit egenum & pauperē: per noctem

l *Timore ſolicitor.*] Ideſt, horripilatione maieſtatem illius pertimeſco.

m *Deus molliuit cor meum, & omnipotens conturbauit me.*] Cor reſolutum a pauore nimio & timore hoc loco dictū nouerimus, non quod a duritia incredulitatis ad fidem ſuſcipiendam mollitum ſit, cum magis ipſe Iob per fidem fortis in deum manſerit. Vnde ſequitur: Omnipotens conturbauit me: hoc quod ſupra.

n *Non enim perij propter imminentes tenebras: nec faciem meam operuit caligo.*] Ipſas calamitatis ſuæ miſerias, tenebras appellauit, quas velut ruinas ſubito imminentes ſibi dicere voluit: eis tamen inſiſtentibus ſibi ait: Deſperatione non perij: nec faciem mentis meæ infidelitas excæcauit, vel negatio dei.

CAP. XXIIII.

o *Ab omnipotente non ſunt abſcondita tempora: qui autem nouerunt eum, ignorant dies illius.*] Illi vero qui ſentiunt, & intelligunt deum, dies æternitatis eius ignorant. In qua æternitate, nec tempora, nec dies, qui in tēporibus ſunt, inueniuntur, vbi vnus æternus eſt dies. Siue aliter: Omnia nouit quæ nunc loquor vel patior.

p *Alij terminos tranſtulerūt, dirip. &c.*] Ideſt, tranſtulerunt greges, & comederunt. Manifeſtum eſt ſecundum litteram. Videamus nunc ſecundum myſticum intellectum, quid ſignificet: terminos transferentes, ideſt, ſtatuta eccleſiæ conuellentes, hæreticos eſſe ſignificauit: qui nouitate doctrinæ peruerſæ, euangelicæ legis & apoſtolorum terminos præfinitos excedunt: & ita deceptoria perſuaſione diripiunt greges dominicos, ideſt, populos credentes in Chriſtum.

q *Aſinum pupillorum, ſiue iumentum, abegerunt, & abſtulerunt pro pignore bouem viduæ. Subuerterunt pauperum viam &c.*] Pupilli quidem ſunt teneri, vel infantes in fide: vel qui deum patrem non habent, vt ab eo contra aduerſarios defendantur. Quorum animum, velut iumentum forte ac neceſſarium, ad deum in ſe per fidem portandum, hæretici prædonum more ab eis abigunt, dum eos fallaciis ſuis, virtute animi ſpoliant. Siue gentilem ſenſum, immūdi vtique animalis nomine dictum, ab eis quidem auferunt, dum ſub prætextu veræ religionis, eos in perfidiam ducunt. Viduæ etiam illæ ſunt animæ, quæ virum, deum ſuum & dominum amiſerunt, a quibus hæretici pro pignore perfidiæ vtique confeſſionis, per quam falſis eorum adinuentionibus initiantur, & debitores eorum efficiuntur, ſanctarum virtutum munditiam, & vtilia animi opera auferre conantur. Pauperes quoque in hoc loco illi intelligendi ſunt: qui teſtimonio fidei deſtituti ſunt. Alij ſunt diuites in fide, horum religionis viam, qua ad deū redire



redire poterant, ſuis erroribus hæretici ſubuerterunt. Māſuetos autem hic illos eſſe ſentiamus, qui conſtantiā inimicis ſuis non habent reſiſtendi, & propter ignauiam animi ſui, facile ſeducuntur. Hi ergo multis errorum dogmatibus, & diuerſis errorum ſuperſtitionibus opprimuntur. In bonam vero partem viduæ ſunt, qui ſe mortificant cum vitiis: pauperes apoſtoli ſunt. De iſto numero hæretici auferre conantur, dum pauperes ſanctorū aliquos perſuadent, vel manſuetos circumueniunt, qui eis reſiſtere non poſſunt, ſed & patienter pro ſimplicitate audiunt: illi vero eos nituntur extinguere.

a *Alij quaſi onagri in deſerto egred. &c.*] Violenti ſunt qui publice rapiunt. Prædones & latrunculi ſunt, qui de occultis ad opera ſua exeunt, vtique non dei.

b *Quos imbres montium rigāt.*] Hos ergo per miſeriam deſtitutos domibus ſuis dicit, quandoquidem eos montiū cauernis, & vmbraculis operiet, & quanta ſit eis in ipſis mōtibus neceſſitas commorādi deſcribit. Quos imbres montium rigant, ideſt, aquis de ipſis montibus copioſe fluentibus mundantur.

c *Et non habentes velamen &c.*] Manifeſtius alij dixerunt: qui cum tegmen non habeant, petra adoperiuntur.

d *Vim fecerunt depræd. &c.*] Vbi intelligitur quid habentibus fecerint, quandoquidem facultate tenuiſſimis non fuerint miſerti.

e *Inter aceruos &c.*] Hoc malum eſt magnum & iniquiſſimum, vt ſub labore & fructu aliorum alij requieſcant, & inebrientur vino eorum, qui collectis vindemiis ſuis ſitiunt. Quod autem ait: Anima vulneratorum, pro conſenſu ad deum clamantium intelligamus. Vaſtatorum autem tribulatio vſque ad gemitum ciuitatem habitantium perueniebat. Vulnerati vero non ſolum intelligēdi ſunt, quorū corpora ab aliis transfodiūtur: verumetiā illi quorum animæ hoſtium timore nimio, velut gladio feriuntur. Ipſi fuerūt rebelles lumini.] Dæmones, hæretici, philoſophi, ſiuæ etiam omnes impij intelligendi ſunt: qui cōtra doctrinam dei venire conantur, quia mandatum vitæ lux eſt: quia in natura lumen, lumen eſt quod per ſe eſt, tenebræ vero cæcitas cordis. Et proinde ſi cæcitas cordis, tenebræ ſunt recte exteriores tenebræ, pœnæ intelliguntur. Vt iniqui de peccatorum ſuorum tenebris, ad tormētorum tenebras proiiciuntur: ſic intus & foris dei ſententia conſummata coram angelis dei, induūtur ſicut diploide confuſione ſua. [Pſal. 108.d] Onagros vero qui commorantur in deſerto, paganos quoſque errore gentilitatis, qui in deſerto veræ religionis ſunt, intelligere poſſumus: eo quod iugo certæ religionis non contineantur. Hi igitur egrediuntur ad opus ſuum. Egredi nanque dicuntur, quando affectus ſuos per doctrinas prauas in eos quos ſeducunt, oſtendunt. Ita enim ſolertia deprædantur vagas errore animas, vt ipſi multitudini perditæ poſteritatis ſuæ, velut alimentum panis lætalis doctrinæ, pertinaciam derelinquant. Agrum non ſuum demetunt &c.] Ager ſiue vinea, vniuſcuiuſque hominis, quidam modus vitæ eſt, quæ ab vnoquoque colitur, quando ſordes & quidam frutices vitiorum mundantur, vel etiam extirpantur. [Rom. 1.b] Quia ergo huius culturæ diligētia minime prodeſt, quādo omne bonum naturę nō ad fidem refertur: quia iuſtus ex fide viuit, prædicti idolorū cultores opprimētes fidelium, quamuis honeſte viuentium corda, eos velut quadam ratione ſeductionis in errorem inducunt, dum quaſi agrum eorum ſiue vineam diſſipando, fruges eorum violenter abripiūt. Nudos etiam dimittūt homines.] dum eos operibus bonis expoliant. Quibus operimētum nō in frigore.] Illos vtique expoliant, qui charitatis dei non habent veſtimentum, & idcirco in infidelitate algent: quia ſpiritus feruētis tunica indui nō merētur. Quos imbres mōtiū rigāt.] Nō imbribus cæli rigantur, ſed mōtium extollētiū ſe aduerſum ſcientiā dei, quæ de cælo eſt. Et nō habētes velamen, amplexantur lapides.] Hoc eſt, ſine veſtimento virtutum peccatis ſuis & erroribus delectantur. Vim fecerunt deprædantes pupillos.] Illos etiam, qui notitiā aliquam ſecundū naturæ bonū habēt, quam defendere non poterāt, fragili animo & puerili viuētes, ſuaſionibus prauis, vim inferentes prædati ſunt. Vulgum pauperē ſpoliauerūt.] Multitudinē quoque populi vilem actibus & inſcitia pauperē: ſi quid fortaſſis habebat iuſtitiæ, aut etiam innocētiæ naturalis, dū in maius erroris ſui malum pertrahunt, prędictis bonis ſpoliauerūt. Nudis & incedētibus abſque veſtitu & eſurientibus tulerūt ſpicas.] Nudis fide, deique cuſtodia deſtitutis, veſtiméta quoque ſpei & charitatis diuinæ, cæterarumq; virtutū excubias nō habētibus, quibus animę exornātur: etiā ſpicas, in quibus diuinā notitiā adopertā habēt, abſtulerūt: ne eſurientes ſcientiā dei quādoque retecto velamine poſſent ipſam nudam veritatē tanquam panē alimoniæ vitalis accipere. Inter aceruos eorū meridiati ſunt, qui calcatis torcularibus ſitiunt.] Sublatis igitur ſpicis, per figurā intra ſe diuini nominis notitiā continētibus, quādo ex eis hi qui habebāt eas plena cogitatione, ſolidū cibū conficerēt, ſeductores violēti inter bona eorū opera quaſi inter aceruos gloriātes requieſcūt, ſibiq; tribuūt. Si quis gētilium virtutes ſecutus fuerit naturales, de quibus tāquam ſeminibus, in ſe operū aceruos cōſtituat, ipſi tamē ſeducti, calcata virtutum vindemia & expreſſa, ſitiunt: quia veritatis poculum apud eos, a quibus in errore abſtracti ſunt, non inuenerunt.

f *De ciuitatibus fecerunt viros gemere.*] Non ſolum, inquit, illos qui ſine munimine habitāt ſpoliāt, & dominatu duræ ſuperſtitionis affligunt: verumetiā & eos, qui ciuitates mentium ſuarum bonis moribus munitas inhabitant, pugnando errorum arietibus ſubruunt. Quod & multis philoſophis contigiſſe manifeſtum eſt: qui cum magni & clari circa corporum ſuorum fuerint continentiam, cum gemitu tamen & labore nimio ad veritatis notitiam peruenire non potuerunt.

g *Et anima vulneratorum clamauit.*] Deus vocē implorantium inultā abire nō patitur: quin vltionē tribuat de erroribus, vt dum ad veritatem ſaucij peccatorum vulneribus cōuertuntur, conuicta falſitas puniatur. Punit enim, quādo eorum qui ſeducti fuerāt conuerſionem deſtituit.

h *Mane primo conſurg. &c.*] Iterum mane dictum eſt, pro eo quod publice & clara luce malum committitur, vt ſit quaſi gloria facinus operantibus: & ſecundum Sodomitarum exemplum, peccatum ſuum non abſconderūt, ſed prædicauerunt. Potuit & de iniquis iudicibus hoc dixiſſe, qui ad hoc maturius ſurgunt, vt cauſam egeni & pauperis muneribus corrupti præuaricentur. Noctem vero ideo dictam puto: quia præuaricatores negotiorum ſecretum quoddam quaſi tempus nocturnum requirunt, quando munera pro cauſis præuaricatis accipiunt.

ctem vero erit quaſi fur. [a] Oculus adulteri obſeruat caliginem, dicens: non me videbit oculus, & operiet vultum ſuum. [b] Perfodit in tenebris domos, ſicut in die condixerant ſibi, & ignorauerunt lucem. [c] Si ſubito apparuerit aurora, arbitrantur vmbram mortis: & ſic in tenebris quaſi in luce ambulant. [d] Leuis eſt ſuper faciem aquæ. [e] Maledicta ſit pars eius in terra: [f] nec ambulet per viam vinearum. Ad nimium [g] calorem tranſiet ab aquis

A a *Oculus adulteri obſ. &c.*] Siue vt alij dixerunt. Et latibulum faciei poſuit. Ideſt, cordis eius oculus, obliuione excæcatus eſt, vt in eius memoriam non aſcenderet: quia omnium cogitationum, & operum humanorum malorum deus eſt inſpector & cognitor.

b *Perfodit in tenebris domos &c.*] Manifeſtum eſt, quod per diem hanc rapinam ſua cogitatione diſponunt, antequam ad ipſas facinorum tenebras veniant.

c *Si ſubito apparuerit aurora, arbitrantur vmbram mortis.*] Mox vt iuſtitiæ ſibi, & honeſtatis aliunde lumen cœperit apparere, & ingeri cōſcientiæ ſuę malum: iam pœnas mortis ſe æſtimant ſuſtinere: quia iuſtitia & ſanctitas, vt ait ſcriptura diuina, odioſa eſt iniquo. Siue aliter: *Alia expoſitio.* Hic igitur homicida, recte hæreticus quiſque ſentitur, ex eorum numero, qui animas hominum noxiis & lætalibus ſenſibus interficiunt. Quod autem dicit, mane primo conſurgit, illud eſt: quia cum hi qui cum nuper fide initiati ſunt, B matutinum habeant, ideſt, quaſi principium ſanctam religionem: ſiue ipſi matutinum effecti ſint, cum de tenebris & filiis noctis facti ſint in domino filij dei, hi perfidiæ ſuæ venenum propinare feſtinant, vt eos decipiant. Siue aliter: Mane, Chriſtus intelligendus eſt, ad cuius reſurrectionem hæreſes in eccleſia eſſe cœperunt. Per noctem vero erit quaſi fur.] Omnes ſenſus hæreticorum nocti & tenebris comparandi ſunt: quia lumen non habent veritatis. Ipſi etiam ſunt adulteri: quia eloquia dei caſta, adulterina interpretatione corrumpunt. Perfodit in tenebris domos, ſicut in die condixerant ſibi.] Vnuſquiſque hæreticus in prauitate doctrinæ conſiſtens, non dulci & ſuaui ſermone euangelij, ſicut imber placidus, & ſicut ros cum ſilentio, in animas deſcendit fidelium: ſed aſpero potius, & ad vulnerandum peracuto domos perfodit animorum. Hoc enim velut in die condixerunt ſibi hæretici, vt omnes mortales iaculis doctrinæ noxiæ perfoderent: quando in eccleſia adhuc, hoc eſt in die veritatis poſiti, hæreſes facere condixerunt. Si ſubito apparuerit aurora, arbitrantur vmbram mortis: & ſic in tenebris quaſi in luce ambulant.] Si quiſpiam diſputator extiterit, qui contra eos lucem manifeſtæ veritatis enarret, conuicti arbitrantur ſe incurriſſe vmbram mortis, & nihilominus in ſtultitiæ ſuæ tenebris, velut in luce ſapientiæ gloriantur. Poteſt & diabolus homicida, fur & adulter intelC ligi: quia ad decipiendum hominem factus eſt homicida, vt ait dominus: *Ioan.8.f* Ille homicida fuit ab initio. Diuinitatem quoque ſibi per ſuperbiam arrogando, quam præſumptione animi ſui tentauit inuadere, velut fur inuentus eſt, qui aliena conatur auferre. Qui etiam virginalem illam & caſtam dilectionem dei amiſit, dum adulterinos conatus contra dei ſui & domini amorem faciens, propria volūtate quæſiuit. Hic igitur mane primo, ideſt, circa ipſam natiuitatem protoplaſti hominis, ad ſeducendum eum per eius mulierem conſurrexit: & eum tanquam egentem conſilio & pauperem, qui experientia minus cautus eſſet, deceptione inſidioſæ perſuaſionis occidit. Noctem vero peccati ipſe ſibi operatus eſt: quando ad diuinitatem inuadendam, velut fur irrepere voluerat, dicens: *Eſa.14.c* Super ſydera cæli ponam thronum meum, & ero ſimilis altiſſimo: & exinde cum ſuis, quos cæli ſydera appellauit, nox & tenebræ, princepſque tenebrarum eſt appellatus. Et recte, quia domini lumen amiſerat. Hic iam in peccatorum ſuorum tenebris conſtitutus, vultum malæ conſcientiæ ſuæ obduratione operuit, pænitentiam non acturus: & idcirco diuino lumine priuatus, ſtudet atque obſeruat, vt ea quæ tenebris & caligine ſunt digna, committat. Vnde in his operibus vitam agens, fodiet ſibi domos habitationum in inferis, cum illis ſuis miniſtris, cum quibus ſe ad-D uerſus deum & creatorem erigere tentauit. Hi ergo miniſtri eius, cum adhuc beati eſſent in illa æterna felicitate, in die illo vtique ſempiterno, qui non habet initium neque finem, in hoc ſacrilegium tyrannidis ſunt cum ſuo principe collocuti: & putauerunt, quod deus qui eſt lux vera, ſapiens & intelligibilis, hoc malum contumaciæ eorum impunitum relinqueret, vt non eos de illa beata atque glorioſa ſede deiiceret. Et hinc puto dixit, ignorauerunt lucem, quod exiſtimarunt deum hoc eis minime facturum: propter quod excæcatis mentibus æternales tenebræ facti ſunt: qui & poteſtates dicti ſunt tenebrarum, ideſt, hominum peccatorū. Et hinc eſt quod cum nomen dei audierint, contremiſcunt, quod vocabulo auroræ ſignificari putamus. Cogitatio ergo eius, ideſt, diaboli, vſque ad ſermonem tantum peruenire potuit, non etiam ad effectum: non enim regnauit illic: & ſic deiectus eſt ſtatim, vbi voce prompſit quod cogitauerat, & deorſum pręceps actus eſt. Vnde conſequens vidit, vt maE chinamenta cordis ſui, quibus contra deum moliebatur, ad perſuadendum cæteris angelis ſit locutus: & ita conſentientibus multis vna quodammodo conſpiratio fieret cōtra deū, vt ſi ita videretur. Illud tamen immobiliter tenendum, nullo modo in ſilentio agi militiæ cæleſtis officia, cum legamus angelicas poteſtates, ante ſedem domini in laudem gloriæ eius indefeſſis vocibus perſonare, neque vllo modo Apoſtolus dixiſſet: Si linguis hominum loquor & angelorum, *1.Cor.13.a* niſi ſic eſſent & angelorum linguæ ſicut hominum: quamuis angelicæ diſſimiles ſint humanis. Eſt ergo aliquod atque ipſum valde magnum ſuper diuerſitate linguarum inter terrigenas & miniſteria ſuperna diſcrimen. Super qua re nos canonicus liber noui teſtamenti, qui apoſtolica continet geſta, ſufficienter inſtruxit.

d *Leuis eſt ſuper faciem aquæ.*] Quia non ſunt de eccleſia magna, ideſt, populo graui & ſancto, qui granis fœcundi & optimi tritici comparatur: & qui in horreo æternarum manſionum condendus eſt, velut leuis palea nihilque ponderis habens, quod ad prægrauandos virtutū pertinet fructus, aquæ elemento ſupernatabit, vt auroræ flatu tenui rapiatur. Siue aliter: Aquæ iſtæ hominum amantium hoc ſæculum, habent figuram: eo quod ſemF per ad inferiora ſint procliues, multum ſecum limi trahentes: qui in chaos inferorum, turbido pondere deponatur.

e *Maledicta ſit pars eius in terra.*] Qui enim in terra ſanctorum, quæ eſt viuentium terra, non fuerit, maledictus erit: ſiue maledicta ſit pars eius in terra, ideſt, in maſſa generis humani.

f *Nec ambulet per viam vinearum.*] Ideſt, ita maledicta ſit eius conuerſatio in terra hac, vt plebes dei, ſiue animas ſanctas, quæ ſicut vineæ plenæ fructibus fructiferæ ſunt, non imitetur: neque per ipſas ambulet. Has enim vineas doctores tanquam cultores, doctrinis velut ligonibus colunt, vt vinum operum bonorum vindemiēt: quod in fide, ideſt, torculari eccleſię pondere tribulationis expreſſum, flagrans per gratiam Chriſti, odore ſuauiſſimo cum virtute meritorum in apothecas domorum cæleſtium recondatur.

g *Ad nimium calorem tranſeat ab aquis niuium.*] Quaſi duas gehennas ſanctus Iob dicere mihi videtur, ignis & frigoris, per quas diabolus, hæreticus & homo impius cōmutetur. Forte in ipſa gehenna talis ſenſuum cruciatus fiet illis qui in ea torquebuntur, vt nunc quaſi ignem ardentem ſentiant: nunc nimium algoris incendium, & pœnalis commutatio: nunc frigus ſentientibus, nunc calor ſit, vt quaſi de loco ad locum tranſitus æſtiment. Et fortaſſis



aquis niuium, & [a] vſque ad inferos peccatum illius. [b] Obliuiſcatur eius miſericordia. Dulcedo [c] illius vermes. Non ſit in [d] recordatione, ſed [e] conteratur quaſi lignum infructuoſum. [f] Pauit enim ſterilē, [g] & quæ non parit, & [h] viduæ bene non fecit. [i] Detraxit fortes in fortitudine ſua. Et cum [k] ſteterit, non credet vitæ ſuæ. Dedit ei deus locum pænitentiæ, & ille abutitur eo in ſuperbia, oculi autem eius ſunt in viis illius. [l] Eleuati ſunt ad modicum, & non ſubſiſtent, & humiliabuntur ſicut omnia, & auferentur, & [m] ſicut ſummitates ſpicarum conterentur. [n] Quod ſi non eſt ita: quis me poteſt arguere eſſe mentitum, & ponere ante deum verba mea?

## CAP. XXV.

[o] RESpondens autem Baldad Suites, dixit: Poteſtas & terror apud eum eſt, qui facit concordiam in ſublimibus ſuis. Nunquid eſt numerus militum eius? Et [p] ſuper quem non ſurget lumen illius? Nunquid [q] iuſtificari poteſt homo comparatus deo, aut apparere mundus natus de muliere? Ecce [r] luna etiam non ſplendet, & ſtellæ non ſunt mundæ in conſpectu eius: [ſ] quanto magis homo putredo, & filius hominis vermis?

## CAP. XXVI.

[t] RESpondens autem Iob, dixit: Cuius adiutor es, nunquid imbecillis, & ſuſtentas brachium eius qui non eſt fortis. Cui dediſti conſilium? Forſitan illi qui non habet ſapientiam, & prudentiam tuam oſtendiſti

A taſſis inde dominus ait in euangelio: *Matth.22.b* Mittite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus & ſtridor dentium. Vt hic ſtridor dentium de rigore frigoris oriatur. Vbi & ſimilitudinem quandam ex noſtris corporibus poſſumus inuenire, in quibus rufi abundantia, quod eſt calidiſſimum, in typicis motibus intolerabilis rigor præcedit, ignem febrium ardentiſſimum ſecuturum: & dicuntur a medicis hæc duo, quæ ſibi contraria dinoſcuntur, ex vna fellis materia, in homine procreari.

a *Et vſque ad inferos peccatum illius.*] Peccatum impij & iniqui tam magnum eſt & tam graue, vt eum deprimat ad infernum tāquam plumbum in aqua validiſſima.

b *Obliuiſcatur eius miſericordia.*] Ideſt, qui non ſolum miſericors ſed & miſericordia dicitur: quia miſericors a miſericordia, & ideo quaſi B prototypon nomen, maius eſt quam deductio nuncupata. Quicunque ergo ſanctorum poteſt dici miſericors, verax & iuſtus. Nemo tamen eorum recte dicitur miſericordia, & veritas, & iuſtitia.

c *Dulcedo illius vermes.*] Per Antiphraſim dictum, quod eſt, ſcatens vermibus moriatur. Et in euangelio: *Marc.9.g* Vermis eorum non morietur. Talis igitur dulcedo erit iniquis, & odientibus deum.

d *Non ſit in record. &c.*] Ideſt, ad veniam miſericordiæ non perueniat, quod diabolo & ſuis hæreticis & impiis futurum, de ſcripturis ſanctis ita didicimus.

e *Sed conteratur &c.*] *Matth.3.c* Secundum illud: Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Vel lignum, peccatum intelligamus: quod per lignum accidit, per quod lignum diabolus addidit ad cumulum C criminis, quod aduerſum deum rebellis extiterit, vt & hominem præcipitaret in mortem: vnde iam & in æternum interitum condemnatus eſt: propter quod ipſe diabolus lignum inſanabile & infructuoſum poteſt dici: quia nunquam erit pænitentiæ medicatione ſanandus. De ligno autem vitæ, ideſt cruce, vel de Chriſto dicitur: *Eſa.65.d* Secundum dies ligni erunt dies populi mei.

f *Pauit enim ſterilem.*] Ideſt nutriuit & fouit animas ſteriles & infructuoſas virtutibus.

g *Et quæ non parit.*] Eas quoque animas aſſenſionis ſuæ delectationibus pauit, quæ cum poſſint de vtero cordis bona opera parturire, noluerunt, ſicut de huiuſmodi ait Dauid: *Pſal.35.a* Noluit intelligere, vt bene ageret.

h *Et viduæ bene non fecit.*] Viduam, animam ſanctitatis viribus deſtitutam: quæ deum virum habuerat, cum exhortatione noluit conſolari, vt id ageret, quemadmodum poſſet reuerti ad virum ſuum priorem.

i *Detraxit fortes &c.*] Alij dixerunt, & in ira euertit infirmos, ideſt, fortes atq; virtutū viros proſtrauit & detraxit.

k *Et cum ſteterit, non credet vitæ ſuæ.*] Et cum in proſperis ſit, nec ſic quoque mordente conſcientia putat, quod eadem felicitate perpetue potiatur, cum huiuſmodi pertinacis & duri animi ſit, credens quod in illa vita ſua, tam perdita ſtare poſſit.

D l *Eleuati ſunt ad modicum, & non ſubſiſtent, & humiliabuntur &c.*] Ad modicum autem dicitur, pro breuitate vitæ præſentis, in qua pro tempore exaltantur iniqui. Auferentur ſicut omnia, ideſt, ſicut illa quæcunque ſunt partis aduerſæ, ſiue cum in fine ſæculi ablata fuerint omnia temporalia.

m *Et ſicut ſummitates &c.*] Quemadmodum enim ſummitates ſpicarum, res vtique nimium fragiles tanta facilitate comminuuntur, vt ad nihilum deducantur: ita, & hi, de quibus locutus ſum, vt puluis tenuiſſimus, ſiue vt fauillæ lanugo, erunt ante faciem dei, cum fuerint contumelia confuſionis attriti.

n *Quod ſi non eſt ita: quis me poteſt arg &c.*] Quis enim ex vobis arguere me poterit: quia non ita ſit futurum vt dixi, meque falſitatis conuincere, qui aſſeritis, quod omnia in hoc tempore reddat deus peccatoribus quæ E merentur, quod in meam potius ſuggillationē de ſtudio contentionis ingeritis.

### CAP. XXV.

o *RESpondens autem Baldad Suites, dixit: Poteſtas.*] Conuictus Baldad a beato Iob dicente, in futuro magis dei eſſe iudicium, ad hæc ſe conuertit vt diceret: apud eum eſt poteſtas & terror, ideſt, non iam exercet iudicium: ſed apud ſe repoſitum tenet, ac reſeruat in poſterum. Ipſe tamen facit perpetuæ pacis concordiam in ſublimibus, ideſt, angelis ſiue hominibus ſanctis ſuis, cuſtodiendo eos per aliquem lapſum peccati inimicias offenſæ cæleſtis incurrant.

p *Et ſuper quem non &c.*] Ipſe enim illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. *Ioan.1.b*

q *Nunquid iuſtificari &c.*] Manifeſtum eſt, quod inopia reſpondendi, eadem quæ dixerant, frequentius repetant. F

r *Ecce & iā luna non &c.*] Sub nomine lunę, ſiue ſtellarū, angelos & ſupernas poteſtates intelligere poſſumus: q ad comparationem diuinæ reuerentiæ, immundi & tenebrę poſſunt videri, ex eo vtique quoniā natura conditæ creaturæ, licet non peccent: capaces tamen peccati ſunt, vt apparuit in aliis angelis eiuſdē naturæ peccantibus. Sed poſt eos nullū angelorū peccaſſe credendū eſt: quia omne liberum ſuum arbitrium in ſolius dei charitatem verterūt: ſicq; immobiles facti ſunt, perſiſtentes in veritate, in qua prædictus angelus cū ſuis ſtare noluit. Proinde angelorū volūtas per amorem dei facta eſt inconuertibilis, quæ in deo eſt per naturā. Ideo illi ſoli incorrupto honor & gloria. Poteſt & de his elemētis dicere, qđ ideo immūda dicātur, quia nō ſemper luceāt: vel quod corpora tātū illuminēt, & nō mētes ſicut deus, qui vtrunq; facere conſueuit.

ſ *Quanto magis homo putredo, &c.*] Si enim angeli, inquit, & cælorum etiam corpora ad comparationem dei, immunda eſſe dicuntur: quid putas homo exiſtimandus eſt, cum ſit ipſe putredo: filius quoque hominis vermis, ex eadem vtique naſcens corruptione qua vermis?

### CAP. XXVI.

t *RESpondens autem Iob, dixit: Cuius adiutor es, nunquid imbecillis, & ſuſtentas brachium eius &c.*] Videns deo

diſti plurimam. Quem ducere voluiſti? Nonne eum qui fecit ſpiramentum? [a] Ecce gigantes gemunt ſub aquis, & qui habitant cum eis. [b] Nudus eſt infernus coram illo, & nullum eſt operimentum perditioni. Qui [c] extendit aquilonem ſuper vacuum, & appendit terram ſuper nihilum. [d] Qui ligat aquas in nubibus ſuis, vt non erumpant pariter deorſum. [e] Qui tenet vultum ſolij ſui, & [f] expandit ſuper illud nebulam ſuam. [g] Terminum circundedit aquis, vſque dum finiantur lux & tenebræ. [h] Columnæ cæli contremiſcunt & pauēt ad nutum eius. In [i] fortitudine illius repente maria congregata ſunt. Et [k] prudētia eius percuſſit

A iniuriam fieri, iuſta indignatione commotus, in ipſo initio ſermonis ſui Baldad Suiten durioribus arguit verbis: eo quod ita loqueretur, tanquam ſi deus infirmus ac non habens vllam brachij fortitudinem, eius egeret auxilio. Aduertens igitur, quia minor eſt participatio ad totum, gutta ſtillæ perenni fonte, ſcintilla latens in cinere igni diuino, quo omnia concaleſcunt, lucerna corporis ſoli iuſtitiæ, teſta figulo, anima deo: vnde mirans Iob loquitur, quare auſus fuerit, vt eum a quo illi eſt eſſe, docere voluerit.

a *Ecce gigantes gemunt ſub aquis, & qui habitant cum eis.*] Gigantes autem appellat ſcriptura diuina homines ſuperbos, rebelles & contumaces. Diabolus quoque & ſui propter ſuperbiam tranſlato nomine gigantes nuncupantur. Quod autem ait ſub aquis gigantes gemere, ita inquit, velut ſi dixiſſet: ſub terra, ideſt, in inferioribus terræ, vbi inferi eſſe perhibentur. Vnde & ipſi inferi nominati ſunt. Aquæ enim eius naturæ ſunt, vt ſine terra eſſe non poſſint. Ecce gigantes gemunt ſub aquis. Qui gemitus vtique de doloribus & ſqualore tartareæ habitationis eis naſcebantur.

B

b *Nudus eſt infernus coram illo &c.*] Hoc dicit, quod ſciētiam dei nihil latere poſſit. Et quod perditio, qui diabolus nobis non abſurde ſentitur, ſe non præualeat ab omnipotentia eius abſcondere.

c *Qui extendit aquilonem ſuper vacuum, & appendit terram ſuper nihilum.*] Hoc ſic intelligendum eſt, ſiue quod terra ex nihilo facta ſit, ſiue nihil infra terram ſit, quo terra ſuſtineatur: cum ipſa vniuerſa ſuſtineat, & ipſa innumerabiliter dei virtute libretur: quia in ipſo ſunt vniuerſa, & ab illo omnia continentur. De quo apoſtolus dicit: Portans omnia virtutis ſuæ verbo. (Heb.1.a) Et quia aliquando in ſcripturis per figuram aquilo ventus, diabolus eſſe ſignificatur. Siquidem a Salomone aquilo durus ventus dicitur, (Prou.25.c Sec.70.) nomine autem dexter vocatur: A ſuis quippe dexter quidem dicitur, ſed totus ſiniſtri operis auctor eſt. Hic igitur ſuper vacuum dilatatur, ideſt, ſuper frigidos fide atque incredulos, quod eſt ſuper inanes vera religione & vacuos, atque vt eis velut rex dominetur, ſuperextenditur. Rurſum illi ipſi increduli, quos ſanctus Iob terræ nomine appellauit, ſuper diabolum, qui a deo nihil factus eſt, appen-

C duntur, vt incerti ſemper ſint, & imitentur caput ſuum membra, vt tanquam caput quod nihil dictum eſt eſſe ſuper vacuum & nihilum appendantur.

d *Qui ligat aquas in nubibus ſuis, vt non erumpant pariter deorſum.*] Per has nubes in altitudine ipſa ſpatioſi aeris colligantur aquæ, ſicut & alio loco de deo ita legimus: Cribrans aquas de nubibus ſuis. Hoc igitur modo ligatæ dicuntur, quoniam non ſimul effunduntur in terram: ſicut in diluuio factum legimus. Spiritualis autem iſte eſt intellectus, vt nubes ſanctos doctores interpretemur eccleſiæ: qui aquas euangelij portant populis effundendas, & gubernandas a ſpiritu ſancto deferunt, vt irrigentur terræ populorum: & de hac cæleſti pluuia, virtutum fruges ſpirituali operatione multiplicentur. Quas aquas de ſuperna abundantia defluentes, ligat deus in nubibus ſuis, vt vnicuique ſecundum capacitatem cordis ſui, tantum doctrinæ, tanquam aquam effundat, quantum ſuſcipientis poſſibilitas patitur, ne ſimul fortaſſis effuſæ, obſint cordibus, minus valentibus abundantiorem ſuſcipere doctrinam.

e *Qui tenet vultum ſolij ſui.*] Sententiam iudicij ſui reſeruat in poſterum. Iuſtitiæ ſuæ & pietatis ſedem in omni creatura ſua, veritatis gloria reſpondentem deus tenere

D dicitur: quod eſt manifeſtationem ſecretorum iudiciorum ſuorum obuallare atque abſcondere, vt euangelium Chriſti in his qui pereunt.

f *Et expandit ſuper illud nebulam ſuam.*] Secundum illud quod dominus ait diſcipulis in euangelio: Vobis datum (Mar.4.b) eſt noſſe myſterium regni cælorum. In obtectionem quoque diuinę cuſtodię ſuę, expandit ſuper ipſum bonum nuntium euangelij, in nubem defenſionis ſuæ, vt nullus poſſet ei quamuis acerrimus aduerſarius præualere, de qua Apoſtolus ait: Patres noſtri omnes ſub nube fuerunt. (1.Cor.10.a)

g *Terminum circundedit aquis, vſque dum finiantur lux & tenebræ.*] Sub nomine aquarum κατὰ συνεκδοχὴν, quod eſt a parte ad totum, mundi finem mihi videtur dixiſſe: quia noctis ac diei viciſſitudo prætëritura ſit:

E Siue de impiorum populis, vel de ſanctorum tribulationibus, quæ aquarum nomine in ſcripturis ſæpe dicuntur. Hæ igitur aquæ a deo terminum acceperunt, ſiue vt ſemper iniqui & peccatores ſint: ſiue vt non ſinat fidelis deus tribulationes pati ſanctos ſuos, ſuper quam ſuſtinere poſſunt. Hæc ergo fient donec proſperitas & iniquitas tranſeat impiorum: quæ hoc loco lucis & tenebrarum nomine ſignificata ſunt.

h *Columnæ cæli contremiſcunt, & pauent ad nutum eius.*] Stabilitatem ergo ſolummodo permanentem in natura angelorum, columnarum nomine ſentiamus: quia non ſolum immobiliter in ſanctitate perſeuerantes ſunt, ſed etiam æternæ beatitudinis gloria ſpecioſi. Nam de futura immobilitate hominum, ita ait filius dei: Qui vicerit, faciam illum columnam in templo dei mei. (Apoc.3.e) Sed & ipſa Eccleſia, quæ eſt ſanctorum omnium congregatio, pro æterna ſibi in domino ſtabilitate, columna & fundamentum dicitur veritatis. (1.Tim.3.d) Poteſt & de ſanctis angelis ita intelligi, vt pro charitatis ſuæ ac dilectionis intuitu, columnæ dicantur: eo quod pro ſalute hominum curam gerant, pro quibus ſunt pio affectu ſoliciti: quod eis quaſi ad pondus cogitationum accedere videtur. Et ſecundum tropicos intellectus, cæli nomine ſignificari eccleſiam nouerimus, in qua cælorum myſteria celebrantur. Huius itaque cæli, ideſt, eccleſiæ columnæ, ſunt apoſtoli, & cæteri qui gratia ſimili ſunt: qui portant ac ſuſtinent diuerſarum perſecutionum ingruentia ſibi pericula. Et animæ hominum ali-

F quando cæli intelliguntur. Harum animarum, quas per metaphoram cælos diximus, columnæ ſunt cogitationes ſuæ: ipſis quippe anima ſuſtinetur & regitur, & ne erugine peccati nutet ac titubet, conſilij ſtabilitate firmatur. Quia hoc ſæpius contingit humanę fragilitati, vt vbi cautio minor intuentium eſt, impulſu peccati, columnæ, ideſt, bonæ cogitationes in parte altera diffigantur. Et idcirco trement ac pauent ad nutum minantis dei, ſuū horrendum iudicium prædicantis. Non enim cogitationes animæ iſtæ ſunt propriæ, tāquam ſibi natura ineſſent: quæ vtique in natura exiſtente ſunt, & naturæ exiſtentis miniſterium, ſine quibus natura rationalis non eſt: quoniam vt dixi, ipſæ per ſe non ſunt: ſed motus inuiſibiles ſunt ſubſiſtentis naturæ.

i *In fortitudine etc.*] Quod in prīcipio Geneſis factū legim⁹.

k *Et prudentia &c.*] Cui dubiū eſt, quia principaliter diabolus ſit hic ſuperbus: qui tunc primum a deo percuſſus eſt, quando eū de ſede illa cælorū beata atque ſublimi depoſuit, de qua propheta ait: Tu humiliaſti ſicut vulneratū (Pſal.88.b) ſuperbū. Spiritualiter, recte maria hæc Iudæorū gentē & nationum populos eſſe ſentimus, quibus dominaturum verum Salomonem, Dauid propheta ita pronuntiat dicens:



cuſſit ſuperbum. [a] Spiritus eius ornauit cælos, & [b] obſtetricante manu eius, eductus eſt coluber tortuoſus. [c] Ecce hæc ex parte dicta ſunt viarum eius. [d] Et cum vix paruam ſtillam ſermonis eius audierimus, [e] quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri?

## CAP. XXVII.

[f] Addidit quoque Iob, aſſumens parabolam ſuam, & dixit: Viuit deus qui abſtulit iudicium meum, & omnipotens qui ad amaritudinem adduxit animam meam: quia donec ſupereſt halitus in me, & ſpiritus dei in naribus meis, non loquentur labia mea iniquitatem: nec lingua mea meditabitur mendacium. Abſit a me, vt iuſtos vos eſſe iudicem. [g] Donec deficiam, non recedam ab innocentia mea. Iuſtificationem meam, quam cœpi tenere, non deſeram. [h] Neque enim reprehendit me cor meum in omni vita mea. Sicut impius inimicus meus, & aduerſarius meus quaſi iniquus. [i] Quæ eſt enim ſpes hypocritę, ſi auare rapiat, & non liberet deus animam eius? [k] Nunquid deus audiet clamorem eius, cum venerit ſuper eum anguſtia? [l] Aut poterit in omnipotente delectari, & inuocare deū omni tempore? [m] Docebo vos per manum dei quæ omnipotens habeat, nec abſcondam. Ecce vos omnes noſtis, & quid ſine cauſa vana loquimini? Hæc eſt pars hominis impij apud deum, & hæreditas violentorum, quam ab omnipotente ſuſcipient. [n] Si multiplicati fuerint filij eius, in gladio erunt, & nepotes eius non ſaturabuntur pane. [o] Qui reliqui fuerint ex eo, ſepelientur in

A cens: Et dominabitur a mari vſque ad mare. De mari enim, ideſt de gente Iudæorum, cœpit euangelium Chriſti: (Pſal.71.b) quia de Sion exiit lex, & peruenit ad mare gentium. Hucuſque ergo hęc maria, populorum fortitudine ac virtute reſurrectionis Chriſti, apoſtolorum euangeliſtarumque miſterio cæterorumque prædicta, repente in vnum eccleſiæ corpus congregata atque in vnam copulam fidei ſunt Chriſti charitate connexa.

a *Spiritus eius ornauit cælos.*] Legimus in principio Geneſeos, quarto die a deo ſtellas poſitas eſſe in cælo aut in firmamento. Spiritu etiam ſancto, rationabiles cælos ornauit, quos apoſtolos & apoſtolicos viros intelligimus: qui multis ſcripturarum locis, cælorum nuncupationem conſequuntur, ſecundum illud prophetæ: Operuit cælos virtus eius, & (Habac.3.a Sec.70.)

B prudentia eius percuſſit ſuperbum. Chriſtus dei virtus & dei ſapientia percuſſit ſuperbum diabolum. Hi ergo ſancti, a ſpiritu ſancto ita diſtincti ſunt gratiarum donis, tanquam ſydereis luminaribus.

b *Et obſtetricante manu eius, eductus eſt coluber tortuoſus.*] Sancti ergo adornati verbo dei, tanquam ſemen populis ſpargunt. Vnde a timore domini in vtero, ſpiritum ſalutis conceperunt: & ita manus, & ſapientia patris, Ieſus Chriſtus, animabus multiplici virtute fœcundis, dignatione ſua a ſancto Iob aſtare perhibetur, vt parturientibus filios venturi ſæculi, obſequium quoddam adhibeat ſuæ pietatis, eaſque in perſecutionum dolori-

C bus poſitas conſoletur: miniſterio quoque ſuo inuiſibiliter intrinſecus operante, adiuuet parturientes: quia ſine illo, nullus eos bonorum operum, quæ filiorum nomine ſuperius diximus, ſubſequetur effectus. Ipſo igitur charitate miſericordiæ ſuæ, qua nos multum dilexit, per hoc miniſterium obſeruante, & pietate eius obſtetricante, vt animæ ſanctæ huiuſmodi fœtus edant, educitur ab eis: & de cordibus earum excluditur ille, in quo nihil eſt rectum, coluber tortuoſus.

c *Ecce hæc ex parte dicta ſunt viarum eius.*] Hæ ſunt viæ domini, de quibus ipſe Saluator per Salomonem ait, cum de ſua natiuitate prędixit. Dominus creauit me in principio (Prou.8.e Sec.græc.) viarum ſuarum in opera ſua. Creatus eſt ergo ipſe dominus Ieſus Chriſtus per deum patrem, ex Maria virgine, ad oſtendendas & manifeſtandas mandatorum vias, a quibus opus dei, ideſt, homo aberrauerat.

d *Et cum vix paruam ſtillam ſermonis eius audierimus.*] Paruam ſtillam, hominem aſſumptum intelligamus, qui in pſalmo Hermonim mons modicus appellatur. (Pſal.41.b) Et in Daniele lapis exciſus, (Dan.2.g) & faſciculus guttæ in Cantico canticorum. (Cant.1.)

e *Quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri.*] Hoc dicit, ſi aſſumptio formæ ſerui, pene ineffabilibus myſteriis continetur, & ad comparationem aſſumentis dei ſtilla

D permodica eſt: quanto magis, quiſque non poterit tonitruum magnitudinis intueri, ideſt, ipſam diuinitatem, quę ideo tonitrui nomine dicta eſt: quia cum de excelſo fama nominis eius, in Chriſto Ieſu filio ſuo terris inſonuit, & hominibus hoc fragore terribili innotuit: nemo tamē eorum poterit totam diuinitatis eius magnitudinem intelligentia contueri, ideſt, illud: In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum.

### CAP. XXVII.

f *Addidit quoque Iob aſſumens parabolam ſuam, & dixit. Viuit deus qui abſtulit iudicium meum, & omnipotens qui ad amaritudinem adduxit animam meam.*] Dum eum innocentem, pœnas iniquorum pati permittit, amaritudinem quoque animæ eius, miſeria præſenti repleuit.

g *Donec deficiam non recedam ab innocentia mea.*] Ego enim etiam ſi in his cruciatibus moriar, non recedam ab innocentia mea, quam vos quaſi blaſphemum in eis me aſſeritis perdidiſſe.

E

h *Non enim me reprehendit cor meum in omni vita mea.*] Hoc loco omnis vita, præſens vita intelligenda eſt, quo tempore hæc dicebat: tanquam ſi diceret. Tota nunc conuerſatio mea irreprehenſibilis eſt. Non enim reprehendit me cor meum in omni vita mea, ideſt, male ſuadentibus, vt & vos facitis ad blaſphemiam hortantibus non conſenſi: quod & vxor vt facerem ſuadebat.

i *Quæ eſt ergo ſpes hypocritæ ſi auare rapiat, & non liberet deus animam eius.*] Hypocrita, fictus in amicitia, vel doloſus intelligitur. Quantam vos

F cupiditatem, & quaſi auaritiæ ſitim patimini, inquit, in interitu meo, vt me votis iam in tartarum rapiatis? Super hac igitur nefanda voluntate, quam ſpem veniæ ante deum habebitis, ſi non acquieſcitis deo, vt vos in hac vita emendare curetis?

k *Nunquid deus clamorem eius audiet: cum venerit ſuper eum anguſtia.*] In tempore itaque retributionis, quando impio ventura eſt anguſtia, nullum erit remedium peccatoribus: quia preces eorum dominus in die vltionis non ſuſcipiet.

l *Aut poterit in omnipotente delectari, aut inuocare deum omni tempore.*] Is in deo delectari poterit & inuocare eum, qui ſibi bene conſcius recte præſumit: & qui ſe talem exhibuerit, vt quolibet tempore mereatur audiri.

m *Docebo vos per manum dei quæ omnipotens habeat: nec abſcondam.*] Illa dicit quæ habet deus in manu ac poteſtate, & in ſecretis iudiciis ſuis.

n *Si multiplicati fuerint filij eius, in gladio erunt & nepotes eius non ſaturabuntur pane.*] In filiis & nepotibus, reliquam omnem poſteritatem malæ generationis ſignauit. Aliquando in ſcripturis, non ſolum carnali progenie: verum etiam morum ſimilitudine filij appellantur.

o *Qui reliqui fuerint ex eo, ſepelientur in interitu: & viduæ illius non plorabunt.*] Hoc ſignificare mihi videtur,

A quod per tempora, ad ſummam egeſtatem ſiue miſeriam, proles impij hominis, ſiue generatio deducenda ſit: & viduæ eorum præ nimio inſtante ſibi malo, flere non poterunt.

in interitu, & viduæ illius non plorabunt. Si [a] comportauerit quaſi terram argentum: & ſicut lutum præparauerit veſtimenta: [b] præparabit quidem, ſed iuſtus veſtietur illis, & argentum innocens diuidet. [c] Aedificauit ſicut tinea domum ſuam: & ſicut cuſtos fecit vmbraculum.

a *Si comportauerit quaſi terram argentum: & ſicut lutum præparauerit veſtimenta.*] Inſatiabilem cupiditatem ac voraginem quandam inexplebilis huius impij dicit.

b *Præparabit quidem, ſed iuſtus veſtietur illis, & argentum innocens diuidet.*] Et Salomon ait: Qui amplificat diuitias ſuas cum vſuris abundanti: qui miſeretur pauperum, congregat eas. Prou.28.b

c *Aedificauit ſicut tinea domum ſuam, & ſicut cuſtos fecit vmbraculum.*] His verbis hoc ait, quod homo impius fruſtra laborauerit, quandoquidem vel cito tranſeuntibus rebus, vel tineis demolientibus, ſtatus illius domus comparatur. Aliter: Si comportauerit quaſi terram argentum, & ſicut lutum præparauerit veſtimentum: præparabit quidem, ſed iuſtus veſtietur illis, & argentum innocens diuidet. Ædificauit ſicut tinea domum ſuam, & ſicut cu- *Alia expoſitio.*
B ſtos fecit vmbraculũ. Hic ergo impius, quem diabolum eſſe ſuperius diximus, in præuaricatione Adæ, pretioſos quoſque & claros viros, vt terram & lutum viles conſtituit, a quibus etiam virtutes & bona naturæ velut veſtimenta detraxit: & eorum aurum, quo diuitiæ mentis ſignificantur. Hi enim diuitiis ad imaginem & ſimilitudinem creatoris ſui pulchri facti fuerant, & compoſiti: qui eas auferendo ab eis, ſummam eos indigentiam vilitatemque perduxit. His igitur rebus homines comparantur, in Adam vt dixi, ſeducti a diabolo, quæ in creatura mundi viliora videntur. Sed iuſtus dominus & deus noſter auferendo a diabolo prædicta ſpolia captiuorum, ipſos quoque captiuos liberans, quos inimicos in interitum præparauerat, eccleſiam ſanctam ſibi exhibuit ex eis, mundans eam lauacro aquæ in verbo, atque eam ſine macula & ruga efficiens, ideſt puram a peccato & confeſſione fidei ſimplicem, pretioſo induit veſtimento. Argentum etiam, quo perſpicui quique, vt iam locutus ſum, & clari mundi huius intelliguntur: innocens agnus dei & immaculatus diuidit: cum credentes in beatam vitam & æternam gloriam mittit, & incredulos in perditionem mittit. Siue argentum clara & ſplendens eloquentia ſæcularis, a mundo per Chriſtum aufertur, vt credentium facundia, nitenti & puro eloquio, eius euangelium veſtia-
C tur: quia quemadmodum animæ hominum virtutum veſtibus induuntur: ita & ſenſus, dum prædicatione euangelizantium enuntiantur, quodammodo ſermonibus veſtiuntur. Aedificauit ſicut tinea domum ſuam, & ſicut cuſtos fecit vmbraculum. Vt tinea conſumit & demolitur habitaculum ſuum: ita & diabolus domum perditi populi ſui in interitum eius ædificat: qui habitationem ſibi temporariam & paulatim ſolubilem præparauit, poſſeſſurus æterna ſupplicia. Hic eſt ergo ille impius hypocrita, qui auare rapit. In non conuertente nulla ſpes veniæ erit, cum etiam ſuper hæc, quadam auaritia ſæuiente rapiat homines ad interitum. Qui idcirco hypocrita dicitur, quia ſe transfigurat in angelum lucis: cuius etiam clamorem ſeræ deprecationis non eſt dominus auditurus: cum intra pœnarum anguſtias fuerit coartatus. In deo quoque non erit ei de bono conſcientiæ aliqua delectationis fiducia: ſed nec in laudem confeſſionis eum poterit prouocare, qui in ſimilitudinem innumerabilium filiorum ſuorum diuina ſententia dei gladio ferietur. Nepotes etiam, in quibus illi intelliguntur, qui ab illis ſeducuntur, quos prius diabolus ipſe deceperat, nepotes, inquam, eius, non ſaturabuntur pane, viſionis dei vtique famem inopiamque paſſuri. Quia omnes ſancti contemplantes deum, reficiendi ab eo ſunt & paſcendi, quo nunc

D angeli ſaturantur. Reliquias quoque diaboli, extremam generationem eius intelligere poſſumus: quæ ſimiliter vt ipſe diabolus & filii ac nepotes eius cum toto corpore populi ſui in interitum ſepelientur. Ille quoque viduæ, ideſt animæ, quas vitiis ſuis & illecebris voluptatum diabolus inneruauerat, molleſque reddiderat, vt omnem fortitudinem & virilitatem amitterent, nulla correctione ac ſatisfactione deflebũt, vt ſaltem aliquando reſipiſcant ad deum: quem tanquam virum amiſerant, vitiis velut adulteris cohærendo. Viuit deus, qui abſtulit iudicium meum.] Secundum formam ſerui, quam aſſumpſit, iudicium voluntatis humanæ, & ex perſona aſſumpti hominis dictum eſt, quo orans dicebat ad patrem: Mi pater, ſi poſſibile eſt, tranſeat a me calix iſte. Et ideo iudicium meum dixit: quia in ſe humani generis infirmitatem, in veritate ſuſcepti hominis demonſtrabat. Et omnipotens, qui ad amaritudinem adduxit animam meam.] Amarum erat poculum mortis, ad quod bibendum ſaluator noſter aduenerat: de ipſius nanque calicis amaritudine erat, quod ait diſcipulis ſuis: Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem. Verbum autem, adduxit, ſecundum Apoſtolum intelligendum eſt, qui de deo patre ita ait: Qui proprio filio ſuo non pepercit: ſed pro nobis omnibus tradidit illum. Non enim nolens traditus eſt in mortem. Alio loco de ſaluatore idem Apoſtolus dicit: Qui ſe tradidit pro peccatis noſtris. Quia donec ſupereſt halitus in me, & ſpiritus dei in naribus meis.] Huc & illud pertinet, quod de domino in Eſaia ſcribitur. Quieſce ab homine, cuius ſpiritus in naribus eius: quia excelſus reputatus eſt ipſe. Donec autem aduerbium, ſecundum hunc intellectum quo de ſaluatore noſtro, ſeriem intelligentiæ huius texuimus, non ita vt ſonat dictum exiſtimemus, tanquam dixerit: quoaduſque eſt halitus vitæ huius in me, ideſt antequam moriar: ſed, donec, pro ſemper atque perpetuo hoc loco dictum eſſe nouerimus. Sicut ait ipſe dominus ad populum per prophetam: Ego ſum, ait dominus: & donec ſeneſcatis ego ſum. Non enim poſt ſenectutem hominum deus non erit, cum eiſdem potius ſeneſcentibus, deus perpetuo maneat. Ad illud autem quod pſalmiſta ait: Dixit dominus domino meo, ſede a dextris meis: Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum: quid dicimus? quod poſteaquam inimici ſubiecti fuerint, Chriſtus non ſeſſurus ſit ad dexteram dei patris? & vbi erit illud quod ait angelus: Et regni eius non erit finis? Propter quod donec, in talibus locis vt dixi pro perpetuo eſt intelligendum. Nec non & illud quod de Ioſeph, & beata Maria, euangeliſta ait: Non cognoſcebat, donec peperit filium. Quis enim eſt ſuper veneranda beatæ Mariæ virginitate ita blaſphemus, vt hoc ſaltem audeat cogitare, vt poſt deum ſaluatorem, filium ſuum, illa virum cognouerit? Proinde ſecundum veritatem fidei catholicæ, donec, & hic, ſicut ſupra dictum eſt, pro ſemper intelligamus. Ait ergo dominus Ieſus: quia ſemper halitus diuinitatis in me eſt: quia ſecundum id quod homo ſum, & in deo conditus ſum & creatus, habeo in me ſpiritum patris mei, meumque ſubſtantialiter. Sequitur ergo ita dicens: Donec deficiam non recedam ab innocentia mea. Quia ergo innocentiam non morum induſtria acquiſiui, ſed in ea vt natus ſum, ita ſum iuſtus & innocens. Iuſtificationem meam, quam cœpi tenere, non deſeram.] Potuit hoc ſaluator dicere, vt homo in deum aſſumptus, cuius initium eſt ſecundum carnem ex Virgine Maria: peccatum autem hominis nec naſcendo traxit, nec operando contraxit.

Marginal references: Matth.26.d; E Marc.14.d; Rom.8.f; Rom.4.d; Eſa.2.d; Pſal.109.; F; Matth.1.d



A traxit. Et ideo ſolus veraciter dicit: Non enim reprehendit me cor meum in omni vita mea.] Sicut impius inimicus meus, & aduerſarius meus quaſi iniquus. Non enim voto maledicit, ſed prophetando prædicit: & ſecundum meritum loquitur hominum peccatorum, prædicens quid vnuſquiſque permanens in peccatis recepturus ab eo ſit. Nunc ad eum locum reuertamur.

braculum. [a] Diues cũ dormierit, nihil ſecum auferet: aperiet oculos ſuos, & nihil inueniet. [b] Apprehendet eum quaſi aqua inopia: nocte opprimet eum tempeſtas. [c] Tollet eum ventus vrens & auferet, & velut turbo rapiet eum de loco ſuo. [d] Emittet ſuper eum & non parcet, [e] de manu eius fugiens fugiet. [f] Stringet ſuper eum manus ſuas, & ſibilabit ſuper illum, intuens locum eius.

## CAP. XXVIII.

[g] HAbet argentum venarũ ſuarum principia, & auro locus eſt in quo conflatur. Ferrũ de terra tollitur, & lapis ſolut[9] calore in æs vertitur. [h] Tẽpus poſuit tenebris, & vniuerſorũ finẽ ipſe cõſiderat. Lapidẽ [i] quoq; caliginis, & vmbrã mortis diuidit [k] torrẽs a populo peregrinante,

a *Diues cum dormierit, nihil ſecum auferet: aperiet oculos ſuos, & nihil inueniet.*] Multis modis diues intelligitur in ſcripturis diuinis. Eſt diues facultatibus terrenis, ſed ſi cõfidit in ipſis diuitiis cadet. Hic ergo diues cum in ſomno mortis fuerit, nihil de ſuis facultatibus ſecum feret: quoniam nudus venit naſcendo, nudus reuertitur in terram moriendo. Hic in reſurrectione aperiet oculos ſuos, & nullum meritum boni operis inueniet. Iudęorum quoque populus pro-
B pter innumerabilia diuina beneficia, prophetarũ quoque oracula ſiue promiſſiones plurimas, & dei ipſius frequens alloquium, diues eſt dictus. Vnde eiſdem Iudæis ait dominus in euangelio: Væ vobis diuitibus. Superbi quoque non habentes ſpiritus paupertatem, diuites appellantur. Philoſophi etiam habentes facundiam & ſcientiam mundialem, diuites nuncupantur. Hi cum in die reſurrectionis fuerint ſuſcitati: nihil remedij quo ſaluentur, inuenient. Hæreticus etiam quiſque diues dici poteſt: quoniam multa imo omnia de ſanctæ eccleſiæ remunerationibus ſe habere præſumit remiſſionem peccatorum, ſignificationem ſpiritus, pignus etiam dominici corporis, & hæreditatẽ cum ſanctis angelis regni cæleſtis. Hi ergo omnes ſiue quia crucis ſcãdalum patiuntur, ſiue præſumptione cordis ſui, vt in errore ambulant, veritatis tramitem reliquerunt. Siue quia obſcuratum habentes intellectum, proprium liberæ voluntatis arbitrium in infidelitate perdurant. Vel quia abominabiles facti ſunt, exaltantes cor ſuum poſt ſomnium mortis, in reſurrectione aperient oculos ſuos, & nihil inuenient. Luc.6.d

b *Apprehendet eum quaſi &c.*] Subitam egeſtatem prædictis diuitibus, velut aquam ſuperuenturam ſignificat, qui miſeria & inopinata ſibi anguſtia, quæ tempeſtatis nomi-
C ne dicta eſt, nocte ideſt repente dum neſciunt opprimentur, iuxta illud apoſtoli: Cum dixerint pax & ſecuritas, tunc repentinus eis ſuperueniet interitus. 1.Theſſ.5.a

c *Tollet eum ventus &c.*] Venti nomine, ſententiam dixit, quæ velut puluis quiſque eorum proiicietur a facie terræ. Et ventus hic diuinæ ſententiæ vrens dicitur, eo quod ad gehennæ vredinem ducit ſiue compellit.

d *Emittet ſuper eum &c.*] Ventus vtique ſententiæ dei, ſiue ipſe deus per ſententiam iuſtitiæ ſuæ, mittet ſuper eũ pœnas, ideſt meritum facinorum ſuorum ſuſcipiet. Non enim parcet, cum reddet ei ſecundum opera ſua.

e *De manu eius fugiens fugiet.*] Et non tenebitur, inquit, manu dei vt ſaluetur, de qua velut fugæ modo, veloci lapſu in ruinam decidet. Quod autem ait fugiens fugiet, ſiue vt alij dixerunt, fuga fugiet, pereuntem in perpetuum peccatorem ſignificat: quia nunquam ſit reuocandus ad vitam, & illic ei pænitentiæ locus non erit.

f *Stringet ſuper eum manus ſuas, & ſibilabit ſuper illum, &c.*] Alij dixerunt, planget ſuper eum manibus ſuis, & trahet eum de loco ſuo. Nutibus quibuſdam corporum humanorum, cenſuram indignantis dei, & contra peccatorem diuitem iraſcentis, hoc ſermone deſcribit: vbi & iam quaſi ſibilans indicet quam atrox illi pœnarum locus reſerue-

D tur. Ad talem locum & Iudas Iſcarioth abiit.

## CAPVT XXVIII.

g *HAbet argentum venarum ſuarum principia, & auro locus &c.*] Videtur mihi quod per ænigma & parabolam, ſub horum nominibus metallorum, mores hominũ & virtutes animorum deſcribat, minime ordinis obſeruantiam, prophetarum more cuſtodiens. Argenti vero & auri vocabulum ſecundum auctoritatem ſcripturarum, verbi eloquium, & ſenſus animi indicare voluit. Hæc differentes nos ita dicamus. Habet argentum venarum ſuarum principia, & auro locus eſt in quo cõflatur: Venæ argenti, ideſt, initium eloquij ab animæ ſenſibus oritur: ſenſus vero aureus, rationis ac ſapientiæ indicio fabricatur, & vt ſit optimus, ab igne diuinæ examinationis probatione conflatur. Fortitudo vero, quæ ferri nomine appellatur, eſt qua terram, ideſt, carnis no- E
ſtræ malitiam in nobis tollimus, aduerſum eam contra nos militantem & conta legem ſpiritus conuerſantem, rigore animi & virtute repugnemus. Lapidis quoque nomine cordis figuratur durities: quæ per calorem & feruorem fidei reſoluta molleſcit, vt primum poſſit in ſe verba ſcribẽtis recipere. Deinde velut in æs quod canorum eſt, merito ſanctitatis proficiens, ad laudes & gratias deo offerendas, fidei ſoliditate perueniet.

h *Tempus poſuit tenebris &c.*] In ſcripturis diuinis, peccatores homines, dæmones & ignorantiæ atque tribulationes ſiue peccata, pro modo & locis tenebræ nuncupantur.

i *Lapidem quoque caliginis, & vmbram mortis.*] Hunc lapidem metaphorice diabolum hoc loco intelligere poſſumus: qui propter errores ſuos quibus totum mundum inuoluerat, lapis caliginis dictus eſt. Qui cũ fortis & potẽs ſit per naturam qua eſt a deo conditus, confidens per ſuperbiam in virtute ſua & non in domino, & deo creatore ſuo, amiſerit ſapientiæ lumen, conuerſus in ſtultitiam & tenebras, & idcirco lapis caliginis dici potuit, ſecundum illud: Stultus in tenebris ambulat. Sicut ergo lapis caliginis diabolus nominatur: ita & vmbra mortis dicitur: Eccl.2.b
Quoniam hi qui ſe ab eo defendi ac protegi putant, æternis vt ipſe diabolus gehennæ ignibus mãcipandi ſunt. F

k *Diuidit torrens a populo peregrinante, eos quos oblitus eſt pes egentis hominis & inuios.*] Hoc dicit inuios, ideſt errantes & illos quos oblitus eſt pes egentis hominis, ſeparabit torrens a populo peregrinante, eo quod oblitus eorum ſit greſſus. Siue præſens conuerſatio egentis hominis pedis nomine ſignificata eſt. Oblitus eſt dixit, pro eo quod præmiſſus egens, non eſt deum pro huiuſmodi deprecatus: cum tamen eleemoſynam deum precetur, ideſt ipſum opus bonum quod homo fecerit, quadam manifeſtatione ſui loquatur ad deum. Hoc ergo dicit ſanctus Iob: quod inuios ſine via verę religionis viuentes, & qui miſericordiam pauperibus, quod eſt Chriſti fratribus non fecerunt, torrens ignis ſeparet: ſimul & a ſanctorum conſortio diuidet. Siue hic egenus proprie Saluator noſter intelligitur, qui propter nos egenus & pauper factus eſt, cum diues eſſet. In pede quoque eius, diſpenſationem vel aſſumentis hominem, vel mundum ingredientis aduerte. Vnde propheta ait: Exiſti in ſalutem populi tui. Hi ergo qui diſpenſationem ſalutis ſuæ in euangelio non receperunt, obliuioni dati ſunt: qui credere per duritiam proprię voluntatis noluerunt. Et idcirco inuij dicti ſunt: quia Chriſtum, qui eſt via, non receperunt. Abac.3.c

 

peregrinante, eos quos oblitus eſt pes egentis hominis & inuios. Terra [a] de qua oriebatur panis in loco ſuo, igni ſubuerſa eſt. [b] Locus ſaphyri lapides eius, & glebæ illius aurũ. [c] Semitam ignorauit auis: [d] nec intuitus eſt eam oculus vulturis. Non [e] calcauerunt eam filij inſtitorum: [f] nec pertranſiuit per eam leæna.

[a] Ad

A a *Terra de qua oriebatur panis in loco ſuo, igni ſubuerſa eſt.*] Diuerſas res & obſcuras connectit, vt cum ſuperioribus inferiora non hæreant. Proinde mihi videtur: quia hoc loco terram Sodomorum deſcribat, cuius abundantiam & amœnitatem cum admiratione collaudet.

b *Locus ſaphyri lapides eius, & glebæ illius aurum.*] Per metaphoram dicit, quod in Sodomis vberrima fuerint omnia & optima: quæ etiam auro & pretioſis lapidibus cõparentur.

c *Semitam ignorauit auis.*] Exitus plurimos in eadem regione multitudo habitatorum fecerat: & ideo forſan dixit quod auibus præ frequenti hominum copia ſemitas intuendi, vel facultas illic reſpondendi incedendive non fuerit.

d *Nec intuitus eſt eam oculus vulturis.*] Quia tam condenſis frutetis & contiguis arboribus conſita erat, vt eam aues deſuper volantes depaſcere non poſſent.

e *Non calcauerunt eam filij inſtitorum.*] Hoc ait: quod ita fuerit terra Sodomorum omnibus bonis referta, vt nul-
B lius patriæ eguerit mercimoniis.

f *Nec pertranſiuit per eam leæna.*] Ob frequentiam innumerabilium populorum in Sodomis habitantium, beſtiæ per mediam regionis illius tranſire non poterant. Terra de qua oriebatur panis in loco ſuo, igni ſubuerſa eſt.] Hęc terra poteſt & Iudæa intelligi, in qua panis legis dei, per doctrinam prophetarum populis naſcebatur, qua amore dei per fidem Chriſti carnalis legis intelligentia ſubuerſa eſt: & in rectos tramites & ſpirituales ſenſus conſtituta, vt iam occidentem litteram non ſequatur. Locus ſaphyri
Eſa.54.c lapides eius.] Sic dicit ei dominus per prophetam: Ecce ego ſternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in ſaphyris: & reliqua. Hoc enim decore pretioſorum lapidum, ideſt, omnium Chriſto credentium per deum patrem, tunc adornata eſt Iudæa, quando gentium populus ei per fidem Chriſti eſt copulatus. Semitam ignorauit auis. Nec intuitus eſt eam oculus vulturis.] Auem & vulturem, ipſum diabolum cum ſuis poſſumus dicere: qui ſemitam ſpiritualis intelligentiæ in lege & prophetis, hoc eſt, quæ Iudæam occulte prædicebantur noſſe minime potuerunt. Nec intueri aliquo veſtigio ſcientiæ valuerunt, a ſæculis diſpenſationis futuræ abſcondita ſacramẽ-
1.Cor.2.b ta. De quibus ait Apoſtolus: Dei ſapientiam loquimur, in myſterio quæ abſcondita eſt, quam nemo principum hu-
C ius ſæculi cognouit. Non calcauerunt eam filij inſtitorum: nec pertranſiuit per eam leæna.] Inſtitores ſiue negotiatores prędicti intelliguntur. Nam negotiatores ſunt mali & ſuperbi: quod etiam ad ipſum diabolum pertinet, qui ſuperbiam delictum maximum adinuenit. Et negotiator propter multitudinem peccatorum appellatus eſt, quæ ſiue ad ſeipſum, ſiue ad perdendum hominem exquiſiuit. Iſti igitur promiſſionis terram, quæ manſuetis & corde humilibus reſeruatur, vt in ea habitent, calcare nõ poterunt: quia nec quaſi incolæ, per eam tranſeundi habebunt licentiam. Item aliter. Hæc igitur Iudæa cui hic panis doctrinæ miniſtrantibus prophetis, & ſacerdotibus præbebatur in loco ſuo, ſuo vtique & non dei, ideſt in loco delectationis ſuæ, vbi voluptatibus atque illecebris conflagrabat, igne vitiorum ſuorum ardens ſubuer-
Oſee 7.a ſa eſt, ſicut dicit propheta: Omnes adulterantes, ſicut clibanus corda eorum, & in pſalmo de ea dicitur: Incenſa igni, & ſuffoſſa manu operis ſui extirpata omnino & effoſa eſt. Licet poſſit, ignis iſte etiam ſuper vltione pecca-
Heb.6.b torum intelligi: ſicut dicit Apoſtolus: Terra quæ ſpinas & tribulos profert, reproba eſt, & maledicto proxima, cuius conſummatio in combuſtionem. De quo igne iræ
Pſal.77.g ait Dauid: Iuuenes eorum comedit ignis. Locus ſaphyri lapides eius, & glebæ ilius aurum.] Lapides pretioſi & aurum non in optima terra, ſed in remotis & ſqualidis in-
D ueniri dicuntur. Igitur ſecundum hunc modum Iudæa ſterilis fide, & infœcunda virtutibus, habuit in ſe hos lapides pretioſos, ideſt patriarchas, & prophetas, & omnem ſanctorum multitudinem. Semitam ignorauit auis: nec intuitus eſt eam oculus vulturis.] Poſſunt hic duo populi intelligi non abſurde, ideſt, Iudæorum & gentium. Carnalis ergo Iudæa fidem in Chriſto non habens: ſed potius legis operibus viuẽs, eundem Chriſtum pro nobis factum ſemitam, ſiue viam qua reditur ad patriam vt incredulus ignorauit, propter elationem ſuam, qua ſe putabat legis operibus poſſe iuſtificari. Auis dicta eſt, leuis vtique & vaga, atque in ipſis operibus legis inſtabilis. Vulturi vero gentium populus ideo aſſimilari videtur: quoniam per errores mortuorum hominum diſcurrebat, & rebus mortuis paſcebatur. Hi ergo Chriſtum legis littera obtectum, & terram repromiſſionis per Chriſtum futuram, opacitatis ſignificationum vmbraculis non poterunt omnino perſpicere. Non calcauerunt eam filij inſtitorum: nec pertranſiuit per eam leæna.] Filij inſtitorum, apoſtolorum diſci-
E puli, & apoſtolici viri intelligendi ſunt, qui gentibus euãgelium prædicauerunt. Hi igitur Iudæam, terram videlicet infidelium, vt ei annuntiarent euangelium, non calcauerunt. De quibus dicitur in Actibus apoſtolorum: Act.13.g
Vobis oportuerat primum verbum dei loqui: ſed quia indignos vos iudicaſtis æternæ vitę, ecce conuertimur ad gentes. Sic itaque factum eſt iſtis euangelizantibus verbum, vt mons Chriſtus in mare gentium tranſplantaretur. Vnde & in pſalmo ait: Et transferentur montes in cor Pſal.45.a
maris: Ideſt, vel prophetarum vel euangeliſtarum oracula, ad credituros gentium populos transferẽtur. Nec pertranſiuit per eam leæna] Leæna poteſt diaboli dominatio ſentiri, ſiue ſuperbia Iudæorum. Quod autem dicit: non pertranſiuit, hoc ait, non receſſit a Iudæa, ſed ibidem infidelis ſuperbia permaſit. Aliter poteſt & de eccleſia intelligi. In illa vtique gloria virtutum ſuarum in loco neceſſario redemptionis ſuę, in quo per fidem ſtat, igne ſubuerſa eſt, illo vtique igne de quo ipſe dominus ait. Ignem veni mittere in terram. Hoc igitur igne eccleſia, ideſt terra ſanctorum, amoris dei deſiderio flagrans ſubuertitur, vt eam carnalis concupiſcentia non poſſideat. Hoc igitur modo ſubuertitur, vt in terra carnis ſuæ viuens, carnis in ea vitia moriantur, vt ait Apoſtolus. Qui enim ſunt Chri- Gal.5.d
ſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis & concupiſcen- F
tiis. Locus ſaphyri lapides eius, & glebæ eius aurũ.] Glebas ſanctæ terræ eccleſiæ, ſanctos eius propter fæcunditatem bonorum operum appellauit: quos etiam & propter gratiarum diuiſiones, glebas ſanctus ſpiritus voluit nuncupare, quo auri merito cenſerentur, in quarum occultis venis tanquam animarum ſeminibus, ſenſus magni pretioſique naſcantur. Semitam ignorauit auis, nec intuitus eſt eam oculus vulturis.] Sub his nominibus, auri & vulturis, inimicos eccleſiæ intelligamus, qui tenebris obſcuratum habentes intellectum, neſcierunt ſemitam vocationis eius, qua ad deum ambulans per fidem reuertitur. Quique diuerſis erroribus mortuorum hominum rapti: quaſi volare arbitrandi ſunt. Non calcauerunt eam filij inſtitorum.] Hi inſtitores ſiue negotiatores reprobi ſunt & laude indigni: qui peccata peccatis, velut diuitias ſibi congregant, de quibus ait Apocalypſis: Om- Apoc.18.d
nia clara & pinguia perierunt a te. Hi igitur negotiatores circa diuitias peccatorum, nõ calcabunt eccleſiam, ideſt, non habitabunt in ea: quia ſanctam eam & immaculatam dominus poſſidebit. Nec pertranſiuit per eam leæna.] Siue leo vt alij dixerunt. Leo hic non abſurde diabolus intelligitur: qui per ſanctæ eccleſiæ terram tranſire non potuit, eo quod grauibus perſecutionibus eam vincere non valuerit.

a Ad



Ad ſilicem [a] extendit manum ſuam, [b] ſubuertit a radicibus montes. In [c] petris riuos excidit, & [d] omne pretioſum vidit oculus eius. [e] Profunda quoque fluuiorum ſcrutatus eſt, & abſcondita produxit in lucem. Sapientia [f] vero vbi inuenitur: & quis eſt locus intelligentiæ? [g] Neſcit homo pretium eius: nec [h] inuenitur in terra ſuauiter viuentium. Abyſſus dicit, non [i] eſt in me: & mare loquitur, non eſt mecum. Non [k] dabitur aurũ obrizum pro ea: Nec appendetur argentum in commutatione eius. [l] Non cõferetur tinctis Indiæ coloribus: nec lapidi ſardonico pretioſiſſimo, vel ſaphyro. [m] Non adæquabitur ei aurum vel vitrum, nec commutabuntur pro ea vaſa auri [n] excelſa & eminentia, non commemorabũtur in comparatione eius. [o] Trahitur autem ſapientia

A a *Ad ſilicem extendit manum ſuam.*] Videtur mihi ſanctus Iob aliud ænigma protuliſſe, & propter ſoliditatem ſuam & fortitudinem, Chriſtum ſecundum hominem quem aſſumpſit, ſilicem poſſe ſignificari: qui etiam petra & lapis, prophetis & Apoſtolis dictus eſt. Deus ergo pater extẽdit ad ſilicem manum ſuã, id eſt, filium ſuum, per quem vniuerſa condidit: quem etiam dexteram & brachiũ vocat, & ad ſuſcipiendum hominem miſit, vt Apoſtolus dixit: Deus filium ſuum miſit in ſimilitudine carnis peccati. Et idcirco in extenſione manus, dei patris & filij eius ad nos aduentum ſignificari nouerimus, vt per eum ſicut ſequitur.

b *Subuerteret a radicibus mõtes.*] Quos per metaphoram dæmones ſiue homines ſuperbos eſſe recte ſentimus: quia principatus & poteſtates palam triumphauit in ſe-
B metipſo..

c *In petris riuos excidit.*] Duris ſcilicet præcordiis gentiũ & nimia infidelitate conſtrictis, abundantiam gratiarum ſuarum largitus eſt, & velut riuos atque fluẽtes, vberem copiam doctrinarum tribuit. Hoc ipſum diſtribuiſſe in-
1.Cor.12.a telligitur, quod ſcidiſſe memoratur: ſicut ait Apoſtolus. Alij enim per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ, alij ſermo ſcientiæ. Alij dixerunt: Ripas fluminum diſrupit, vt illam doctrinam ſpiritualem legis & prophetarum, de qua E-
Eſa.55.a ſaias ait: Qui ſititis, ite ad aquam, quæ in vna gente, tanquã intra quaſdam anguſtias defluebat: quæ etiam Moſaycæ legis præceptis velut quibuſdam quaſi riparum obicibus claudebatur. Huiuſcemodi diſruptis obſtaculis, quaſi de alueo legis ſuper omnem terram euangelio abundante diffudit. Aliter poſſumus hanc terram eccle-
Eſa.18.d ſiam dicere. Vnde ait propheta: Fluminibus ſcindetur
Abac.3.c terra. Scindi vero eam atque diſrumpi eo modo nouerimus, quando ſe ad ſuſcipiẽdum verbum dei, capabilem præbet: Hanc quoque quãdam adapertionem capacitatis, quæ fit per obedientiam terrę rationem habentis, eorundem fluminum impetus operantur.

d *Et omne pretioſum vidit oculus eius.*] Eductis igitur riuis gratiarum dei, vidit deus quàm immenſa & innumerabilia pietatis ſuæ beneficia. Vidit autem dixit: eo quod ante conſpectum eius adimpletio ſiue effectus ſuæ voluntatis aſtiterit in eccleſia ſua.

e *Profunda quoque fluuiorum &c.*] Hos igitur fluuios nõ
C abſurde ſingulos libros veteris inſtrumẽti eſſe ſentimus: in quorum magnis latibulis abſcondita erant eccleſiæ ſacramenta: quæ in tempore Saluatoris deus pater ſcrutatus ſit, ad impletionem eorum omnia quæ prædicta ſunt manifeſtans: Siue quia fluuiorum nomine, populorum multitudines aliquando intelliguntur: quemadmo-
Nahum 2.b dum Nahum propheta ait: Portæ fluuiorũ apertæ ſunt: Profunda fluuiorum hoc loco, ſecreta conſcientiæ hominum aduertamus: quorum ſcrutator & cognitor deus eſt: qui in die iudicij producendo omnia ſecreta cordiũ, reddet vnicuique ſecundum opera ſua.

f *Sapientia vero vbi inuenitur, & quis eſt locus intelligentiæ.*] Quod hoc quaſi inquirens ait, difficilem rem, & quæ vix inuenitur, voluit indicare: imo quæ niſi a deo demonſtrante, nec inueniri poſſet ab homine, nec haberi: Quod & ipſe Iob in ſubſequentibus declarauit, ita dicens: Et dixit homini, vtique deus: Ecce timor domini ipſa eſt ſapientia, & recedere a malo intelligentia.

g *Neſcit homo pretium eius.*] Hæc dicendo, inæſtimabilem eſſe ſapientiam timoris dei ſignificauit.

D h *Nec inuenietur in terra &c.*] Hanc igitur ſapientiam timoris dei non habet quiſpiam: niſi carnem ſuam crucifixerit cũ vitiis & concupiſcentiis, niſi vixerit, vt Paulus apoſtolus & omnes ſancti in tribulationibus, perſecutionibus, anguſtiis & preſſuris. Et ideo ſuauiter dicti ſunt viuere illi, qui nullo iugo diſciplinę tenentur, & effrenes ac præcipites, in labem prorumpunt vitiorum.

i *Abyſſus dicit, non eſt in me &c.*] Abyſſum hoc loco infernum intelligamus; ſicut dicit Apoſtolus: Aut quis deſcẽdit in abyſſum? Et mare hoc ſæculum, vt pſalmiſta canente cognouimus: Rom.10.b
Hoc mare magnum & ſpatioſum. Infernus ergo & hic Pſal.103.c
mundus ſapientiam timoris dei ſe non habere teſtatur. Loca dicit loqui: pro his qui in locis vel mundi vel inferorum ſunt. Hic de illis loquitur, qui carnali conuerſatione mũdi illecebris poſ- E
ſidentur, hæc dictio proſopopeia appellatur, vbi perſona loquentis cum loqui non poſſit, aſſumitur: & quod continet, pro eo quod cõtinetur. Continet quidem hic mundus vel infernus: Cõtinetur autem homo. Hanc ergo ſapientiam non habet Matth.8.c &
mare mundi iſtius præter ſolam eccleſiam: quæ propter 146.c
ſæuientium fluctus inimicorum, inſula dicitur in ſcripturis, quemadmodum & nauicula per figuram in euangelio nominatur.

k *Non dabitur aurũ obrizum pro ea, nec appendetur &c.*] Hoc ait, quod nulla res, quamuis pretioſa ſit, poſſit huic ſapiẽtiæ comparari. Siue quia aurum in ſcripturis vel argentũ, tropicus ſenſus & ſermo intelligitur, hoc dicit, ſapiẽtiam iſtam nullus pro merito ſentire poſſet aut eloqui.

l *Non conferetur tinctis Indiæ coloribus, nec lapidi &c.*] Diuerſis rebus & pretioſis, hæc ſapientia diuina pręfertur. Hoc tamen ſciendum, quod maxime in meridiano climate, hæc metalla pretioſa naſcantur. Et quia in India omnes idolorum cultores ſignificantur: in qua colores vt dixi pretioſi, vel naſcuntur vel fiunt, id puto poſſe intelligi: quia in gẽtibus vbi timor veri dei non eſt, fucata & quodammodo terrena religio ſit: quæ ſub prætextu nominis dei in errorum mẽdacio, diuerſo ac vario ſermonum colore velut pictura componitur, & quaſi lapis pretioſus eloquio ſplendeat, ſiue nomine fulgeat deitatis, & India ſiue etiam Æthiopia, nigredinem, vel tenebras peccatorum ſignificant: quæ ſpecialiter in idolorum culturis ha-
F bentur.

m *Non adæquabitur ei aurum vel vitrum: nec commutabuntur pro ea vaſa auri.*] Aurum vel vitrum, & etiam vaſa auri pretioſi quique & clari intelliguntur: qui in hoc ſæculo nomine dignitatis, & diuitiarum gloria ſplendent, hi vtique non habentes verę religionis timorem pro nihili habebuntur: eo quod non poſſunt velut pro merito gloriæ ſuæ, ad commutationem ſapientiæ ſingularis accedere.

n *Excelſa & eminentia: nec commemorabuntur in comparatione eius.*] Etiam ſi excelſa ſint, & plurimum eminentia quæcunque in creaturis ſunt, vt ſunt etiam angelicæ poteſtates, minima omnino, imo potius indigna memoria erũt, in comparatione illius, quæ facit omnem creaturam rationalem deo placere, eique ſancto amore coniungi. Et ideo præfertur illis eminentibus excelſis, timoris huiuſmodi ſapientia: quia ſine illa nihil ſunt ante deum: ſicut & ipſe diabolus, qui amiſſo timore diuinæ reuerentiæ, perdidit ſemetipſum.

o *Trahitur autem ſapientia de occultis.*] Hæc igitur aliunde

sapientia de occultis. [a] Non adæquabitur ei topazius de Æthiopia: nec tincturæ mundiſſimæ componentur. [b] Vnde ergo ſapientia venit, & quis eſt locus intelligentiæ? [c] Abſcondita eſt ab oculis omnium viuētium, volucres quoque cæli latet. [d] Perditio & mors dixerunt: auribus noſtris audiuimus famam eius. Deus [e] intelligit viam eius, & ipſe nouit locum illius. Ipſe [f] enim fines mūdi intuetur, & omnia quæ ſub cælo ſunt, reſpicit. [g] Qui fecit ventis pondus, & aquas appendit in mēſura. Quando ponebat pluuiis legem, & viam procellis ſonantibus, [h] tunc vidit illā & enarrauit, & præparauit, & inueſtigauit, & dixit homini: Ecce [i] timor domini, ipſa eſt ſapientia, & recedere a malo, intelligentia.

## CAP. XXIX.

[k] ADdidit quoque Iob aſſumens parabolam ſuam, & dixit: Quis [l] mihi tribuat vt ſim iuxta menſes priſtinos, ſecundum dies quibus deus cuſtodiebat me? [m] Quando ſplēdebat lucerna eius ſuper caput meum, & ad [n] lumen eius ambulabam in tenebris. [o] Sicut fui in diebus adoleſcentiæ meæ, & quando ſecreto deus erat in tabernaculo meo. [p] Quando erat omnipotens mecum, & in circumitu meo pueri mei. [q] Quando lauabam pedes meos butyro, & [r] petra fundebat mihi riuos

A non poteſt niſi de ſupernis aſſumi: ſiue de intimis cordis affectibus, dono ſancti ſpiritus trahitur, vt propheta ait: Os meum aperui, & attraxi ſpiritum, vt videlicet ſapiat homo deum, & timeat, ac recedere a malo intelligat. *Pſal.118.r*

a *Nō adæquabitur ei topazius de Æthiopia: nec tincturæ mundiſſimæ componentur.*] Diuerſis modis & diuerſis nominibus auri, ac ſupellectilis pretioſæ, ſanctus Iob dicit, quod timor domini nō poſſit eis vllo modo comparari.

b *Vnde ergo ſapientia venit: & quis eſt locus intelligentiæ.*] Interrogans requirit & dicit, quod omnis creatura, vel maxime ſapientiam hanc ignoret.

c *Abſcondita eſt ab oculis omnium viuentium &c.*] Viuentium mundo intelligendum eſt, de quibus ſuperius ait, cum de hac ſapientia loqueretur: nec inuenitur in terra ſuauiter viuentium. Quod autem dixit, quia hæc ſapiētia volucres cæli lateret, B ſuperbi & leues, ſiue qui altū ſapiunt, quod ad tumorem arrogantiæ pertinet, intelligendi ſunt: ſiue ſpiritus mali, qui ſecundum parabolam euangelij, iactum ſemen dominicum iuxta viam comedunt. Hos igitur latere ait bonum timoris dei. *Marc.4.& Luc.8.a*

d *Perditio & mors dixerunt. Auribus noſtris audiuimus famam eius.*] Poteſt vtroque hoc nomine diabolus dici, ſiue ille mors appellari poteſt, vt ſui ſatellites perditio nuncupentur. Hi ergo dixerunt, quod famam timoris dei audierint: non enim negare poſſunt, quia non audierint illam, cum in naturæ ſuæ bono inditam perceperint: ſed per inobedientiæ malum, eam habere noluerunt.

e *Deus intelligit viam eius, & ipſe nouit locum illius.*] Pro certo ſcit deus, quod hæc ſapientia properet, ad locum vtique quietis & perpetuę pacis, vbi per hanc ipſam ſapiētiam timoris ſui, ſuper quietum & humilem & trementem ſermones ſuos requieſcere delectetur. *Eſa.66.a* Siue deus intelligit viam eius: quæ prædicatione euāgelij per omnes terras prolata eſt. Vnde & ſequitur de deo dicens.

C f *Ipſe enim fines mundi intuetur, & omnia quæ ſub cælo ſunt, reſpicit.*] Quis enim ambigit, deum noſſe etiam ea quæ futura ſunt? ſed hic potius deus cognitor futurorum illud inſpexit, quod poſtea dixit eius Apoſtolus: Cum autem venerit plenitudo temporis, miſit deus filium ſuum. *Gal.4.a* Hoc igitur modo, aduentu ſuo nos viſitando, fines mundi intuitus eſt. In his, inquam, tēporibus noſtris, in quos ſæculorum fines deuenerunt. *1.Cor.11.*

g *Qui fecit ventis pondus &c.*] Manifeſtum eſt, quia omnis creatura in manu & virtute potentiæ illius teneatur. Aliter: Ipſas gratias ſpiritus ſancti, quaſi in ipſo initio per apoſtolos accepit eccleſia, quando factus eſt de cælo ſonitus tanquam aduenientis ſpiritus vehementis. *Act.2.a* Ventos ſiue ſpiritus ſcriptura commemorat, quos deus largiendo de arcanis ſecretorum cæleſtium prolaturus hominibus eſt, ſecundum prophetam dicentem: Qui producit ventos de theſauris ſuis. *Pſal.134.b* Aliquando hæ diuerſitates gratiarum, ſpiritus ſancti cenſentur nomine dantis has gratias, ſecundum illud apoſtoli: Spiritus prophetarum ſubiecti ſunt prophetis: *1.Cor.14.f* qui etiam propter operationem & effectum diuinæ ſanctificationis ſuæ, pondus habere dicuntur, vt ſecundum vniuſcuiuſque vires prædicatores D verbi dei, aliis lac darent, aliis ſolidum cibum porrigerēt, vbi dicerent, vel quibus dicerent. Inde ait propheta: Dabo vobis imbrē matutinum & ſerotinum, hoc eſt, nouū & vetus teſtamentum. *Ezech.34.f*

h *Tunc vidit illam & enarrauit, & præparauit, & inueſtigauit.*] Id eſt, in eccleſia ſua, deus futuram hāc ſapientiā ante præuidit, quod totus mundus timorem illius habiturus eſſet.

i *Ecce timor domini, ipſa eſt ſapientia, & recedere a malo intelligentia.*] Alter timor eſt, ne quiſquam deum offendat. Alter vero ſi offenderit. Ille prior ſanctus & laudabilis iſte alius non habens charitatem, ſed pœnam. Proinde de hoc prædicabili timore dicit pſalmiſta: Timor domini ſanctus permanens in ſæculum ſæculi. *Pſal.18.c* De alio timore loquitur euangeliſta Ioannes in epiſtola ſua dicens: Timor non eſt in charitate, ſed perfecta charitas foras mittit timorem. *1.Ioan.4.d* E Qui timor vtiq; pœnam habet: quia dilectionis meritū non habet.

## CAP. XXIX.

k *ADdidit quoque Iob, aſſumens parabolam ſuā, & dixit.*] Secundum ſuperiorē regulam etiam iſtic intelligentiæ lineam ducimus, vt quando id quod ſequitur in Saluatorem referri nō conuenerit, ad membrorum illius compagē ſenſum expoſitionis conemur inflectere. Et recte id fieri poterit, vt quod ipſe dominus caput eccleſiæ ſuæ in ſe recipere nō poteſt, de eius corpore, quod eſt eccleſia, ſentiatur.

l *Quis mihi tribuat vt ſim iuxta mēſes &c.*] Optat ergo ſanctus Iob atq; deſiderat, vt iam de illo ſqualore & cruciatibus liberetur, reuertaturq; ad illam gloriā priſtinæ felicitatis, in qua aliquando domino proſperante degerat.

m *Quando ſplendebat lucerna eius ſuper caput meum.*] Multis modis in ſcripturis diuinis appellatur lucerna. Hic vero potuit eam Iob pro gloria temporali dixiſſe, quam a deo acceperat, & quam in honoris potentia & diuitiis poſſidebat. F

n *Et ad lumen eius ambulabam in tenebris.*] Inter peccata vtique, & ea quę ignorabam, quaſi inter aſpera & obſcura vitæ huius, ad lumen virtutum vel conſolationis illius incedebam.

o *Sicut fui in diebus adoleſcentiæ &c.*] Secretum ſuum, mentem ſuam ideo dicere voluit: quia illic tumultuoſæ vitiorum turbæ minime perſtrepebant.

p *Quādo erat omnipotens mecum, & in circuitu meo pueri mei.*] Quando deum habebat in tabernaculo ſuo, virtutes ante eum ſtare tanquam pueri perhibentur: quæ ideo maſculi appellantur propter vigorem contra vitia reſiſtendi, talibus miniſtris Iob beatus ambiebatur.

q *Quando lauabam pedes meos butyro.*] Pedum vocabulo in ſcripturis diuinis, modus quidam humanæ conuerſationis plerunque intelligendus eſt. Lauabam, inquit, ab omni peccati macula actus meos, & cum innocentia & ſimplicitate verſabar.

r *Et petra fundebat mihi riuos olei.*] Iuxta hunc ſenſum Moyſes ait: Suxerunt mel de petra: & oleum de firma petra, *Deut.32.b*



riuos olei. [a] Quando procedebam ad portam ciuitatis, & in platea parabāt cathedram mihi. [b] Videbant me iuuenes & abſcondebantur, & ſenes aſſurgentes ſtabāt. Principes ceſſabant loqui, & digitum ſuperponebant ori ſuo. Vocem ſuam cohibebāt duces, & lingua eorum gutturi ſuo adhærebat. [c] Auris audiēs beatificabat me, & oculus vidēs teſtimonium reddebat mihi, eo quod liberaſſem pauperem viciferantem, & pupillum cui non eſſet adiutor. [d] Benedictio perituri ſuper me veniebat, & cor viduæ conſolatus ſum. [e] Iuſtitia indutus ſum, & veſtiuit me ſicut veſtimēto, & diademate iudicio meo. [f] Oculus fui cæco, & pes claudo. [g] Pater eram pauperum, & cauſam quam neſciebam, diligentiſſime inueſtigabam. [h] Conterebam molas iniqui, & dentibus illius auferebam prædam. [i] Dicebamque, in nidulo meo moriar, & ſicut palma multiplicabo dies. [k] Radix mea aperta eſt ſecus aquas, & ros morabitur in meſſione mea. [l] Gloria mea ſemper innouabitur, & arcus meus in manu mea inſtaurabitur. Qui me audiebant, expectabant ſententiam, & intenti tacebant ad conſilium meum. [m] Verbis meis addere nihil audebant, & ſuper illos ſtillabat eloquium meum. [n] Expectabant me ſicut pluuiam, & os ſuum aperiebant quaſi ad imbrem ſerotinum. [o] Si quando ridebam ad eos, non credebant: & [p] lux vultus mei non cadebat in terram. [q] Si voluiſſem ire ad eos, ſedebam primus. Cumque ſederem quaſi rex circunſtante exercitu: eram tamen mœrentium conſolator.

## CAP. XXX.

[r] NVnc autem derident me iuniores tempore: [s] quorum non dignabar patres ponere cum canibus gregis mei. [t] Quorum virtus manuum mihi erat pro nihilo, & vita ipſa putabantur indigni. Egeſtate & fame ſteriles, qui [u] rodebant in ſolitudine, ſqualentes calamitate & miſeria. Et manducabant herbas &

A tra, ſecundum delectationem volentium, ore ſapiebat. Et cum petra illa Chriſtum ſecundum apoſtolum figuraret: in oleo tamen iſto dona ſpiritus ſancti, ſanctus Iob largiter ſibi effuſa voluit demonſtrare. Hic eſt ergo oleum viuum & verum qui eſt ſpiritus ſanctus patri & filio conſubſtantialis. Hoc ergo oleo ſanctus Iob abundabat, quo & charitatis pinguedine replebatur.

a *Quando procedebam ad portā ciuitatis, & in platea parabant cathedram mihi.*] Manifeſtum eſt, quia Iudæorum iudices in portis ſedebant, vt iudicarent populum.

b *Videbant me iuuenes, & abſcondebantur &c.*] Reuerentiā pij & ſancti timoris, quā ei nō ſolum omnis ætas, verumetiam vniuerſę poteſtates merito deferebant, his verſiculis demonſtrauit.

c *Auris audiens beatificabat me &c.*] Tam ſancta erat, vt ait præſens cōuerſatio eius, B quam fama referebat.

d *Benedictio perituri ſuper me &c.*] Pupillus, pauper & vidua, omne genus humilium atque afflictorum ſignificat, quorū nullum ſanctus Iob præteriit, vel deſpexit.

e *Iuſtitia indutus ſum, & veſtiuit &c.*] Iuſtitia, iudicium rectum, miſericordia, hæc erant animæ illius indumēta.

f *Oculus fui cæco & pes claudo.*] Affectus pietatis eius atque miſericordiæ, in his ſermonibus demonſtratur: ſiue erranti ignorantię tenebris, lumen prębui veritatis: & claudicanti in viis domini, rectæ viæ itinera demonſtraui.

g *Pater eram pauperum.*] Negotia cauſaſque pauperum contra potentes ſuſcipiēdo, defenſor eorum factus erat & iudex. Et idcirco ne aliqua aduerſantium parte opprimerentur, C retectis eorum fraudibus, eas inueſtigare dicebat.

h *Conterebam &c.*] Hic velut rapacem beſtiam & violentam, hominem iniquum deſcribit, de cuius ore, ſubſtātiam pauperū vi abſtulerit.

i *Dicebamque, in nidulo meo &c.*] Nidus eius, exterior homo eius intelligendus eſt, qui de feno carnis illius compoſitus a deo fuerat & conſtrictus. Omnis enim caro fenum. In hoc igitur nido ſemper ſe mori ſub teſtificatione dicebat: dum vitiis mundi & eius concupiſcentiis nō viuebat: & ob hoc in reſurrectione, velut palma, multiplices dies & æternas habebit.

k *Radix mea aperta eſt ſecus aquas, & ros morabitur in meſſione mea.*] Spes mea & fides, quæ ex hac expectatione mea ſunt, patent ad diuina eloquia, quarum conſolatione ne in infidelitate mentis meæ viror areſcat, infunditur.

l *Gloria mea ſemper innouabitur, & arcus meus in manu mea inſtaurabitur.*] Gloria mea & cætera, poteſt in virtutibus creſcentis bonæ conſcientiæ, fructus & nouus ſemper profectus intelligi. In arcu vero reſiſtentis ac repugnantis, vigorem ſignificari exiſtimo, qui in manu ſancti operis, D contra obuios quoſque & hoſtiles vitiorum impetus præparetur. Sicut ait Dauid in pſalmo: Et poſuiſti vt arcum æreum brachia mea: *Pſal.17.b* quod eſt, feciſti infatigabilem intentionem bonorum operum meorum.

m *Verbis meis addere nihil audebant, & ſuper illos ſtillabat eloquium meum.*] Quia iam auctoritas ſapientiæ vbiq; fuerat diuulgata, nemo quaſi detrectās, ad verba ei⁹ quicquam addere præſumebat: quinimò ſtillabat ſuper eos eloquium illius, id eſt, ſenſus interiora viſcerum penetrabat, vt eorum infuſa præcordiis, a tali magiſtro perfecti atque optimi diſcipuli redderentur.

n *Expectabant me ſicut pluuiā, & os ſuum aperiebant quaſi ad imbrē ſerotinum.*] Pluuiæ nomine, copioſam valde eruditionem ſuæ ſcientiæ demōſtrat, & laudat auditores ſuos, quod diſputante eo, cū grandi deſiderio expectauerint. E

o *Si quando ridebam ad eos, non credebant.*] Tāta, inquit, reuerentia & honore a prædictis habebar, vt ſapientiæ meæ & grauitati non poſſet indulgentiæ aliquid ac remiſſionis, quæ ad temperamentum magis morum pertinebant, congruere. Et idcirco ipſo a me pietatis fiebat ſtudio, vt affectus amoris ac dilectionis eorum mei admiratione proficeret.

p *Et lux vultus mei non cadebat in terram.*] Gratia reuerentię, quam in eius facie refulgentem contuebantur, apud prædictos non pro nihilo habebatur: Non enim aliquid eius nutibus fruſtra fieri exiſtimabant: idcirco quaſi magnum atque præcipuū in ſe prædicti ſuſcipiebant, F quicquid in ſerenitate vultus illius contēplabātur.

q *Si voluiſſem ire ad eos, ſedebam primus. Cumque ſederē quaſi rex &c.*] Dignationem ſuā & ſanctā humilitatē his ſermonibus manifeſtat: qua ad inferiores ſuos, quaſi ad amicos ſibique coæquales abierit, & ſe in regni potentia, miſeris & mœrentibus præbuiſſe.

## CAP. XXX.

r *NVnc autem derident me iuniores tēpore.*] Manifeſtū eſt.

s *Quorum non dignabar patres ponere cum canibus gregis mei.*] Non hoc typo ſuperbiæ atque diuitiarum iactantia fecerat, ſed vilitate impiorum, vt deridentium illum: quorum patres, nec canibus quondam eius digni fuerint comparari.

t *Quorum virtus manuum mihi erat pro nihilo, & vita ipſa putabantur indigni. Egeſtate & fame ſteriles.*] Id eſt, ignominię vilitate deſpecti.

u *Qui rodebant in ſolitudine, ſqualentes calamitate & miſeria. Et manducabant &c.*] Præ miſeria & auiditate, hæc etiam quæ extra cibum erant vel hominum, vel ferarum, tan-

bas & arborum cortices, & radix iuniperorũ erat cibus eorum. Qui de conuallibus iſta rapientes, cum ſingula reperiſſent, ad ea cum clamore currebant. In deſertis [a] habitabant torrentium, & in cauernis terræ, vel ſuper glaream. Qui inter huiuſcemodi lætabantur, & [b] eſſe ſub ſentibus delitias computabãt. [c] Filij ſtultorum & ignobilium, & in terra penitus non parentes. Nunc in eorum canticum verſus ſum, & factus ſum eis in prouerbium. Abominantur me, & longe fugiunt a me, & faciem meam conſpuere non verentur. [d] Pharetram enim ſuã aperuit & afflixit me, & frenum poſuit in os meum. [e] Ad dexteram orientis calamitates meæ ilico ſurrexerunt.
[f] Pedes meos ſubuerterunt, & oppreſſerunt quaſi fluctibus ſemitis ſuis. [g] Diſſipauerũt itinera mea: inſidiati ſunt mihi & præualuerunt, & non fuit qui ferret auxilium. [h] Quaſi rupto muro & aperta ianua irruerunt ſuper me, & ad meas miſerias deuoluti ſunt. [i] Redactus ſum in nihilum. Abſtulit quaſi ventus deſiderium meum, & velut nubes pertranſiit ſalus mea. [k] Nunc autem in memetipſo marceſcit anima mea, & poſſident me dies afflictionis.
[l] Nocte os meũ perforatur doloribus: & qui me comedunt, non dormiunt. [m] In multitudine eorum conſumitur veſtimẽtum meum, & quaſi capitio tunicæ ſuccinxerunt me.
[n] Cõparatus ſum luto, & aſſimilatus ſum fauillæ & cineri. [o] Clamo ad te, & non exaudies me: ſto, & non reſpicis me [p] Mutatus es mihi in crudelem, & in duritia manus tuæ aduerſaris mihi. Eleuaſti me, & quaſi ſuper ventum ponẽs eliſiſti me valde. [q] Scio quia morti trades me: vbi conſtituta eſt domus omni viuenti. [r] Veruntamen non ad conſummationem eorum emittis [ſ] manum tuam: & ſi corruerint, ipſe ſaluabis. [t] Flebam quondam ſuper eo qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi. Expectabam bona, & venerunt mihi mala: præſtolabar lucem, & eruperunt tenebræ. [u] Interiora mea efferbuerunt abſque vlla requie, præuenerunt me dies afflictionis. [x] Mœrẽs incedebam, ſine furore conſurgens,

A quam epulas ac delitias inuadebant, humectas conualles præ nimia egeſtate ſugentes.

a *In deſertis habitabant torrentium, & in cauernis etc.*] Qui etiã, vt ait, in locis ſterilibus & inaquoſis, ſiue dumibus, quaſi repentia terræ in foraminibus morabantur, quos imbres montium rigant.

b *Et eſſe ſub ſentibus delitias computabant.*] Si in æſtu ſuo, viliſſimorum ſtirpium foliis tegerentur.

c *Filij ſtultorum & ignobiliũ, & in terra penitus etc.*] Obſcuri & memoria penitus indigni.

d *Pharetram enim ſuam aperuit & afflixit me, et frenum poſuit in os meum.*] Pharetram exiſtimo multitudinem plagarũ, vel ipſum diabolum, vel poteſtatem illius hoc loco intelligi oportere: quam ſicut Iob ait, deus aperuit, dum circa eum diabolus ſuã exercuit poteſtatem, vnde eum & iaculis tormẽtorum afflixit. Inſuper etiam frenũ ei ſilentij in ore ne loqueretur impoſuit.

B e *Ad dexteram orientis calamitates meæ ilico ſurrexerunt.*] Id eſt, vel in ipſo tẽpore felicitatis, quod grauiſſimum probatur, exortæ ſunt: vel permiſſu diuinæ poteſtatis impoſitæ ſunt. Ipſe eſt enim oriens ex alto: ipſe dextera & virtus altiſſimi.

f *Pedes meos ſubuerterunt, & oppreſſerunt quaſi fluctibus ſemitis ſuis.*] Id eſt, calamitates meæ, frequenti repetitione me affligentes, velut fluctibus omnes vias rectas conuerſationis meæ ſubuerterunt.

g *Diſſipauerunt itinera mea, inſidiati ſunt mihi, et præualuerunt, & non fuit qui ferret auxilium.*] Id eſt, itinera mea, quibus per viã iuſtitiæ quotidianis profectibus incedebam, inimici mei conturbauerunt, C in iniuriam meam ex inſperato velut ex inſidiis erumpentes, negantibus mihi proximis meis cõſolationis auxilium.

h *Quaſi rupto muro & aperta ianua irruerunt ſuper me, & ad meas miſerias deuoluti ſunt.*] Tam veloci, inquit, impetu prędicta mala ſuper me irruerunt, vt nullo reſiſtente obſtaculo, in me deſuper voluerentur.

i *Redactus ſum in nihilum. Abſtulit quaſi ventus deſiderium meum, et velut nubes pertranſiit ſalus mea.*] Quo remunerationes tuas pro mandatorum tuorum cuſtodia præſtolabar: pariter cum ſalute, quaſi venti impetu, & quaſi tranſuolantis nubis celeritate rapuiſti, quia abripi permiſiſti.

k *Nunc autem in memetipſo marceſcit anima mea, & poſſident me dies afflictionis.*] Marceſcit, id eſt, a vigore ſuæ intẽtionis diſſoluitur.

l *Nocte os meum perforatur doloribus: & qui me comedunt, non dormiunt.*] Manifeſtum eſt, quia vermes qui carnes eius D comedebant, noctes ducebant peruigiles.

m *In multitudine eorum conſumitur veſtimentum etc.*] Scatentium vermium multitudo, ſemper ſe commouens, & per diuerſos vulnerum meorum ſinus diſcurrens: veſtem quoque meam dum per me repere non ceſſat, attriuit: quem totum atque ex omni parte circundatum, & quaſi in vnum vulnus redactum, inceſſabili eſu hauſtuq; diſcruciat.

n *Comparatus ſum luto, & aſſimilatus ſum fauillæ et cineri.*] Ad ſummam vilitatem perductum ſe dicit: qui vulneribus & ſanie, ſicut lutum cõputreſceret & fœteret, exiccantibus rurſus carnis eius putredinẽ, ſordib[9] pulueris.

o *Clamo ad me, & non exaudies me: ſto, & non reſpicis me.*] In clamore intentio eſt orãtis ad deũ. In eo vero quod ſtare ſe perhibet, perſeuerãtiam ſe ad deum habere indeclinabilem dixit. Fiducia E iuſtitiarum ſuarum ad deũ, hæc libere Iob ſanctus loquitur.

p *Mutatus es mihi in crudelẽ, & in duritia manus tuæ aduerſaris mihi.*] Pium & miſericordem deum eſſe dicit in proſperis ſuis: durum atque crudelem, cum manus duritiam & graues pœnas ſuſtinet & atroces.

q *Scio quia morti trades me, vbi conſtituta eſt domus omni viuenti.*] Poſt delictum parentis, inquit, domus inferorum eſt conſtituta, id eſt mors ipſa, non conditione eius creata. Illuc ergo & me tãquam peccatoris Adæ filium, ſecũdum iuſtam ſententiam, abire voluiſti.

r *Veruntamen non ad conſumptionem eorum.*] Reconciliationem mundi prophetat in F Chriſto futuram, dum dicit homines non in perpetuam conſumptionẽ redigendos, ſed aliquando ab inferis reuocandos.

ſ *Emittis manum tuam: & ſi corruerint, ipſe ſaluabis.*] Si poſt redemptionẽ, qua per fidem in Chriſto ſaluamur, iterũ per peccatum ruerint homines, manu pietatis alleuante per pænitentiam ipſe ſaluabit.

t *Flebam quondam ſuper eo qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi.*) Factum eſt, vt pro bonorum expectatione, qua miſeros conſolabar, mala nunc omnia ſuſtinerem: & pro luce proſperitatis, tenebras incurrerem tormentorum.

u *Inferiora mea efferbuerunt abſque vlla &c.*) Vbi ait, quod cum dies afflictionis præuenerint, puto quod tempus iudicij voluerit indicare, quo præuentum ſe idcirco videtur dixiſſe: quia eum ſibi necdum venturum putauerit: vbi etiam magnum dolorem gehennarum ſignificat: dum ſuas illis comparat pœnas.

x *Mærens incedebam, ſine furore conſurgens, etc.*) Triſtis & affectus



conſurgens, in turba clamabam. [a] Frater fui draconum, & ſocius ſtruthionũ. [b] Cutis mea denigrata eſt ſuper me, & oſſa mea aruerunt præ caumate. [c] Verſa eſt in luctum cithara mea, & organum meum in vocem flentium.

## CAP. XXXI.

[d] PEpigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine. Quã enim partem haberet in me deus deſuper, & hæreditatem omnipotens de excelſis? Nunquid non perditio eſt iniquo, & alienatio operantibus iniuſtitiam? Nonne ipſe conſiderat vias meas, & cunctos greſſus meos dinumerat? [e] Si ambulaui in vanitate, & feſtinauit in dolo pes meus: appendat me in ſtathera iuſta, & ſciat deus ſimplicitatem meam. [f] Si declinauit greſſus meus de via, & ſi ſecutus eſt oculus meus cor meum, & ſi in manibus meis adhæſit macula: ſeram, & alius comedat, & progenies mea eradicetur. [g] Si deceptum eſt cor meum ſuper muliere, & ſi ad oſtium amici mei inſidiatus ſum: ſcortum alterius ſit vxor mea, & ſuper illam incuruentur alij. Hoc enim nefas eſt & iniquitas maxima: ignis eſt vſque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina. [h] Si contempſi ſubire iudicium cum ſeruo meo & ancilla mea, cum diſceptarent aduerſum me. [i] Quid enim faciam cum ſurrexerit ad iudicandum deus: & cum quæſierit, quid reſpondebo illi? Nunquid non in vtero fecit me, qui & illum operatus eſt, & formauit me in vulua vnus? [k] Si negaui quod volebant pauperibus, & oculos viduæ expectare feci? Si [l] comedi buccellam meam ſolus, & non comedit pupillus ex ea: quia ab infantia mea creuit mecum miſeratio, & de vtero matris meæ egreſſa eſt mecũ. [m] Si deſpexi prætereuntem, eo quod non habuerit indumentum, & abſque operimento pauperem. Si non benedixerunt mihi latera eius, & de velleribus ouium mearum calefactus eſt. [n] Si leuaui ſuper pupillum manum meam, etiam cum viderem me in porta ſuperiorem: humerus meus a iunctura ſua cadat, & brachium meum cum ſuis oſſibus confringatur.

A fectus mœſtitia, quia pœnæ meritum neſciebam, & ſine furoris iracundia, eram in ſpem animi virtute conſurgẽs: quia deus docuerat me patientiam, vt æquanimiter ferrem: publica ſatisfactione vociferans & exorans.

a *Frater fui draconum, & ſocius ſtruthionum.*] Cruciatu pœnarũ affectus, dolores meos ſibilis temperabam: quemadmodum facere dicuntur dracones, quãdo ab elephãtis capiuntur, vt propheta ait: Faciam planctum velut draconum: quem faciunt vt dixi, quando ab elephantis interficiũtur. Et ſocius ſtruthionum: fatuus factus ſum & inſipiens, vt ſtruthio auis ſtultiſſima, vt prę dolore fruſtra me exiſtimẽt laboraſſe. Mich.1.c

b *Cutis mea denigrata eſt ſuper me, & oſſa mea aruerũt præ caumate.*] Et hoc ad pœnarum eius cumulum pertinebat: vt in ſtercore cõſtitutus, per multa tempora, ſolis ardentiſſimos vſque ad oſſa pateretur radios.

B c *Verſa eſt in luctũ cithara mea, & organum meum in vocem flẽtium.*] His rebus, dicit felicium dierum ſuorum atque proſperitatis lætitiam, & iocunditatem in luctum eſſe conuerſam.

CAP. XXXI.

d *PEpigi fœdus cũ oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine. Quam enim partem haberet in me deus deſuper, &c.*] Abhinc vſque ad finẽ, iuſtitias ſuas vel maxime & miſericordias atque virtutes enarrat, quas vſque ad quindecim numeros digerit: velut vir perfectus qui aſcenſus in corde ſuo diſponens, per gradus quoſdam profectuum, vſq; ad domum dei aſcendendo peruenit. Ego, inquit, animo, cum his obtutibus carnis meæ, definiui C ac ſtatui, vt nihil omnino turpe atque obſcœnum mihi intrinſecus nuntiarent, quod delectatione voluptatis, intra me iniquis cogitationibus voluerem. Senſerat credo aliquando fortaſſis delectatione carnem ſuã & voluptatibus illecebrarum titillari, & idcirco ſe continentiæ virtutis pręcinxerat: timẽs oculum dei, cum ſcrutator cordis ſit, & omnes vias conuerſationis humanæ, cunctoſque greſſus actuum mortalium nouerit.

e *Si ambulaui in vanitate, & feſtinauit in dolo pes meus, appendat me in ſtathera iuſta, & ſciat deus ſimplicitatem meam.*] Sanctus Iob certus de æquitate iuſtitiæ dei, ſe manifeſtari optat hominibus. Non enim aliquid ignorat deus, vt examinando cognoſcat, ſed ſciat deus: ita dixit beatus Deut.13.a Iob, vt ſcire alios faciat, ſecundum illud: Tentat vos deus dominus, vt ſciat vtrum diligatis eum, id eſt, vt ſcire cæteros faciat.

f *Si declinaui greſſus meos de via, & ſi ſecutus eſt oculus meus cor meum, & ſi in manibus meis adhæſit macula: ſeram, & alius comedat, & progenies mea eradicetur.*] D Nihil mandatorum dei, ait, præterij: quia nec cor meum acquieſcens ſecutum eſt oculos meos: cum concupiſcentiæ imagines ei offerrem priuſquam pactum cum ipſis haberem: ne quid intrinſecus turpe tranſmitterent. Vnde nec in operibus manuum mearum vlla peccati macula potuit adhærere: & hoc ipſum cum quadam iuramenti execratione confirmat.

g *Si deceptum eſt cor meum ſuper muliere, & ſi ad oſtium amici mei inſidiatus ſum, ſcortum alterius ſit vxor mea, & ſuper illam incuruentur &c.*] Secundum naturæ bonum loquitur, quod in Tobia ſcriptum eſt: Quod tibi non vis fieri, alij ne feceris: proinde ait, nefanda res & iniquitas maxima: hæc funeſta ac deteſtabilia cogitare, vel facere, ignis eſt incentiuæ libidinis, omnia bona virtutum deuorans, atque vniuerſa in homine, ſanctarum rerum incrementa conſumens. E

h *Si contempſi ſubire iudicium cum ſeruo meo, & ancilla mea cum diſceptarent aduerſum me.*] Siue vt alij dixerunt, apud me.

i *Quid enim faciam cum ſurrexerit ad iudicandum deus: & cum quæſierit, quid reſpondebo illi? Nunquid non in vtero fecit me, qui & illum operatus eſt, et formauit me in vulua vn[9]?*] Magna humilitas ſancti viri huius, & magna futuri iudicij cogitatio.

k *Si negaui quod volebãt pauperibus, & oculos viduæ expectare feci?*] Manifeſtum eſt.

l *Si comedi buccellam meam ſolus, & non comedit pupillus ex ea: quia ab infantia mea creuit mecum miſeratio, & de vtero matris meæ egreſſa eſt mecum.*] F Manifeſtum eſt.

m *Si deſpexi prætereuntem, eo quod non habuerit indumentum, & abſque operimento pauperem. Si non benedixerunt mihi latera eius, & de velleribus ouiũ mearum calefactus eſt.*] Hoc dicto oſtendit, quemadmodũ opus miſericordiæ fieri debeat, id eſt, ne aliis auferas, vnde aliis recte dare te arbitreris. Vnde Salomon ait: Honora deum de tuis iuſtis laboribus. Et Eſaias: Ego dominus diligo iudicium, & odio habeo rapinam in holocauſtum. Prou.3.b Eſa.61.c

n *Si leuaui ſuper pupillum manum meam, etiam cum viderem me in porta ſuperiorem: humerus meus a iunctura ſua cadat, & brachium meum cum ſuis oſſibus confringatur. Semper enim quaſi tumentes ſuper me fluctus timui deum, et pondus eius ferre non potui.*] In humero, opera. In brachio, virtutis perſeuerantia, atque inſtantia bonorum operum accipi poteſt. Niſi ita eſt, inquit, irriti ante deum inueniantur omnes labores mei.

gatur. Semper enim quaſi tumentes ſuper me fluctus timui deum, & pondus eius ferre non potui. [a] Si putaui aurum robur meum, & obrizo dixi fiducia mea. Si lætatus ſum ſuper multis diuitiis meis, & quia plurima repperit manus mea. [b] Si vidi ſolem cum fulgeret, & lunam incedẽtem clare, & lætatum eſt in abſcondito cor meum, & oſculatus ſum manum meam ore meo: quæ eſt iniquitas maxima, & negatio contra deum altiſſimum. [c] Si gauiſus ſum ad ruinam eius qui me oderat, & exultaui quod inueniſſet eum malum. Non enim dedi ad peccandum guttur meum, vt expeterem maledicens animam eius. [d] Si non dixerunt viri tabernaculi mei: quis det de carnibus eius vt ſaturemur? Foris non mãſit peregrinus, oſtium meum viatori patuit. [e] Si abſcõdi quaſi homo peccatum meum, & celaui in ſinu meo iniquitatem meam. [f] Si expaui ad multitudinem nimiam, & deſpectio propinquorum terruit me, & non magis tacui, nec egreſſus ſum oſtium. [g] Quis mihi tribuat auditorem vt deſiderium meum audiat omnipotens, & librum ſcribat ipſe qui iudicat vt in humero meo portẽ illum, & circundem illum quaſi coronam mihi? Per ſingulos gradus meos pronũtiabo illum, & quaſi principi offerã eum. [h] Si aduerſum me terra mea clamat,

A a *Si putaui aurum robur meum, & obrizo dixi fiducia mea. Si lætatus ſum ſuper multis diuitiis meis, & quia plurima repperit manus mea.*] Veræ homo philoſophiæ, nullo vitio tenebatur: ſicut nunc cupiditatis & elationis cõtemptor fortiſſimus, aurum etiam pro nihili ſe habuiſſe teſtatur.

b *Si vidi ſolem cum fulgeret, & lunam incedentem clare, & lætatũ eſt in abſcondito cor meũ, & oſculatus ſum manum meam ore meo, quæ eſt iniquitas maxima, & negatio contra deum altiſſimum.*] Tantæ virtutes & tam præcipuæ nihil proſunt: quamuis quiſq; in eiſdem perpetrandis fit ſapiẽs, magnus & clarus, ſi errorũ ſtultitia teneatur. Non ſolũ, inquit, quorumcumq; idolorum culturis, verũetiam nec horum pulchritudine ac ſpecie magnorum luminum delectatus ſum: nec quaſi adorans ea inter eorũ veneratione oſculatus ſum manum meam: nec creatu-

B ram pro creatore veneratus ſum: quod in epiſtola ad Romanos ſanctus Apoſtolus deteſtatur. Rom.1.c

c *Si gauiſus ſum ad ruinã etc*] Cum magnum ſit, ſi de inimicis ſuis quis cum poſſit, non ſtudeat vlciſci: quanto apud deum ſtudioſius eſt de eorum ruina nec in corde delectari.

d *Si dixerunt viri tabernaculi mei: quis det de carnibus eius vt ſaturemur? Foris non manſit peregrinus: oſtium meum viatoribus patuit.*] Pro hoſpitalitatibus eius & virtute, qua & cęteri ſancti deo placuerunt, odium ſeruorum contraxerat.

e *Si abſcondi quaſi homo peccatum meum, & cælaui in ſinu meo iniquitatem meam.*] De his peccatis tantum, quæ cogitationibus committuntur, hoc loco mihi dixiſſe videtur: eo quod nec ipſa cælare voluerit, quandoquidem ſecretorum ſuorum intima manifeſtauerit hominibus, ſe conſenſione iniqua cuiuſlibet peccati non fuiſſe participem.

f *Si expaui ad multitudinem nimiam, & deſpectio propinquo-*

C *rum terruit me, & non magis tacui: nec egreſſus ſum oſtium.*] Ad propinquorum ſuorum perſonam deſpicientium eum, locus hic pertinet: qui ei inter miſerias calamitatum poſito, indeſinentes iniurias irrogabant: contra quos ſibi iurgantes poſuit cuſtodiam ori ſuo.

g *Quis mihi tribuat auditorem, vt deſiderium meum audiat omnipotens, & librum ſcribat &c.*] Quem librum ſanctus Iob demonſtraturus cæteris, in humero ſuo, in loco videlicet cunctis conſpicuo confert, eo quod libro pro laboris ſui meritis velut corona gloriæ coronatus, per ſingulos gradus virtutum, ſiue profectuum ſuorum incrementa ante deum recenſendo, pronuntiat.

h *Si aduerſum me terra mea clamat &c.*] Terra, caro hominis recte ſentitur. Hãc dicit beatus Iob ſibi aduerſariã nõ fuiſſe, neceſſario vtique: quoniam bene ſibi eam obediẽtem fecerat circa ornamenta virtutum. Cuius etiam ſulcos metaphoricos appellat: qui ſiuę propter bonos mores excolendos, ſiue propter continendam aquam verbi dei infuſam diuinitus terræ ſuæ, ſulci ab eo dicti ſunt: ſecundum illud pſalmiſtæ: Sulcos eius inebrians multiplica generationes eius. Agricolas autem iſtos terræ ſuæ, beatus Iob ſanctas cogitationes, vt arbitror, dixit: qui- Pſal.64.c

D bus viuus ager mentis ſuæ ſtrenue colebatur. Quorum agricolarum, ideo anima vna ab eo refertur, vt aduertamus vnum eorundem fuiſſe conſenſum. Non eſt hoc in moribus ſanctorum notabile, ſiue reprehenſibile, quando ſeipſos laudant. Non enim iactantiæ vitio detinentur, vt in ſuis laudibus gloriam humanam requirant: ſed faciunt hoc veritatis intẽtione, qua ante deum ſimpliciter ac ſynceriter viuunt. Item ad Chriſti perſonam vertitur expoſitio. Quis mihi tribuat, vt ſim iuxta menſes priſtinos & ſecundum dies, quibus deus cuſtodiebat me. In aſſumpto homine Ieſu Chriſto, id eſt, Adam ſecũdo, ſiue nouiſſimo, vox eſt Adam protoplaſti recolentis quid perdiderit, & ad quod bonum redire cupiat. Amiſerat quippe per inobedientiæ malum, immortalitatis bonum, paradiſiq; de- *Alia expoſiti cap.29.*

E litias: hanc ſibi per Ieſum Chriſtum dominum inſtaurari deſiderat. Suſcipiendo nanque in ſe dei filius hominis filium, ſuſcepit in eo & humani generis preces. Quando ſplendebat lucerna eius ſuper caput meum, & ad lumẽ eius ambulabam in tenebris. Gloriam diuinæ gratię, nomine lucernæ, qua in paradiſo floruerat, ſignificauit. Sicut fui in diebus adoleſcentiæ meæ, quando ſecreto deus erat in tabernaculo meo. Adoleſcentiæ nomine, poſſunt primordia Adæ intelligi, vel ipſa felicitas, vbi ante peccatum, iuuenili vigore, ſine vllo defectu ætatis ſemper virẽs, quaſi in diebus adoleſcentiæ fuiſſe dicitur. Quando erat omnipotẽs mecum, & in circuitu meo pueri mei. Pueri Adam, virtutes animæ intelligendæ ſunt. Pueros autem Chriſti angelos, qui miniſtrauerũt ei in diebus carnis eius: vel apoſtolos, ſiue omnes ſanctos non abſurde ſentimus. Quando lauabam pedes meos butyro, & petra fundebat mihi riuos olei. Pedes igitur Saluatoris, prędicatores veritatis: qui in vniuerſo mundo annuntiant euangelium, intelli-

F gendi ſunt. Hos igitur pedes ſuos Ieſus Chriſtus Iob noſter, lacte ſiue butyro eluit atque abſterſit, quando eos a tribulationum preſſuris ſynceros atque puriſſimos reddidit: docens eos per ſpiritum ſuum, ſimplicis innocentiæ vitam. Hoc igitur modo pedes annuntiantis pacem euangelij mundabuntur. Ne coinquinati eſſent carnalis ſapientiæ luto: petra, inquit, fundebat mihi riuos olei. Ergo petra Eccleſia, fundata ſuper Chriſtum firmiſſimã petram, de ſe gratiam ſpiritus ſancti velut riuos effundit: quod in pentecoſte, & in domo Cornelij, & in illis duodecim, ſiue in omni eccleſia declaratum eſt, & vſque hodie declaratur. Quando procedebam ad portam ciuitatis, & in platea ponebant cathedram mihi. Velut rex ergo & dominus primus ciuitatis ſuæ eccleſiæ, ad portam eius Chriſtus procedit, id eſt, ſub tẽpore initiorum eius: quando ingreſſum parans dicebat omnibus: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis. Cathedra autem eminens ſcientia Chriſti intelligenda eſt. Platea autem ciuitatis, vel quod publice prædicauerit: vel ſecundum pſalmiſtæ ſenſum eſt intelligẽda: Latum mãdatum tuum nimis. Quod non ſolum in triplicem expoſitionem, ſed etiam in diſputationem porrigitur. Videbant me iuuenes & *Matth.11.d* *Iob.29.b*



clamat, & cum ipſa ſulci eius deflent. Si fructus eius comedi abſque pecunia, & animam agricolarum eius afflixi: pro frumento oriatur mihi tribulus, & pro hordeo ſpina.

Cap.

A & abſcondebantur, & ſenes aſſurgentes ſtabant. His ſcribit Ioannes, dicens: Scribo vobis iuuenes, quia fortes eſtis, & viciſtis malignum. Hi per fidem domini, Saluatorem vident in ſpiritu, & in terra ſui corporis abſconduntur: reprimentes videlicet atque in ſe pugnando vitia cohibentes: mortificantes ſemetipſos peccatis & concupiſcentiis mundi. Hinc ait propheta: Aſcendite vos in terram. Senes vero filij conſũmati & perfecti, qui quotidie mente eleuantur ad cęlum, & ſtant in domino, fide immobilis vitæ. Principes ceſſabant loqui, & digitum ſuperponebant ori ſuo: vocem ſuam cohibebant duces, & lingua coram gutturi eorum adhærebat. In aduentu, inquit, meo omnium ſanctorum meorum prophetia concluſa eſt & ſignata: quod in Zachariæ ſilentio præfiguratum eſt. Clauſa eſt quidem prophetia in myſterio annuntiatorum: ſed in ſacramentorum myſteriis patefacta eſt. Principes & duces illius populi Iudæorum fuerunt reges, ſacerdotes & prophetæ. Siue principes & duces, potẽtes quique mundi iſtius atque eloquentes poſſunt intelligi, qui propter mendacia ſeductionis, principatus in populis tenebant. Hi in aduentu Chriſti conticuerunt. Auris audiens beatifica- *1.Ioan.2.b*

B bat me. Gentium vtique populus ad quem euangelium meum annuntiatum prædicatione peruenit. Qui pro redemptione ſua laudem deferens, beatificabat me gratias agendo. Et oculus videns, teſtimonium reddebat mihi. Populus videlicet Iudæorũ, cui per prophetas meos prędictus fueram, in præſentia aduentus mei teſtimonium reddebat mihi. Eo quod liberaſſem pauperem vociferantem, & pupillum cui non erat adiutor. Pauper hic & pupillus, ſanctorum populus eſt intelligendus, qui propter humilitatem ſpiritus contribulati, pauper eſt dictus. Pupillus vero idcirco dictus eſt: quia pater eorum pro tempore abſens eſt, qui ita loquitur: Non relinquam vos orphanos. Benedictio pueri, ſiue vt alij dixerunt, perituri, ſuper me veniebat, & cor viduæ cõſolatus ſum. Pupillus fidelis & ſanctus, puer propter reciprocatam innocentiã nuncupatus eſt. Perditus vero idem appellatus eſt: quia ſanguine domini acquiſitus eſt. Iuſtitia indutus ſum, & veſtiuit me ſicut diademate iudicio meo. Iuſtitia ergo hæc pietatis meæ, ait dominus, veſtiuit me ſicut veſtimẽto. Et diademate iudicio meo. Hoc inquam veſtimento, in quo per euangelium iuſtitia patris reuelatur: in eccleſia dicit ſe eſſe circundatum, cuius figuram habuit veſtis eius in monte clarificati. Oculus fui cæco, & pes claudo. Lumen, inquit, ſum peccatori in vitiorum ſuorum tenebris ambulãti, & in præceptorum meorum ſemitis claudicanti factus ſum greſſus. Vnde ipſe ait: Ego ſum via. Pater eram pauperum, id eſt, humilium corde. Et cauſam, *Ioan.14.c*

C quam neſciebam, diligenter inueſtigabam. Hanc igitur cauſam peccaminum miſericordia pietatis meæ indulturus, diligentiſſime perſcrutabar, vt radicem vulnerum curando perquirerem: vt peccatorem, inueſtigãte me, confitentem culpas ſuas, ab omni peccato criminis liberarẽ. Siue aliter. Neſciuit cauſas peccati dominus noſter Ieſus Chriſtus, quas ab eo Iudæi quærebant. Conterebam molas iniqui, & de dentibus eius auferebam prædam. Hunc iniquum diabolum eſſe recte ſentimus, cuius dentes ac molares ſunt ad interimendum ſæui ac truces animi motus. De huiuſmodi, inquit, dentibus velut prædam captiuam humanum genus abſtraxit, de mortis vtique illud interitu liberando. Omnes impij dentes ſunt diaboli. Poteſt & hæreticus quiſque intelligi, in cuius dentibus doctrina perſpicua ſentiatur. In molaribus vero lateant remota & ſecreta & nefanda myſteria. Dicebamque, in nidulo meo moriar: & ſicut palma multiplicabo dies.] Nidus domini Saluatoris, eccleſia eius poteſt intelligi. Hic igitur dominus, in eccleſia quaſi nidulo ſuo, quẽ ſibi feno carnis humanæ congeſſit: & in qua procreat ac fouet filios, mori dicitur: dum membra eius, quorũ ipſe caput

D eſt, vitiis ac concupiſcentiis huius ſæculi moriuntur. Sequitur. Et ſicut palma multiplicabo dies eius. Igitur poſt humilitatem eccleſiæ, quam in nidulo ſuperius dominus indicauit, gloriam altitudinis eius in palma arbore voluit oſtendere, cuius radix aſpera videtur in terra: vnde etiam nidulus appellatur: ſed comis pulchra ſub cælo, cum ex reſurrectione fuerit glorificata, palmæ celſitudinem obtinebit: id eſt, virtutũ ſuarum merita cõſequetur, quę in palma ſignificantur. Siue nidulus hic populus Iudæorum poteſt intelligi. In hoc igitur nido, pati & mori pro nobis voluit, ſicut ait Iudęis. Moriar & in eorum mentibus crucifigar, vbi ſecundum hominem conuerſatus & natus ſum: & in gentibus vbi palma victoriæ meæ, crucíſq; vexillum erectum eſt, multiplicabo dies, dicens eis. Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationẽ ſæculi. Radix mea aperta eſt ſec[9] aquas: & ros morabitur in meſſione mea.] Ita erit in nationibus radix, id eſt, fides qua mihi placeri volui, vt omnes ſancti in præteritis placuerunt, vt pateat gentium aquis, id eſt, populis, vt in me ſcilicet credant: quibus vtique in retributione æterna, ros gratiæ & muneris erit me largiẽte profluus. Siue radix charitatis meæ *Matt. vlt.*

E atque dilectionis, quæ fixa eſt in cordibus diligentium me, aperta eſt in eis ad aquas eloquiorum meorum. Gloria mea ſemper innouabitur.] Hic gloriam, eccleſiam intelligere poſſumus. Gloria quidem patris eſt filius, cui dicit pater. Exurge gloria mea, exurge. Sed aliter eccleſia gloria eſt, quæ iuſtificata eſt per gratiam. Et arcus meus in manu mea inſtaurabitur.] Arcum hunc virtutem intelligere poſſumus, qua pro eccleſia ſua vſque ad finem ſæculi pugnare non deſinit. Qui me audiebant, expectabant ſententiam: & intenti tacebant ad cõſilium meum.] Quotidie clamat Chriſtus per diſpenſatores verbi ſui: & obedientes ei, ſententiam definitionis eius expectant. Et intenti tacebant ad conſilium meum. Hoc verbo ſilẽtij, ſanctorum ſignificatur obedientia, qui tardi ſunt ad loquendum, veloces autem ad faciendum: ſiue, quia in ipſa inquiſitione legis, ſancti intẽti eſſe dicuntur. Verbis meis nihil addere audebant.] Statuta vtique & decreta non conuellentes eccleſiæ, in qua fundamentum eſt veritatis, ſtabiliant. Hæretici autem & ſciſmatici, præſumptione ſuperbię, qua præſtant cæteris, verbis domini, inuenta de corde ſuo atque ſuperflua dogmata plenitudinis ſuperponere moliũtur. Et ſuper illos ſtillabat eloquium meũ.] Senſim vtique ſermo doctrinæ meæ, diligentia mea, diligẽtium me viſcera penetrabat: in quo profectus animorum quotidie in virtutibus intelligendus eſt. Vbi quaſi a parua ſtilla principiorum, peruenitur ad vitam plenam perfectionis, tanquam ad pluuiam cordis, terram ſuam copia ſaturantem. Expectabant me quaſi pluuiam, & os

F ſuum aperiebant quaſi ad imbrem ſerotinum.] Omnes ſancti antiqui, Saluatorem in carne venturum expectauerunt: & omnes nunc pariter ad iudicium venturum indubitanter expectant: ad cuius imbrem ſerotinum, id eſt, euangelium, ora cordium ſuorum nunc ſitientes aperiunt: quia miliora ſunt, vt Eccleſiaſtes ait, nouiſſima ſermonis, quam initium eius. Si quando ridebam ad eos, nõ credebant: & lux vultus mei non cadebat in terram.] Id eſt, Iudæi non credent mihi hilari pietate futurę beatitudinis lætitiam, & æterna gaudia promittenti: & peccatores pro reatu conſcientiæ ſuæ, vix credent miſericordiæ meæ: & ſibi ſalutem dari poſſe præ magnitudine criminum deſperabunt: cum ego conuertentibus ad me maiora quam ſpe poſſint capere, collaturus ſum. Et lux vultus mei non cadebat in terram.] Gratia, inquit, præſentiæ meæ, qua mundo vniuerſo innotui, illuſtro corda fidelium, quia ego ſum lux mundi: & quicquid promiſero cuſtodientibus pactum meum, irritum non erit: ſed totum in tempore retributionis implebitur. Si voluiſſem ire ad eos, ſedebam primus. Cumque ſederem quaſi rex *Eccleſ.5.a*

A circunſtante exercitu, eram tamen mœrentium conſolator.] Ita ſentiendum eſt: qui cum apud ſanctos ſuos magnus & excelſus habitet, qui & angeli plerumque dicuntur, *Alia expoſitio cap.30.* & de quibus ſecundum aliam editionem dicit: Eram quaſi rex concinctus fortibus: compunctos tamen & cõtritos corde non deſpexit. Nunc autem derident me iuniores tempore.] Legimus in euãgelio, quemadmodum irriſus eſt & illuſus. Quorum non dignabar patres ponere cum canibus gregis mei.] Ego canes in bonam partem dictos exiſtimo, qui gregem domini a beſtiis ſpiritualibus vigilando defendunt. De quibus dicit propheta. *Eſa.36.d* Canes muti nõ valentes latrare. Iudæorum quoque patres, qui ſunt vtique ſacerdotes & principes, paſtorali ab eis quippe ablata dignitate: nõ poſui, ait dominus, cum ſanctis greges ouium meorum cuſtodibus, ob malitiam infidelitatis ſuæ, ne ſacerdotio fungantur mihi, abieci eos. *Matth.21.d* Quod etiam in euangelio dicit. Auferetur a vobis regnũ dei, & reliqua. Vbi iam incipit tollere panem filiorum, & mittere canibus: ſicut ad eum in euangelio ſub typo eccleſiæ dicitur. Nam & catelli edunt de micis, quæ cadũt de menſa dominorum ſuorum. Quorum virtus manuum erat mihi pro nihilo.] Hæc virtus manuum erat Iudæorum, vt mãdatis ſeniorum & obſeruationibus deſeruirent. Siue in tempore paſſionis domini, poteſt hic locus intelligi ita, vt virtus operum prædictorum vſque ad mortem Saluatoris peruenerit. Vel ita intelligendum: cum ei vitam flerent finitam eſſe per crucem, triumpho

B reſurgentis ex mortuis, ad nihilum conatuum peſſimorum virtus redacta eſt. Et vita ipſa putabantur indigni, egeſtate & fame ſteriles.] Vitiorum ſuorum & criminum turpi egeſtate effecti, & fame eloquiorum dei facti ſteriles & mendici: vita inſuper præſenti indigni ſunt habiti, ſicut propheta ait ad deum. *Pſal.58.e* Diſperge illos in virtute tua. Vnde nunc in medio nationum ſunt velut captiui, vitam ducentes degenerem. Qui rodebant in ſolitudine, ſqualentes calamitate, & miſeria, & mandebant herbas, & arborum cortices, & radix iuniperorum erat cibus illorũ.] Plerumque vbi deus non habitat, id eſt, non colitur, ſolitudo ſiue eremus appellatur: in qua ſecundum Apocalypſim *Apoc.17.a* mulier, id eſt, corruptela ſedere dicitur. Mandere enim ſiue rodere, opus eſt dentium: quoniã vox articulata, dentibus & plectro linguæ efficitur: ideo his verbis, doctrina prædictorum ſignificatur, qui populos tanquã herbas & infructuoſarum arborum radices mãdendo atque rodendo, in errores ſuos multiplices, velut in ſuum corpus traiiciunt. Etenim paſci ſe arbitrantur, ſi ab hominibus quos ſolet ſcriptura arbores appellare, quicquid habent vitale ſubtraxerint. Radicibus iuniperorum nihilominus aluntur: arborum ſcilicet longa ætate viuentiũ, & in quarum lignis multo diutius ignis quam in cæteris durat. Iſta ſunt ligna, quæ arceuthina appellantur. Sub arborum harum vocabulo, magnos quoſque nomine in

C populo Iudaico intelligere poſſumus, quorum prædicti doctores intima viſcerum depaſcuntur, furando eis prædicatione legis præteritæ, bonum gratiæ Chriſti. Qui de conuallibus iſta rapientes, cum ſingula reperiſſent, ad ea cum clamore currebant.] De conuallibus vtique herbas vt fures, quod alij tranſlatores dixerunt, & arborum cortices, rapiunt. Non enim eos quos herbas, cortices, & radices arborum per ænigmatis ſimilitudinem intelleximus, in excelſis locis atque ſimilibus potuerunt inuenire: ſed in conuallibus humilibus ſcilicet locis, & in inferiora depreſſis, vbi ſignificati ſunt carnales populi Iudæorum: quorum intellectus in occidentis literæ ſenſus, velut in inferioribus commoratur. Hinc eos primores eorum depopulantur, dum cæci cæcis ducatum prębent. In deſertis habitabant torrentium, & in cauernis terræ, vel ſuper glaream: qui inter huiuſcemodi lætabãtur &c.] Non tantum in deſertis prædictorum, vbi cultura dei nõ erat, morabantur: ſed etiam in cauernis terræ, & ſuper glaream: per quam puto carnaliter legem intelligendam, vbi nihil pingue ſpirituali ſenſui admiſcetur, quo poſſet fœcunditate vbertatis, per fidem filios ſanctitatis, matre

D gratia procreare: & ob hoc in cauernis terræ eſſe perhibentur, terrenis videlicet ſenſibus inhærentes. De quibus flens dicit Apoſtolus, inimicos crucis Chriſti. *Phil.3.d* Aliter. Torrentes ſunt peccatores, qui in hoc mare ſæculi per deſerta notitiæ defluunt: hi ergo in cauernis ſenſuum commorantur, eorumque delectantur officiis ad peccandũ: ipſi ſunt feneſtræ domus, per quas mors ingreditur. Siue cauerna ſerpentis, eſt pectus noſtrum quando in eo venenata conſilia, mortiferos actus recondimus. Ipſi vero ſimiliter ſuper glaream habitant, qui terram ſuã, nulla ſermonum dei diligentia colunt, vt accepta vbertate pinguedinis, poſſint fructus facere ſanctitatis: Qui inter huiuſcemodi lætabantur, & eſſe ſub ſentibus delitias computabant.] Inter hæc mala quæ ſunt dicta ſuperius, ita exultantes gaudio viuunt, tanquam ſi quærerent virtutes. Filij ſtultorum & ignobilium & in terra penitus non parentes.] Ita enim & de eorum patribus, propheta iam ante prædixerat. Generatio praua & peruerſa, populus *Pſal.77.a* ſtultus & non ſapiens, alienati a terra viuentium. Nunc in eorum canticum verſus ſum, & factus ſum eis prouerbium.] Id eſt, in primo ſermone, & in eorum ore ego ſum, & ab eis in delectatione obtrectationis aſſumor. Abominantur me, & fugiunt a me, & faciem meam ſpuere non verentur.] Faciem vero conſputam domini Saluatoris, ipſa paſſio eius nobis in euangelio manifeſte demonſtrat. Pharetram enim ſuam aperuit & af. me, & frenum po. in ore m.] Hic pharetra, diabolus intelligi poteſt.

E Et quoniam credimus Saluatorem verum hominem aſſumpſiſſe, non abſurdum eſt, vt credamus quod & dolores corporis voluerit in paſſione ſentire: ſecundum illud prophetæ. *Eſa.35.d* Ipſe infirmitates noſtras ſuſcepit, & pro nobis dolet. Et frenum poſuit in ore meo.] Illatas contumelias patientia demonſtrauit: ſicut ipſe filius in pſalmo ait ad patrem. *Pſal.70.a* Quoniam tu es patientia mea domine. Et in euangelio, interrogatus Ieſus non reſpondit. *Ioan.19.b* Ad dexteram orientis calamitates meæ, illico ſurrexerunt.] Id eſt, de voluntate patris, ad cuius dexteram filius ſedet. Vel hoc ait, quod ad filium dei etiam ad eam partem, qua impaſſibilis eſt, contumelia paſſi hominis aſſumpti peruenerit: ſecundum Apoſtolum dicentem. *1.Cor.2.b* Si enim cognouiſſent, nunquam deum maieſtatis crucifixiſſent: quoniam ipſe eſt dextera patris, manus & brachium, per quem facta omnia gubernantur: & diſcipuli magis de dextris illius erant, quem in tempore paſſionis dereliquerunt. De quibus ait. *Pſal.141.a* Conſiderabam ad dexteram, & non erat qui cognoſceret me. Pedes meos ſubuerterunt & opreſſerunt.] Quaſi fluctibus ſemitis ſuis diſſipauerunt itinera mea. Inſidiati ſunt mihi, & præualuerunt, & non fuit qui ferret auxilium: quaſi rupto muro & aperta ianua, & ad meas miſerias deuoluti ſunt. Pedes, humana ſubſtãtia, quam crucifixerunt, intelligi poteſt: vel certe euangelizandi officium.

F In fluctibus, amaros Iudæos, erga prædicatores euangelij, & inquietos eſſe demonſtrat. Diſſipauerunt etiam itinera mea.] Prophetarum meorum oraculis, aduentus mei in carne illis præſentiam pollicebar, & in viſionibus reuelationum ſæpe veniebam ad eos. Hæc vtique itinera mea, incredulitate atque impietatis ſuæ ſcelere diſſipauerunt. Poſſunt etiam pedes eius, prædicatores, vel apoſtoli eius intelligi. Et non fuit qui ferret auxilium: quia & ipſi diſcipuli relicto eo fugerunt. *Matth.26.f* Quaſi rupto muro, & aperta ianua irruerũt ſuper me, & ad meas miſerias deuoluti ſunt, id eſt, per necem meam in ruinam ſuã lapſi ſunt, vt quaſi truculentiſſimi hoſtes & ferociſſimi, irruptis ciuitatum munitionibus, domibuſque effractis, in necem meã omnes pariter proſilirent. Miſeriæ autem paſſiones ſunt, flagella, illuſio, probra, alapæ, ſputa, colphi, ſpinæ, & ignominia crucis. Redactus ſum in nihilum.] Iudæi deſpiciẽtes eum, pro nihilo habuerunt. Abſtuliſti quaſi ventum deſiderium meum, & quaſi nubes pertranſiit ſalus mea.] Vetus, præſens hæc vita poteſt intelligi, quæ plerumque venti ſiue ſpiritus nomine appellatur. Ex perſona ergo veteris hominis ſuſcepti in deo, homo Ieſus Chriſtus hęc loquitur.



A loquitur. Deſiderium vero veteris hominis illud erat, ne vitam hanc temporalem amitteret, quod ipſe dominus proximus paſſioni demonſtrat, dicens ad patrem. *Matth.26.d* Tranſeat a me calix iſte. Verum, inquit, nõ quod ego volo, ſed quod tu. Nunc autem in memetipſo areſcit anima mea: & poſſident me dies afflictionis. Dies afflictionis eius, dies ſunt paſſionis. Inde ait Saluator in euangelio. Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem. Nocte os meum perforatur doloribus: & qui me comedunt, non dormiunt.] Nocte, quia veſpere captus, per totam noctem ſcribis & principibus ſub interrogatione quæſtionis auditus eſt. Vel noctem triſtitiæ & paſſionis, ait dominus apoſtolos: qui propter dilectionis & charitatis meæ fortitudinem oſſa dicuntur, aculeis doloris, timoriſque compuncti, vſque ad negationis noxam perforati ſunt, id eſt, penetrauit virtutem animi eorum titubatio fidei, vt ad horam tentationis in charitatis ſoliditate mutarent. Illi vero qui me vſque ad mortem perſequendo videntur conſumere non dormiunt, id eſt, omni vigilantia mentis inſiſtunt, vt ad me deuorandum perueniant. In multitudine eorum conſumitur veſtimentum meum.] Conuenientibus in vnum Iudæis, caro mea iniuriis, clauis, cruce, morte confecta eſt. Et quaſi capitio tunicæ cinxerunt me.] In necem meam omnes vndique me velut extrangulantes circundederunt: & vt me præfocarent in morte, tanquam ora capitij, fortibus videlicet laqueis, falſorum te-

B ſtimoniorum me cinxerunt, & intra paſſionem meam & crucem, quaſi intra tunicam me incluſerunt. Comparatus ſum luto, & aſſimilatus fauillæ & cineri.] Per mortem quam volens ſuſcepi, comparatus ſum vilibus, & peccato obnoxiis, atque in Adam dei ſententia condemnatis, cum ipſe peccator non ſim, neque ita vt omnes peccatores fuerim natus. Clamo ad te, & non exaudis me: ſto, & non reſpicis me.] Ita & in viceſimoprimo pſalmo, in cruce clamauit ad patrem. Deus meus, & reliqua. Et clamabo per diem & non exaudies, & cætera. Hæc igitur verba dicuntur ex perſona crucifixi: ſicut & alia quæ iam dixi ſuperius. Clamabo inquit, per diem ad te, id eſt, in rebus proſperis huius vitæ, vt non mutentur: nec exaudis, qui verbis delictorum clamabo, & in nocte: id eſt, in aduerſis vitæ huius clamabo, vt proſperentur, & ſimiliter non exaudies. Neque hoc ſatis ad inſipientiam mihi: ſed potius vt ſapiam quid clamare me velis, non verbis delictorum ex deſiderio temporalis vitæ, ſed verbis conuerſionis ad te in vitam æternam. Mutatus es mihi in crudelem, & in duritia manus tuæ aduerſaris mihi.] Dum pater vnico filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum: crudelitatis ſpecies videbatur, quod erat piæ diſpenſationis affectus. Eleuaſti me, & quaſi ſuper ventum ponens eliſiſti me valide.] Quod eſt, eleuaſti in cruce, & non credentibus Iudæis me alliſiſti.

C Scio quia morti trades me, vbi conſtituta eſt domus omni viuenti.] Quia ante domini reſurrectionem, etiam iuſti in inferni partibus fuiſſe creduntur. Vere non ad conſumptionem eorum emittis manum tuam: & ſi corruerint, ipſe ſaluabis.] Ad hoc vtique morti trades me, vt non conſumantur debita pœna, qui diuina ſententia morti æternæ ſunt deputati: ſed potius mea morte ſaluentur. Quod autem dicit. Si corruerint, ipſe ſaluabis. Poſt gratiam baptiſmi, remedium ſalutis delinquentibus, per pænitentiam repromittit. Flebam quondam ſuper eum qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi.] Duabus autem de cauſis Saluator Hieruſalem deflebat. Vna eſt, qua pro conuerſis flens patrem orabat. Alia vero eſt, qua pro non credentibus dolens flebat: præuidens vtique vt deus ob incredulitatis duritiam perditionem eorum. Et compatiebatur anima mea pauperi.] Quomodo animę ſanctę in ſcripturis pauperes appellantur, non habentes ſuperbiæ ſpiritum, vel peccata tanquam mundi huius diuitias. Ita econtrario omnes peccatores, pauperes nuncupantur: eo quod ſuperbiæ ſpiritu tumeant & ſint inopes ſanctitate: de quibus in pſalmo canitur. *Pſal.106.a* Sedentes in tenebris, & in vmbra

D mortis: vinculis ligatos in mendicitate & ferro. Ad deflendos huiuſmodi pauperes, vt pote diues in miſerationibus deus ex affectu miſericordiæ triſtitiam ſuſtinebat: Expectabam bona, & venerunt mihi mala.] Expectabam ergo per patiẽtiam, vt bonum conuerſionis eorum gaudens, ſuper correctos perciperem. Sed illi diuitias bonitatis meæ, *Rom.2.a* & longanimitatis per contumaciam contemnentes, theſaurizauerunt ſibi iram in die irę, & reuelationis iuſti iudicij mei. Hæc igitur mala eorum, ad conſpectum meum ventura ſunt, vt reddam vnicuique ſecundũ opera ſua. Præſtolabar lucem, & eruperunt tenebræ.] Lucem in eis fidei, & ſanctorum operum præſtolabar, & infidelitatis eorum ac vitiorum tenebræ præualuerunt. Interiora mea efferbuerunt abſque vlla requie.] Siue quod dolore tactus, intrinſecus animus eius ſolicitudine & anxietate ferbuerit, ſuper eorũ perditione: ſiue quod verbo, carne facto, & habitante in homine Ieſu Saluatore noſtro, interiora eius, id eſt, animæ illius motus ſine ceſſatione, diuino igne feruebant. Præuenerunt me dies afflictionis.] Dies afflictionis, dies iudicij erunt, in quibus prędictam gentem iudicaturus ſum. Sed tamen nunc & in hoc tempore nimiis ſceleribus ſuis præuenerũt me, vt ſecundum iuſtum iudicium meum reddam eis, ſicut poſtea accidit in paſſione, quando a Romanis Hieruſalẽ templumque ſubuerſum eſt. Mœrẽs incedebam: ſine furore conſurgens in tenebris clamabam.] Sine aliquo vti-

E que iracundiæ furore erat: quoniam donare atque concedere peccata eorum aduenerat, non punire. Ait etiam euangeliſta. *Ioan.7.f* Stabat Ieſus & clamabat. Qui ſitit, veniat ad me & bibat. Frater fui draconum, & ſocius ſtruthionũ.] Iudæos in euangelio, dominus ſerpentes frequenter appellat & viperas, ita dicẽs. *Matt.23.d* Serpentes, genimina viperarũ. Et propheta ait. *Eſa.59.a* Oua aſpidum ruperunt, cum malorum generationem multiplicari videret. *Deut.32.* Item. Furor draconũ vinum eorum, & furor aſpidum inſanabilis. Sed idcirco fratrem eorum ſe nuncupauit: quoniam de eorum genere ſecundum carnem eſt procreatus, de quibus in pſalmo ait. *Pſal.68.b* Socer factus ſum fratribus meis, & hoſpes filiis matris meæ. Et quia ſecundum præſentem vitam, qua dum hic mortalis fuit, inter eos eſt conuerſatus ſtruthionum ſe ſocium dixit, id eſt, in eadem gente ſua cum ſtultis & inſipientibus habitauit, ſicut ipſe dominus ait in euangelio. *Matth.3.b* Stulti & cæci. Cutis mea denigrata eſt ſuper me.] In cute, carnem ſuam, id eſt, Iudæa gentem ſuam, vnde Saluator carnem aſſumpſit, a parte totum dixiſſe intelligendus eſt. Quod autẽ ſuper me, ait, denigrata eſt cutis mea, ita eſt, velut ſi diceret: propter me, id eſt, in perſona mea, odio perſecutionum & ſcelere blaſphemiæ, peccatorum etiã infandorum criminibus, tetra ac nigra effecta eſt caro generis mei, & quaſi Æthiopiſſa colorem nigredinis non amittens: & eo eſt infelicior, quod hanc nigredinem noctis & tenebrarum, nõ in ſuperficie corporis, ſed in corde contraxit.

F Vnde ait dominus per prophetam. *Tren.2.d* Nocti aſſimilaui matrem veſtram. Et oſſa mea aruerunt præ caumate.] Oſſa corporis eccleſiæ, cuius caput eſt Chriſtus: ſancti quidem omnes, ſed præcipue apoſtoli intelligendi ſunt, quorum ſanctitatis robore atq; virtute, omnia mẽbra infirmiora eccleſiæ ſuſtinentur. Horum igitur adeps pinguiſſimus charitatis, nimio perſecutionis æſtu in paſſione Saluatoris exæſtuauit. De quibus ipſe dominus in pſalmo. *Pſal.101.a* Et oſſa mea ſicut cremium aruerunt. Item in alio pſalmo. *Ibid.21.c* Sicut aqua effuſus ſum, & diſperſa ſunt omnia oſſa mea, vt ait euangeliſta. *Matt.26.f* Et relicto Ieſu fugerunt diſcipuli. Sed ruſum per cõfeſſionem nominis eius charitate illius vberrima impinguati ſunt, vt nullo poſtmodum quantolibet feruenti caumate perſecutionum fides Chriſti in eis, & bonum charitatis areſceret. Verſa eſt in luctum cithara mea, & organum meum in vocem flentium.] In cithara & organo, lætitia & exultatio intelligitur: quam Chriſtus ſe habere demonſtrat, quando ſuper ſalute credentium delectatur, ſicut ipſe in euangelio ait: *Luc.15.a* vbi parabolam centum ouium ponit, de quibus vnam ait periiſſe, & inuenta ea ait. Amen dico vobis,

A quia plus gaudebit ſuper eam, quam ſuper cæteras nonagintanouem. Itemque cum renuntiaſſent apoſtoli domino: quia in nomine eius plurimę ſanitates per eoſdem factæ fuiſſent, ait euangeliſta. In illa hora exultauit Ieſus in ſpiritum. Hæc ergo muſicorum nomina, cordis ſignificāt lætitiam, quę ſuper infideliū obduratione, verſa eſt in triſtitiam, ſicut de eodē domino ait euangeliſta. Et contriſtatus eſt ſuper duritiā cordis eorū. *Matth.16.e* Ea vero quę ſequūtur vſque ad finem parabolæ, quæ ſecundum virtutem ſancti Iob ſuperius expoſuimus, iam confeſſi ſumus nō poſſe nos ſecundum myſticos intellectus diſſerere. Si autem quis poſſit illa allegoricæ interpretationi rationabiliter coaptare, aſſenſum præbere me fatebor.

CAP. XXXII.

a *Omiſerunt autem tres viri iſti reſpondere* Iob, *eo quod iuſtus ſibi videretur.*] Cedentibus aduerſariis, Iob poſt B multa prophetiæ ſuæ myſteria, & ipſe finit ſermonem. Quod autem dictum eſt: omiſerunt autem tres viri iſti reſpondere Iob, eo quod iuſtus ſibi videretur, ſcriptor hiſtoriæ huius, ex ſenſu reſpondentium dixit, eo quod iuſtus ſibi videretur, non ex iudicio ſuo, cum referret vel ſcriberet, quæ in præconiū tanti viri ſtilo hæc ſuo poſterorum memoriæ commendabat.

b *Et iratus indignatuſque eſt Heliu filius Barachiel Buzites de cognatione Ram.*] De progenie & generatione Huz & Buz filiorū Nachor & Melchæ, ſororis Sarę vxoris Abraham, naſcitur Iob & Heliu. De Huz Iob naſcitur, & de Buz hic Heliu: vnde & Buzites dicitur, qui fuit ſicut hic ſcribitur filius Barachiel. *Num.22.d* Hunc igitur Heliu doctiſſimi ſcripturarū dicunt ipſum eſſe Balaam hariolum, quem in Numerorum libro Balach rex Moabitarum ad Iſraelem maledicendū conduxerat: & hæc ſcriptura refert, quod hic Heliu de cognatione fuerat Ram: & hunc Ram Abraham eſſe intelligamus, de cuius cognatione & familia Heliu fuerit procreatus. Hinc vtique fratris ſui Nachor poſteritas proculdubio Abrahæ cognatio erit: vbi qui hunc li- C brū ſcribit, quem Hebręi Moſen autumant, in generationis Heliu nominibus nobilitatē natiuitatis ei⁹ voluit demonſtrare. Quod autem in hoc libro Ram, quaſi partito ſiue diuiſo nomine ſanctus Abrā dicitur, ita & in diuerſis locis ſcriptura dei, ſecundum incrementa in eo diuinæ gratiæ nominat. Vnde quando Ram dicitur, habeatur excelſus: quādo vero Abram, proficiens in virtutibus, pater excelſus ſit. Item cum fides eius gentibus ad dominationem pręponitur, Abraham, id eſt, pater multarum gentiū appelletur. Hic igitur Heliu, ſicut apparet, ſecundum bonum naturæ, homo iuſtus videtur fuiſſe, qui & ſpiritum habuit prophetiæ: ſed puto non eodem modo vel eadem gratia vt ſancti prophetæ. Vnde & ipſe dominus ad ſanctum Iob de eo locutus eſt: *Iob.38.a* Quis eſt iſte inuoluens ſentētias ſermonibus imperitis? quod eſt, improperij verbis atque inordinatis ſermonibus, ſenſus propheticus narratur: vbi non reprobat dominus, quod Heliu loquitur: ſed quod præpropere ab eo dicitur, hoc reprehēdit. De hoc, inquā, Heliu & ſuis ſimilibus, & in principio libri huius diximus, quod prophetię myſterio, vſi ſint etiā qui exorbitauerant a vera religione: quia & illis dedit deus verbū ſuum, vt myſteria futura pronuntiarent hominibus: vbi D maxime fides & admiratio gentiliū pendet, vt qui noſtris nolunt credere prophetis, credāt ſaltē diuinis & vatibus ſuis. Hunc itaque Heliu, qui eſt Balaam, figuram habere gentium diximus, aduerſantium Chriſto, ſicut & illos amicos beati Iob, hæreticorum figuram. Quod autem ait: finita ſunt verba Iob, poſſumus intelligere tanquam dixerit: firmiſſime ſtabilita ſūt, verba diuina, & irrita eſſe nō poſſunt, quæ vſque ad æternam promiſſionem fideliter credentes perducunt. Iſti vero qui iuſtum virum & ſempiternum, pręſumptione adinuentorum dogmatum audent diſcutere, æterno quādoque ſilentio cōticeſcent. Quod autem Heliu duobus nominibus vocitatur, nō eſt mirū, familiare eſt hoc ſcripturæ diuinæ, vt Salomon Idida, & cognatus Moſi dictus eſt Ietro & Raguel, & Petrus Simon. Vnde nō paruam obſcuritatem hæc varietas nominum ſolet legen- E tibus exhibere.

c *Iratus eſt ergo aduerſum Iob, eo quod iuſtum ſe eſſe diceret coram deo. Porro aduerſum amicos eius indignatus eſt, eo quod non inueniſſent reſponſionem rationabilem, ſed tantummodo cōdemnaſſent Iob.*] Videtur mihi quod hæc pri⁹ geſta ſunt, quæ hic legimus, quam illa quæ in Numeris de hoc ipſo Heliu, ſiue Balaam facta referuntur. Hic igitur Heliu, qui ait, Iob & amicos eius ſe expectaſſe loquentes, honoris ac reuerentiæ cauſa oſtendit ſe feciſſe quod fecit: ſenioribus ſcilicet deferendo. Iam hic ipſius Heliu verba ſunt, ita dicentis.

d *Iunior ſum tempore, vos autem antiquiores: idcirco demiſſo capite, veritus ſum &c.*] Dicit hoc ſibi magis videri, quia ſpiritu agantur homines, quibus deus omnipotēs ſapientiæ ſuæ inſpirationem tribuerit: quod in ſuggillationē prædictorū quaſi ex obliquo dicit, veluti ſibi ſoli hoc ſapientiæ bonum conceſſum ſit. Notādum quod hic Heliu per quattuor locutiones, ſicut textus lectionis docet, ſibi ipſi ſuccedit: per quas ſingulas, vel priorum reſponſa, quaſi eruditius retractare: vel ſingula loca aſperius a ſancto Iob dicta, coram ipſo deſtruere conatur. F Nam poſt præfationē copioſam, in prima locutione ſua, de ſancti Iob verbis hæc poſuit, ita inquiens. Mundus ſum ego, & abſque delicto immaculatus, & non eſt iniquitas in me. Quia querelas in me reperit, ideo arbitratus eſt me inimicum ſibi. Poſuit in neruo pedes meos, & cuſtodiuit omnes ſemitas meas. In ſecunda locutione, verba Iob ita poſuit, dicens. Iuſtus ſum, & deus ſubuertit iudicium meum. In iudicando enim me, mendacium eſt: violenta ſagitta mea abſque vllo peccato. Tertia locutio eius ita habet: eodem Heliu dicente ad Iob. Dixiſti enim, non tibi placet quod rectum eſt, id eſt, deo dixiſti, ait: quid tibi prodeſt ſi ego peccauero? Quarta vero locutio Heliu continet, quod pro deo locuturus, operatione ſua, deum iuſtum probare diſponat: quod vſque in finem quarti huius ſermonis ſui inter prophetiæ ſuæ myſteria acerrime, & cum ſumma inſtantia proſequitur, & non deſiſtit.

e *Ideo dicam, audite me, oſtendam vobis etiam ego meam ſapientiam &c.*] Quoniam veſtra mihi iam facta eſt manifeſta. Hoc ironicos ab eo dici, non dubium eſt: & ideo quia ſuperius riſorie prudentiam dixerat amicorum Iob, ſequitur id aperte dicens.

CAP. XXXII.

a Omiſerunt autem tres viri iſti reſpondere Iob, eo quod iuſtus ſibi videretur. Et b iratus indignatuſque eſt Heliu filius Barachiel Buzites, de cognatione Ram. c Iratus eſt autem aduerſum Iob, eo quod iuſtum ſe eſſe diceret coram deo. Porro aduerſum amicos eius indignatus eſt, eo quod non inueniſſent reſponſionem rationabilem, ſed tantummodo condemnaſſent Iob. Igitur Heliu expectauit Iob loquentem, eo quod ſeniores eſſent qui loquebantur. Cum autem vidiſſet quod tres reſpondere non potuiſſent, iratus eſt vehementer. Reſpondenſque Heliu filius Barachiel Buzites, dixit. d Iunior ſum tempore: vos autē antiquiores: idcirco demiſſo capite, veritus ſum indicare vobis meam ſentētiam. Sperabam enim quod ætas prolixior loqueretur, & annorum multitudo doceret ſapientiam. Sed vt video, ſpiritus eſt in hominibus: & inſpiratio omnipotentis dat intelligentiam. Non ſunt lōgæui ſapiētes, nec ſenes intelligunt iudicium. Ideo e dicam, audite me,





A a *Et donec putabam vos aliquid dicere &c.*] Nullam, inquit, aduerſum me Iob habuit diſputationem: ſed neque ego illum, quemadmodum vos facitis, maledictionibus victorum, & opprobriis aggredior.

b *Quoniam igitur expectaui &c.*] Proinde & ego Heliu ait: pro viribus meis reſpondere tentabo, & oſtendam vobis meam & Iob pariter ſcientiam: quod ex iactantia vanitatis dicere eū ſatis apparet, cum ſubiungit.

c *Plenus ſum enim ſermonibus &c.*] Iuxta anagogen ventrē ſuum aut vterum, καταχρηστικῶς ipſam memoriam ſuā dixit: eo quod pene oēs ſermones Iob & amicorum eius, aliquādiu diſceptrātium velut cibos intra capacitatē ſuæ memoriæ cōgregauerit.

d *Non accipiam perſonam viri, & deum homini non æquabo.*] Iuſti iudicij mei, inquit, ſententia hæc eſt, vt nec homini parcam, vera dicendo: B nec deo iniuriam faciam, vt eum iniuſte aliquid contendam feciſſe.

CAP. XXXIII.

e *Audi igitur* Iob *eloquia mea, & omnes ſermones meos auſculta.*] A domino ita deſpicitur Heliu, cum ait de eo, quis eſt iſte? Indignum enim erat atque præpoſterū vt vir magnus, deoque placidus, etiam ſi vt homo in aliquo deliquiſſet, ab ipſo corriperetur, qui longe a vera religione eſſet. Sed ſi mouet forſitā quempiam, quia Heliu multa de Saluatoris temporibus futura prædixit, quæ vt prophetiam ſuſcipiamus. Sciat quiſquis eſt, quem hoc mouet, illa quæ ſpiritu dei prędicta ſunt, ſuſcipienda a nobis & credenda. Hæc vero quæ elatione cordis ab eo deprōpta ſunt, C reprobanda: quoniā de propriis ſuis, vt diabolus locutus eſt, non ex deo.

f *Spiritus dei fecit me, et ſpiraculum omnipotentis viuificauit me.*] Vt det auctoritatem ſe audiendi, ita locutus eſt, quod non poſſit non recta & vera dicere, is qui ſpiritu dei factus ſit, & omnipotētis ſpiraculo animatus, vbi trinitatis deum intelligere debemus. In deo enim nominat patrem: in omnipotente, filium: in ſpiritu, ſpiritum ſanctum. Trinitatis enim deus creauit omnia: ſed quādo hominem fecit, propria & ſpeciali quadam ſignificatione nominum, per diuerſam operum nuncupationem ſe voluit demonſtrare, ita legiſlatore dicente. *Gen.1.d.* Et creauit deus hominem, ad imaginem dei creauit eum: maſculum & feminam fecit eos. Itemque. Et fecit deus D hominem de limo terræ: & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viuentem: vbi in faciente & inſpirante, vel etiam benedicente, ſine vlla diſcretione vel diſſonantia voluntatis, operatam trinitatem ſentire debemus. Non enim refert aliquid vel diuerſum intelligere facit, verbum creauit, inſpirauit, & benedixit, vbi ſecundum naturæ vnitatem, vna eſt voluntas opuſque commune.

g *Si potes, reſponde mihi, & aduerſus faciem meam conſiſte.*] Prolaturus verba eius, reſponſionem depoſcit, vt ſub blandimento quodā & conſolatione ſimulata, minarū terrorem incuteret, quo perturbatus Iob, facile multiloquio ipſius cederet.

h *Dixiſti ergo in auribus meis, & vocem verborum tuorum audiui. Mundus ſum ego, & abſque delicto immaculatus, & non eſt iniquitas in me.*] Quod ergo Heliu ait ad Iob. Hoc eſt ergo in quo non es iuſtificatus: id eſt, accuſare de- E bueras te, non laudare, non illud dicere: mundus ſum, ſine peccato, & immaculatus: iniquitas quoque non eſt in me. Hoc eſt, inquam, in quo non eſt iuſtificatus: quia iuſtificatio per humilitatem acquiritur. Laus vero elationis condemnationem meretur. Potuit quidem vt vir iuſtus, & de ſanctis operibus ſuis ſibi bene cōſcius, audenter aliqua quæ vera ſunt, deo dicere: non potuit tamen hæc quæ ei Heliu falſo obiicit, velut ſacrilegus loqui. Denique illa, quæ dixiſſe Iob dicit, ita inquiēs.

i *Quia querelas in me reperit, ideo arbitratus eſt me inimicum ſibi. Poſuit in neruo pedes meos, &c.*] Non legimus hæc Iob dixiſſe, quæ vtique ex ſenſu eius, quaſi a ſancto Iob dicta, ſuis hic verbis compo- F ſuit. Vnde hunc potius non recte verba dicere nouerimus, quam eūdem ſanctum Iob dixiſſe credamus.

k *Reſpondebo tibi o Iob: quia maior ſit deus homine. Aduerſus eum contendis, quod non ad omnia verba reſponderit tibi. Semel loquitur deus, & ſecundo idipſum nō repetit. Per ſomnium &c.*] Ab ipſo principio mūdi, & deinceps ſemper locutus eſt de⁹ hominibus, & ſemel nihilominus loquitur: ſed vbi frequenter loqui dicitur deus, vel lex eius multiplex: vel prophetarum & mādatorum eius diuerſitas indicatur. Vbi vero ſemel loqui ſignificatur, ſtabilita ac definita eius ſententia demonſtratur. Loqui enim deum efficientiæ eius res intelligitur. Semel loquitur deus, & ſecundo idipſum non

me, oſtendam vobis etiam ego meam ſapientiam. Expectaui enim ſermones veſtros, audiui prudentiam veſtram, donec diſceptaremini ſermonibus veſtris: & a donec putabā vos aliquid dicere, conſiderabam. Sed vt video, non eſt qui poſſit arguere Iob, & reſpondere ex vobis ſermonibus eius. Ne forte dicatis: inuenimus ſapientiam, deus proiecit eum, non homo. Nihil locutus eſt mihi, & ego nō ſecundum ſermones veſtros reſpondebo illi. Extimuerunt, nec reſponderunt vltra: abſtuleruntque a ſe eloquium. b Quoniam igitur expectaui, & non ſunt locuti, ſteterunt, nec vltra reſponderunt: reſpondebo & ego partem meam, & oſtendam ſcientiam meam. c Plenus ſum enim ſermonibus, & coartat me ſpiritus vteri mei. En venter meus quaſi muſtum abſque ſpiraculo, quod lagunculas nouas dirumpit. Loquar, & reſpirabo paululum: aperiam labia mea, & reſpondebo. d Non accipiam perſonam viri, & deum homini non æquabo. Neſcio enim quamdiu ſubſiſtam, & ſi poſt modicum tollat me factor meus.

CAP. XXXIII.

e Audi igitur Iob eloquia mea, & omnes ſermones meos auſculta. Ecce aperui os meum, loquatur lingua mea in faucibus meis. Simplici corde meo ſermones mei, & ſententiam labia mea puram loquētur: f Spiritus dei fecit me, & ſpiraculum omnipotentis viuificauit me. Si g potes, reſponde mihi, & aduerſus faciem meam conſiſte: ecce & me ſicut & te fecit deus, & de eodem luto ego quoque formatus ſum. Veruntamē miraculū meum non te terreat, & eloquentia mea non ſit tibi grauis. Dixiſti h ergo in auribus meis, & vocem verborū tuorum audiui. Mundus ſum ego, & abſque delicto immaculatus, & non eſt iniquitas in me. i Quia querelas in me reperit, ideo arbitratus eſt me inimicum ſibi. Poſuit in neruo pedes meos, cuſtodiuit omnes ſemitas meas. Hoc eſt ergo in quo nō es iuſtificatus. k Reſpondebo tibi: quia maior ſit deus homine. Aduerſus eum contendis, quod non ad omnia verba reſponderit tibi. Semel loquitur deus, & ſecundo idipſum non repetit. Per ſomnium in viſione nocturna, quando irruit ſopor ſuper homines, & dormiunt in lectulo, tunc aperit aures virorum: & erudiens eos, inſtruit diſciplina,

vt

vt auertat hominem ab his quæ fecit, & liberet eum de ſuperbia, eruens animam eius a corruptione, & vitam illius vt non tranſeat in gladium. [a] Increpat quoque per dolorem in lectulo, & omnia oſſa eius marceſcere facit. Abominabilis ei fit in vita ſua panis, & animę illius cibus ante deſiderabilis. Tabeſcet caro eius, & oſſa quæ tecta fuerant, nudabuntur. Appropinquabit corruptioni anima eius, & vita illius mortiferis. Si fuerit pro eo angelus loquens vnū de ſimilibus, vt annuntient hominis æquitatem, miſerebitur eius, & dicet: Libera eum, vt non deſcendat in corruptionem. Inueni in quo ei propitier. [b] Cōſumpta eſt caro eius a ſuppliciis, reuertatur ad dies adoleſcētiæ ſuæ. [c] Deprecabitur deum, & placabilis ei erit: & videbit faciem eius in iubilo, & reddet homini iuſtitiam ſuam. [d] Reſpiciet homines, & dicet: Peccaui, & vere deliqui: & vt eram dignus nō recepi. [e] Liberauit animā ſuam ne pergeret in interitum, ſed viuens lucem videret. Ecce hæc omnia operatur deus tribus vicib⁹ per ſingulos, vt reuocet animas eorum a corruptione, & illuminet luce viuētium. [f] Attende Iob, & audi me: & tace dum ego loquor. Si autem habes, quid loquaris, reſponde mihi. Loquere: Volo enim te apparere iuſtum. Quod ſi non habes, audi me: tace, & docebo te ſapientiam.

## CAP. XXXIIII.

[g] PRonuntians itaque Heliu, etiam hæc locutus eſt. [h] Audite ſapientes verba mea, & eruditi auſcultate me. Auris enim verba probat, & guttur eſcas guſtu diiudicat. [i] Iudicium eligamus nobis, & inter nos videamus, quid ſit melius: quia dixit Iob: iuſtus [k] ſum, & [l] deus ſubuertit iudicium meum. In iudicando

A repetit, id eſt, non immutat deus, niſi hoc ipſum vitæ noſtræ mutatio depopoſcerit. Hoc loco de duobus quibuſdā correptionum gradibus Heliu diligēter enarrat & dicit: quod eruditio diuina, vel caſtigatio circa hominē & in noctis viſionibus fiat, itemq; in lectulo: vnde ait. Cōtabeſcere faciat hominē, donec ad vitæ huius extrema perueniat. Et cum ab aliquo ſancto pro eo fuerit interuētum, vt fecit Eſaias pro Ezechia rege, reſtituatur priſtinæ ſanitati. Et ait in ſubſequentibus, quod tribus vicibus hæc circa hominē operetur, id eſt, euidēter, & probabiliter, & confirmatiuo modo: vel propter trinumeri perfectionem, vel propter trium teſtium veritatē. Quo genere etiā patientiā dei, clementiamque ſignificat: quæ nō ſtatim, ſed per partes, & per vices caſtigat & arguit delinquentē: vbi ei nec pręceptis veritatis iudiciū, nec B inutilis remiſſio, nec iniuſtitiæ imputatur iniquitas.

Eſa.38.

a *Increpat quoque per dolorem in lectulo.*] Siue vt alij dixerunt, acceſſit vſque ad mortē anima eius, & omnia oſſa eius marceſcere facit. Cum per hæc itaq; correctus homo atque cōſumptus, morti & infernalibus miniſtris appropīquauerit: ſi fuerit quiſpiam ſanctorum, qui nomē ſancti angeli habere mereatur, is pro huiuſmodi, qui pro peccatis ſuis a deo ita corripitur, poterit impetrare: ſi tamen de multis operibus bonis, quæ operari debuerat, ſaltē vnum bonū opus eius, quod tanquā ſacrificium pro eo placabile offerat deo, valuerit inuenire. Exaudiet, inquit, & iubebit, vt prædictus ad correptionē infernorum cruciatuum nō C deſcendat, eo quod vir magnus quidā extiterit: cuius preces deus non potuerit non audire. Et angelus quilibet de cælo aſſiſtēs ante faciē dei, poteſt pro quolibet peccatore in flagellis caſtigationum poſito intercedere: ipſis enim eſt cura iniuncta a deo, vel maxime vt diuerſis hominibus vel nationibus, defenſionis ſiue cuſtodiæ ſuæ opem ferāt. De quibus Apoſtolus. Nonne omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſteriū miſſi, propter eos qui hæreditatem capient ſalutis? Exemplum autem rerum præſentium, de quibus nunc loquimur, in ſcripturis dominicis retinemus: vbi legimus, in ſomnis homines fuiſſe correptos, vt Nabuchodonoſor regem ſuperbiſſimum, & Laban, qui parentis ſui Iacob, interitū diſponebat: & Abimelech regē, qui ſancti Abrahæ domum cōtaminare tentabat: & vxorem Pilati, quæ ait ad eum de domino noſtro Ieſu Chriſto. Nihil tibi & iuſto illi: multa enim paſſa ſum per ſomnium propter eū. Et magi in euangelio in ſomnis admoniti per aliam viam egrediuntur. Fideles etiam viri a deo in ſomnis inſtruuntur, vt Iacob patriarcha, & alios legimus infirmatos eſſe propter peccata: de quibus illum paralyticum fuiſſe diſcimus, cui ait dominus: Remittuntur tibi peccata tua. Legimus & ſanctos ægros fuiſſe, vt Trophimū & Epaphro-

Hebr.1.d
Dan.4.
Gen.31.
Ibid.20.
Matth.7.
Ibid.14. b
Gen.28.c
Matth.9.a
2.Tim.4.

D ditum, quos vtique velut iuſtos tali caſtigatione examinatos credere debemus: non vt peccatores infirmitatis verbere flagellatos. Sequitur.

b *Conſumpta eſt caro &c.*] Recepit, inquit, mala pro meritis ſuis, & ſuppliciorū atque pœnarum menſuram, ſufficiant hæc ei verbera caſtigationis, quibus reuocatus eſt ad emendationem: nunc indulgentia diuinæ pietatis, ad dies adoleſcentiæ reuertatur, id eſt, ſit iterum ſanus atque incolumis.

c *Deprecabitur &c.*] Quod interim corde fit, cum per deum bonum conſcientiæ poſſideatur. Videbit autem dei faciē propitiū ſibi vultū illius ſentiēs, redditurus ei digna ſatisfactione iuſtitiā.

d *Reſpiciet hom. &c.*] Magna res eſt, deoq; plurimum acceptabilis, vt homo errores ſuos confiteri nō erubeſcat, præſertim ſi pro eis ſe intelligat caſtigari: & ita ſe humiliet, vt quicquid caſtigationis ſuſtinuerit, pro meritis ſuis parū ſe paſſum pronuntiet. E

e *Liberauit animā ſuam ne pergeret in interitū, ſed viuens lucē videret.*] Ideſt, agnitionis dei lucem & immenſa beneficia illuminatus agnoſceret.

f *Attende Iob & audi me, & tace dū ego loquor.*] Quaſi hac ratione Heliu ſanctum Iob cōuicerit, ait illi: Audi me, id eſt, docenti te obediens eſto, & præbe conſenſum. Quod autē dicit, vt taceat, eloquentem & tāquam minus eruditum, vel impatientem iubet vt ſileat.

CAP. XXXIIII.

g *PRonuntians itaque Heliu, etiā hæc locutus eſt.*] Quaſi ſententiā Heliu pronuntiare dicitur, & præſentes amicos ſancti Iob ad audiendum ſe cohortatur.

h *Audite ſapientes verba mea, & eruditi auſcultate me. Auris enim verba probat, & guttur eſcas guſtu diiudicat.*] Quemadmodū igitur, inquit, a faucibus ciborū ſapor dinoſcitur: ita & verba, auriū iudicio cōprobāt. Et idcirco ait Heliu. F

i *Iudicium eligamus nobis.*] Id eſt, prius diſcutiamus, antequam hominem condemnemus.

k *Quia dixit Iob, iuſtus ſum.*] Non ſermonem hunc Iob dixit: ſed dum virtutes iuſtitiarum ſuarum notas fecit, iuſtum proculdubio ſe eſſe monſtrauit, quem & dominus iuſtum iam dixerat. Quod hic dicitur.

l *Deus ſubuertit iudicium meum.*] Similiter & hoc ipſum non legimus, ſed ſcriptum tenemus: Viuit deus, qui abſtulit iudicium meum. Subuertere autē iudicium, ad iniquitatē reſpicit iudicantis: abſtuliſſe vero iudicium, ideſt, pro tempore diſtuliſſe, ad diſpenſationem iuſti iudicis pertinet. Et multiplicauit vulnera mea etiam ſine cauſa. Proinde hoc loco aſſerente Heliu, hic eſſe ſenſus videtur, quod cum Iob ita dixerit, fefellit deum iudicium meum, non recte & vere iudicauit: & ideo erga me mendacio agitur. Quæ autem locutus eſt Iob, magis incaute & præſumens de iuſtitia dei dixiſſe credendus eſt: Proinde iuſte ei & merito deus ait: Vtique qui arguit deum

Soph.3.c



iudicando enim me, mendacium eſt, & violenta ſagitta mea abſque vllo peccato. [a] Quis eſt vir vt eſt Iob, qui bibit ſubſannationem quaſi aquam: qui graditur cum operantibus iniquitatem, & ambulat cum viris impiis? Dixit [b] enim: Non placebit vir deo, etiam ſi cucurrerit cum eo. [c] Ideo viri cordati audite me, abſit a deo impietas, & ab omnipotente iniquitas. Opus enim hominis reddet ei, & iuxta vias ſingulorum reſtituet eis. Vere enim deus non condemnabit fruſtra, nec omnipotens ſubuertet iudicium. [d] Quem conſtituit alium ſuper terram, aut quem poſuit ſuper orbem quem fabricatus eſt? [e] Si direxerit ad eum cor ſuum, ſpiritum illius & flatū ad ſe trahet. Deficiet omnis caro ſimul, & homo in cinerem reuertetur. [f] Si habes ergo intellectum, audi quod dicitur, & auſculta vocem eloquij mei. Nunquid qui non amat iudicium, ſanari poteſt? Et quomodo tu eum qui iuſtus eſt, intantum condemnas? Qui dicit regi apoſtata, qui vocat duces impios. [g] Qui non accipit perſonas principū, nec cognouit tyrannū, dum diſceptaret contra pauperē. Opus enim manuum eius ſunt vniuerſi. [h] Subito morietur, & in media nocte turbabuntur [i] populi, & pertranſibunt & auferent violentū abſque manu. Oculi enim eius ſuper vias hominū, & omnes greſſus eorū cōſiderat. [k] Non ſunt tenebræ, & nō eſt vmbra mortis, vt abſcōdantur ibi qui operātur iniquitatem. [l] Neque enim vltra in hominis poteſtate eſt, vt veniat ad deū in iudicium. [m] Cōteret multos & innumerabiles, & ſtare faciet alios pro eis. [n] Nouit enim opera eorū: & idcirco inducet noctem, & cōterentur. Quaſi impios percuſſit eos in loco videntium. [o] Qui quaſi de induſtria receſſerunt ab eo, & omnes vias eius

A deum, debet reſpondere ei, in quibus vtique verbis dei increpatur. Hoc reſonat quod beatus Iob non recte aliqua ſit locutus: ſed qui optime nouerat, quod bona in eo plurima eſſent: vnde & illi placuerat, concedit ea quæ immoderatus eum loqui in ſummis anguſtiis dolor cōpulit.

a *Quis eſt vir vt eſt Iob, qui bibit ſubſannationem quaſi aquā.*] Cuius viſcera tāquam aquæ abundantia, veneno huius paſſionis impleta ſunt.

b *Dixit enim: Nō placebit etc.*] Inuidioſe de eo ſanctū Iob locutum fuiſſe mētitur: quia beatum Iob tam infeliciter ſapuiſſe non credimus: ſed nec alicubi eum hoc dixiſſe meminimus.

c *Ideo viri cordati audite me.*] Quaſi expoſita impietate ſancti Iob, & in medio audientium prolata in inuidiā Iob, quaſi impia ſit locutus.

d *Quem conſtituit alium ſuper terram &c.*] Id eſt, nunquid alium rectorem poſuit, qui a B creatoris iuſtitia diſcreparet. Ipſe ergo quam potens conditor, tam pius eſt moderator: quia opus ſuum agnoſcit & diligit.

e *Si direxerit ad eum cor ſuum: ſpiritum illius & flatum ad ſe trahet.*] Id eſt, mundi: nam ſi omnia: quę in eo quotidie geruntur, ſecūdum regulam iuſtitiæ ſuæ voluerit intueri, deficiet ac peribit: ſed eum pietate potius gubernat ac ſuſtinet. Nam ſi iniquitatem obſeruauerit, quis ſuſtinebit? Spiritum dixit animam, quæ viuificat hominem, & flatum, ipſam præſentem vitā, quæ corporibus noſtris per anhelitum ex hoc aere miniſtratur. Hęc ergo Heliu dicit ad ſe trahere deum, cū aufert hominibus vitā, quā eis creando tribuerat. Poſſunt per ſpiritum prophetię hæc loca ita videri figurata, C vt nunc in Chriſto cōpleantur, quando diſpēſatione carnis aſſumptæ, pater eundem filium ſuum, per quem omnia fecit, ad hunc mundum ex ſuo eructuatum corde direxerit, vt ſpiritum eius & flatum ad ſe traheret, id eſt, vt auferret ab eo, per humilitatem crucis, ſpiritum, id eſt, ſuperbiam ſpiritus mundialis: flatum quoque tumentis eloquij, quo anhelans gloriabatur in ſermonibus ſuis. Sic quoque homo in ſe repreſſo tumore deficeret, ac reuertens in ſeipſum, cognoſceret ſe terram eſſe, & cinerem: vbi ſecundum moralem intelligentiam, illud de pſalmo ſentimus: Et auferes ſpiritum eorum, & deficient, & in terram ſuam conuertentur. Poſtea ergo quam de virtute dei & iuſtitia prædictis locutus eſt, Heliu ſe rurſum ad Iob conuertens, dicit.

Pſal.129.a
Pſal.103.d

f *Si habes ergo intellectum, audi quod dicitur, & auſculta vocem eloquij mei. Nunquid qui non amat iudicium, ſanari poteſt? Et quomodo tu eum qui iuſtus eſt, intantum condemnas?*] Manifeſtum eſt, inquit: quia is qui iuſte & recte iudicare non diligit, neque ſanare a vitiis animam, neque corrigere quenquā poteſt: & quomodo tu ſanator es lāguorum noſtrorum qui iniquitates notare præſumis?



g *Qui non accipit perſonas principum, nec cognouit tyrannum cū diſceptaret contra pauperem.*] Secundū myſticos intellectus, principes iſti Iudæorum ſcribæ & phariſæi & ſacerdotes poſſunt intelligi, quos in euangelio increpat. Tyrannum vero eundem populum Iudæorum, non ab re eſſe ſentiamus, qui contra cœtum ſanctorum eccleſiæ, pauperem, humilem ſpiritu, contritum corde, reiiciendo hodie diſceptat: quod facere & tempore apoſtolorum non deſinebat, quando per omnes ciuitates cōtra eos pugnas & ſeditiones agebat. Hos igitur vt infideles & impios dominus non cognoſcet, quibuſque etiā manifeſte dicturus eſt: Nō noui vos: Diſcedite a me omnes qui operamini iniquitatem. Sequitur, dicente Heliu de his, de quibus dicit ſuperius. D

Matt.7.d

h *Subito morientur, & in media nocte.*] Secūdum ſenſum apoſtoli eſt, qui ait iſtud de filiis tenebrarū: Cum enim dixerint pax & ſecuritas, tūc repētinus eis ſuperueniet interitus. Mediā vero noctem dictā ideo exiſtimo, eo quod in profunda cordis cæcitate poſiti, ſpiritualiter moriāt. E

1.Theſſ.5.a

i *Turbabuntur populi, & pertranſibunt, & auferent violentū abſque manu.*] Secūdum pſalmiſtā: Cum viderit, inquit, iuſtus vindictam impiorum, exemplum videlicet peccatorum hominum pertimeſcens, manus ſuas lauabit in ſanguine peccatoris. Hoc igitur modo turbabūtur populi, qua perturbatione terram ſenſibilē legimus conturbatam, ſicut propheta ait ad deū: Commouiſti terrā, & conturbaſti eam: ſana cōtritiones eius, quia mota eſt. Sic enim quaſi boni viatores ad futurum ſæculū pertranſibunt, vbi locus non erit impio: aliter nullum habebit adiutorium violentus, quo defendi vel erui poſſit a pertrahentibus eum ad ſupplicium mortis. F

Pſal.57.b
Pſal.59.a

k *Non ſunt teneb. & nō eſt vmb. &c.*] Siue vt alij dixerunt in fine huius verſiculi: vt latitēt qui faciunt iniquitatem. Quod vtrunq;, ſecundum illum pſalmiſtæ ſenſum eſt, ita dicentis: Quo ibo a ſpiritu tuo, & a facie tua quo fugiā?

Pſal.138.b

l *Neque enim vltra in hominis poteſtate etc.*] Id eſt, ſi habuerit in poteſtate vt veniat, poteſt habere vt non veniat.

m *Cōteret multos & innum. &c.*] Vt de Heli ſacerdote & Samuele, Saul & Dauid Iudæorum populo & gentium.

1.Reg.2. & 3.
Ibi.15. & 16.

n *Nouit enim opera eorū, & idcirco inducit noctem, & conterentur.*] Sub his quoque verbis Heliu ſignificaſſe potuit ob merita ſua Iudæos nocte infidelitatis excæcandos, vt cōterantur & humilientur: ſicut propheta & apoſtolus ait: Dedit illis deus ſpiritum compunctionis.

Rom.11.b

o *Qui quaſi de ind. etc.*] Omnes enim peccatores & impij cōtra inditū ſibi bonū naturæ agūt: ſicut Apoſtolus ait: Qui cū cognouiſſent deū, nō ſicut deū glorificauerunt. Vbi autē cognouerunt deum, niſi inſpiratione & iudicio mentis? Vbi ergo deo gloriam ſuam habuerunt contemptui: vbi ab ea contra ſuam conſcientiam receſſerunt,

Rom.1.c

A omneſque vias mandatorum dei, quas ſuis cordibus habent ingenitas, noſſe & intelligere detrectarunt: cum hominibus quoque ita impie & iniuſte egerunt, vt ad deum pauperum oppreſſorum clamor aſcenderit. Siue Iudæos impios atque incredulos percuſſit deus in loco vidētium, id eſt, in lege, Moſaica: vbi prophetæ q̃ videntes dicti ſunt, inhabitabant. In ipſa itaq; ſpe legis, & promiſſorum compoſitione tāquam in quodam vidētium loco iuſte percuſſi a deo ſūt, intantum vt oratio illius qui propter nos pauper factus
2. Cor. 8.b eſt, cum eſſet diues, aſcenderet ad deum: Diſperge illos
Pſal.58.c in virtute tua. Siue viuentes ſunt omnes, qui in Chriſto ex fide viuunt, in hac enim ſpe poſiti, mente contemplantur futuram beatitudinem. In hoc igitur loco, vbi quaſi fide ſtantes ſunt, quidam ſub fidei huius vocabulo, habent ſpeciem pietatis,
B virtutē autem eius ſunt abnegantes. Hi ipſi igitur, qui
1.Tim. 3.a hæretici intelliguntur, in loco dei male ſtantes, a deo percutiuntur, apoſtolis & eccleſiarum doctoribus, id eſt, pauperibus Chriſti, contra eos reſiſtentibus, & ad deum clamantibus.

a *Ipſo enim concedente pacem, quis eſt qui condemnet?*] Propheta ait ad populū: Orate
Baruch 1.b pro vita Nabuchodonoſor, vt illius pace ſit pax vobis. Siue pacem eccleſiæ & quietem ipſe concedit, quando non ſurgunt aduerſus eam pugnæ perſecutionum: ſiue quando hæreticorum lites, & ſcandala conquieſcunt. Nec non contra vitiorum bella quietis & pacis ſilentium ipſe donat, quando deuictis eis, & velut acerrimis hoſtibꝰ expugnatis, pax fit in homine ſumma virtutum. Quod autem ait.

C b *Ex quo abſconderit vultum ſuum, ſiue faciem ſuā &c.*] Hoc eſt, quod niſi ipſe dignatus fuerit ſe homini reuelare, quis eſt qui poſſit eum ſuis viribus intueri, vel perſcrutando ad maieſtatem eius accedere?

c *Qui regnare facit hominem hypocritam &c.*] Quod maniEſa.3.a feſte in Saule rege apparuit, & ſicut dominus ait: Auferam de Hieruſalem iudicem & prophetam, & ſapientem & conſiliarium: & dabo puero principes eorum, & effeminati dominabuntur eis. Et Nabuchodonoſor iuſto iudicio dei, multa regna, & plurimas nationes accepit. Poteſt & diabolus homo iſte intelligi, qui perdita angelica dignitate, hominis nomen ſortitus eſt: de quo dominus
Matth.13.d ait in euangelio: Inimicus homo hoc fecit. Hypocrita
2.Cor.11.c vero & ſimulator ideo eſt appellatus, quoniam transfigurat ſe in angelum lucis, cum ipſe potius auctor ſit tenebrarum, id eſt, omnium criminum, & peccatorum inuentor.

d *Quia ergo ego &c.*] Quaſi in iudicio conſtitutum, permittit eum interloqui, vt ſi quid forte ſibi eſt dicendum, non taceat.

e *Si erraui, &c. vltra non addam.*] Id eſt, non loquar.

f *Non quid a te deus expetit &c.*] Tu dixiſti, quod iniquus eſſet deus: quia a te iniquitatem & iniuſtitiam vitæ, iniuſta correptione exigeret, cui neceſſe eſſet iniuſte afflictū contra eum loqui iniuſta: & ob hoc inquis diſplicuit tibi deus, dum eius iuſtitiam qua te punit inſontem, non vis veram eſſe iuſtitiam. D

eius intelligere noluerunt, vt peruenire facerent ad eum clamorem egeni, & audiret vocē pauperum. [a] Ipſo enim concedente pacem, quis eſt qui condemnet? [b] Ex quo abſconderit vultum, quis eſt qui contempletur eum? Et ſuper gentes, & ſuper omnes homines. [c] Qui regnare facit hominem hypocritam, propter peccata populi. [d] Quia ergo ego locutus ſum ad deum, te quoque non prohibebo. [e] Si erraui, tu doce me. Si iniquitatem locutus ſum, vltra non addam. [f] Nunquid a te deus expetit eam, quia diſplicuit tibi? Tu enim cœpiſti loqui, & non ego. Quod ſi quid noſti melius, loquere. [g] Viri intelligentes loquantur mihi, & vir ſapiens audiat me. [h] Iob autem ſtulte locutus eſt, & verba illius, non ſonant diſciplinam. [i] Pater mi, probetur [k] Iob vſque [l] ad finē. Ne deſinas ab homine iniquitatis, [m] qui addidit ſuper peccata ſua blaſphemiam. [n] Inter nos interim conſtringatur, & tunc ad iudicium prouocet ſermonibus ſuis deum.

## CAP. XXXV.

[o] IGitur Heliu hęc rurſum locutus eſt: Nunquid æqua videtur tibi tua cogitatio, vt diceres: iuſtior deo ſum? Dixiſti enim: Non tibi placet quod rectum eſt: vel quid tibi proderit, ſi ego peccauero? Itaque [p] ego reſpōdebo ſermonibus tuis, & amicis tuis tecū. Suſpice [q] cælum, & intuere, & contemplare æthera quod altior te ſit. Si [r] peccaueris, quid ei nocebis? Et ſi multiplicatæ fuerint iniquitates tuæ, quid facies cōtra eū? [ſ] Porro ſi iuſte egeris, quid donabis ei, aut quid de manu tua accipiet? [t] Homini q̃ ſimilis tui eſt, nocebit impietas tua, & filiū hominis adiuuabit iuſtitia tua. [u] Propter multitudinem calumniatorum clamabunt,

g *Viri intelligentes loquantur mihi, & vir ſapiens audiat me.*] Heliu ſanctū Iob deſpiciēs, cōuertit ſe ad eos qui comminus aſſiſtebant: & ita de beato Iob definite pronuntians, ait ad eos.

h *Iob autem ſtulte locutus eſt, & verba illius non ſonant diſciplinam.*] Manifeſtum eſt.

i *Pater mi.*] Quia ab ipſo eſt homo creatus & conditus. Probetur Iob, inquit Heliu, nō examinetur: quod ſolet ad probationem eruditionis referri.

k *Probetur Iob.*] Id eſt, manifeſtetur: probatū ſit omnibus cūctiſque pateat Iob qualis ſit ante te probatur, E inquam, Iob.

l *Vſque in finem.*] Id eſt, inſit ī eo iugiter plaga flagelli huiꝰ, neq; deſinas infligere pœnas operantibus iniquitatē.

m *Qui addidit ſuper peccata ſua blaſphemiam.*] Id eſt, ſuper hoc quod peccator eſt, addit ad cumulum peccatorū, vt in blaſphemiæ crimen erumpat: propter quod mala hæc cruciatuum ſuſtinet.

n *Inter nos interim conſtringatur, & tunc ad &c.*] Condēnetur inter nos interim, ne & nobis in iniuſtitiam reputetur, abſque crimine noſtro erit, ſi poſtmodum deum prouocare tentauerit.

CAP. XXXV.

o I*Gitur Heliu hæc etc.*] Fieri poteſt, quod de ſermonibus vbi aſperius locutꝰ eſt ad deum, quam forſitan debuit, aliqua inde hic Heliu deſcripſerit: & verborum ſuorum inuidioſe, quaſi ſenſus illius dicere voluerit. F

p *Reſpondebo ſermonibus &c.*] Pro eo quod nō potuerunt ei rationabiliter reſpondere.

q *Suſpice ad cælū etc.*] Id eſt, cui te æquare præſumis? Hoc ait Heliu, q̃ deū corporaliter locis cōtineri arbitrabat̃, ꝙ in excelſis tantū atq; ī ſublimibꝰ deus dominus cōmoret̃.

r *Proinde ſi pec. etc.*] Quod ita dixiſſe mihi videtur: non enim te peccante, deo damni aliquid infertur: aut ſi pro multitudine peccatorum tuorum vlciſci te voluerit, nūquid poteris ei contraire?

ſ *Porro ſi iuſte &c.*] Hinc Dauid dicit: Quoniam bonorum meorum non eges. Pſal.15.a

t *Homini qui ſimilis &c.*] Id eſt, homini nocere poterit impietas tua, ſi male agentem te æmulatus fuerit: quemadmodum filium hominis iuſtitia tua adiuuabit, ſi vias tuas cum recte incedis, imitetur.

u *Propter multitudinem calumniatorū &c.*] Sub hac qualitate diſputationis ſuæ, Heliu ſanctum Iob talibus admiſcet, eiſque ſimilem iudicat, dum calumniatores & tyrannos, iniquos homines nominat: quorū calumniis & potentia, homo & filius hominis oppreſſi ingemiſcunt. Et modo ſpiritualiter hunc hominē & filium hominis, populum



A pulum ſanctum non abſurde ſentimus: qui propter vnitatem totius corporis eccleſiæ, homo vnus dicitur, ſicut Apoſtolus ait, & ſecundum pſalmiſtam filius hominis
Pſal.79.c. appellatur, ita dicētem: Fiat manus tua ſuper virum dexteræ tuæ, & ſuper filium hominis quem confirmaſti tibi. Poteſt hoc & de inuiſibilibus inimicis dici, qui occulta impugnatione vitiorum, mentibus dominantur: propter quod fideles eiulantes in oratione ad deum dicūt: Eripe me de inimicis meis deus meus.

a *Et non dixit, vbi eſt deus qui fecit me?*] Quando vtique affligebant prædictos, quos ſibi per iniquam dominationem deo permittente ſubegerāt: ita vt hi ſub tanta neceſſitate preſſurarum poſiti, eiularent, & clamarent ad deum: illi non intenderunt animo, neque intenderunt in cælum, vt ſaperent quod deo conditori ſuo hæc omnia diſplicerent. Non dixit
B inquā apud ſemetipſam talia multitudo iniquorum, ſiue dæmonum.

b *Vbi eſt deus qui fecit me etc.*] Hoc ait Heliu. Cum ergo iuſtos & recte viuētes a ſupradictis, deus tribulari permittat: conſolationem tamen eis in nocte tribulationum concedit. Nox enim ipſa tribulatio intelligitur, ſecundū
Pſal.16.a illud pſalmiſtæ: Probaſti cor meum, & viſitaſti me nocte: ſicut & proſperitas aliquando dies dicitur: quoniam
Pſal.120.b qui in proſperis eſt, quaſi quadam felicitate illuminatur. Vnde ait in pſalmo: Per diem ſol non vret te, neque luna per noctem. Tantam, inquit Heliu tolerantiam, iuſti homines a deo accipiunt, vt etiam in nocte tribulationis, hymnorum ſpiritualium canticis delectentur. Canticum ergo ad exultationem cordis, vel maxime pertinet. Proinde hæc exultatio de ſpe futuri gaudij naſcitur in corde canentium, & faciunt more viatorum: quia ipſi vt viatores & peregrini tranſeunt per hunc mundum, qui vt ad deſtinatum ſibi locum, ſine labore perueniant, cantico fatigationem itineris conſolantur ac ſubleuant. Et iuxta
Ephe.3.b & Col.1.d myſticos intellectus, noctem, ſecretum quoddam, ac diuinæ diſputationis remotum ſilentium intelligamus, quod aliis ſæculis, ſicut Apoſtolus ait, nō fuit reuelatum
C filiis hominum. Quæ nox ſit in quattuor vigilias diſtributa, vt a principio mundi vſque ad Chriſtum dominum noſtrum hanc noctem dicamus, vt ſit prima vigilia noctis huius, ipſe Adam primus & pater hominum: per cuius cōditionem euigilet animus humanus, vt credat creatorem omnium rerum deum. Secunda vero vigilia ſit tēpore Noe, quo naufragium mundi factum ſit, vt euigilent homines, ne & ipſi intereant. Tertia autem vigilia ſancti Abrahæ temporibus habeatur: per quem cognoſcat mundus, quemadmodum ſit fide viuendum, & deo placendum. Quarta vero vigilia ſit circa tempora prophetarum, qui auroræ & lumine diei appropinquantis, viciniores fuerunt: quique in ipſum Chriſtum proximū ſibi diem pene electam noctem, fidei oculis intendebāt. In hac igitur nocte per ſingula tempora prædictorum, ſiue prophetis, ſiue ſignificationibus de Chriſto læta gaudioque plena prænuntiata ſunt. Itemque ad illam comparationem futuræ reuelationis filiorū dei, vbi gloriam æterni illius diei percepturi ſunt, & in re ipſa beatitudinē poſſeſſuri: nox eſt præſens hæc vita, cui fructus ſui in futurū abſconditi ſunt: & ideo adhuc nox eſt, quia nōdum D vides quod ſperas. Proinde in hac nocte expectationis, hymni & cantica ſcripturarū dicta ſunt nobis, donec diſcuſſa nocte fidei ad diem æternæ māſionis perueniamus.

c *Qui docet nos ſuper iumenta &c.*] Docet in communibus eruditum, ſubtilioribus: docet non ſolū per naturæ dona, ſed etiam per gratiæ munera. Secundum tropicum vero intellectum, iumenta, homines carnales plerumq; intelliguntur, qui gulæ, & ventri, & luxurię dediti ſunt. Alij autem volatilibus comparantur, ſiue propter leuitatem morum, ſiue propter ſuperbiā, qua tumentes quaſi in altum, eleuantur. Vnde dicit Apoſto[lus]: Noli altum Rom.11.c ſapere, & dominus in euangelio: Quia quod eſt in hominibus altum, abominatio Luc.16.d eſt ante deum. Nam in Græco ſuperbum ὑπερηφάνης dicitur, quod eſt ſuperapparens, vt elatā mentem hominis, tumidamque ſignificet. E

d *Ibi clamabunt &c.*] Quod dixit, ibi clamabunt: fortaſſis ſignificare voluit locum pœnarum, vbi non exaudiēdi ſunt peccatores, propter ſuperbiam malorum: ſiue vt alij dixerunt, ab iniuriis malorum: quia mali, bonis & iuſtis inſectationis iniurias irrogare non deſinunt.

clamabunt, & eiulabunt propter vim brachij tyrannorum. [a] Et non dixit: vbi [b] eſt deus qui fecit me? qui dedit carmina in nocte. [c] Qui docet nos ſuper iumenta terræ, & ſuper volucres cæli erudit nos. Ibi clamabunt, [d] & non exaudiet, propter ſuperbiam malorum. [e] Nō ergo fruſtra audiet deus, & omnipotens cauſas ſingulorum intuebitur. [f] Etiam cum dixeris: non conſiderat iudicare coram illo, & expecta eum. Nunc [g] enim non infert furorem ſuum, nec vlciſcitur ſcelus valde. [h] Ergo Iob fruſtra aperit os ſuum, & abſque ſcientia verba multiplicat.

## CAP. XXXVI.

[i] ADdens quoque Heliu hæc locutus eſt: Suſtine me paululum, & indicabo tibi. Adhuc enim habeo quod pro deo loquar. [k] Repetam ſciētiam meā a principio, & operatorem meum probabo iuſtum. Vere enim abſque mendacio ſermonis mei, & perfecta ſcientia probabitur tibi. [l] Deus potētes non abiicit, cum & ipſe ſit potens: ſed non ſaluat impios, & iudiciū [m] pauperibus tribuit. [n] Non auferet a iuſto oculos ſuos, & reges in [o] ſolio collocat in perpetuum, & illic eriguntur. [a] Et

e *Non ergo fruſtra audiet deus &c.*] Hoc ait, quod peccatores perſiſtentes in malis ſuis, nō audiat deus: quoniā ſine cauſa vtique ad eū clament, qui non merentur audiri.

f *Etiam tum dixeris &c.*] Quando vides o Iob, quia non ſtatim deus reddit peccatoribus quæ merentur, noli puſillanimitate frangi, vt in blaſphemiam erumpas, & dicas deum iniuſtū, ſiue iniquum: ſed iudicare cum eo debes, id eſt, iudiciis eius conſentire, non contra eum, præſumptuoſo iudicio tuo in eius iniuriam profilire.

g *Nunc enim non infert furorem ſuum &c.*] Quoniam igitur ſtatuit diem, in quo iudicet de orbe terrarum, idcirco in hoc tempore vindictam iuſtitiæ ſuæ non generaliter exercet. Et hoc totum in exprobrationem ſancti Iob loquitur, quem velut reum criminum in hoc malum pœnarum, dei ſentētia pro parte condemnat. Vnde ſcribit cui reſtent plurima, quæ adhuc ſit poſtmodum recepturus. F

h *Ergo Iob fruſtra aperit &c.*] Iuxta hæc conuictum ſanctum Iob Heliu arbitratur, & quadam verborum ratione concluſum.

CAP. XXXVI.

i A*Ddens quoque Heliu hæc locutus eſt: &c. habeo quod pro deo loquar.*] Id eſt, pro iuſtitia & cauſa dei.

k *Repetam ſcientiam meam &c.*] Et in hoc quarto ſermone ſuo, de ſingulari iuſtitia domini, profundo nimium & copioſo ſermone proſequitur: vbi multa arcana in obſcuro ſacramentorum recondita, & longe remota myſteria dicere videtur.

l *Deus potentes non abiicit &c.*] Hæc eſt iuſtitiæ eius immēſitas, & naturæ bonæ voluntas, vt nulli inuideat: quia nemo ei quamuis potens ſit, poteſt coæquari.

m *Et iudicium pauperibus &c.*] Iuxta iuſtitiæ æquitatis ſuæ tenorem. Sanctos autem & innocētes viros conſueuit ſcriptura diuina pauperes appellare.

n *Non auferet a iuſto ocul. &c.*] Hoc ait & beatus Dauid: Oculi domini ſuper iuſtos, &c. Pſal.33.c

o *Et reges in ſolio collocat in perpetuum &c.*] Hic reges non ſolum ſæculi huius, ſed & eccleſiæ reges & præpoſiti in-

A telligi poſſunt. Et ſecundum tropicos intellectus, reges, animi hominum ſunt, qui corporibus recte dominãtur, quibus in pſalmo dicitur: Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram. Ita hi reges eriguntur a deo, vt ſedeant cum principibus. *Pſal.2.c*

a Et ſi fuerint in catenis, & vinciantur funibus paupertatis, indicabit eis opera eorum, & ſcelera eorum, quia violenti fuerunt. b Reuelabit quoque aurem eorum, vt corripiat: & loquetur, vt reuertantur ab iniquitate. c Si audierint & obſeruauerint, complebunt dies ſuos in bono, & annos ſuos in gloria. d Si autem non audierint, tranſibunt per gladium, & conſumentur in ſtultitia. e Simulatores & callidi prouocant iram dei, neque clamabunt cum vincti fuerint. f Morietur in tempeſtate anima eorum, & vita eorum inter effeminatos. g Eripiet de anguſtia ſua pauperem, & h reuelabit in tribulatione aurem eius. i Igitur ſaluabit te de ore anguſto latiſſime, & nõ habente fundamentum ſubter ſe. k Requies autem menſæ tuæ erit plena pinguedine. l Cauſa tua quaſi impij iudicata eſt: cauſam iudiciumque recipies. m Non te ergo ſuperet ira, vt aliquem opprimas: nec multitudo donorum inclinet te. n Depone magnitudinem tuam abſque tribulatione, & omnes robuſtos fortitudine. Ne o protrahas noctem, vt aſcendãt populi pro eis. p Caue ne declines ad iniquitatem: hanc enim cœpiſti ſequi poſt miſeriam. Ecce q deus excelſus in fortitudine ſua, &

a *Et ſi fuerint in catenis, & vinciantur &c.*] Hi igitur in catenis fortibus, videlicet iudicis dei, & paupertatis funibus colligantur, id eſt, opem diuini auxilij non habentes pœnis temporalibus quaſi vinculis aſtringentur, omnis rei boni inopes effecti pro qualitate meritorum.

b *Reuelabit quoque aurem eorũ &c.*] Aurem, inquit, cordis ad obediẽdum ſibi deus per caſtigationes & ſecretas inſpirationes aperiet.

c *Si audierint & obſeru. &c.*] Hoc eſt quod Salomon ait: Memoria iuſti cũ laudibus. *Prou.10.b*

d *Si autem nõ audierint &c.*] Id eſt, ſi inſtruente deo qui docet hominem ſcientiam, B audire contempſerint, per gladiũ, id eſt, per hanc mortalitatem de hoc ſęculo pręteribũt, vt in ſtultitia, id eſt, in illis locis, vbi ſtulti deputabuntur, qui dicunt in corde ſuo: non eſt deus, æternis cruciatibus conſumãtur. *Pſal.52.a*

e *Simulatores & callidi &c.*] Ipſum ſanctum Iob apertius in hoc loco videtur Heliu quaſi ex obliquo percutere, quod & ipſe quaſi callide & nequiter ageret: virum quoque egregium ſimularet. Quique etiã cum eſſet vinctus plagæ huius compedibus, clamare ad deum, & inuocare eum, vt a laqueis pœnalibus illigatus abſolueretur, minime curaret: quod vtique deſperatione, ſiue contemptu faceret. De cæteris quoque peccatoribus ſimiliter hoc ipſum poteſt intelligi, qui cum venerint in profundum malorum contemnent. Et de Iudæis, & de hæreticis, qui ficta dogmata quaſi veritatis velamine operientes in noctis perfidia obſtinato & obdurato corde perſiſtunt. *Prou.28.a*

f *Morietur in tempeſtate anima eorum &c.*] Vitioſos & vitia eſſe nouerimus quæ ſicut de virtutibus animi nihil in ſe habent quietum, virile, & frugi, ſed totum turbulentũ, remiſſum, & fragile: ita neceſſe eſt vt velut tempeſtate, a- C nimam ſemper ſuis illecebris inquietent, portumque virtutum hominem non ſinant apprehendere: & fit iſtis talibus fluctibus, quod Salomõ ait, vt iaceat anima tanquã in corde maris, & velut gubernator in magna tempeſtate. Vel aliter tempeſtas aduentus ac iudicium dei eſt, de quo dicit: In circumitu eius tempeſtas valida. *Prou.23.d* *Pſal.49.a*

g *Eripiet de anguſtia ſua pau. &c.*] Pauperem Saluatorem noſtrum intelligimus, qui propter nos pauper factus eſt, qui in diebus carnis ſuæ, preces ac ſupplicationes patri obtulit, vt poſſet a morte ſaluum facere pauperem, ſanctum populum dei humilem ſpiritu. Vel pauperem quẽlibet iuſtorum, eruet de anguſtia preſſurarum, ſicut etiã in diuinis ſcripturis diuerſo modo legimus liberatos.

h *Et reuelabit in tribulatione aurem eius.*] Id eſt, fortis ſit vnuſquiſque eorum in tribulatione, corroborante viſitatione diuina, quando a deo homo tribulari permittitur, conſolationem in aure cordis domini, illic audiendo percipiet.

i *Igitur ſaluabit te de ore anguſto latiſſime &c.*] Hoc in loco infernorum habitacula ab Heliu deſcribuntur, quæ immenſa capacitate ſui, fundamentum non habeant. Ad quorum tamen fundamenta in prophetis legimus, luciferũ qui mane oriebatur depoſitum, multitudines quoque regum & populos innumerabiles gentiũ. Ore autem anguſto inferi ideo appellantur, eo quod amplũ ſit ad recipiendũ, anguſtum ad dimittẽdum: quoniam mortuos intra ſe teneant, & eos ad vitã non patiantur exire. Dauid quoq; ſanctus ſimiliter ait ad deum. Libera me ex odiẽtibus me, & de profundis aquarũ. Nõ me demergat tẽpeſtas aquæ, neq; abſorbeat me profundũ: neque vrgeat ſuper me pute' os ſuũ. Proinde nouerim' quia loca infernaliũ ergaſtulorũ, ſecundũ fidem ſcripturarum, inter immenſas abyſſi aquas ſint cõſtituta, ab illis inferi ſedibus null' homo merito ſuo liberatus eſt, niſi gratia domini noſtri Ieſu Chriſti. Et non ſolũ, inquit Heliu, a tartareis anguſtiis liberaberis, verumetiã in latiſſimo refrigerij nemore, velut in campis ſpatioſis liber incedes. D *Pſal.68.d* E

k *Requies autẽ menſæ tuæ etc.*] Amœnitatẽ paradiſi, & iocũditatẽ, requiẽ nominando ſignificauit. Immẽſam vero abundantiam vitę beatę, quę eſſet plena vbertatis pinguedine, ac loci illius felicis referta delitiis voluit demonſtrare, cuius terrã ſanctã mãſueti ſecundũ repromiſſionem domini poſſidebunt.

l *Cauſa tua quaſi impij etc.*] Iudicio dei vt impius & pœnarũ debitor reus inuentus es: & idcirco ſecundũ meritũ cauſæ tuæ, iudiciũ ſeueriſſimum recepiſti. Et vbi dictum eſt cauſam iudiciũque recipies, alij dixerunt: propter impietatẽ munerum, quæ accipiebãt, vbi ſub pluralitate locutionis, ſanctum Iob Heliu videtur ferire ſermonibus.

m *Non te ergo ſuperet ira, vt aliquem &c.*] Docetur ab Heliu vir patientiæ & integritatis virtute fortiſſimus. Optimus iudex eſt, qui his peſſimis iracũdia & cupiditate duobus vitiis non tenetur, quibus hoc loco ab Heliu ſanctus vir correptus arguitur.

n *Depone magnitudinem tuam &c.*] Id eſt, nec paruos nec magnos tua iniuſta opprimas dominatione, vel omnes motus depone fortitudine ſuperbiæ roboratus.

o *Ne protrahas noctem, vt aſcendant &c.*] Iam ſufficit hucuſque in hac cæcitate vixiſſe. Iam ad lucem prudentiæ ac iuſtitiæ venire contẽde: ſiue noctem quam tibi ex diuerſis peccatis contexuiſti, vt in ea velut in continuis ac iugibus & perpetuis tenebris ambulares, iam quæſo ait, ne adhuc protrahas, & tanquã reſtem addendo peccata peccatis, in longum delecteris extendere: lumine ergo correptionis huius iam finem talibus impone peccatis: nam protractione hac, inemendabilis vita tua fiet, vt pro omnibus malis operibus tuis, populorum preces aſcendant ad deum, quos vtique iniquiſſime deprimebas, interpellantium contra te, ſuaſque miſerias ſibi a te irrogatas, ante ſedem diuinæ iuſtitiæ deponentium. F

p *Caue ne declines ad iniquitatem &c.*] Hoc, inquit Heliu, ne in deſperationem declines peto, & blaſphemiæ iniquitatem caueas, ſed reuerti feſtines ad deum. Video enim te poſt huius plagæ tuæ horrendam miſeriam, ad interitum tuum, hanc impietatis ſequi velle perniciem: & voluntatem tuam & cogitationem, ad aduerſarium mittere puſillanimitate deiectus.

q *Ecce deus excelſus in fortitudine etc.*] Si poterit ei eſſe quiſpiam



& nullus ei ſimilis in legiſlatoribus. a Quis poterit ſcrutari vias eius, b aut quis audet ei dicere: operatus eſt iniquitatem? c Memento quod ignores opus eius, de quo cecinerũt viri. d Omnes homines vident eum, vnuſquiſque intuetur procul. e Ecce deus magnus vincens ſcientiam noſtram. Numerus annorum eius inæſtimabilis. f Qui aufert ſtillas pluuiæ, & effundit imbres ad inſtar gurgitum, g qui de nubibus fluunt, quæ prætexunt cuncta deſuper. Si h voluerit extendere nubes quaſi tentorium ſuum, & fulgurare lumine ſuo deſuper, cardines quoque maris operiet. i Per hæc enim iudicat populos, & dat eſcas multis mortalibus. In k manibus abſcondit lucem, & præcipit ei vt rurſus adueniat. l Annuntiat de ea amico ſuo, quod poſſeſſio eius ſit, & ad eam poſſit aſcendere.

## CAP. XXXVII.

m SVper hoc expauit cor meum, & n emotum eſt de loco ſuo. o Audiet auditionẽ in

A ſpiam, & potentia & virtute ſimilis, poterit & iuſtitia atq; ſapientia, legiſque multiplicatione, iudiciis quoque eius ſimilis inueniri. Et ideo cognoſce ait: quia nullus a deo qui ſolus eſt & fortis & ſapiens iniuſte poterit condemnari.

a *Quis poterit ſcrutari vias eius.*] Quis vtique, niſi impius ſuperbus ſiue ſacrilegus vias diuinorum operum ſcrutari præſumat, quod non licet: & tamen quantauis intentione mentis perquirat, eas inuenire non poterit.

b *Aut quis ei dicere poteſt &c.*] Quis ergo tam temerarius & iniquus atque iniuſtus, qui hoc audeat loqui? Hæc omnia in iniuriam Iob dicuntur.

c *Memento quod ignores opus eius &c.*] Vel omne generale opus eius, vel certe ſpeciale opus eius. Super omnia enim magna & mirabilia o- B pera eius, eſt diſpenſationis Chriſti myſterium, quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit. Alij dixerunt. Memento, quia magna ſint eius opera, quæ laudauerunt viri. De omnibus operibus dei dicit, quæ ſancti viri in honorem diuinæ venerationis merito laudauerunt. *1.Cor.2.a*

d *Omnes homines vident eum &c.*] Per naturæ bonum, notitia creatoris ineſt cordibus hominum: & quamuis aliquis tam paruus ſit & frigidus, vt alienus eſſe ſtudeat a creatore ſuo deo: nullus tamen eſt qui ſe abſcondit a calore eius. Et ideo vnuſquiſque mortalium, licet de longe, ſentit & intelligit, diſſimiliter quidem omnino: quia non tanquam corpus aut ſicut quemcunque ſpiritum creatum, ita ſentit eſſe deum ſiue intelligit: ſed alio multo & ineffabili modo, quo deus acie mentis eſt intuendus, vbi in ipſo obtutu cordis intelligendo, videt homo quod ſupra ipſum eſt illud diuinum nomen, quod contemplari conatur. *Pſal.18.a*

e *Ecce deus magnus vincens ſcientiam noſt. &c.*] Vincens ſcientiam noſtram magnitudine ſcientiæ ſuæ, & altitudine iudiciorum ſuorum.

C f *Qui aufert ſtillas pluuiæ, & eff. &c.*] Hanc ergo pluuiam, legem Moyſi intelligamus, quæ de cælo velut pluuia venit populo Iudæorum. Et pluuia dicta eſt propter præceptorum multitudinem, ſicut & ipſe Moyſes de eadem gẽte Iudæorum ait, dicens. Expectetur ſicut pluuia eloquiũ meum. Huius igitur pluuiæ ſtillas de illa gente abſtulit deus, vt eſt vel de incarnatione, vel paſſione, vel de reſurrectione Chriſti, quæ Iudæi credere excæcato corde noluerunt: quæ ſunt parua quidem mandata legalia, vt ea ad euangelij fidem transferret, ſicut ait Apoſtolus. Verbum enim conſummans & breuians in æquitate, & reliqua. Et de his ſtillis, paruiſque guttis, tonante euangelio, prædicationis Chriſti imbres effuſi ſunt ſuper terram. Et hi imbres ad inſtar gurgitum eſſe dicuntur: qui vtique cum in terram copioſe deſcendant, profunditatem in ſe & obſcuritatem continent myſteriorum, quæ in lege & prophetis per figuras & ſimilitudines dicta vel facta ſunt, in reuelatione aduentus domini, obſcuritate ſui & profunditate myſteriorum, veluti clauſa ſigna inuenta ſunt. Imbrium vero nomine, large effuſam gratiam ſpiritus ſancti eſſe nouerimus, ſicut ait Apoſtolus, per lauacrum regenerationis & renouationis ſpiritus ſancti, quem effudit in nos abunde per Ieſum Chriſtum. *Deut.32.a* *Rom.9.f* *Tit.3.b*

g *Qui de nubibus fluunt quæ prætexunt cuncta deſuper.*] Nuber ſcimus plerumque in ſcripturis ſanctos appellari, ſicut & manifeſtum eſt quodam loco, dicente domino. Et nubibus mandabo, ne pluant ſuper eam pluuiam, ideſt vineam, quod eſt, ſuper gentem peccatricem Iudæorum, verbis ſuis ſalutis pluuiam non effunderent. De talibus igitur nubibus, apoſtolis videlicet, & apoſtolicis viris prædicatoribus veritatis, illi imbres pluunt talem pluuiã, quæ habeat in ſe ſimilitudinem gurgitum, propter arcanorum cæleſtium opacitatem: vbi congrue illud Dauidicum dicitur. Tenebroſa aqua in nubibus aeris. Hæ igitur nubes inquã, per quas imbres gurgitum fluunt in terram, prætexunt cuncta deſuper. Habentes enim intra ſe aquas euangelij, vt flũmina de ventre eorum fluãt aquæ viuæ, de ſuperioribus myſteriis, quaſi quodã prætextu & obſcuritate aquarum obſtaculum carnalibus faciunt & terrenis. D *Eſa.5.b* *Pſal.17.b* *Ioan.7.f* E

h *Si voluerit extendere nubes quaſi tentorium ſuum, & fulgurare lumine ſuo deſuper, cardines quoque &c.*] Ita enim prædictas nubes extendit, vt de eis in omnem terram exierit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba illorum: quemadmodum poſtea locutus eſt ad diſcipulos ſuos, ideſt nubes ſuas, dicens. Et eritis mihi teſtes in Hieruſalem & Iudea & Samaria, & vſque ad vltimum terræ: per quas vtique nubes ſuas fulgura prædicationis reſplenduerunt, & nominis Chriſti fama de cælo velut lumen effulſit. Maris etiam mundi videlicet huius cardines occupauit: ſiue cardines mundi poſſumus intelligere principes & capita gẽtium diuerſarum: quorum erroribus ac prauis doctrinarum ſuaſionibus, mundus in loco ſuperſtitionis dæmoniorum velut in cardine vertebatur. *Pſal.18.a* *Act.1.a*

i *Per hæc enim iudicat populos, & dat eſcas multis mortalibus.*] Iſtis enim rebus ſacramentorum prædictis, ſtatuit deus pietatis ſuæ iudicio vniuerſis populis miſereri, & dare eſcas doctrinæ verbi ſui, ſiue myſteriorum cunctis mortalibus, ſecundum quod ipſe ait. Ego ſum panis viuus qui de cælo deſcendi. *Ioan.6.e*

k *In manibus abſcondit lucem, & præcipit ei vt rurſus adueniat.*] Poteſtate iuſti iudicij ſui, lumen notitiæ ſuæ abſcõdit a peccatoribus malum operantibus, & venire eam ad illuminationem mentis præcipit, ſi deum adiutorem eius quiſpiam fideliter quæreret. F

l *Annuntiat de ea amico ſuo, quod poſſeßio eius ſit, & ad eam poßit aſcendere.*] Deus luce manifeſtationis ſuæ fidelem ſibi amicum in corde docet & inſtruit. Erudiens quoque annuntiat ei, quod lux, ſiue illa illuminationis gratia, ſiue diuinorum charitas promiſſorum poſſeſſio eius ſit, & ad eam ſi diſponat aſcenſiones in corde ſuo quotidie proficiendo perueniat.

## CAP. XXXVII.

m *SVper hoc expauit cor meum.*] Siue obſtupuit cor meum, vt alij dixerunt.

n *Et emotum eſt de loco ſuo.*] Prædictis diuinis myſteriis & luce cognitionis dei patefacta, quæ niſi amicis dei & fidelibus demonſtratur, perterritum eſt, inquit, cor meum Heliu, & zelo ignorantiæ ad ſacramentorum cognitionem tranſlatum.

o *Audiet auditionem in terrore vocis eius, & ſonum de ore illius procedentem.*] Quemadmodum vult deus audire quod dicit, ita audite: quoniam terret vox eius tantis ſacramentis myſteriorum prævalida, ſonumque oris eius, ſiue, vt

A alij dixerunt,ſtrepitum,pari modo audite.Hic ergo ſonus
eſt maxillarum dei,qui forte idcirco ſonus dictus eſt,non
ſimpliciter ſermo, vt inobedientia ſurdos & obdurato
corde incredulos vox clarior percuteret, & totos ad ti-
mendum dominum commoueret.

in terrore vocis eius, & ſonum de ore illius
procedentem.[a] Subter omnes cælos ipſe cō-
ſiderat, & lumen illius ſuper terminos terræ.
[b] Poſt eum rugiet ſonitus,tonabit [c] voce ma-
gnitudinis ſuæ,& non inueſtigabitur cum au-
dita fuerit vox eius.[d] Tonabit deus in voce
ſua mirabiliter,qui fecit magna & inſcrutabi-
lia.[e] Qui præcipit niui,vt deſcendat ſuper ter-
ram, & hyemis pluuiis & imbri fortitudinis
ſuæ.[f] Qui in manu omnium hominū ſignat,
vt nouerint ſinguli opera ſua.[g] Ingredietur
beſtia latibulum ſuum, & in antro ſuo mora-
bitur.Ab[h] interioribus egredietur tempeſtas,
& ab arcturo frigus. Flante[i] deo concreſcit
gelu,

a *Subter omnes cælos ipſe conſi-
derat, & lumen illius ſup. &c.*]
Quid ſit hoc mirum de om-
nipotentia dei, qui vbique
eſt in cælo, & in terra, in
mari,& in abyſſis.Sed videa-
mus ſecundum allegoricum
intellectum quid ſit quod
de Heliu ait. Subter omnes
cælos conſiderat. Sanctos
viros, cælos ſcriptura diuina
appellare conſueuit,propter
cæleſtem vtique conuerſa-
tionem, quibus ita dicitur.
Philip.3.b Conuerſatio veſtra in cælis
eſt. Dominus ergo ſubter
hos cælos conſiderat:vel dū
ea quæ intra eos ſunt, arca-
norum ſcrutator introſpicit,
B vel dum imbecillitatem corporum eorum quæ animi im-
perio crucis virtute ſubdiderint,gubernat, ac ſuſtinet, &
contra carnalium paſſionum bella corroborat. Secundū
hunc ſenſum eſt,quod timore concuſſus,propheta ait.Et
ſubtus me turbata eſt habitudo mea.Termini quoque,ſi-
ue fines terræ ipſi ſancti ſunt, finem terrenis paſſionibus
& cupiditatibus imponentes,eo quod non ſint in medio
Babylonis, nec ſæculi huius vitiis circundantur, ſecun-
1.Pet.4.a dum quod Petrus apoſtolus ait. Chriſtus igitur in carne
paſſus, reliquit exemplum: quia, qui paſſus eſt in carne,
deſiit eſſe a peccatis, vt iam non hominum deſideriis, ſed
voluntati dei, quod reliquum eſt in carne, viuat tempo-
ris,id eſt,viuens pro tempore, deſinentibus in carne pec-
3.Reg.10.a catis,velut,in finibus habitet carnis. In his finibus poſita
2.Par.9.a regina Saba,quæ typum gerebat eccleſiæ,veri Salomonis
Matth.12.& meruit audire ſapientiam. Tales igitur terminos deus lu-
Luca.11.d mine gratiæ ſuæ atque agnitionis illuſtrat.
b *Poſt eum rugiet ſonitus.*] Siue vt alij dixerunt, fremet
vox.
c *Tonabit voce magnitudinis ſuæ, & non inueſtigabitur cum au-
dita fuerit vox eius.*] Cum poſitis in extremo terræ homi-
nibus, deus in memoriam venerit, ilico ſuper infirmita-
tem mortalitatis ſuæ,gemētes ad eum rugient, ſicut pro-
Pſal.37.b pheta ait. Rugiebam a gemitu cordis mei,& tunc hic ru-
C gitus faciet ſonitum in affectu orationis clamantium ad
deum,qui perueniat vſque in cælum. Vnde & tonabit eis
dominus voce præceptorum ſuorum, vt timeant a facie
eius. Quo fragore tonitrui ſimul agnoſce:quia deus ante
deſiderium eorum inueſtigabilis ſit & immenſus.
d *Tonabit fortis in voce ſua mirabiliter: qui facit magna & in-
ſcrutabilia.*] Alij dixerunt, tonabit deus. Deus mirabiliter
operatur: quando iſtud tonitruum nominis, ſui quo in
toto mundo famæ eius notitia crebreſcit,in auribus facit
animæ perſonare.
e *Qui præcipit niui,vt deſcendat ſuper terram, & hyemis pluuiis
&c.*] Niuem candorem gratiæ quæ per baptiſmum fide-
libus ſpiritus ſancti dono tribuitur,ſuperius diximus poſ-
ſe ſignificari,& exempla illic teſtimoniorum de ſcripturis
Pſal.67.c multa protulimus,de quibus & illud Dauidicum, vbi ait
in pſalmo.Niue dealbabuntur in ſelmon:quod eſt in vm-
bra. Hoc igitur ait, quod cæleſtis ideſt deus de cælo ve-
niens,reges quoque diſcreturus ſit & ſeparaturus, ſiue in
vmbra ſint dealbandi, vbi hoc mihi ſignificare videtur:
quia regeneratio vetuſtiſſimorum hominum in Chriſto,
obumbrante ſpiritu ſancto eſſet efficienda. Hæc igitur
gratia, niuis nomine ſignificata, ex præcepto diuinitatis
deſcendit in terram, quod eſt per Ieſum Chriſtum venit
ad homines, per quam vetuſtas noſtra inſtauraretur in
melius.Contra hanc gratiam Chriſti,tribulationes perſe-
cutionum futuras, in pluuiis hyemalibus voluit indicare, D
& propter graues preſſuras, hyemales pluuias dixit: quas
tamen imber fortitudinis ſpiritus ſancti, eſſet ſuperatu-
rus,quia eis dictum eſt. Non enim vos eſtis qui loquimi- Matth.10.c
ni,ſed ſpiritus patris veſtri,qui loquitur in vobis.
f *Qui in manu omnium ſignat,
vt nouerint ſinguli opera ſua.*]
In manu,ideſt,in liberi arbi-
trij poteſtate, ſecūdum ima-
ginem & ſimilitudinem dei,
qua homo eſt a deo condi-
tus & creatus,habet hanc ſa-
pientiam veluti quodam ſi-
gno diuinæ operationis im-
preſſam, vt iuxta liberi arbi-
trij iudicium, nouerit vnuſ-
quiſq; hominum opera ſua:
ſiue vt alij dixerunt,infirmi-
tatem ſuam nouerit,ideſt,vt
vaſa fragilia ſe ſubita morte
confringi.
g *Ingredietur beſtia latibulum
ſuum, & in antro ſuo morabi-
tur.*] Beſtiam iſtam, inuen-
torem malorum diabolum non abſurde ſentimus,qui id- E
circo & ſingularis ferus dicitur, quia procedit ſiue ſupe-
rat malitia eius, malitiam omnium operantium iniquita-
tem.Hæc igitur beſtia rationabilis, ingreditur latibulum Pſal.79.b
ſuum, pectus ſcilicet humanum: quando ex permiſſu iu-
dicij dei, poteſtatem accipit hominibus dominandi:& in
antrum quod ſuum fecit,ſibi conſtituit habitationem.Si-
ue antrum vel etiam latibulum diaboli, omnes peccato-
res intelligendi ſunt, duri videlicet infidelitate vel ſaxei:
quos vitiis ſuis atque illecebris poſſidet, & in quorum
cordibus criminibuſque requieſcit.
h *Ab interioribus egredietur tempeſtas &c.*] Non mihi vide-
tur quod de iſtius mundi plagis, ſiue qualitatibus, vel e-
tiam ſecretis eius motibus dixerit: ſed quemadmodum
diximus antrum,ſiue latibulum dæmoniorum eſſe huma-
na præcordia:ita hæc interiora cum ea ingreſſi fuerint,ſe-
creta eorum & abdita intelligamus conſilia:vnde in hunc
mundum perſecutionum tempeſtates venire creduntur,
vt & peccatores conterant ſicut Ægyptios, quibus venit
immiſſio per angelos malos. Et ſancti eadem tempeſtate
tribulationum nimia conturbentur,ſicut quidam eorum
ait.Grauati ſumus ſupra virtutem, ita vt tæderet nos etiā 2.Cor.1.b
viuere. Frigus quoque eius infidelitatis immittitur, vt a
charitate dei & calore fidei diſcedentes, in algore nega-
tionis incurrant,quę omnia immittunt dæmones per mi- F
niſterium & ſententias principum & infidelium poteſta-
tum. Arcturus vero, quia in ſiniſtra mundi eſt conſtitu-
tus,aduerſariam partem ſignificat: de cuius climate ven-
tus aquilo gelidus ſpirat contra meridiem.
i *Flante deo concreſcit gelu, & rurſum &c.*] Quod hic dixit
flante deo concreſcere aqua, ideſt glaciari & concretas
fieri,in pſalmo econtrario dicit. Flauit, inquit, ſpiritus e- Pſal.147.b
ius & fluent aquæ, ideſt reſoluentur ac defluent. Sed ſiue
hic flante deo, ſiue in pſalmo flabit ſpiritus eius, iubente
deo,ſiue iubebit ſpiritus, intelligere poſſumus. Et quod
hic dixit,concreſcit gelu,hoc in pſalmi ſuperiore verſicu-
lo ait.Emittit criſtallum ſuum ſicut fruſtra panis. Ita autē
hyemali tempore fieri nouimus, vt flante, ideſt iubente
deo,nimio frigore denſetur, vel etiam concreſcant aquę,
& iterum tempore aeris reſoluantur. Secundum myſti-
cos vero intellectus in præteritis generationibus ob me-
ritum ſuum relinquente deo genus humanum, flatu oris
dei & iuſtitiæ eius manente ſententia,dum remouetur ab
igne diuino, omnis creatura concreta eſt tanquam gelu,
& a vera dei cognitione,frigoris ſui immenſitate conſtri-
cta. Nunc vero per gratiam domini & Saluatoris noſtri,
ſicut ait Petrus apoſtolus. Tempora ignorantiæ deſpiciēs Act.17.g
deus,rurſum ab illo algore obliuionis atque duritia, quæ
ſicut longi temporis gelu obduruerat, charitatis dei igne
ſoluuntur



A ſoluuntur aquæ populorum, vt fluant & recurrant ad
deum.

gelu,& rurſum latiſſime fundūtur aquę.[a] Fru-
mentum deſiderat nubes, &[b] nubes ſpar-
gunt lumen ſuum. Quæ luſtrant cuncta per
circumitum, quocunque eas voluntas guber-
nantis duxerit, ad omne qnod præcepit il-
lis ſuper faciem orbis terrarum:[c] ſiue in
vna tribu, ſiue in terra ſua, ſiue in quocun-
que loco miſericordiæ ſuæ eas iuſſerit inue-
niri.[d] Auſculta hæc Iob: ſta,& conſidera mi-
rabilia dei.[e] Nunquid ſcis, quando præcepit
deus pluuiis, vt oſtenderent lucem nubium
eius?[f] Nunquid noſti ſemitas nubium ma-
gnas, & perfectas ſcientias?[g] Nonne veſti-
menta tua calida ſunt, cum perflata fuerit
terra auſtro?[h] Tu forſitan cum eo fabrica-
tus es cælos,qui ſolidiſſimi,quaſi ære fuſi ſunt.
Oſtende

a *Frumentum deſiderat nubes, & nubes &c.*] Hoc eſt fru-
mentum, de quo dominus in euangelio ait per parabo-
lam,dicens: Colligite zizania in faſciculos ad comburen-
Matth.13.e dum: triticum autem con-
gregate in horreum meum.
Proinde hoc viuum frumen-
tum, doctores quoſque ec-
cleſiæ, qui velut nubes por-
tant aquas euangelij, audire
deſiderat, ſicut & illi qui e-
rant de hoc frumento do-
Act.14.d minico, habitantes Antio-
chiæ Pyſidiæ,rogabant Pau-
lum & Barnabam, vt loque-
rentur eis verbum dei:quod
fecerunt apoſtoli ſuadentes
permanere in gratia dei.Cor
nelius quoque ad Petrum
Act.10.f ait:Nunc ergo omnes nos in
conſpectu tuo aſſumus au-
dire omnia quæcumque ti-
B bi præcepta ſunt a domino.
Deut.32.a Et Moyſes ait: Excipiat ve-
lut pluuia eloquium meum,
& deſcendant ſicut ros ver-
1.Cor.3.b ba mea.Vnde & Apoſtolus ait: Ego plantaui, Apollo ri-
gauit: ſed deus incrementum dedit. Hæc nubes poteſt &
ipſe dominus, ideſt, aſſumptus homo in deum intelligi,
Eſa.19.a ſicut propheta prænuntiauit,dicens: Ecce deſcendet do-
minus in nube leui in Ægyptum, per quem diuina gra-
tia & doctrina cæleſtis, mundo effundenda prænuntia-
batur.Et pulchre nubes leuis dicitur,ſiue quia ipſe Salua-
tor peccatum non fecit agnus dei, ſiue quia virgo Maria
mater domini, non eſt virili ſemine aggrauata, leuis nu-
bes eſt dicta.
b *Et nubes ſparg.lu.&c.*] Lumen vtique euangelij,prædi-
cationum coruſcatione mittentes, lumen euangelij ſpar-
gunt ſupra corda credentium. Alij vero interpretes dixe-
runt: Et ipſa per circumitum vertitur in gubernaculis, ad
operanda omnia, quæ mandauerat eis. Hæc ſunt igitur,
quæ mandauit & præcepit cæteris nubibus ſuis dicens:
Ite in vniuerſum mundum, prædicate euangelium vni-
Mar.16.d uerſæ creaturæ. Proinde quaſi vento ſpiritu dei, quo vt
nubes agebantur, prohibiti ſunt ire Bithyniam, & de
Iudæa Romam illis tranſire præceptum, & ita ſicut iſta
C editio continet, orbem vniuerſum luſtrantes circumie-
runt.
c *Siue in vna tribus, ſiue in terra ſua, ſiue in &c.*] Hoc eſt,
quod ipſe dominus ait in euangelio: Eritis mihi teſtes in
Hieruſalem & Samaria,& vſque ad vltimum terræ,vbi il-
Act.1.a lud præcipue intuendum eſt,quod ait: In quocunque lo-
co miſericordiæ ſuæ iuſſerit inueniri: vbi per gratiam
Chriſti, atque pietatis ſuæ miſericordiam, ſignificauit ad
fidem reuocandos.
d *Auſculta hæc Iob, ſta & conſidera &c.*] Admonet Heliu
vt ſacramenta in Chriſto & eccleſia adimplenda, Iob au-
re cordis diligenter intendat, & in mentis ſuæ ſpecula
conſtitutus, vbi etiam vigilantia contuendi docetur ſta-
re: conſideret miraculorum dei futura myſteria, quæ per
nubes rationales operaturus ſit.
e *Nunquid ſcis quando præceperit deus pluuiis, vt oſtenderent
luc. &c.*] More prophetarum pro factis futura comme-
morat. Præcipit igitur deus pluuiis euangelicis, vt nubiū
ſuarum lucem, ideſt, ſancta opera ſua doctores per infu-
ſionem fidei demonſtrarent:& hæc ad illuminandos ho-
mines miſericordia cæleſtis operatur.
f *Nunquid noſti ſemitas nubium magnas, & perfectas ſcientias.*]
Hic dum dicit, perfectas ſcientias, de rationalibus ſe nu-
bibus euidenter oſtendit dicere,& prædicatorum viis, &
ſubtilium ſenſuum ſemitis. Dic mihi quæſo,ſi cognoſce-
re potuiſti,quæ ſemitæ in nubibus ſunt magnæ & perfe-
ctæ ſcientiæ? Figurabat hæc dicendo, apoſtolicas nubes: D
quarum vna citiſſima nubes ait ad Saluatorē:Tu es Chri- Matth.16.b
ſtus filius dei viui, quæ quoniam ſuſpenſa a terra & pro-
xima erat cælo reſpondit ei dominus:Hoc tibi non reue-
lauit caro & ſanguis,ſed pater meus. Alius vero Apoſto-
lus tanquam nubes plena a-
quis perfectæ ſcientiæ, a to-
nitruo euangelij copioſum
imbrem effundit ita dicens:
In principio erat verbum- Ioan.1.a
&c.] Quo validiſſimo toni-
truo vbique reſonante, vt
omnem terram ad fidem re-
ligionis tremore concute-
ret: alius in Iudæa per itera-
tam natiuitatē exortus, ve-
lut parua nubecula ita cre-
uit,& flante ſpiritu dilatatus
eſt, vt pluuias myſteriorum,
a ſæculis ſecretorum perfe-
ctæ ſcientiæ,vſque ad Illyri-
cum ſpargeret, aliaſque to-
tius mundi regiones largis
effuſionibus irrigaret. Et Mar.3.b
hinc eſt vt aliqui eorum ap- E
pellarentur filij tonitrui: a-
lius vero diceretur filius ſu-
ſpendentis aquas.
g *Nonne veſtimenta tua calida ſunt,cum perflata fuerit terra au-
ſtro.*] Alij dixerunt:tua ſtola calida eſt. Hoc quidem ve-
rum eſt,quod meridianus ventus ſit calidus,quo flante e-
tiam veſtimenta hominum, vel corporum, quæ anima-
rum veſtimenta ſunt,concaleſcunt. Sed quia nubes,ho-
mines ſanctos,veritas prophetiæ nos intelligere compu-
lit, ventum calidum a meridie ſpirantem, feruentem fi-
dem, vel gratiam ſpiritus ſancti ardentem & clarius illu-
minantem intelligamus, vel ipſum dominum noſtrum,
de quo legimus: Deus ab auſtro veniet: quo rationalem Abac.3.a
terram perflante,virtutes animi, quæ ſunt veſtimenta in-
terioris hominis, inardeſcunt: & ideo veſtimenta appel-
lantur,quoniam ipſi qui eis vtitur,pulchram animam fa-
ciunt & decoram. Et ob hoc hortatur Apoſtolus dicens:
Fratres induite vos ſicut electi dei & dilecti,viſcera miſe- Col.3.b
ricordiæ,benignitatem,humilitatem,modeſtiam,patien-
tiam,& cætera: Et hæc igitur ab Heliu ſicut & alia ſpiritu
prophetiæ dicuntur.
h *Tu forſitan cum eo fabric. &c.*] Hæc ab Heliu iuxta litte-
ram in iniuriam Iob per ironiam dicuntur. Hæc igitur F
prima fronte intellectus huius dicta ſint. Nunc vero ſe-
cundum prophetię ſpiritum,ſenſum myſticum perſequa-
mur,vt cælos ſcripturas ſanctas intelligamus,quæ de cæ-
lo data ſunt hominibus: quarum perpetuitatem ex æris
ſoliditate voluit demonſtrare. Sed dicit quiſpiam: quo-
modo æternæ erunt ſcripturæ diuinæ,ſi mundus certo fi-
ne,deo denuntiante,eſt terminandus? ſic enim ait in euā-
gelio: Cælum & terra tranſibunt.Verum eſt quidē quod Matth.24.c
librorum pelliculæ cum ipſis litteris abolendæ ſunt: ſed
quia ſubiungit dominus,verba vero mea non pręteribūt:
proculdubio quod eiſdem apicibus pollicetur, erit æter-
num.Hos igitur cælos,ait Heliu, in quibus eſt diuinitatis
ſecreta diſpoſitio, tu forſitan cum deo velut ſimili pol-
lens ſapientia,fabricatus es,quos deus æternus ante mun-
di conſtitutionem præfiniuit quandoque erumpere in
corpora litterarum, qui in illo æternaliter erant non iam
exiſtentes,ſed ipſi ſoli præſcientiæ ſuæ luce conſpicui. Et
cælos, ſanctos angelos non abſurde ſentimus: qui pro-
pter cælorum habitationem, rectiſſime cæli dicuntur, &
ſunt velut æs æternitate ſolidati.De quibus pſalmiſta ſin- Pſal.113.d
gulari nomine ait. Cælum cæli domino. Secundum tro-
picum intellectum, cæli ſancti omnes propter cæleſtem
conuerſationem, & propter prædicationem mandato-
rum cæleſtium nuncupantur. Heliu autem, ſi prophetiæ
ſpiritum habuit,ſecundum hunc intellectum quem dixi-

A mus,potuit contemplatione mentis ſuæ, hæc in Chriſto reuelanda cognoſcere,& aliis modis, quibus videtur cælorum nuncupationem ſenſiſſe: licet hoc ipſum in irriſionem ſancti Iob dici non debuerit.

a *Oſtende nobis,quid dicamus illi. Nos quippe inuoluimur.*] Inſultantis verbum eſt, & exprobrantis, oſtende nobis, cum illud verum dicat: ſed ad comparationem ſcientiæ ſub ignorantiæ tenebris cōmanent. Nam quomodo a ſancto Iob diſcere inquirit, quem in verbis ſuis reprehendit & reprobat? Oſtende, inquit, o Iob, ſi aliquid amplius & melius noſſe te arbitraris: quoniam nos grādis ignorantiæ atque inſciētiæ tenebris detinemur. Certum eſt ergo quod Heliu deridens Iob atque ſubſannans hæc dicat.

b *Quis narrabit ei quæ loquor? Etiam ſi locutus fuerit homo deuorabitur.*] Dixi tibi quidem
B o Iob, vt oſtenderes mihi quid loqui poſſem: ſed hæc ipſa quæ de deo dico, quis ei auſus eſt loqui? Certe ſi locutus fuerit quiſpiam, quod ei omnino non expedit, pro hoc ipſo peccato temeritatis & irreuerentiæ deuorabitur, vt hic Heliu ait. Ita in pſalmis legimus. Deuorati ſunt iuxta petram iudices eorum: vbi intelligitur peccato diffidentiæ deuoratos atque abſorptos iudices populi Iſraelis in eremo: qui non crediderunt quod poſſent de petra, aquarum flumina virtute diuinæ promiſſionis educi. Pſal.140.b

c *At nunc non vident lucem. Subito aer cogetur in nubes, & ventus tranſiens fugabit eas.*] Ita infelicitate huiuſmodi excæcati ſunt, vt fiant quemadmodum aer quando craſſeſcit in nubes: & ita in iuſto iudicio dei velut venti in impetu auferentur, ſicut impij quos deiicit ventus a facie terræ. Alij dixerunt, omnibus autem non eſt viſibile lumen, quod fulget in nubibus, & ſpiritus tranſit & fugabit eas. Hic myſticum neſcio quid locutus eſt, quod iam non omnibus reſplendet illuminatio euangelij. His vtique non reſplendet, quorum ſenſus excæcauit deus, vt non videant lumen euangelij gloriæ Chriſti, qui eſt imago inuiſibilis patris. Hic igitur ſpiritus iuſtæ ſententiæ dei, fugabit eos a cœtu beatorum, vt non videant lumen euangelij gloriæ Chriſti.

C d *Ab aquilone aurum venit, & a deo formidoloſa laudatio.*] Audiui quendam ita dicentem, quod æſtatis tempore ſole in aquilone naſcente aurora ardētior rutilat, ita vt ipſe ſol colorem aureum præferat, & inde Heliu loqui videatur aurum venire, ideſt, mundo flammeam rotam ſolis oboriri, & ſuper hoc præclarum ſydus ſit ad deum hominibus formidoloſa laudatio. Nos autem aurum ſanctos intelligimus, qui ſecundum ſpiritualem ſenſum ab aquilone diabolo, ſanguine domini redimuntur. Hoc igitur modo venit ad deum cœtus ſanctorum cum tremore laudantium eum, ac ſibi cum quadam formidine, incredibile arbitrantium, quod potuerunt de hoſte grauiſſimo liberari. Quotidie quoque examinationibus velut aurum flāmis tentationum excoctum, de fornace mundi iſtius eruuntur. Alij dixerunt, ab aquilone nubes coloris aurei: in his eſt magna gloria & honor omnipotentis, non inuenimus ſimilitudinem virtutis eius. Ita enim ſanctos homines qui ſunt nubes dei, tentat frigor aquilonis, vt eos pretioſos, & igne charitatis rutilos reddant. Et idcirco magna gloria domini & honor omnipotentis eſt. Non inuenitur alius ſimilis virtutis eius, qui tanta bona ex rebus contrariis ſperet.

Oſtende [a] nobis, quid dicamus illi. Nos quippe inuoluimur tenebris. [b] Quis narrabit ei quæ loquor? Etiam ſi locutus fuerit homo, deuorabitur: at [c] nunc non vident lucem. Subito aer cogetur in nubes, & ventus tranſiens fugabit eas. Ab [d] aquilone aurum venit, & a deo formidoloſa laudatio, [e] Digne eum inuenire non poſſumus. Magnus fortitudine & iudicio & iuſtitia, & enarrari non poteſt. Ideo timebunt eum viri: & non audebunt contemplari omnes qui ſibi videntur eſſe ſapientes.

## CAP. XXXVIII.

[f] RESpondens autem dominus Iob de turbine, dixit. [g] Quis eſt iſte inuoluens ſententias ſermonibus imperitis? [h] Accinge ſicut vir lumbos tuos: interrogabo te, & reſpōde mihi. Vbi [i] eras quando ponebam fundamenta terræ? Indica mihi ſi habes intelligentiam. [k] Quis poſuit menſuras eius ſi noſti, vel quis tetendit ſuper eam lineam? [a] Super quo baſes illius ſolidatæ ſunt? [b] Aut quis demiſit lapidem angularem eius, [c] cum me laudarent ſimul aſtra matutina, & iubilarent omnes filij dei? [d] Quis concluſit oſtiis mare, quando erumpebat quaſi de vulua procedens, cum [e] ponerem nubem veſtimentum eius, & caligine illud quaſi pannis infantiæ obuoluerem.

e *Digne eum inuenire non poſſumus. Magnus fortitud. &c.*] D
Quoniam, inquit, ſicut fortitudine magnus & potens eſt deus: ita iudicio & iuſtitia verus eſt, & enarrari non poteſt. Idcirco ſicuti eſt, a creatura ſua quæ adeo imbecillis eſt & infirma, non poteſt inueniri: propter quod magni viri atque cordati non præſument ſcrutari incomprehenſibilem, neque contemplari inuiſibilem conabuntur. Hoc autem totum in ſancti Iob exprobrationem dicitur, qui dixerit ſe a deo, ſine vllo iniquitatis merito flagellatum. Alij dixerunt, qui iuſte iudicat non putas audire eum, propterea timebunt eum homines, timebunt quoque & ſapientes corde, hoc inquiunt, quia deus iuſte iudicat, apud quē non eſt perſonarum acceptio. Act.10.c Omnes ſapientes & idiotæ conſiderantes ſemetipſos, timebunt eum, ſcientes quia ſecundum modum iuſtitiæ ſuæ vltor iniquitatum eſt: exaudiet enim iniqua patientes. E

CAP. XXXVIII.

f *REſpondens autem Iob dominus &c.*] Sermone terribili & increpatiuo arguendus Iob, reſpōſum a domino accepit: hoc enim ipſum quod de turbine dicitur, ad terrorem pertinet obiurgationis, quod eſſet, vt dixi, increpandus a domino. Dixerat enim Iob ſe iuſtum iniuſte a domino caſtigatum: de turbine ergo dominus ait.

g *Quis eſt iſte inuoluens ſententias ſermonibus &c.*] His verbis amouetur Heliu cum ſuis confuſis atque permixtis diſputationibus contra Iob, vbi dei verba videntur intelligi. Et ſi tu ô Iob loquendo talia in me, delicta aliqua cōmiſiſti: iſte quis eſt qui te audeat redarguere, præſertim cum ad increpandum non ſit idoneus, qui velut melior obiurgare te debeat? Amoto igitur Heliu de medio cum imperitis eius ſententiis, conuertit ſe dominus ad Iob, & ait ei, vt ad increpationem eius audiendam ſe præpararet, dicens hoc modo.

h *Accinge ſicut vir lumbos tuos: interrogabo te, & reſponde mihi.*] Omnis igitur qui cum deo eſt locuturus, lumbos prius caſtitate iubetur accingere. Populus etiam legem auditurus, & paſcha celebraturus in eremo, lumbos mentis iubetur accingere, ne fluctuantes ſinus carnalium cogitationum, greſſum ſanctæ conuerſationis impediant: F
vel ſuper lumbos noſtros corporeos veſtimenta præcingimus. Dicendo ergo:

i *Vbi eras quando ponebam fundamenta terræ.*] Deo reſpondere non potuit, quaſi hoc modo loquitur ei deus. Tu igitur Iob, qui circa vnum homunculum iniuſte me arguis operari, vbi eras cum ego mundum quem ex nihilo feceram, gubernarem: & cum omnem creaturam moderatione iuſtitiæ regam, in te eram iniuſtitiæ aliquid acturus? Hic deus hoc ſermone ſub animalium, auiumque nominibus, magna & valde obſcura & eccleſiæ ſacramenta contexit. Deus ergo ſecundum myſticos intellectus in prædeſtinatione apoſtolos præcipuos ſanctos eccleſiæ fundamenta conſtituit, ſicut ait Apoſtolus. Superædificati, inquit, ſuper fundamenta apoſtolorum & prophetarum. Eph.2.d Siue vt alij dixerunt: vbi eras cum fundarem terram, ideſt, cum eccleſiam de terra humani generis congregatam, virtute fidei ſtabilirem.

k *Quis poſuit menſuras eius ſi noſti, vel quis tetendit ſuper eam lineam.*] Virtutem ſuam deus & potentiam menſuraſque & mundi conditionem deſcribit, ſuper quem lineam bonitatique operis ſui tetenderit. Aliter: menſuræ eccleſiæ ſunt



A ſunt a ſolis ortu vſque ad occaſum, in qua adhuc menſuræ intelligi poſſunt æqualitas & plenitudo trinitatis: cui eccleſiæ dicitur per prophetam. In exortu eius dilata locum tabernaculi tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende, ne parcas: longos fac funiculos tuos, & clauos tuos conſolida, ad dexteram & ſiniſtram penetrabis, ſemen enim tuum gentes hæreditabit, & ciuitates deſertas inhabitabit. Eſa.54.a Super has igitur mēſuras locorum omnium, vniuerſum mundum rectæ fidei tetendit, vt eſſet omnibus in Chriſtum credentibus labium vnum, hæc ergo myſteria ante ſæcula conſtituta, Iob quippe, qui dum non eſſet, ſcire non potuit. Siue menſuras eccleſiæ, diuerſitates gratiarū recte intelligimus, quas Apoſtolus diuiſiones ſpiritus appellauit, qui ita cum de diuerſis gratiis diceret, ait. 1.Cor.12.b Hæc autem omnia operatur vnus atque idem ſpiritus diuidens vnicuique prout vult. Item ait, vnicuique autem noſtrum data eſt gratia ſecundum menſuram donationis Chriſti. Per has igitur gratias intenſio eſt contemplationis, velut linea recte credentium in deo, ſicut dicitur in Actibus Act.4.f
B apoſtolorum. Erat illis cor vnum, & anima vna in deum.

a *Super quo baſes illius ſolidatæ ſunt.*] Vnde potuit creatura rationalis & ſapiens opus creatoris, antequam eſſet ipſa cognoſcere, cum etiam nunc vix poſſet aliqua ex operibus eius ſenſu attingere. Aliter: ſuper quo baſes terræ eccleſiæ ſolide ſtabiliuntur, niſi ſuper Chriſtum petram, qui eſt principium fundamentorum eius. Baſes autem eccleſiæ ſunt ſancti quique potentes & fortes, a quibus eadem ſuſtinetur & regitur. Alij dixerunt: ſuper quo circuli eius fixi ſunt, vt intelligamus pondus roboris mundi ſecundum illum ſenſum eſſe, quo pſalmiſta de hoc loquitur, dicens. Pſal.92.a Etenim firmauit orbem terræ qui non commouebitur. Circuli enim rotundi figura, eſt figuris cæteris pulchrior. Nam circulus ex omni parte ſibi eſt congruus & æqualis, totuſque per ſemetipſum ſolidus vadit, & inter oculorum aciem, per ſuum infinitum habitum, quia ſine vllo fine ſemper in ſeipſum recurrit, & inexplicabiliter ducitur. Hic igitur ſignificare mihi videtur hominem in nullo ſibi aduerſantem, neque ſe ex parte aliqua oppugnantem, quales erunt in futuro beato ſæculo: tunc enim caro non concupiſcet aduerſum ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem. Gal.5.c Quamuis huius pacis beatitudinem etiam in hoc ſæculo nonnulli ſancti ex parte præſenſerint: nō quidem nullam interioris exteriorisque ſe in ipſis ſen-
C tiendo diſcordiam, ſed hoſtilem vitiorum exercitum reſiſtentibus fortiores ſuperando virtutibus, vt Helcana 1.Reg.1.a pater ſancti Samuelis vir vnus dictus eſt. Sic itaque totus in ſe erit ſibique conueniens, & immobiliter in illa gloria ac ſine fine conſiſtens. Hi igitur circuli figurati per dilectionis dei copulam, ligno crucis affixi ſunt: & vnuſquiſque eorum dicit. Rom.8.g Confido enim, quia neque mors neque vita, &c.

b *Aut quis demiſit &c.*] Hic lapis angularis Chriſtus, qui a deo patre poſitus eſt in fundamento terræ dominicæ: ipſe eſt enim non ſolum fundamentalis, ſed & angularis, in quo duo populi, Iudæorum videlicet & Gentium continentur. De quo & pſalmiſta ait. Pſal.117.c Lapis quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli. Et Apoſtolus ait. Ephe.2.d Ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu, in quo omnis ſtructura compaginata creſcit in templum ſanctum. Hunc igitur pater demiſit in terram vt in fundamentum poneretur.

c *Cum inquit, laudarent &c.*] Demiſſo itaque in fundamentis Sion lapide pretioſo, qui eſt ſecundus homo de cælo cæleſtis: laudauerunt, inquit, me ſimul aſtra matutina, & iniubilarunt omnes filij dei. Aſtra & filij dei angeli intelliguntur, qui in natiuitate Saluatoris exultauerūt. D
Scut ait angelus ad paſtores. Luc.2.b Ecce euangelizo vobis gaudium magnum: quia natus eſt Saluator, qui eſt Chriſtus dominus in ciuitate Dauid. Item euangeliſta. Et ſubito facta eſt cum angelo multitudo, & cætera. Ideo autem angeli aſtra matutina dicuntur, quia inter creaturas rationales primi facti ſunt in die qui eſt Chriſtus, & filij dei ſunt, non ſunt filij tenebrarum, ſicut illi qui de eorum numerò collapſi ſunt, facti non ſolum filij tenebrarum, ſed etiam rectores tenebrarum, ideſt, hominū peccatorum. Tunc voce magna, ſicut ſupradictum eſt, laudauerunt me omnes angeli mei. Quemadmodum in illius ouiculæ humani generis ſalute laudantes deum gauiſi ſunt. Item aſtra matutina omnes filios eccleſiæ non abſurde ſentimus: qui per baptiſmum renaſcuntur Chriſto, ſicut ait Apoſtolus ad 1.Theſ.5.a eccleſiam ſcribens. Omnes vos eſtis filij per fidem in Gal.3. Chriſto Ieſu. Hi ergo propter vigiliam matutinam, in qua dominus reſurrexit, aſtra matutina dicuntur: vel pro incipiente eis gratiæ nouo lumine, vnde & Neophyti nuncupantur. E

d *Quis concluſit oſtiis mare &c.*] Cum in conditione mundi aquæ omnem terram operirent, & tenebræ eſſent ſuper faciem abyſſi, Gen.1.a tunc ſecundum fidem libri Geneſeos, præcepit deus die tertio, vt omnes aquæ in locum vnum congregarentur. Quibus etiam terminum finemque impoſuit, ne ſe foras limites ſuos, ad operiendam terram rurſum effunderent. Vulua de qua mare procedebat καταχρηστικῶς, ipſam terram ſubiacentem poſſumus intelligere, vt de ea & in ea aquam creatam a deo eſſe credamus. Duas enim partes mundi magnas, cælum & terram deus ex nihilo fecit, & ima earum de materia informi: cæteras autem creaturas diſtinctas ſiue formatas inſtituit, inter quarum creationem, & aquas credimus factas, quarum quidem conditionem, in principio Geneſis ſcriptam non legimus: aliarum vero pene omnium factura in libris dominicis recenſetur, licet & de ipſo mari ſanctus Dauid dixerit, Pſal.145.a cum de beato viro loqueretur. Spes eius in domino deo ipſius, qui fecit cælum & terram, mare & omnia quæ in eis ſunt. Hunc ergo maris proceſſum, effuſionem aquarum dicere mihi videtur, qui de occultis venarum terræ finibus emanabat, & operiebat omnem faciem terræ. Quod in diluuio manifeſtius factum legimus, vbi dicitur. Et omnes fontes abyſſi magnæ erupti ſunt. F
Proinde vulGen.7.b uam maris, terræ ſinum dictum exiſtimo, vt mare de eadem progenitum nouerimus. Sed dicit aliquis. Ego aquarum moles cælo & terræ dico eſſe congenitas, & ſimul creatas. Denique de aquis quemadmodum & de terra fecit deus ſiue produxit cæteras creaturas. Si ergo hoc opinionem iſtam confirmat, vt ideo & aquę ex nihilo creatæ dicantur, quia & de ipſis alia & alia in ipſis iubente deo quam plurima animantia proceſſerunt, de cælo quid dicemus, quod eſt pars mundi præſtantior: de quo non legimus, quod ex eo quaſi de informi materia aliquid procreatum ſit. In quo etiam quod ad maiorem decoris eius pertinet pulchritudinem, ſtellas ac diuerſos aſtrorum globos deus fecit, ordinauit, & compoſuit. Et iuxta hanc aſſertionem, meliora erunt maris & terræ elementa, quam cælum: cuius ornatum pulcherrimum admirantes ſuſpicimus, quoniam præcellit vel maxime cæteras creaturas.

e *Cum ponerem &c.*] Cum ergo ait, magnum ſit mare latitudine, & longitudine, & profundo: per fortitudinem tamen potentiæ meę illud velut paruum elementum, nube tanquam veſtimento contexi & caligine, modicis videlicet & vilibus rebus operui, quæ aſſimilantur pannis infantiæ. Et quia mare ſuperius diximus, quaſi de vulua

obuoluerem. [a] Circumdedi illud terminis meis, & poſui vectem & oſtia, & dixi. Vſque huc venies, & non procedes amplius: & hic confringes tumentes fluctus tuos. [b] Nunquid poſt ortum tuum præcepiſti diluculo, & oſtendiſti auroræ locum ſuum: & [c] tenuiſti concutiens extrema terræ, & excuſſiſti impios

A procedere, ſeruans tranſlationem nominis, ipſum mare velut paruulum procreatum, tanquam pannis infantiæ ait caligine obuolutum, ſiue vt alij dixerunt, & nebula obuolui illud.

a *Circundedi illud terminis meis, & poſui &c.*] Termini iſti, diuini ſermones ſunt: qui ſentētia immobili velut termini defixi intelliguntur. Hoc ipſum eſt & illud quod ſequitur, deo dicente: poſui vectem & oſtia. Aliter, quis concluſit oſtiis mare. Sæculum hoc ſcripturæ diuinæ frequenter mare appellant, vt etiam ſanctus Dauid ait. *Pſal.103.c* Hoc mare magnum & ſpatioſum manibus. Item. *Pſal.106.c* Qui deſcendunt mare in nauibus. *Abac.3.d* Et Abacuc. Miſiſti in mare equos tuos. *Eſa.72.a* Et Eſaias. Occidit cetum qui in mari eſt. Proinde hoc mare præceptis diuinis, velut quibuſdam limitibus ſacrorum eloquiorum concluditur, vt de vtero cordis ſui, ibi cogitationibus velut ex ſemine, curas atque illecebras mundiales voluptatum, & delectatione concipiebat, iam non in opus quaſi parturiendo erumperet, ſeque effunderet in diuerſa facinora perpetranda. Et ideo cum vidiſſet propheta mun- B dum credentem deo, hoc bonum in ſe continentiæ poſſidere, gratulans ait ad deum. *Pſal.73.e* Tu confirmaſti in virtute tua mare. Mundum dico fidelem ſanctæ eccleſiæ populum, qui mare ſpecialiter dicitur, & habitat in hoc mundo. *Ioan.3.b* Et iſte eſt ille mundus fidelium, de quo dominus ait. Sic enim dilexit deus hunc mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret pro eo. *Ioan.15.c* Eſt & mundus incredulorum: de quo ſimiliter dominus ait ad diſcipulos ſuos. Si mundus vos odit, ſcitote quia priorem me odio habuit &c. Sic itaque duos mundos populorum in hoc corporali & in animali mundo dicimus habitare, qui & duo maria, ſecundum exemplum ſuperius poſitum, dici poſſunt, ab hoc ſcilicet mari aquarum metaphoricos nomen accipientes: quia & domus bona ſiue mala, & ciuitas optima ſiue peſſima. Mare vero tropicos dicuntur populi fluctuantes, qui in hac vita inquieto motu incertoque iactantur. Cum ponerem nubem veſtimentum eius, & caligine illud velut pannis infantiæ obuoluerem. Nubem omnia operientem ſpiritum ſanctum creaturis omnibus infuſum ac ſuperfuſum accipiamus, de quo ait. *Gen.1.* Spiritus domini ſuperferebatur ſuper aquas. Caligo autem quicquid eſt inane trans mundum, vbi leuitas eſt, ideſt, retro defectus intelligi poteſt. Moraliter autem iuxta auctoritatem, ſcripturæ, nubes ſunt vnuſquiſque veritatis annunciator. Horum igitur verbis conſolatoriis atque doctrina, rorando deſuper, ait dominus: mundum fidelium ab æſtu tentationum protexi, eique vmbram ſupra promiſſione C æternæ beatitudinis præbui, hoc eſt, veſtimentum per ſanctos meos miniſtros euangelij ei ſuper mare populorum expandi, ne videlicet infideli caumate torreretur. Quod etiam mare populorum intra prædicationem perfectam euangelij poſitum, propter morum infantiam in quibuſdam lactea doctrina, velut vilioribus veſtimentis operitur: eo quod ſacratiora myſteria non valeant intueri, quæ ſunt eis intelligentiæ inuoluta caligine. Circundedi illud terminis meis, & poſui vectem oſtia. Hucuſque venies & non procedes amplius, & hic confringes tumētes fluctus tuos. Terminis, inquit deus, mandatorum meorum, prædictum mare, intra vnius fidei confeſſionē congregaui atque concluſi, & ad condenſandum ſe, fortiſſimum illi vectem charitatis oppoſui: oſtia quoque infidelitatis obſtruxi, vt quantalibet tempeſtatum ac perſecutionum violentia, defixos obedientiæ limites tranſcendere compellatur: Nunquam charitatis meæ circunſepta tranſiliat, cui dixi: Hucuſque venies & non procedes amplius, & hic confringes tumētes fluctus tuos. Ideſt, ſi qui forte cogitationum malarum fluctus te intra pelagus tui cordis exagitant, ventuſque validus preſſurarum te funditus commouere pertentat, de ſtatu quoque tuo in ari- D dam ſiccitatem, velut in arenas ſteriles impellat: Hæc munimenta fidei & charitatis meæ caue ne trāſeas: & ita fiet vt minarum venti inſurgentis alliſi in petra vallidiſſima diſſoluantur.

b *Nunquid &c.*] Hoc dominus ait ad Iob, quod conditarum ac ſecretarum rerum ſuarum per gyros ſuos recurrentem ad ordinata loca redire quotidie ipſe diſponat: & idcirco Iob arguitur, qui deum factorem & gubernatorem rerum omnium diceret, nullo moderamine æquitatis operatum: & quaſi ita dicens ait ei: Tu qui valde ſapientem te arbitraris, & quaſi coæqualis lucem meam fueris fabricatus, & de meis iudiciis diſputare poſſe credis, ſi elementa aſtrorum præceptum impleant creatoris, te forſitan diſponente miniſterij ſui pergunt curſum, cum iſta priuſquam tu in Adam per me exiſteres ſint creata. Aliter: Hoc diluculum Saluator noſter eſt: qui & ſol iuſtitiæ appellatur. Ipſe calore fidei & ſplendore gratiæ ſuæ, eccleſiam, mundum ſcilicet rationalem illuminat. Igitur nunquid tu Iob præcepiſti huic diluculo, vt oriretur de cælo, reſplendens E his qui ſedebant in tenebris, & vmbra mortis: quemadmodum ergo tu Iob, poſt initium tuum præcipere non potuiſti æternis, vt mundo in errorum tenebris conſtituto eſſet diluculum: ita nec poſt mortis occaſum eius, reſurrectionis & locum gloriæ eius in dextra patris ſui oſtendere potuiſti, quem poſt mortem quam ſponte ſuſceperat, ad me iterum reuocaui. Sicut ipſe dominus Ieſus *Ioan.16.g* ait in euangelio. Si ergo videritis filium hominis aſcendentem vbi erat prius.

c *Et tenuiſti concutiens extrema terræ &c.*] Poteſt hæc terra eccleſia intelligi: de cuius fundamentis dominus ſuperius dixit, de qua in extremis terræ, ideſt, in nouiſſimo ſæculo excutiendi ſunt peccatores: ita ipſe dominus ait: *Amos 9.c* Ecce mandabo, & concutiam in omnibus gentibus domum Iſrael, ſicut concutitur triticum in cribro. Deus ergo qui ſecundum prophetam menſus eſt aquas pugillo, & cælos palmo ponderauit, & tribus digitis terram appendit: *Eſa.40.c* ipſe pro magnitudine vtraque manu tenens margines terræ, quaſi cribrum huc atque illuc concutit, ſiue excutit tanquam veſtimentum, vt impios velut paleas & lolium excutiat a frumento iuſtorum. Proinde hæc omnia operantis non ſolum fortitudo, verum & iuſtitia demonſtrat: & inde eſt quod ſancto Iob dominus cum increpatione loquitur: quare dixerit innocenti ſibi pœnam acerrimæ tētationis illatam. Secundum moralem vero ſenſum intelligentiæ loci huius, vt æſtimo facilior exitus eſt, vt terram interpretemur naturam humanam: quia ab humo homo F dictus eſt, & extrema ſint ſanctorū vita: quia in carne poſiti, ſine carnalibus illecebris viuunt. Et ideo in extremis terræ dicuntur, de terrenis actibus euntes, non in medio tanquam in tota carne viuentes. Hæc igitur extrema, ſiue fines terræ in manu domini ſunt: ſicut ait propheta: *Pſal.54.b* Quia in manu eius ſunt omnes fines terræ: quos hic ait dominus ſe tenere atque concutere, vt tremant a facie eius, ſicut de eo propheta ait: *Pſal.103.b* Qui reſpicit terram, & facit eam tremere. Et ita de terra eorum excutit impios, quos vtique execrandos mores intelligimus vitiorum. Excutit ergo dominus a ſanctis ſuis huius mundi impios: quando eos ab illis purificatos, conſtituit innocentes. De talibus impiis & peccatoribus propheta dicebat: *Pſal.100.b* In matutino, ideſt, in cognitione ſcientiæ dei, fidei in me lucerna naſcente, interficiebam omnes peccatores terræ, vt diſperderem de ciuitate domini: qualibet vtique anima ſancta, omnes operantes iniquitatem. Siue in nouiſſimo tenebit deus mundum, quaſi reum ad iudicium ſuum: quo tempore extrema etiam terrarum, conſcientiæ tremore quatiantur, vbi minimos quoſque in extremis terræ intelligere



impios ex ea? [a] Reſtituetur vt lutum ſignaculum, & ſtabit ſicut veſtimentum. [b] Auferetur ab impiis lux ſua, & brachium excelſum confringetur. [c] Nunquid ingreſſus es profundum maris, & in nouiſſimis abyſſi deambulaſti? [d] Nunquid apertæ ſunt tibi portæ

A telligere poſſumus, qui & ipſi iuſto iudicio dei, vt ſuperbi & impij de terra manſuetorum excutiendi ſunt: *Matth.5.a* Beati enim mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram.

a *Reſtituetur &c.*] Signaculum iſtud, anima hominis intelligitur, quæ ad imaginem dei facta eſt. Expreſſa eſt in ea ſimilitudo bonitatis dei, omniumque virtutum decus. Hoc igitur ſignaculum imaginis dei & ſimilitudinis, per Adæ peccatum attritum fuerat & obliteratum, & rurſum per Chriſtum iterata impreſſione reſtituetur. Quod ſignaculum nūc quidem per fidem, & baptiſmi gratiam renouatur: & vita meliore, menti inſculpetur. Sed in reſurrectione totum omnimodo reſtaurabitur: quando ſicut humani corporis lutum in incorruptione reparabitur: ita & anima cum eo pariter veſtimento immortalitatis, velut ſtola gloriæ veſtietur. Vt quemadmodum ipſa gloria & incorruptio immortalitatis, ideſt, Chriſtus manet inæternum: ita & is qui ea indutus fuerit, glorioſus ſine fine permaneat. De quo veſtimento reſpiciens B ad lutum carnis ſuæ Apoſtolus, ait: *1.Cor.15.d* Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Hoc tamen diligentius eſt intuendum, quod in ſcripturis diuerſos intellectu veſtimenta dicuntur. Veſtimentum ergo aliquando dicitur ipſum corpus noſtrum: quo anima velut amictu, circundatur: ſicut propheta ait ad animam peccatricem: Operiet iniquitas tua, veſtimentum tuum. Item veſtimenta, ſunt animæ virtutes, quibus eadem anima componitur & ornatur. *Eſa.18.g* De quibus propheta ait, ad iuſtum miſericordias operantem: Tunc erumpet matutinum lumen tuum, & veſtimenta tua cito orientur. Et quoniam hæc veſtimenta viua ſunt & rationabilia, non fient tibi ſed orientur in te. Et peccata aliquando veſtimenta nuncupantur, vt Zacharias pro- *Zach.3.a* pheta ait: Et Ieſus erat indutus veſtimentis ſordidis. Dixit angelus ad eos qui ſtabant coram ſe dicens: Auferte veſtimenta ſordida ab eo: dixit ad eum: Ecce abſtuli iniquitatem tuam. Supra diximus veſtimentum eſſe gloriam immortalitatis: cuius luce quæ nunquam deficiet, homo eſt æternaliter veſtiendus. Alij interpretes ita dixerunt: Et tu ſumens terræ lutum, figuraſti hominem, & famoſum eum poſuiſti ſuper terram, ideſt, creaturis omnibus præeminentem. Dum hæc dominus ad Iob loquitur, vehementer arguitur: Secundum autem myſticos intelle- C ctus, obumbrante ſpiritu ſancto, figuratus eſt homo Ieſus Chriſtus de terra Mariæ virginis. Hic igitur homo de luto carnis humanæ aſſumptus eſt. Lutum hoc loco non propter vilitatem nominis dictum nouerimus: ſed propter ipſam materiam, de qua ſumptus eſt Chriſtus, veluti Adā in principio, qui de limo terræ plaſmatus eſt. Et ſicut ille per vnum exiſtit de ſinu terræ: ita & hic per vnum creantem ſe, formatus eſt in vtero matris. Et ita famoſus eſt ſuper omnem terram: vnde iam a ſolis ortu vſque ad occaſum laudetur nomen domini.

b *Auferetur ab impiis lux ſua &c.*] Lux impiorum eſt huius mundi gloria & felicitas, quæ mundo prætereunte tranſibit, ſicut & Salomon ait: *Prou.20.c* Lumen impiorum extinguetur, & eorum virtus & potentia, quæ brachij nomine dicta ſunt, ilico conterentur.

c *Nunquid ingreſſus es profunda maris &c.*] Prouidentiam ſuam deus, qua cuncta diſpenſat & regit, in his locis multo copioſoque ſermone ſignificat: Vnde ait ad Iob: Si potes vbique eſſe & noſſe omnia quæ creata ſunt, & ſi abditos terrarum ſinus penetrare potuiſti: ſi etiam profunda maris, & nouiſſima eius, atque extrema abyſſi peruagatus es. Ad increpationem ergo Iob iſta dicuntur. Vbi alij dixerunt: Nunquid ingreſſus es fontem maris, initium atque originem: vnde ipſum mare, quaſi de matrice, de mari oceano emanat, dicere videtur, quod oceani perenni curſu ac recurſu fieri nouimus: feruntque hoc atque confirmant, quod illa immenſa effuſio maris oceani, per om- D omnium regionum ac prouinciarum fluuios itura, vno pun- *Matth.16.b* cto temporis fiat. At nos tamen ſcimus omnium dierum, ac noctium alternatis ſucceſſibus, per horas viginti quatuor venire: atque vnius horæ æquinoctialis dodrante tranſmiſſo, tardius ſine intermiſſione, ſiue die venire, ſiue nocte: per quinque æquinoctialis horas refluitura, æſtu violentoque impetu, ſiue in opertis tantum, ſiue retruſis magnorum quoque fluminum curſibus ad ſuperiora conſcendere, ac per ſeptem eiuſdem menſuræ horas curſu paulo leniore diffluere, & in ea tantum quæ quinque horis fuerant ſuppleta, vacuare. Proinde incredibile videri poteſt, quod in eodem mari velut fons quidam tantarum aquarum ebulliat: de cuius profunditate & ſufficiente abyſſo, definito ſibi tempore aquæ illæ in ſuperficie profundantur, & rurſum recurrentes in eoſdem profundiſſimos ſinus decidant, præcipiteſque diſcedant: & a deo ſibi conſtituta lege perpetua, ab imis ſem- E per ebulliant atque iterum in ima decurrant, & inde forſitan dixerit deus ad ſanctum Iob: Nunquid ingreſſus es fontem maris? Quoniam deo ſoli nota ſunt quæ creauit. Porro ſecundum myſticos intellectus hoc dixiſſe deum puto: quod circa finem ſæculi pro redemptione hominis ad inferos eſſet deſcenſurus: vbi pro poteſtate deſcendētis deambulaſſe eum dixit: Quia impoſſibile erat, vt quaſi reus peccati infernalibus vinculis teneretur. Ipſe enim ſolus factus eſt, ſicut homo. Ad præſens quidem ſine adiutorio, ſed tamen inter mortuos liber. Quod autem infernus in imo terrarum ſit: *Ion.2.* Ionas propheta qui ſpecialiter habuit figuram Saluatoris, in oratione ſua quam in ventre piſcis effudit, manifeſte demonſtrat, quemque in infernum abyſſi aquæ circunluant, & multis aliis locis ſcripturæ de qualitate inferorum loquuntur. Poſſumus & moraliter hunc locum ita ſentire: vt quia mare per figuram, hoc ſæculum dici nouimus, profunda eius ſuper omnes iniquos & peccatores: qui quantum illud diligūt, tantum in eius obſcuriſſimam profunditatem demerguntur, vt omnino non videant lumen euangelij, & gloriæ Chriſti. Nouiſſima vero abyſſi ſint omnes impij & ſacrilegi: qui in profundiores peccatorum tenebras deſcendentes, laſciuiarum nimio fluxu, velut aquarum multitudine deprimuntur: Ad hos dominus noſter neminem deſpiciens, omneſque ſaluare cupiens, venire dignatus F eſt, vt corda eorum infidelitate cæcata, per gratiam ſuam illuminaret: & effecti lux in domino, fierent templum eius, vt inambularet & inhabitaret in eis, & eſſet eorum deus.

d *Nunquid apertæ tibi ſunt portæ mortis & oſtia teneb. &c.*] Nulla creatura eſt quamuis præpotens & fortis: quæ dei maieſtati poſſet obſiſtere. Et ideo quia per naturam ſentiunt creatorem, cedunt diuinæ potentiæ, qua ei omnino nequeunt contraire. Vnde antiqui interpretes ita dixerūt. Nūquid apertæ ſunt tibi portæ mortis? Vbi intellexerūt, quia huiuſmodi portæ, quæ vtiq; metuuntur, nō ſint inſenſibiles & inanimales: ſed ſint illi potius ſpiritus immūdi, inimici noſtri, aduerſarię videlicet poteſtates, per quas generi humano introitus inuentus eſt ad mortem. Ipſæ ſunt & oſtia tenebroſa: quorum animos maliuolos & obſcuritate inuidiæ plenos, deus ſolus perſpicit. Igitur quoniam hi, de quibus loquimur, tenebræ factæ ſunt recedendo a vero lumine, & poteſtates ſunt tenebrarum appellatæ, ideſt, principes hominum peccatorum: & idcirco etiam oſtia tenebroſa dicuntur: quoniam deceptione eorum, factus eſt homini per peccatorum tenebras ingreſſus ad mortem. Vbi ergo dictum eſt: oſtia tenebroſa vidiſti, quod nos iam expoſuimus, alij interpretes locum ipſum manifeſtius tranſtulerunt, ita dicentes: Aut ianitores inferni videntes te timuerunt: qui locus expoſitione

tæ mortis: & oſtia tenebroſa vidiſti? [a] Nunquid conſideraſti latitudinem terræ? Indica mihi ſi noſti omnia, in qua [b] via lux habitet, & tenebrarum quis locus ſit, vt ducas vnumquodque ad terminos ſuos, & intelligas ſemitas domus eius. Sciebas [c] tunc quod naſciturus eſſes, & numerum dierum tuorum noueras? [d] Nunquid ingreſſus es theſauros niuis, aut theſauros grandinis aſpexiſti

A non indiget, quin potius quod obſcure prius dictu m eſt, apertiſſime declarauit. Vel certe in paſſione & in morte domini, hæc quæ dicuntur luce ſunt clariora: qui clauſtra inferorum aperuit, & ſanctorum inde animas liberauit, leges tartari exiens inferos ſoluit, ſentẽtiam mortis reſurgens irritam fecit, principatus & poteſtates trementes: qui erant ianitores & oſtia, tranſduxit fiducialiter: ſiue palam triumphans in ſemetipſo. Secundum tropicam vero intelligentiam, portæ mortis, ſenſus ſunt noſtri: quæ portæ tunc virtutibus clauſæ ſunt, quando a vitiis obtinentur, & per eas mors peccati, ad arcem mentis ingreditur. Quæ oſtia tenebroſa, ideo appellantur: quia in tenebras peccatorum ſiue etiam pœnarum, aditum pandunt. Iſtæ itaque portæ, ſiue hæc oſtia, aperiuntur hominibus ad ſalutem, cum euictis vitiis tanquam hoſtibus ſuis expugnatis atque in fugam verſis, ſanctitatis eas virtutibus homines aperuerint, vt audiant cum exhortatione ſermonem prophetæ
B dicentis; Aperite mihi portas iuſtitiæ, ingreſſus in eas confitebor domino. Sanctus enim homo ad poſſidendum ſanctitatis teſtimonium & virtutum monilia, conſeruantis affectu & congaudentis ingreditur: quoniam ex participatione theſauri communis, fit illis cor vnum & anima vna in deum. Et ita in hoc mundo velut in fornacis examinatione pariter poſiti, quaſi ex vno ore benedicunt deum in omni tempore, & ſemper laus eius in ore eorum.

a *Nunquid conſideraſti latitud. &c.*] Quis hominum noſſe poterit, quanta magnitudine diſtendatur, niſi ipſe ſolus,
Eſa. 40.e qui omnia condidit? De quo propheta ait: Qui menſus eſt aquas manu, & cælum palmo, & omnem terram clauſit pugillo. Item aliter. Nunquid tu Iob præuidiſti latitudinem terræ, ideſt, eccleſiam futuram, quam per totum mundum, creſcente vbique euangelio dilataui. Indica ergo mihi ſi hoc ſapere, ſiue aliquando intelligere potuiſti. Siue latitudinem ſapientiæ meæ, quam terræ, domui meæ, ideſt, eccleſiæ tribui: nunquid vt futura præuidens, oculo mentis accenſo per temetipſum inſpicere potuiſti?
3. Reg. 4.d quæ ſapientia dilatauit cor Salomonis, ſicut arenam quæ eſt in littore maris: eique dedit prudentiam multam nimis, & quæ in exitu canitur, & in latitudine ſuarum fiducialiter agit: cuius multiplices ſenſus & latitudine diſputationum ditiſſimos, iubet eadem ſapientia, in corde ho-
Prou. 22.c minis deſcribi tripliciter. Hæc ergo verba poſſunt, ex perſona patris ſuper ſapientia, quæ eſt filius, diſſerta, intel-
C ligi.

b *In qua via lux habitet: & tenebrarum quis locus ſit, vt ducas vnumquodque ad terminos ſuos & intelligas &c.*] In via ſanctæ conuerſationis hominis, lux virtutum habitat: tenebrarum vero, ideſt, vitiorum locus eſt homo peccator:
Matth. 25.d vel ille locus de quo dicit: Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Noſti ergo Iob diſcernere vniuſcuiuſque meritum, & ſecundum iuſtitiam vnumquemque horum ad terminos præfinitos retributionis perducere: cogitationes cordium ipſorum, tanquam ſemitas domorum ſuarum intelligere potuiſti. Item, in qua via, ſiue terra, vt alij dixerunt, lux habitet, lux fidei & cognitionis habitat in corde credentis, ſiue lux in terra, Chriſtus in eccleſia. Tenebrarum autem, ideſt, ignorantiæ & infidelitatis locus, eſt cor inſipientium atque incredulorum. Et ideo per quaſlibet ſemitas tendant boni & mali, ſecundum meritum ad domum æternæ conuerſationis iuſto & bono domino ducente perueniunt.

c *Sciebas tunc quod naſciturus eſſes, & numerum dierum? &c.*] Quis hominum nouit antequam ſit, quia futurus eſt, ætatiſque ſuæ dies annoſve cognoſcit? Item in Adam peccator, & filius mortis effectus, quando ſcire vel ſapere po- D tuiſti, quod ſpiritu & gratia baptiſmi naſciturus eras de viſceribus matris eccleſiæ, & in æternum ſecundum nouiſſimam reſurrectionem reparandus: & numerum dierum tuorum, qui ſine fine ſunt, vnde ipſe per temetipſum cognoſcere potuiſti?

d *Nunquid ingreſſus es theſauros niuis, aut theſauros grandinis aſpexiſti, quæ præparaui in tempus &c.*] Potẽtiam ſuam deus, quam etiam in ſecretis creaturæ ſuæ rebus atque inuiſibilibus habet, his verbis voluit demonſtrare, dicens ad Iob: Nunquid ingreſſus es theſauros niuis, aut theſauros grandinis aſpexiſti? non enim loca ſunt quædã in aliqua parte mundi immenſa capacitate ſpatioſa, quæ moles atque congeries infinitarum niuium intra ſe habeant conditas, vt merito ob hoc, quaſi loca theſauri appellentur: de quibus olim hæ congregatæ ſint ſpecies, quæ quando deus voluerit proferantur: ſed ita eſt potius, vt in alio loco ipſe dominus ait: Et ſpecies agri me- Pſal. 49.b
cum eſt. Quæcunque enim voluerit facere, ſtatim volun- E tas eius in effectum procedit. Et ideo theſauri nominati, non in aliquo immenſo & capaci loco, ſed in eius voluntate, & diſpoſitione ſunt conſtituti: ſicut in alio loco ait: Et ſpecies agri mecum eſt, apud quem nihil eſt imperfectum: quia non eſt aliud cogitare illius, aliud facere: ſed protinus fit, quod voluerit. In hac ergo ſecreta cordis ſui diſpoſitione diuina, vbi eſſent iſti theſauri harum rerum, cum adhuc in ſe corporaliter non exiſterent, interrogatur Iob ſi intrare poterit. Nemo enim ſecretum illud diuinæ maieſtatis poteſt adire, ſiue cognoſcere, niſi filius qui eſt in ſinu patris, vniuſque naturæ atque ſubſtantiæ. Hæc ergo præparata dicuntur a deo in tempus hoſtis pugnæ & belli. Multis igitur modis, ac diuerſis aliis innumerabilibus iudiciis ſuis deus flagellat, & corripit genus hu-
manum: ſicut etiam Ægyptios, quos fulminibus & gran- Exod. 7. & ſeq.
dine deuaſtauit. Et generaliter aliis rebus frequentat hominum caſtigationem. Hoſtili humiliat incurſu, terrarum motu hiatuque vaſtat, turbinibus perdit, ruinis opprimit, naufragiis demergit: aliis quoque plagis innumeris verberat, ſiue lentis infirmitatibus, ſiue acutis languo-
ribus, atque aere corrupto. Vnde in Deuteronomio legi- Deut. 7. et 20.
mus, quæ hoſtibus ſuis repugnantibus, & rebellantibus præparat, vt eis ſecundum iuſticiam ſuam infligat debitas pœnas tribulationum. Item aliter. Niuem nunc in bonam partem, nunc in contrariam accipimus: & idcirco ſub niuis nomine præfiguratum, hoc loco corpus aduerſariarum poteſtatum colligunt, quod a charitate dei longe diſceſſerit, ideſt, deum habitantem in cælo reliquerit, F vt iuſto iudicio dei proiiceretur in terram. Huius autem niuis & grandinis, quaſi in quandam duritiam ſuæ naturæ oblita tranſierit, quaſi quædam ſecreta, cogitationum ſcilicet machinamenta, theſauros deus voluit nominare:
ſicut propheta Ezechiel de eorum principe ait: In multi- Ezech. 28.d
tudine negotiationis tuæ impleta ſunt interiora tua iniquitate. Huiuſcemodi igitur dominus cogitationum omnium ſolus cognitor perſcrutatorque eſt. Hos inquam theſauros qui per ænigmata niues & grandines nominati ſunt, ait deus ſe præparaſſe in tempus hoſtis diemque pugnæ & belli. Et quoniam inſipienti corde nunquam ad deum conuerſuri eſſent, diſpẽſatione diuina magiſtri pœnarum effecti ſunt, vt alios dei iudicio, ad emendationem flagris correptionum caſtigent, alios vero ſecundum iuſtam ſententiam dei puniant: alios duris tribulationibus affectos conſtituant clariores. Sicuti & in iſto ſancto Iob manifeſte apparuit. In Ægyptiis quoque ſimiliter demonſtratum eſt, quibus non voluntate dei pugnantibus, plagæ horrendæ, immiſſæ ſunt per angelos malos. Item, Nunquid ingreſſus es theſauros niuis, & cætera.

Potuit



xiſti quæ præparaui in tempus hoſtis, & in diem pugnæ & belli? [a] Per quam viam ſpargitur lux, diuiditur æſtus ſuper terram? [b] Quis dedit vehementiſſimo imbri curſum, & viam ſonantis tonitrui, vt plueret ſuper terram abſque homine in deſerto: vbi nullus mortalium commoratur, vt impleret inuiam & deſolatam, & produceret herbas virentes? [c] Quis eſt pluuiæ pater: vel quis genuit ſtillas roris? De cuius [d] vtero egreſſa eſt glacies, & gelu de cælo

A Potuit dominus de aduentu ſuo in carne hoc dixiſſe, quo vt ignis æternus & ignis, cæli, igniſque diuinus per quem omnes creaturæ rationabiles concaleſcunt, dignatus eſt ad terram deſcendere: qui velut ad niueam regionem, & frigidam mundi huius atque inſtar grandinis nimio infidelitatis frigore duratam ex-
Luc. 12.f clamauit & dixit: Ignem veni mittere in terram. Proinde huiuſcemodi humanorum cordium theſauros, obliuione videlicet dei ſui frigidiſſimos, ingreſſum ſe profitetur, vt expulſo perfidiæ frigore, dilectione eius fla-
Pſal. 38.a grarent & dicerent: Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardeſcit ignis. Itemque vt ad intelligentiæ ignem profectu fidei
Luc. 24.e de ſtultitiæ frigore venientes dicerent: Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis: cum illuminato corde atque accenſo charitatis fonte aperiret nobis ſcripturas Ieſus? Sic itaque ingreſſus mundum, ac viſitans eum, aſpicit cor-
B da mortalium, quæ etiam & theſauri ab ipſo domino
Matth. 12.e nuncupantur in euangelio: ita dicente: Bonus homo de bono theſauro cordis ſui profert bona. Hæc igitur deus facere præparauit quæ diximus, hoſtis pugnæ & belli, in tempore vtique pro nobis moriens, hoſtem grauem ac moleſtiſſimum inimicum diabolum, in inferis triumphauit: & reſurgens a mortuis, in Iudæa fidei ſuæ aduerſarios expugnauit.

a *Per quam viam ſpargitur lux &c.*] Quis poterit proprie ſcire mortaliũ, quæ ſit via ſolis, quam ordinato curſu agit in dextro climate cæli, ſpagentis lucem ſuper terras: aut quemadmodum æſtus per vices temporum, ſiue per loca regionum omnium diuidatur, vt alibi plus eodem tempore ferueat, & ipſe alibi tẽperato calore ſentiatur. Item, Per quam viam ſpargitur lux, diuiditur æſtus ſuper terram. Via eſt euangelij prædicatio, per quam lux fidei ſpargitur ſuper corda credentium: Et pulchre ſpargitur: quia infidelitate mentes hominum aridæ, vbertate diuinæ gratiæ irrorantur, & ita diuiditur æſtus ſancti ſpiritus ſuper
Ephe. 4.a terram fidelium. Sic inquam diuiditur, cum vnicuique datur gratia ſecundum menſuram donationis domini noſtri Ieſu Chriſti. Siue hoc modo diuiditur, cum aliis an-
2. Cor. 2.d nuntiatio Chriſti odor vitæ in vitam ſit, aliis vero odor mortis in mortem. Sic ergo diuiditur ipſum bonum euãgelij, vt vitam aliis largiatur, aliis mortem crimine infi-
C delitatis operetur. Itemque via ſanctæ conuerſationis hominis, luxque timoris dei, ſpargitur ſuper omnem corporis terram, vt fugiant ab eo tenebræ peccatorum: & æſtus eis tentationum opitulante dei gratia temperentur, ne exorto ſuper ſe ardore ſolis exæſtuet. Et ſic itaque æſtus diuiditur: cum eis non totum ſimul tribulationum
1. Cor. 10.e pondus imponitur, ſicut ait Apoſtolus: Fidelis enim deus,
Prou. 10.a qui non patitur vos tentari, & cætera. Et Salomon: Effugiet æſtus, filius prudens: vento autem corrumpitur in meſſe filius iniquus.

b *Quis dedit vehementiſſimo imbri &c.*] Hic vehementiſ-
Pſal. 147.a ſimus imber, ſaluatoris eſt euangelium, qui emiſit eloquium ſuum terræ, vt velociter curreret ſermo eius: hic
Eſa. 2.a inquam imber in montibus Hieruſalem, de imo terræ in ſublime ſurrexit: quoniam de Sion exiet lex, ait propheta, & verbum domini de Hieruſalem, & eleuatus a ſanctis apoſtolicis nubibus, velut aqua effluens, copioſe currit, aura ſibi flante ſpiritus ſancti, in variis ſignis atque virtutibus, viam ſibi fidei fecit in nationibus, terrore nominis dei atque miraculorum tonitruo præcedente. Alij dixerunt, præparauit flumen omnium populorum. Et flumen inquam eccleſiæ præparauit, vt pluuia copioſa & valida ſpiritus ſancti inundarentur, ſicut in ipſo principio naſcentis eccleſiæ ſuper Apoſtolos ſanctoſque cæteros demonſtratum eſt. Quod autem in laudem imbris euangelici dicitur: quod plueret ſuper terram inhabi- D tabilem, quæ hominem non haberet, non erit mirabile, ſi vt ſonat tantum intelligatur: ſed in deſerto, ideſt, nationibus, doctrinam dominicæ prædicationis copioſe effudit. In deſerto inquam vbi nullus hominum fuerat commoratus, ideſt, quoniam nullus prophetarum ad gentes a deo erat miſſus, vt impleret inuia & deſolata, & produceret herbas virentes euangelij. Imber terræ eccleſiæ, quæ fuerat deſolata a deo, & pluuia charitatis dei, adipe repleuit eam atque in pinguedine, vt ex vbertate bonorum cæleſtium produceret ac proferret herbas virentes ſatiui ſeminis, ſecundum genus
ſuum, ſicut ait in pſalmo. Et florebit de ciuitate ſicut Pſal. 71.e
fœnum terræ, & multiplicatis fructibus faceret, ſe-
cundum parabolam domini: aliud triceſimum, aliud Luc. 8.b
ſexageſimum, aliud centeſimum fructum, & audiret E
cum exhortatione ſe conſolantem: Lætare ſterilis,
quæ non paris: erumpe & exclama, quæ non parturis: Eſa. 54.a
quia multi filij deſertæ, magis quam eius quæ habet virum.

c *Quis eſt pluuiæ pater: vel quis genuit ſtillas roris.*] Quis eſt huius pluuiæ, & huius imbris dominici auctor & conditor niſi deus? Quam pluuiam voluntariam ſegregauit hæ-
reditati ſuæ, ſicut dicit pater ad filium: Fili pete a me, & Pſal. 2.b
dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem terminos terræ. Ipſe etiam deus genuit ſtillas roris: hinc & propheta ait ad deum: Ros enim qui a te eſt, ſanitas eſt illis. Proinde in fluuio, affluentiſſimam affluitatem largitatemque diuinæ gratiæ demonſtrauit. In rore autem eandem gratiam, ſenſim inſueſcentem viſceribus, & medullas animæ penetrantem. Alij dixerunt: vel quis genuit glebas roris. Has igitur glebas vnumquenque ſanctorum non abſurdum erit intellexiſſe, quæ ſunt in agro eccleſiæ,
quibuſque dicit Apoſtolus: Dei agricultura eſtis. Illic er- 1. Cor. 3.b
go iſtæ glebę per baptiſmum in Chriſto ſunt genitæ: ſicut
ait Apoſtolus: Creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis. Eph. 2.b
Vnde hoc rore cæleſti perfuſi, pingues in ſanctis fructus & vberes extiterunt.

d *De cuius vtero egreſſa eſt glacies.*] Vteri nomine, cordis ſecretum ſignificaſſe mihi videtur. Non enim probabiliter glaciem egreſſam de ore dei intelligere debemus: ſed de illo mentis ſuæ ſecreto & inſcrutabili iudicio, iuſtam ac F diſtrictam manaſſe ſententiam. Egredi ergo glaciem dixit pro egrediente iudicio, quo ſecundum ſuum meritum, quidam hominum percutiuntur plaga obdurationis, & corda eorum duriſſimo atque inſolubili quodam gelu & frigidiſſimo conſtringuntur, vt non ſentiant feruentis diuinæ charitatis calorem. De angelis apoſtaticis, veriſſime dici poteſt, & ſpecialiter de Iudęis intelligendum eſt: quibus aquæ eloquiorum cæleſtium glaciatæ ſunt, vt in fructus gentiũ gratiæ largitate profluerẽt: de quarũ vocatione dictum eſt ſuperiore verſiculo, & de quibus: poſuit de-
ſertũ in ſtagna aquarũ, & terras ſine aqua, in exitus aqua- Pſal. 106.d
rũ, & inhabitare fecit ibi eſurientes, ideſt, eſurientes iuſtitiam: Et ſeminauerũt agros, & plantauerunt vineas, & fecerunt fructũ natiuitatis: & benedixit eos, & multiplicati ſunt nimis. Qui ergo mẽte ſpiritualiter, nunc vbique poſitam contuetur eccleſiã, videt terrã eius, quæ fuit deo aliquando deſerta, nunc prædictis omnibus ſpiritualibus copiis abundare: ſic itaque prædictas ſtillas roris de cælo
defluentes ſuſcepit eccleſia, & ſecundum Iudicum librũ, Iudic. 6.g
quod tempore Gedeon ducis factum legimus, ros vnius ouiculæ gentiſque modicæ, totam terram Chriſto credentem, qui ros eſt, gratia benedictionis infudit: & impletum eſt illud myſterium, quod pſalmiſta prædixe-
rat dicens: Sicut ros Hermon. Hermon vtique mons Pſal. 132.a

A qui interpretatur anathema, ſignificat altitudine ſua populum Iudæorum. Illius ergo ros, gratiæ videlicet & benedictionis, deſcendit in montem Sion. Sion namque mons excelſus virtutibus, atque ſublimis eccleſia eſt. In quo conſtituta eſt ſpecula contemplationis futura credentium. Vnde & ipſa virtutum ſpecies Sion interpretatur. Et vt noſſemus propriũ roris iſtius nomẽ, ait pſalmiſta: Quoniam illic quidem, ſcilicet in monte Sion, mandauit dominus benedictionem & vitam vſque in æternum. Et ſequitur dicẽte domino.

cælo [a] quis genuit? [b] In ſimilitudinem lapidis aquæ durantur, & [c] ſuperficies abyſſi conſtringitur. [d] Nunquid coniungere valebis micantes ſtellas pleiades, aut gyrum arcturi poteris diſſipare? Nunquid [e] producis luciferum in tempore ſuo, & veſperum ſuper filios terræ conſurgere facis? [f] Nunquid noſti

a *Et gelu de cælo quis genuit.*] Hoc igitur modo de cælo obdurationis ſententia ſacrilegi feriuntur, quod vtique malũ iuſte eis a deo dicitur procreari, vt Pharaoni, ſcilicet & Iudæis: quos propter infidelitatem ſuam, & nimiam obſtinationem cordis legimus obduratos. Sequitur de huiuſmodi, dicente domino.

b *In ſimilitudinem lapidis aquæ durantur.*] Nomine aquarum ſecundum ſcripturarum auctoritatem populi intel-
B ligũtur: Sicut Ioannes apoſtolus ait: Aquæ autem populi ſunt: (Apoc.7.d) & Dauid ad dominum: Libera me, inquit, de aquis multis, de manu filiorum alienorum. (Pſal.143.b) De his ergo mihi dicere videtur, qui nimio obliuionis dei frigore obriguerunt, & inſtar lapidum, ſolidi & nimium duri effecti ſunt. Deinde ait.

c *Et ſuper faciem abyſſi conſtringitur.*] In abyſſo, profundiſſimam obſcuritatem mentis puto intelligendam, quæ ita obtuſione infidelitatis nimiæ operiatur, & conſtringatur quodam gelu impietatis, vt ſaxo ſimilis fiat: ita vt tali mẽte, non ſit ad deum vllus aditus reſpirandi: ſecundum illud, quod apoſtolus de Iudæis teſtimonium propheticum aſſumens, locutus eſt, dicens: Dedit illis deus ſpiritum compunctionis, oculos, vt non videant: & aures, vt non audiant vſque in hodiernum diem. (Rom.12.a) In Pſalmo quoque centeſimo quadrageſimoſeptimo, de gelu, vel glacie & cryſtallo ſecundum hunc ſenſum quem dominum dixiſſe hic legimus, prophetam myſtice locutum manifeſtum eſt. Poſſumus hæc loca, & ſimpliciter intelligere: & gelu de cælo quis genuit? Cælum appellantes glacialia montium, & excelſorum cacumina, & per immenſum aerem, loca cælo viciniora, vel magis proxima: ſecundum hanc ergo conſuetudinem ſcripturarum, ipſe dominus
C inquit, in euangelio, volatilia cæli. (Matth.6.d) His ſecundum litteram nunc omiſſis ea potius, quæ ſacrate a deo prædicata ſunt, intelligere & credere nos oportet.

d *Nunquid coniungere valebis micantes ſtellas pleiad. &c.*] Nunc de cæli ordine & aſtrorũ circuitu loquitur ad Iob. Pleiades appellat ſtellas, quæ iunctæ, velut ſeptem eſſe monſtrantur. His ergo Græci, quod multæ ſimul eſſent, nomen ab ipſa multitudine poſuerunt: plithys vel plithos enim multitudo dicitur, & inde deriuatum eſt, vt pleiades appellentur. Ait ergo dominus ad Iob: Nunquid vt hæc ſtellæ iunctæ & ſimul ſint, tua potentia facere potuiſti? Septentrionis quoque ſiue arcturi circuitum, quẽ indeſinenti gyro per ſiniſtram plagam mundi, in ſe feci recurrere, vt totus in ſe vadat ſemper & redeat: nunquid tu poteris diſſipare? De aſtris cæli ſiue ſignis, & in aliis locis ſcripturæ legimus, ſicut in Ieſu Naue, & Iudicũ: Fuit, inquit, terminus Amorræi, ab aſcenſu ſcorpionis petra, & ſuperiora loca. (Ioſ.15.a Iudic.1.g) Vt igitur domini verba, ſecundum myſticos intellectus dicamus, cælum interpretemur eccleſiã, quam ſuperius dominus terræ vocabulo nuncupauit: ſed ibi propter originẽ ſuam terra eſt appellata. Nunc vero ſublimata per Chriſtum in gloriam, cœlum rectiſſime intelligitur. In hoc igitur cælo, etiam ſtellæ pleiades & ſeptentrionis, vnam in ſe ſacræ interpretationis continent formam. Ipſe enim ſeptenarius numerus ſeptiformis ſpiritus gratias in ſe demonſtrat, quæ in hoc cælo micant,

D ipſique gratiarum ſpiritus in eodem firmamento cæli ſunt fulgentes. Iſtæ igitur ſtellæ per prophetam, ſeptem oculi domini appellantur, quorum oculorum gratias atque virtutes Eſaias propheta enumerat, vbi de Saluatoris natiuitate vaticinatur dicens: (Eſa.11.a) Et requieſcet ſuper eum ſpiritus dei, ſpiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilij & virtutis, ſpiritus ſcientiæ & pietatis, repleuit eum ſpiritus timoris dei. Quemadmodum ergo quiſquam non potuit indiſſociabilis luminis ſpiritualia aſtra coniungere, ita omnino fieri non poteſt, vt hæ ſtellæ gratiarum, eccleſiam meam circumluſtrantes, ab vnius connexione inſolubili ſeparentur. Quod autem alij dixerunt, aut intellexiſti nexus pleiadis, ad ſpiritualem intelligentiam erigit animum contuentis, vt aliquid allegoricum laboret inquirere.

e *Nunquid producis luciferum in tempore ſuo, & veſperum ſuper filios terræ conſurgere facis?*] Stella eſt quem luciferum dicimus ſtellis cæteris clarior, quam ferunt etiam docto-
E res eccleſiæ, vnam eſſe de illis quinque ſtellis quas planetas vocant: quia diſſimilem aliarum ſtellarum curſum habeant, multoque velociorem, & inde planetæ, ideſt, vagantes ſiue errantes dicantur: eo quod non certum, ſed mutabilem curſum habeant. Hunc igitur luciferum apparitutum terris, poſt biennium in oriente autumant naſci. Aliam vero ſtellam quam veſperum appellauit, eo quod circa diei veſperum ſuo tamen tempore mundo monſtretur: hanc, inquit deus ad Iob, ſuper filios terræ conſurgere facis? Qui ergo intelligis potentiam omnia gubernantis, & in te operantis agnoſce iuſtitiam. Hanc ſtellam multi putant heſperum dici. Vnde & Italia heſperia nominata ſit: eo quod illic tempore ſuo primum apparet. Spiritualiter autem verba ſunt patris, de filio ſuo Saluatore noſtro dicentis ſic: Nunquid educes luciferum in tempore ſuo, & veſperum ſuper filios terræ conſurgere facis? Vbi & aduentus domini in carne venturi ſignificatus eſt, & reſurrectio eius ex mortuis figurata, veniente plenitudine temporis: Ait autem, miſit deus filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege. (Gal.4.a) In hoc igitur tempore ſuo, eductus eſt a deo patre, vt terras inuiſeret: qui ideo lucifer nuncupatus eſt, quia veniens de ſublimibus, tanquam poſt biennium, poſt legem & prophetas ortus eſt,
F & ſuper nos poſitos in tenebris & vmbra mortis lucem nobis fidei ac tempeſtiuæ cognitionis exhibuit. Veſper vero idem filius hominis appellatur, qui in cruce tempore paſſionis occubuit. De quo ait propheta populis credituris: (Pſal.67.a) Iter facite ei, qui aſcendit ſuper occaſum, dominus nomen illi. Qui vtique in tempore occaſus, quando ait ad patrem: In manus tuas commendo ſpiritum meũ, (Luc.23.f) poſuit tenebras, & factæ ſunt in corde infidelium Iudæorum Hunc ergo deus pater, vt paſtorem magnum ouium excitauit. Hunc, inquam, veſperum, eo quod ſacrificium veſpertinum, in veſpera ſæculorum miſſus obtulerit, filium hominis, ſuper filios terræ conſurgere fecit: vtinam non ſint caro, & terra eſca ſerpentis, neque filij noctis & tenebrarum: ſed ſint filij luciferi, filij dei.

f *Nunquid noſti ordinem cæli, & pones rationem eius in terra?*] Si numerum aſtrorum omnium poteſt quiſpiam mortalium noſſe, poteſt & militiæ eorum ordinem perſcrutari. Nemo ergo hæc proprie nouit, niſi ſolus ille qui condidit. Spirituali autem ſenſu, ita intelligi poteſt. Nunquid tu Iob quaſi cognitor futurorum, iam noſti quo ordine in cælo eccleſiæ, quam diuerſæ atque multiplices gratiæ ſpiritus mei, velut ſtellæ refulgeant: ſiue qua gloria, vel quo ordine meritorum, vt ſiderum radiantium globi, ſancti in reſurrectione fulgebunt? Hunc locum alij ita vertunt, vt omnia quæ ſub cælo ſunt pariter fiant: Vbi hoc dicere



A cere videntur, quod volubilitate, ſiue temporum, ſiue ſtellarum per ſpatia ſibi ſuccedentia redeat & recurrat. Spiritualiter autem ita dictum exiſtimandum eſt, quod diſpenſatio per Chriſtum reconciliationis humanæ, vſque in finem ſæculi creſcat, ad notitiam omnium nationum: ſiue quia ſancti vt ad calcem virtutum perueniãt, quotidie morum ſanctitate proficiant: & ideo ſub cælo, ideſt, ſub obedientia eccleſiaſticæ diſciplinæ ſunt conſtituti.

ſti ordinem cæli, & pones rationem eius in terra? [a] Nunquid eleuabis in nebula vocem tuam: & impetus aquarum operiet te? [b] Nunquid mittes fulgura, & ibunt: & reuertentia dicent tibi, aſſumus? [c] Quis poſuit in viſceribus hominis ſapientiam: vel quis dedit gallo intelligentiam? [d] Quis enarrabit cælorum

a *Nunquid eleuabis in nebula vocem tuam, & impetus aquarum operiet te?*] Primo auditu hoc ita intelligendum eſt. Nunquid habes tantam potentiam, vt ad imperium, ac nutum tuum, ilico imbres infundentes & operientes de cælo deſcendant. Secundum altiorem vero intelligentiã: vocem, inquit, eleuo, ait dominus, quando hominibus clamo: Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, (Matth.11.d) & pietatis affectu, pulſo ſecreta mentis ipſorum, vbi eſt velut nebula caligo peccati, & nominis mei valde obſcura obliuio, vt obedientibus voci meæ, innumeris po-
B pulis circundatus, quaſi impetu influentibus aquis operiar quibuſque velut veſtimento induar, vt in eis habitem ſicut propheta ait: (Eſa.61.d) Sicut ſponſa induit me veſtimento. Alij dixerunt: vocabis nubem voce, & in tremore aquæ validæ obediet tibi. Aqua valida tremendum diuinæ voluntatis præceptum eſt: quod deus quemlibet ſanctum, voce, ideſt, affectu clamoris & inſinuationis inſtinctu, vt obediendo ſaluetur, obſeruare iubet. Nunquid tu Iob, aliquid ſimile facere potuiſti?

b *Nunquid mittes fulgura & ibunt, &c.*] In his ſermonibus dei, adeſſe virtuti eius credendum eſt quæcunque voluerit, cui etiam omnia inſenſibilia quaſi inſenſibilia ſunt: ſicut dicit propheta: (Pſal.113.b) A facie domini commota eſt terra, a facie dei Iacob. Reuerti autem fulgura ideo appellantur: quia iſti mittuntur a deo, vt prædicatione euangelij mundum illuminent, quibus dominus ait: (Matth.5.b) Vos eſtis lux mundi. Et iterum: (Eſa.42.a) Poſui te in lucem gentium, vt ſis in ſalutem vſque ad vltimum terræ, & in fine ſæculi reuertentes cum fructibus manipulorum ſuorum, (Pſal.125.a) veniẽt in exultatione, & dicent: (Matth.15.b) Quinque talenta mihi tradidiſti: ecce alia quinque lucratus ſum. Siue fulgura ſunt inſpirationes diuinæ, quibus illuminantur corda ſanctorum, vt eis accẽſis in amore charitatis Chriſti conflagrẽt. Hæc autem fulgura illuminationis dei reuertentur ad
C deum, qui ea ad deſiderium ſui excitandũ emiſerat, quando per eandem viſitationem diuinam, ardenti animo & feruenti opus ſuæ illuminationis effecerunt.

c *Quis poſuit in viſceribus hominis &c.*] Manifeſtum eſt quod homo, quando ad imaginem & ſimilitudinem dei factus eſt, ſapientiam rationis accepit, vt præſtaret cæteris animantibus, quæ ratione & prudentia carent. Quibus autem bonis, a deo homo donatus ſit, lectorem ad eos tranſmitto, qui de bono naturæ, eiuſque virtutibus plurima conſcripſerunt. Gallo etiam gallinaceo deus huiuſmodi ſenſum dedit, vt emenſo noctis tempore, quaſi proximæ lucis memor eandem mundo canens annuntiet reuertentem. Secundum intelligentiam vero ſpiritualem ita ſentiendum eſt: quoniam Chriſtus dei eſt virtus, deique ſapientia. (1.Cor.1.d) Hunc pater in viſceribus hominis poſuit: ſic enim dei ſapientia, qui eſt filius eius ait, cum eum Petrus filium dei confeſſus fuiſſet, dicens, Tu es Chriſtus filius dei viui: (Matth.16.d) non tibi reuelauit hoc caro & ſanguis, ſed pater meus qui eſt in cælis. Et Apoſtolus. (Gal.1.c) Cum autem cõplacuit ei, qui me ſegregauit ex vtero matris meæ, & vocauit in gratia ſua, vt reuelaret filium ſuum in me. Gallum vero puto eſſe vnumquemque ſanctorum, qui in nocte & tenebris huius mundi, accipiunt fidem, intelligentiam, & virtutis conſtantiam clamandi ad deum, vt inſpiret iam dies permanens, & amoueantur vmbræ vitæ præſen-

D tis, cum vrgenti & frequenti clamore precum ſuarum dicentes: Emitte lucem tuam, & veritatem tuam. (Pſal.24.a) Quod & de prophetis intelligere poſſumus, qui certatim annuntiauerunt diei ac ſolis aduentum. Hoc in loco aliorum multo aliter interpretatio habet: qui ita dixerunt. Quis dedit mulieribus texturæ ſapientiam, & varietatum ſcientiam. Si ſcientiam varietatum, & textrini operis ſapiẽtiam a deo ſolæ mulieres acceperunt, de quibus dicitur: Sed mulieres doctæ dederunt, (Exod.35.d) quæ nouerant in opus tabernaculi, de qualibus & dominus hoc loco, quaſi ſpecialiter ait: Quis dedit mulieribus texturæ ſapientiam, & varietatum ſciẽtiam? Quomodo in Exodo Beſeleel & Oholiab, ſacerdotum & tabernaculi veſtimenta, vario ac polymitario opere texuerunt. (Ibidem.) Nouerimus ergo eſſe animas ſanctas: quæ hoc opus efficiendi etiam nunc in hiſtoria per intelligentiam ſpiritus acceperunt: quibus vtique ſicut ſcriptum eſt, dedit deus ſapientiam & intelligentiam, quicquid etiam fabre adinueniri poteſt, dedit in corde eorum.
E Sic itaque repleti ſunt ſpiritu ſapientiæ & intelligentiæ, & ſapientiæ vel ſcientiæ, & omni doctrina, ad excogitandum & faciendum omne opus: quoniam tabernaculum illud legis, ſanctæ eccleſiæ imaginem præferebat. Dicamus de hac varietate morum, ſiue meritorum velut veſtem vero Salomoni miniſtrantium, quod per figuram regina Saba dixit Salomoni, (3.Reg.10.& 2.Par.2.) cum admiratione laudans ſapientiam eius, & domum, cibos, habitacula, & ſeruorum ordinem, veſtes, & miniſtros, & holocauſta quæ offerebant in domo domini continenter: hanc officiorum varietatem contextam eſſe per diuerſas in toto mundo eccleſias, per quas alibi coniugati, alibi continentes, alibi virgines: hi per eleemoſynas, illi per alienationem omnium facultatum: illi per crucem & mortificationem terrenarum cupiditatum: illi per ſcientiam ſcripturarum multiplicibus ſancti ſpiritus gratiis, velut diuerſis coloribus Chriſti corpus exornant, ſibique æternæ gloriæ, & immortalitatis veſtimenta conficiunt. Contexunt etiam perfecto intellectu fidem trinitatis, velut ſpartum triplex, quod non cito rumpitur. Huiuſmodi veſtimenta iſtæ ſpirituales mulieres operantur, ideſt, ſiue ſanctę animę, ſiue eccleſiæ per diuerſa regionum ſpatia conſtitutæ.

d *Quis enarrabit cælorum rationem: & concentum cæli, quis dor-*
F *mire faciet?*] Certum eſt, quia nullus cælorum rationem vel ſtellarum curſum poterit aut ſermone narrare, aut mente concipere. Quod autem ait: Concentum cæli quis dormire faciet? Multis ſcripturarum locis laudare deum elementa dicuntur, pro eo quod in illorum diſpoſitione ac pulchritudine deus vel ab hominibus, vel ab angelis prædicetur: Ideſt, quis homines in eius laudibus vitam exercentes dormire, ideſt, quieſcere faciet. Pro hoc itaq; honore, qui ab eccleſiæ congregatione perſoluitur: quis alius quam ipſe requiem dabit ac refrigerium in ſempiternum. Dormitio enim aliquando in ſcripturis requies intelligitur, vt Eſaias propheta ait: (Eſa.1.f) Iuſtitia dormiuit in ea, ideſt, in Hieruſalem, æquitas iuſtitiæ requieuit: nunc autem homicidæ. Et ſanctus quidam, ſuper quem ſignatum fuerat lumen vultus domini, ait in pſalmo: (Pſal.4.b) in pace in idipſum dormiam & requieſcam. Item in alio loco: Si dormiatis, inquit, inter medios cleros, ideſt, inter ſortes duorum teſtamentorum requieſcatis. Et concentum cæli quis dormire faciet? Sanctos angelos intelligamus, qui pro ipſa habitatione, cæli cælum dicti ſunt per prophetam hoc modo: (Pſal.67.e) Cælum cæli domino. Huius igitur cæli concentum, ait dominus, quis dormire faciet, ideſt, quis erit ille qui eos a perpetuis laudibus, quibus me benedicunt, ſanctus, ſanctus, ſanctus dominus, inceſſabiliter concinentes, vt ceſſent & quaſi obdormientes poſſit inhibere? Quis narrabit cælorum rationem. Et

A ſancti, cælorum nomine crebro dicuntur: de quibus ſecundum myſticos intellectus propheta vaticinatur, dicēs: Psal.18. Cæli enarrant gloriam dei. Horum igitur donationes, quas habent ſecundum dei gratiam differentes: quis poterit vel ipſam fidei ipſorum narrare rationem?

lorum rationem: & concētum cæli, quis dormire faciet? [a] Quando fundabatur puluis in terra, & glebæ compingebantur? [b] Nunquid capies leænæ prædam, & animam catulorum eius implebis, quando [c] cubant in antris, & in ſpecubus inſidiantur? Quis præparat coruo [d] eſcam ſuam, quando pulli eius clamant ad deum, vagientes: eo quod non habeant cibos?

CAP.

a *Quādo fundebatur puluis in &c.*] Puluis de quo dominus ait, gentium infidelitatem ſignat: puluis vtique aridus & ſolutus fundamento in eccleſia apoſtolico admiſcetur, vt per fidem & colligationes ſiue compagines charitatis, conglutinatio in Chriſto fœdere vnionis & pacis, in augmentum dei, velut in terram ſolidam creſcendo proficiat. Vnde glebæ agri dominici, effectæ frugiferæ, in vnum corpus eccleſiæ charitatis copula compinguntur. Cælorum quoque appellatione ſcripturæ ſanctæ recte dicūtur: eo quod deſurſum ſint hominibus attributæ, ſiue quia cæleſtia in ſe contineant ſacramenta. Horum igitur cælorum, ideſt, ſcripturarum rationē, quæ de miniſteriorum obſcuritatibus opacatæ ſunt & profundæ quis poterit animo perſcrutari, vel eloquio proferre: aut quis eorum vaticinia
B ceſſare præcipitet. Antiqui interpretes ita dixerunt. Quis cæli organa in terram declinauit, ideſt, quis eſt qui cælorum laudantium deum cantus vſque ad hominum inclinauit notitiam, vt imitatione laudis eius, ſocij angelorum effici mereantur.

b *Nunquid capies leænæ prædam, & animam catul. &c.*] Ex his quæ per omnē textum ſermonis huius enumerat, ſex ſunt quadrupedia, & quattuor volatilia. Et in hoc decalogi perfecto numero, videri poteſt, quod omnem creaturam intelligi voluerit deus: quæ per eum vt pote per auctorem regitur. Decimus autem numerus perfectus eſt: quia per ipſum iterando, omnis numerus in infinitum multiplicatur. Ergo iuxta litteræ ſuperficiem, hoc ait. Ego, qui omnia iuſta diſpenſatione procuro, circa te tantum, o Iob, videor iniuſtus. Iuxta ſpiritualem intellectū, leæna ſiue etiam leo, diabolus eſt intelligendus, qui & in multis locis ſcripturarum propter ſæuitiam & fortitudinem, ita nominatur. De hoc igitur dominus ait, quod nemini nocere poſſit, niſi a deo acceperit poteſtatem. Iuſto ergo iudicio eius traduntur: quia ille omnino vires non habet dominandi, niſi ipſe permiſerit. Nunquid capies leænæ prædam, ideſt, ſicut ego eam capere permittam.
C Puto autem hoc loco, ideo catulos dictos: quia leænam nominauerat, quos veneno malitiæ ſuæ, ſiue nequitiæ, velut lacte nutrierat ad homines perimendos. De quorum mortibus, nequiſſimorum ſpirituū animæ reficiuntur: &
Psal.103.c de his in pſalmo ait: Catuli leonum rugientes, vt rapiant & quærant a deo eſcam ſibi. His igitur leonibus, & draconibus eſcas dare deus dicitur: quando illos quos expetunt, in poteſtatem accipiunt.

c *Quando cubant in antris ſuis. (In ſyluis alij dixerunt) & in ſpecubus inſidiantur.*] Antra ſiue ſpeluncæ ſunt corda hominum impiorum: in his latibulis ſedent, ſiue cubant in inſidiis, vt interficiant innocentem.

d *Quis præparat coruo eſcam ſuam, quando pulli eius clamant ad deum, vagantes, eo quod non habeant cibos.*] Arbitror quod & hic coruus aduerſariam partem ſignificet, ſicut & pulli eius: Vt quemadmodum ſuperius leænam, & catulos eius intelleximus diabolum, & turbam perditorum eius: ita & hic coruum eundem cum pullis eius intelligamus. Quod ergo dicitur, vagantes, indicantur hoc verbo, quod quaſi quandam famis rabiem patiantur circa hominum genus vt perditionem portionis eius velut cibum ſumant: & ideo ſatagere videntur omni inſtantia, donec ad effectum votorum ſuorum perueniant: ſicut audiuimus ſpiritum
Prou.30.c ſanctum, per Salomonem dicentem: Oculum irridentem patrem, & contumelioſum ſenectuti matris, effodiant eū corui de conuallibus, & deuorent eum pulli aquilarum. D
Poſſumus & ita ſentire, vt coruum, ideſt, diabolum, & omnes ſocios eius, quondam patres habuerimus, cum erroribus eorum aſſimiliaremur & vitiis: & inde etiam & pullorum nomine dicebamur. Sed relinquētes eos, quod & ſponſa docetur, vt faciat: quæ ſponſa nos ſumus, cui dicitur: Audi filia, & vide: & Psal.44.c
inclina aurem tuam, & obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui: & inuocantes nunc dominum, poteſt fieri, vt priſtino adhuc nomine appellemur, ſicut propheta ait: vbi de deo loquitur: Qui dat iumentis eſcam ipſorū, & pullis coruorum inuocantibus eum. Et reor quod in deo priſtino nomine cenſeamur, vt nouerimus quid fuimus, & quid nunc per Chriſti gratiam ſimus. Et inde hoc ipſum magnum bonum intelligentes, magis deo gratias referamus, dicentes cū Apoſtolo: Gra- Coloſſ.1.b
tias deo patri qui eruit nos de poteſtate tenebrarum, & E
& trāſtulit in regnum filij charitatis ſuæ. Mos autem ſanctæ ſcripturæ huiuſmodi eſt, vt priſtina culparum nomina, in ſanctis frequēter recenſeat, ſicut beatus Eſaias pro- Esa.34.c
pheta ait de deo: Benedicent me beſtiæ agri, & Apoſtolus Matthęus dicitur publicanus. Videamus hunc locum, ſi & in bonam partem exponere poſſimus, vt iſtum coruum & Chriſtum interpretemur. Sicut enim ſecundum ſcripturarum conſuetudinem, montem dicimus dominū noſtrum, & diabolum ſimiliter appellamus, petram quoque ac lapidem, arborem etiam & gladium dicimus: ita & coruum fortaſſis dicere poſſumus. Nam & ſponſa eccleſia, inter cætera præconia laudis de Chriſto, ita ait in Cā- Cant.5.c
tico canticorum: Crines eius vt abietis, nigri ſicut coruus, ſed quando diabolo corui nomen aptamus, dicimus eum nigrum criminibus atque tetrum, & qui in tenebris nequitiarum commoretur. Quando vero eo nomine Saluatorem ſignificari dicimus, myſteriorum arcanis eum in ſcripturis ſuis obſcuriſſimum eſſe ſentimus. Et cum ſciamus diabolum in ſcripturis ſerpentem nominari, quis auderet de domino ita credere, niſi ipſe in ſe ſerpentis ſimilitudinem, verbis propriis expreſiſſet, dicens: Sicut Moy- Ioan.3.b
ſes exaltauit ſerpentem in deſerto: ita exaltari oportet filium hominis, & diſcipulos tales admonuit eſſe dicens: Eſtote aſtuti vt ſerpentes. Et ſerpens, ideſt, diabolus ma- Matth.10.b
ledictus a deo eſt, eo quod Euam ſeduxit aſtutia, & Chri- Gen.3.c
ſtus maledictus dicitur: quia maledictus omnis qui pen- F
dit in ligno. Maledictum quippe hominis in ſe ſuſcipiendo, ideſt, eam quæ ex ſentētia dei venerat mortem, vt maledictum ſuſpendit in ligno: & inde eſt, quod pro nobis Chriſtus factus eſt maledictum. Hæc exempla protuli- Deut.21.d
mus, vt firmetur ſenſus ſupra prolatus: ſequentia videa- Gal.6.b
mus. Nunc igitur Chriſto coruo figuraliter dicto pater præparat eſcam: cum ei ex gentibus conuocat crediturus, ſicut de eodem patre propheta ait dicens: Quis ſuſci- Esa.46.d
tauit ab oriente iuſtum, vocauit eum vt ſequeretur. Dabit in conſpectu eius gentes, & reges obtinebit. His igitur ad fidem vocatis, dominus Chriſtus velut eſca gaudio exultationis reficitur. Huius populi, ideſt diſcipuli, & omnes credentes clamant ad deum in oratione, panem ſubſtantialem quotidie poſtulantes: & hoc ipſum vagantes faciunt, quia peregrini & hoſpites ſunt ſuper terram, vbi ſedem ſibi firmam, & ſtabilem non conſtituerunt: ſed dicunt cum Apoſtolo, inſtabiles ſumus. Hi igitur ha- 1.Cor.1.c
bent quidem cibos ſcripturarum, quarum conſolatione paſcuntur: ſed ſpei & fidei cibus eſt non alimonia rei proprie permanentis. Et idcirco in hoc mundo vagari dicuntur: donec ad immobilitatem quandam ſæculi futuri perueniant. Nam & ad hunc intellectum ſpiritualem pertinet, quod corui iſti rore paſci dicuntur, ſicut Philologi ſe referunt indagaſſe.

CAP.



A

## CAP. XXXIX.

a *Nvnquid noſti tempus partus &c.*] Ibices ipſi ſunt, quos Græci tragelaphos vocant admixto nomine hirci, & cerui, eo quod neceſſe eſt vt ſimile ſibi aliquid hæc animalia habeant, & vnum horum puto in Canticis canticorum damulam vocari: quæ aliquando & caprea ſecundum legem mactabantur. Et in Cantico canticorum crebro ſimul ponuntur, & munda appellantur: quoniam cornuta eſſent & ruminarent, vngulamque diuiderent. Iſtius ibicis ſunt & alia animalia quaſi eiuſdē generis, vt eſt coruorum, ſi-
Leuit.11.b cut in lege dicitur: Et omnes

## CAP. XXXIX.

[a] Nvnquid noſti tempus partus ibicum in petris: vel parturientes ceruas obſeruaſti? [b] Dinumeraſti menſes conceptus earum, & ſciſti tempus partus earum? [c] Incuruantur ad fœtum & pariunt: & rugitus emittunt. Separantur [d] filij earum, & pergunt ad paſtum: egrediuntur, & non reuertuntur

coruini generis aues non manducabitis. Hæc ergo animalia vel maxime in ſaxis nutriuntur, & in cauernis petrarum. Ibicum tempus quando pariunt noſti, ait dominus ad Iob, vel quando ceruæ parturiunt obſeruaſti? Quanta alia ſunt in ſcripturis magis obſcura atque ab hominum notitia longe remota, de quibus aliqua in hoc li-
B bro ipſe dominus videtur dixiſſe, quàm ſunt quæ ad Iob nunc loquitur. Quid enim laboris eſt noſſe tempus ceruarum & ibicum parturientium? aut vnde tam latebroſum eſt humanæ notitiæ, vt poſſit tempus horum animalium parientium penitus ignorare, præſertim cum hæc ipſa animalia pene in medio hominum commorentur? Proinde, ne ſit apud quoſdam hic ſermo domini vilis, & forte ab eis ſuperfluus exiſtimet, altius quod dixit intuēdū eſt, vt dicam in myſteriis ſub nomine horū animaliū, præfiguratos apoſtolos, & apoſtolicos viros, & omnes prædicatores veritatis: qui in fortitudine fidei & patiētia, velut in petris per ſpiritum imbuentem eos verbum euāgelij perfecte in ſe formatum parturiant: vel cum doloribus perſecutionum parturiant. In petra parturibat & ille
1.Cor.4.d qui dixit: Nam in Chriſto per euangelium ego vos genui. Hoc igitur tempus futurum conſtitui, & animas prædictorum, velut ceruas quæ de timore meo concipiunt, vt ſpiritum ſalutis pariant ſuper terram, tu forſitā, quaſi obſtetricantis officio diligentiſſima ſolicitudine obſeruaſti, dans eis os & ſapientiam de vtero mentis ſuæ minus fortaſſe ſolidum, vel integrum verbum prædicationis, velut fœtum in hanc effunderent lucem.

Heb.4.d b *Dinumeraſti menſes conceptus eorum, & ſciſti &c.*] Viuum verbum dei & validum, penetrans vſque in diuiſionem animæ ac ſpiritus, compagum quoque ac medullarum, in hoc ſpirituali conceptu profectus quoſdam incremento-
C rum, velut per menſes temporum in cordium ſinibus operatur, vt ipſis apoſtolis primum apparuit, qui in initio prædicationis, quaſi parui & modici viſi ſunt: ſed paulatim corroborante eos ſpiritu, verbum in eis demonſtratum eſt, vſque ad menſuram plenæ gratiæ perueniſſe. Quod velut partu ædentes, totum atque perfectum ac plenum diuinis promiſſionibus ſcribentes, diuerſis eccleſiis ediderūt. Huiuſmodi igitur conceptus & partus tempora, qui hoc modo ſpirituali vtero cordis fiunt, vnde & tu Iob, ait dominus, cognoſcere potuiſti? quorumque tēpora ſunt in euangelio præfinitionis meæ, conſilio conſtituta. Vbi ergo dictum eſt, & ſciſti tempus partus eorū: Alij dixerunt, & dolores eorū ſoluiſti. Dolores ſunt inſectationes & tribulationes, quæ prædicatoribus inferuntur: a quibus doloribus iſti tunc abſoluuntur, quando inuitati ad requiē abſoluūtur a corpore. Siue tunc abſoluūtur a doloribus perſecutionum, quando in ſpe poſiti, pro malis præſentibus ad promiſſionem æternę remunerationis aſpiciunt.

c *Incuruantur ad fœtum & pariunt &c.*] Doctrinam lacteam propinando incredulis & infirmis, ſicut ait Apo-
1.Cor.3.d ſtolus: Lac vobis potum dedi non eſcam: ab illa celſitudine ſapientiæ ad humiliora prædicatores quodammodo humiliantur atque deſcendunt, vt vir fiat paruulus: & his



qui ſine lege ſunt, tanquam & ipſe ſit ſine lege. Et dum D
eos conantur in Chriſto formare & parere, rugitus emittunt: dum ab inimicis Chriſti ſupra modum ac ſupra virtutem ſuam grauantur, ita vt tædeat eos etiam viuere. De qualibus etiam dicit Apoſtolus: Et nunc flens dico inimi- Phil.3.d
cos crucis Chriſti. Siue ex affectu charitatis huiuſmodi rugitus emittunt, ſicut ait idem Apoſtolus: Triſtitia mi- Rom.9.a
hi eſt magna, & continuus 2.Cor.2.b
dolor cordi meo. Item ait: Ex multa tribulatione & anguſtia cordis ſcripſi vobis per multas lacrymas. Qualibus dolens ex charitatis viſceribus dicit: Filioli mei, Gal.4.c
quos iterum parturio donec formetur Chriſtus in vobis. Item ait in Actibus Apoſtolorum, vbi omnem fraternitatem collectam alloquitur dicens: Vigilate, memoria retinentes, quoniam per trien- Act.20.f
nium nocte & die non ceſſaui cum lacrimis monere vnūquemque veſtrum. Et iterum ait: Ipſi ſcitis qualiter vobiſcum per omne tempus fuerim ſeruiens domino cum omni humiliate & lacrymis. Hæc igitur idcirco dicta ſunt, vt E
ſciamus quoniam ad gemitus & rugitus pertineant tribulatio, anguſtia, lacrymę & dolor continuus cordis ſanctorum. Aliter, incuruantur ad fœtum, & pariunt, & rugitus emittunt: Vbi prædicatores veritatis verbum fidei cœperint editione eloquij prædicare, ilico ab aduerſariis incuruantur, ideſt, cuſtodiis carcerum humiliantur atque verberibus: ſed quia nec in vinculis verbum dei eſt alligatū: illic nihilominus id populis pariunt, quo & ipſi in Chriſto naſcuntur: Sicut ait, vt diximus, in regeneratos ſanctus Apoſtolus: In Chriſto Ieſu per euangelium ego vos 1.Cor.4.d
genui: deinceps ad deum in orationibus rugitus deprecationum emittunt, vel pro perſecutoribus ſuis deum rogantes, vel perſeuerantiam fidelium & adiutorium diuinæ gratiæ ſuppliciter implorantes. Aliter, rugitus emit- Eccl.1.d
tunt: quia qui adiicit ſcientiam, adiicit dolorem: gemunt ſancti cogitantes quanta ſunt pericula huius vitæ, vel quam longe ſunt a virtutibus quas requirunt.

d *Separantur filij &c.*] Parturitione apoſtolica, filij quos ſancti in Chriſto genuerint, ſiue a priſtinis erroribus ſuis, ſiue etiam a carnalibus operibus ſeparantur: in quibus nunc erubeſcunt, vt iam non ſibi viuant, ſed Chriſto, qui pro eis mortuus eſt & reſurrexit. Pergunt ad paſtum, ideſt, per ſcientiam profundioris intelligentiæ quotidie excitati conuerſatione proficiunt, dicentes, animalia ſancta veri paſtoris: Dominus regit me, & nihil mihi deerit, & Psal.22.
cætera, quæ ſequuntur in pſalmo eodem: Sic, inquā, per- F
gunt ſancti filij euangelizantiū pacem: ſicut iam dixi, ideſt, creſcunt atque proficiunt. Ad iſtum paſtum domini, & ad hanc alimoniam ſanctarum animarum, & ad tales delitias ſpirituales, egrediuntur vtique ab infantia morū quotidie proficiētes & proficiſcētes virtutū merito in virum perfectū. Et nō reuertuntur ad eas. Non reuertūtur, Philip.3.c
vt iterum neceſſe ſit eos doceri, quæ ſint elemēta exordij ſermonū dei. Nō reuertūtur ad ea quæ retro ſunt, ſed ad ea quæ in ante ſunt, ſe extendūt. Non reuertuntur vt quidā, quibus ait Apoſtolus: Filioli mei quos iterū parturio, Gal.4.c
donec Chriſtus formetur in vobis: ſed potius ſubeūt gradus aſcenſionū, inambulāt de virtutibus in virtutem. Huiuſmodi ergo filij non poſſunt audire, vt Galatæ, vocē increpantis Apoſtoli: vellē eſſe apud vos, & mutare vocem Ibidem.
meā. Hic ergo ſermo dei ſub figura caprearū, & ibicū, deſcribit apoſtolos, ſicut iam dixi, & apoſtolicos viros atq; omnes doctores eccleſię, per quorū doctrinā eccleſia ſpirituales ſibi filios generat. Et vnaquæque anima de verbo dei concipiēs parit filios bonorū operū: quæ tamen certę ſit ſimilis & ibici, vt in mōtibus habitet & in petris nutriat, veloxq; ſit & alacris ad currendā viam domini. Serpentes quoque de terra ſua educat, & viuat multo tempore, audiens prophetam: adiicientur tibi anni vitæ 4.Reg.20.b

tur ad eas. Quis [a] dimiſit onagrum liberum, & vincula eius quis ſoluit? Cui [b] dedi in ſolitudine domum, & [c] tabernacula eius in terra ſalſuginis. [d] Contemnit multitudinem ciuitatis, clamorem exactoris non audit. [e] Circunſpicit montes paſcuæ ſuæ, & virentia quæque perquirit. [f] Nunquid volet rhinoceros ſeruire tibi, aut morabitur ad præſepe tuum? [g] Nunquid alligabis rhinocerota ad arandum loro tuo, aut confringet glebas vallium

A tuæ,talibus ceruis ſunt montes excelſi quos domini vox
perficit,& quorum pedes in conſummatione perducet.
a *Quis dimiſit onagrum &c.*] In cerua & ibice ſuperius fi-
guram eccleſiæ eſſe monſtrauimus. Nunc vero onagri no-
mine, arbitramur populum Iudæorum poſſe intelligi,
quem deus ob incredulita-
tem eius dimiſerit, ſicut ait:
*Pſal.80.c* Et dimiſit eos ſecundum de-
ſideria cordis eorum. Quod
in multis aliis locis ſcriptu-
rarum deus hoc futurum eſ-
ſe teſtatur: Cuiuſque vincu-
la præcepta eſſe legalia non
abſurde ſentimus. Nam eun-
dem contumacem populũ
& rebellem; propheta ita
obiurgat & increpat,dicens:
*Oſee 4.d* Vacca laſciuiens Iſrael, con-
*Hier.5.b* fregiſti iugum,rupiſti vincu-
cula. Hunc igitur quaſi onagrum, immundum videlicet
animal ac effrene reliquit dominus,vt ab eo iugo imperij
ſui,quia ſemper reſtitit obedire, a vinculis præceptorum
*Rom.6.d* diaboli ſolueretur, & ſecundum Apoſtolum ſeruus pec-
B cati, liber eſſet iuſtitiæ: ſic enim ipſe dominus de Iudæis
*Pſal.2.a* ait in pſalmo: Diſrumpamus vincula eorum, & proiicia-
mus a nobis iugum ipſorum, vbi ipſa trinitas dei hoc di-
xiſſe videtur. Nam quemadmodum in Geneſi in factura
*Gen.1.a* hominis pluraliter dixit deus:Faciamus hominem ad ima-
ginem & ſimilitudinem noſtram, ita & hic locutus eſt:
Diſrumpamus vincula eorum, & proiiciamus a nobis iu-
*Act.4.a* gum ipſorum. Quem locum Actus apoſtolorum ita ſe
habere manifeſte declarant: vbi apoſtoli ad deum eleua-
uerunt vocem ſuam, atque dixerunt: Domine tu qui fe-
ciſti cælum & terram,mare,& omnia quæ in eis ſunt, qui
ſpiritu ſancto per os patris noſtri Dauid pueri tui dixiſti:
*Pſal.2.* Quare fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt ina-
nia? aſtiterunt reges terræ,& principes conuenerunt in v-
num,aduerſus dominum,& aduerſus Chriſtum eius. Ob
hoc igitur ſcelus, quod in Chriſto filio dei commiſſum
eſt,ait pater: qui in ſpiritu ſuo hoc futurum prædixerat,
*Ibidem.* dicens: Diſrumpamus vincula eorum, & proiiciamus a
nobis iugum ipſorum. Proceſſit grande peccatum ac ne-
fandum, quo Saluatorem crucifixerunt, vt merito ab eis
vincula præceptorum dei diſrumperentur, & ita legis iu-
gum proiiceretur. Quod autem iugum & vincula eorũ
dicta ſunt,cum dei fuerint potius quam Iudæorum, qui-
bus legem ac præcepta dederat mandatorum, hoc maxi-
me requirendum,quod ita dictum:quia Iudæi legem car-
C naliter intelligentes, quam ex operibus ſe implere arbi-
*Rom.3.c* trabantur, quaſi ſuam effecerant, ſicut dicit Apoſtolus:
Iſrael vero ſectans legem iuſtitiæ in legem iuſtitiæ non
peruenit. Quare? quia non ex fide,ſed ex operibus. Et i-
deo de eiſdem ſequitur, dicens: Ignorantes enim dei iu-
ſtitiam,& ſuam quærentes ſtatuere:iuſtitiæ enim dei non
ſubiecti. Quod autem ait, ſuam volentes ſtatuere iuſti-
tiam,non quia lex ab ipſis ſit conſtituta,hoc ait: ſed in le-
ge quæ ex deo eſt ſuam conſtituerant, quando eandem
legem ſuis viribus ſe implere poſſe credebant: & idcirco
ſecundum hunc ſenſum Iudæorum vincula diſrumpenda
a deo dicuntur,& proiiciendum iugum ipſorum.
b *Cui dedit in ſolitudine domum &c.*] Iuſtos deſtitutos in
ſolitudine, videlicet protectione defenſionis meæ habi-
tare feci:ſicut etiam poſtmodum ore prophetico locutus
*Pſal.68.f* ſum dicens: Fiat habitatio eorum deſerta, & in taberna-
culis eorum non ſit qui inhabitet.Solitudo itaque factus
eſt populus ille & eremus:quia ablata lege,prophetia,ſa-
cerdotio,ſacrificio quoque ac beneficiis diuinis,gratiæ e-
tiam protectione priuari ac deſtituti ſunt.
c *Et tabernacula eius &c.*]Vt ſine vlla ſpe promiſſionis dei
ſterilis viueret, & infructuoſus terram ſalſuginis dicitur
accepiſſe:vbi præter amaritudinem, qua deum prouoca-
ret ad iracundiam,nihil haberet. Sic namque alibi de deo
*Pſal.106.d* dicit propheta: Poſuit flumina in deſertum, & exitus a-
quarum in ſitim.Terram fructiferam in ſalſuginem a ma- D
litia inhabitantium in ea.
d *Contemnit multitudinem ciuitatis,clamorem &c.*] Eccleſia
eſt hæc ciuitas, quæ conſtat ex multitudine innumerabi-
lium populorum,de qua dominus ait: Non poteſt ciuitas *Matth.5.b*
abſcondi in monte poſita.
Hanc igitur quiſque Iudæus
deſpiciens, reſpuendo con-
temnit:clamorem etiam cu-
iuſlibet euangelizantis ver-
bum dei, & exigentis obe-
dientiam fidei non audit,id-
eſt, obedire detrectat: ob
hoc igitur, incraſſatum eſt *Eſa.6.c*
cor eorum, & oculos ſuos
clauſerunt, vt non videant
oculis, & auribus non au-
diant,& corde intelligant.
e *Circumſpicit montes paſcuæ
ſuæ &c.*] Montes,ſuperbos quoſque doctores,ſcribas vi-
delicet & phariſæos legis ſuæ, quaſi ſuſpiciens eiſque ho-
nerem deferens,adulationis ambitu circumit, ab eis pro-
culdubio,in quibus eſt doctrina hominum,non recedẽs.
In quibus etiam montibus vbi ſe paſcua carnalis legis ha- E
bere gloriantur,virentia quæque perquirit, quæ ad deli-
tias vtique carnis,& ſabbatha delicata pertinent: & quæ
velut vireſcentis ſuperficie legis hiſtoriis, nullum fru-
ctum habeant figurarum.
f *Nunquid volet rhinoceros ſeruire tibi &c.*] Siue vt alij di-
xerunt:Nunquid volet monoceros ſeruire tibi?Ex diuer-
ſa editione transferentium aduertimus, quod ipſum ſit
rhinoceros quod & monoceros,& Latine intelligatur v-
nicornis,ſiue ſuper nares cornu habens.Sunt ergo huiuſ-
cemodi feræ in ſolitudine orientis,& ab hominibus non-
nunquam videtur ſiue capiuntur.Hic igitur monoceros,
populi gentilis imaginem præfigurat: cuius etiã ſuperbia
ſignificatur in cornu, ſicut quibuſdam peccatoribus &
ſuperbis a deo dicitur per prophetam: Dixi iniquis, noli- *Pſal.74.a*
te inique agere,& delinquentibus,nolite exaltare cornu:
Nolite extollere in altum cornu veſtrum:quia veternoſa
atque antiqua in his quos deus increpat,ſuperbia eſt. Se-
cundum aliam editionem,in hoc eodem loco pſalmi legi-
mus:Nolite exaltare in excelſum cornu veſtrum,loquen-
tes in ceruice veteri. In multis quoque aliis locis ſcriptu-
rarum,cornu nuncupato, legimus ſuperbiam nominari:
licet & in bonam partem cornu ſoleat dici, vt eſt illud:E- *1.Reg.2.b*
xaltabit cornu Chriſti ſui. Nam & ipſe dominus Chri-
ſtus,propter ſingulare imperium ſuum,aliquando & vni-
cornis dicitur.Legimus quoque cornua & regna dici, vt F
in Daniele & Apocalypſi cõtinetur. Hic monoceros,qui *Dan.7.b*
per ſapientiam mundialem tumore ſuperbiæ erat in ſu- *Apoc.17.c*
blime porrectus:nunquid tibi ſubiicietur,ait dominus ad
Iob, vt per fidem in ſanctitate & iuſtitia ſeruiens,obediẽ-
tiæ colla ſubmittat: & manſuetus effectus atque humilis,
ad dominicum præſepe recurrat, ac verbis dei hominiſ-
que aſſumpti ſacris cibariis ſaturetur. Siue,nunquid ſub-
iicietur,vt in eccleſiæ meæ clauſtro habitet:quod erit viã-
tibus ſtabulum,atque huic ſæculo renuntiantibus ſaluta-
re perfugiũ:vbi ſpiritualiũ ciborum alimoniis, inſtitutio-
nibus,& cæleſtibus pingueſcat eloquiis, & impleatur in
illo quod erit per prophetã poſtea prædicendũ: Agnouit *Eſa.1.*
bos poſſeſſorẽ ſuũ,& aſinus præſepe dñi ſui. In monoce-
rote quippe hic nominato,ſicut in propheta per aſinũ,im
mũdus & incircũciſus ſignificat[us] eſt popul[us] oĩm nationũ.
g *Nunquid alligabis rhinocerota ad arandum loro tuo,&c.*] Lo-
rum hoc loco dictam ipſam charitatem Chriſti, quæ eſt
inter omnes virtutes præcipua, intelligere debemus. De
qua ad diligentes atque amantes deũ,ait Apoſtolus: Co- *Col.2.a*
pulati in charitate: cuius vinculis colligandos, propheta
olim prædixerat,dicens ad deum:Labor Ægypti,& nego- *Eſa.45.c*
tiatio Aethiopiæ, & Sabaim viri ſublimes ad te tran-
ſibunt,& tui erunt,& poſt te ambulabunt, vincti mani-
cis pergent: & Dauid quemadmodum charitatis dei vin-
culis



vallium poſt te? Nunquid fiduciam [a] habebis in magna fortitudiue eius, & derelinques ei labores tuos? Nunquid credes illi, quoniam ſementem reddat tibi,& aream tuam congreget? [b] Penna ſtruthionis ſimilis eſt pennis herodij & accipitris. [c] Quando derelinquit oua ſua in terra, tu forſitan in puluere calcfacies ea? [d] Obliuiſcitur quod pes conculcet ea, aut beſtia agri conterat. [e] Duratur ad filios ſuos quaſi non ſint ſui: fruſtra laborauit, nullo timore cogente. [f] Priuauit enim eam deus

A culis per miniſtros verbi dei vinciendi eſſent credentes,
*Pſal.149.b* ita loquitur, dicens: Ad alligandos reges eorum in vin-
culis ferreis.Quorum vinculorum nominibus, charitatis
Chriſti fortitudinem voluit demonſtrare:quæ etiam for-
tis & potens in manicis ferreis, ad amorem domini con-
ſtringit. Hic ergo rhinoce-
ros,ideſt,populus quondam
incircunciſus, præputio ſci-
licet carnalium voluptatum,
& infidelitate immundus,
hoc loro charitatis Chriſti
fortiſſimo alligatus, ita vt
nulla eum creatura ſeparare
poſſit a Chriſto, conficit in
corpore glebas conuallium,
duritiam ſcilicet peccato-
rum, & colit in corpore ſuo
terram dominicam, ſecun-
*1.Cor.6.d* dum Apoſtolum, qui ait:
Non eſtis veſtri. Et ideo hic
ſpecialiter domini eſt terra, in qua primitus fit omnium
peccatorum, quaſi veprium ſpinarumq; purgatio. Dein-
de aratro crucis,& ferro dominicæ paſſionis,duritia cor-
dis atteritur, & confringuntur vallium glebæ. Vallium
B nomine, humiliatos peccatis homines, atque in ima de-
*Pſal.83.b* preſſos ſignificari exiſtimo,ſicut habemus in pſalmo: A-
ſcenſus in corde ſuo diſpoſuit in valle fletus. Vnde & E-
ſaias cum increpatione propheturus, contra Hieruſa-
lem peccatricem, prophetiæ ſuæ huiuſcemodi titulum
*Pſal.22.a* præpoſuit,dicens:Onus vallis viſionis.Talium igitur val-
lium glebas monoceros comminuit, quando humiliati
corporis terram edomat,& ſuſcipiendis cæleſtium præce-
ptorum ſeminibus, ac reddendis fructibus præparat:
quando cum apoſtolo caſtigat corpus ſuum, & in ſerui-
tutem redigit: quando omnem hebetudinem obſtinati
cordis, duramque ſtoliditatem a ſe auferre contendit:
quod tamen efficere nequaquam poterit, ait dominus:
niſi rectorem & gubernatorem ſuum obedienter me fue-
rit ſecutus.Vnde ait dominus ad Iob:Aut confringet gle-
*Pſal.62.e* bas vallium poſt te, ſicut habemus in pſalmo: Adhæſit
*Naum.3.a* anima mea poſt te. Et propheta de huiuſmodi: Poſt te
ambulabunt,inquit, vincti compedibus: vbi admiratio-
ne dignos video tales pedes, qui quanto magis compe-
diti fuerint, tanto velocius ſine offenſione egrediun-
tur.
a *Nunquid fiduciam habebis in magna fortitudine eius &c.*]
Ego dominus noui fortitudinem charitatis eius, & pa-
tientiæ ac longanimitatis: & idcirco dereliqui ei ad imi-
C tandum me omnes labores diſpenſationis meæ, quos in
me credendo intelliget: quia pro illo ſuſtinui alapas,ver-
bera ac ſputa ſuſcipiens, eidem laboraui, eique ad cælos
reuolans exempla laborum ac virtutum reliqui: cui quæ
credidi atque commiſi opitulante ſibi gratia mea, reddat
multiplex ſemen, & in area eccleſiæ meæ germen triceſi-
mum,ſexageſimum,centeſimumque fructificet:& aream
tuam congreget,ſicut Apoſtoli, & poſt apoſtolos multi
fecere doctorum.
b *Penna ſtruthionis ſimilis eſt pennis herod. &c.*] Herodio-
rum genera tria eſſe dicuntur. Vnum horum album eſſe
colore quidam ferunt: aliud vero quaſi gruis quibuſdam
diuerſis coloribus varium: tertium quoque genus ni-
grum affirmant, quod ſit non ſolum velox & ſæuum ad
prædam:verumetiam in coitu impatientiſſimum, intan-
tum vt in tempore coitus ex oculis eius ſanguis ebulliat.
Herodius in pſalmo centeſimo tertio ita nominatur:He-
rodij domus dux eſt eorum: cum de lignis domini pro-
*Deut.14.b* pheta tropicos loquitur. In Deuteron. quoque & in Le-
*Leuit.11.b* uitico:vbi ne aues immundæ in cibum ſumantur Moyſes
prohibet,& hæc ſimiliter ponitur. Accipitrum etiam ali-
quot,ſunt formæ vel genera. His ergo rapaciſſimis aui-
bus venatu & præda viuentibus in pennis ſtruthio com-
paratur, ſicut & alij dixerunt:Struthio mixta, & alis He-
rodionis & accipitris. Igitur ſtruthionem ſecundum ſpi-
ritualem intelligentiam ſenſuſque diuinos,eccleſiam non D
abſurde ſentimus, quæ per lauacrum regenerationis &
verbum munda in Chriſto effecta eſt: qui ſimilem qui-
dem pennam habet pennis auium,quæ carnibus veſcun-
tur & ſanguine. Sed illæ remigio alarum in hoc aere velut
in pelago id aguint,vt de cæ-
teris auibus prædam capiãt.
Vnde ſub hac figura inimici
noſtri ſpirituales intelligun-
tur.Struthio vero longe diſ-
ſimili modo pennis ſuis vti-
tur: eo quod eas velut per
fidem & ſpeciem duorum
teſtamentorum gubernacu-
lis viuens habitantem ex-
tendat:hęc auis,ait dominus
Iob:
c *Quando derelinquit ouia ſua
in terra,tu forſitan in puluere ca-
lefacies ea?*] Oua ſiue filios,vt
in ſubſequentibus dicitur, nouam creaturam atque in
Chriſto generatam, & candidam progeniem ſanctæ ec-
cleſiæ intelligere debemus. Sed in ouis illos eſſe noueri-
mus,qui doctrina quotidiana,quaſi fœtus quidam eccle-
ſiæ matris nutriuntur,vt quandoque de initiorum fruga- E
litate & imperfectione procedẽtes, ad vltimum teſta vir-
tutum,veluti diſtinctis atque formatis membrorum com
pagibus exiſtant,cum ex tenebris vitiorum hoc modo fa-
cti fuerint lux in domino, proficientes quotidie ad æta-
tum morumque ſoliditatem. Audiant prophetam de ipſis
dicentem: Dies formabuntur, & nemo in eis, ideſt, nul- *Pſal.138.a*
lum in eis vitium dominabitur:quo impugnante vincan-
tur.Filios vero intelligamus iam ſolito robuſtiores, fide
ac virtutibus compoſitos:atque formatos per incremen-
ta virtutum, tanquam per annorum ſeriem iam de omni
infirmitate vitæ incompoſitæ nihil habentes.Hi igitur,ſi-
cut ait dominus,in terra ab eccleſia relinquuntur, quan-
do perſecutionem ab impiis & terrena ſapientibus pa-
tiuntur. Relinquere enim eos eccleſia dicitur, dum ad-
uerſantibus non reſiſtit: quos dominus feruore fidei &
patientia duros, atque in illo igne quem miſit in terram,
& in puluerem fragilis carnis eorum fortiſſimos facit.
d *Obliuiſcitur quod pes conculcet ea, aut beſtia &c.*] Obliui-
ſcitur eccleſia natos ſuos,dum eis preſſuram & moleſtias,
aduerſarios inferre non prohibet.Hoc loco differentiam
puto eſſe tribulationum, propter illud quod dixit: pes F
conculcet,& illud quod ait: & beſtiæ agri conterant. Et
hoc ſit contritio beſtiarum,quando aperte truces,ſæui &
immanitate morum crudelitate ſimiles beſtiarum, Chri-
ſtum confitentes, vſque ad atrocitatem mortis affligunt.
Pes vero conculcationis ſit huiuſcemodi tribulatio, quã-
do opprobiis, & nimio contemptu iniquorum ſancti vſ-
quequaq; humiliãtur,velut quadã cõculcatione protriti.
e *Duratur ad filios ſuos quaſi non ſint ſui,fruſtra laborauit &c.*]
Præſentibus filiorum ſuorum tribulationibus, eccleſia
dura & impia videtur: quoniam non ingemiſcit & plan-
git anguſtias interitumque natorum. In cuius figuram,
ſancta mater Machabæorum ſuper filiorum ſuorum cru- *2.Mach.7.*
ciatibus exultabat, videbat quippe in ſpiritu, ſicut & hic
ſancta mater eccleſia per fidem quotidie contemplatur,
quantã gloriam in æternũ pariant pœnæ præſentes, pro-
feſſiones veritatis acceptæ.Et ideo quod ſequitur,fruſtra
laborauit,nullo timore cogente, eccleſiam ſignat quæ fi-
lios ſuos ad tentationẽ, & ſæculi huius moleſtas præpa-
rat: ſperans vtique a deo pro his malis temporariis, filio-
rum ſuorum gloriam, & incorruptionis beatitudinem
ſempiternam. Aliter:ſed & ſi doluiſſet pro filiis conſecra-
tis, fruſtra doluiſſet: quia non habebat timendi cauſas,
quando eos non perdidit,ſed acquiſiuit.
f *Priuauit enim eam deus &c.*] Sapientia atque intelligen-
tia mũdi huius priuata eſt a deo eccleſia: nã & Apoſtolus
hoc fieri præcipit,dicẽs:Qui vult ſapiẽs eſſe, ſtultus fiat vt *1.Cor.3.d*
ſit ſapiẽs:quia ſapiẽtia huius mundi ſtultitia eſt apud deũ.

deus ſapientia: nec dedit illi intelligentiam. Cum [a] tempus fuerit, in altum alas erigit: deridet equum & aſcenſorem eius. Nunquid præbebis [b] equo fortitudinem, aut circundabis collo eius hinnitum? Nunquid ſuſcitabis [c] eum quaſi locuſtas? Gloria [d] narium eius terror, terram [e] vngula fodit. [f] Exultat audacter, in occurſum pergit [g] armatis. [h] Contẽnit pauorem: nec cedit gladio. [i] Super ipſum ſonabit pharetra, vibrabit haſta & clypeus. [k] Feruens & fremens ſorbet terram, nec [l] reputat tubæ ſonare clangorem. Vbi [m] audierit buccinam, dicit, vah. Procul odoratur bellũ, exhortationem ducũ, & vlulatum exercitus. Nunquid

A a *Cum tempus fuerit, in altum alas erigit, deridet equum &c.*] Cum ingruerit, ait, moleſtior & nimium acerba afflictio perſequentis: ibi maior ad deum de afflictione obſecrantis affectus, dum quodammodo excitatur, & humiliatus erigitur intentione vigilantiſſima, deprecandi in excelſum alacri niſu, fidem ſuam & ſpem, velut pennas in adiutorio gratiæ dei fultas ſuffert: & cum talium alarum ſuſtẽtata fuerit auxilio, greſſus profecto eius velociores efficiuntur & conciti: ita vt in ſequentes ſe derideat inimicos, ideſt, equum & equitem, quod eſt diabolum & hominem miniſtrum inimici: qui in perpetrandas contra eccleſiam perſecutiones, ſedet in quolibet equo ſuo, in corde videlicet hominis perſequentis.

b *Nunquid præbebis equo fortitudinem, aut circundabis collo eius hinnitum?*] Hunc equum
B aduerſariam poteſtatem arbitror poſſe intelligi, qui ſit
pallidus, vt in Apocalypſi ſcribitur: Quem ſequitur mors
Apoc.20.b & inferus. Et qui in Zacharia propheta dicitur rubeus,
Zach.1.b mortibus videlicet hominum & cruore reſperſus. Proin-
de dum permittitur præbere ei a deo, dicitur fortitudo,
& circundari collo eius hinnitus, vt per patientiam & bo-
Rom.2.a nitatem dei, theſaurizet ſibi iram in die iræ, & reuelatio-
nis iuſti iudicis dei. Et idcirco in collo eius ſignificatur
hinnitus ſuperbiæ, quo tumeat contra deum, & blaſphe-
miam loquatur.

c *Nunquid ſuſcitabis eum quaſi locuſtas?*] More locuſtarũ,
aduerſarius noſter dicitur ſuſcitari, quando de locis ſuis
ad partiendas regiones, atque vaſtandas præire dicitur, ſi-
Pſal.104.c cut ait de deo pſalmiſta: Dixit & venit locuſta. Sed hanc
ſuſcitationem, inſtantiam efficiendi operis eſſe arbitror.
Exod.9.b Vnde dicitur ad Pharaonem: In hoc ipſum te excitaui, vt
oſtendam in te virtutem meam, & annuntietur nomen
meum in vniuerſa terra.

d *Gloria narium eius terror.*] Siue vt alij dixerunt. Gloria
pectoris eius audacia. Vt inimicus in fugam vertat aduer-
ſarium ſuum, militem ſcilicet Chriſti, ipſo etiam anhelitu
Mar.4.b terret: hic eſt odor mortis, hic eſt ſpiritus furibundus an-
helans in hominis necem, retrorſum reſpicit, qui iterum
C ad peccata conuertitur, ſiue tribulationibus cedit, vt in e-
uangelio dominus per parabolam ediſſerit.

e *Terram vngula fodit.*] Siue vt alij dixerunt, fodiens in campo luxuriat, ideſt, carnales homines & terrena ſapientes conculcat, & proterit: & cum eos humiliauerit, ſibique ſubdiderit, facit eos ea contritione contritos, qualis eſt contritio & infelicitas in viis hominum impiorum. In huiuſcemodi igitur latitudine vitiorum, velut in campo luxurians, fodit ad ſubtrahenda hominibus fundamenta virtutum, vt in ruinam ſubducta ſoliditate procumbant.

f *Exultat audacter.*] Gaudet ſuperbus præſumptionis audacia: quoadusque pernitione contra homines pugnat.

Ephe.6.c.d & g *In occurſum pergit armatis.*] Quæ ſint arma ſanctorum,
Rom.13.d & contra ſpiritualia nequitiæ, apoſtolus diligenter enarrat.
2.Cor.6.b Contra hos igitur huiuſmodi armis indutus, in occurſum
Matth.4.a pergere dicitur: quando arcem mentis expugnare mo-
liens, aduerſum murum virtutum, arietes obiicit vitiorũ:
& ad tentandum dominum, auſus fuit in occurſum eius
venire in eremo: & per ſingulas ciuitates, apoſtolis Chri-
ſtum prædicantibus occurrebat, quando eis commotio-
nes ſeditionum populi ſuſcitabat, ſicut etiam in Actibus
apoſtolorum legimus. Vnde & ad quoſdam Paulus ait.
1.Cor.16.b Oſtium mihi apertum eſt magnum & euidens, ſed aduer-
ſarij multi. Et multis aliis locis de hac aduerſantium im-
pugnatione non tacet, quas diabolus immittebat.

h *Contemnit pauorem, nec cedit gladio.*] Quod ad imperium & inuocationem dei diabolus effugetur, manifeſtum eſt: D
ſed ſi ad contumaciam & voluntatem illius iniquiſſimã, ac procaciter impudentiſſimam attendamus, intrepidus non terretur, nõ erubeſcit etiam ſi gladio ferri dei territus fuerit & fugatus, reuertitur iterũ, nec cõfutatus abſcedit.

i *Super ipſum ſonabit pharetra, vibrabit haſta & clypeus.*] Cur habet pharetram inimicus? vt videlicet ſedentes in ea Iudæi, gentiles, hæretici, in quibus ſunt ſagittæ mortis, errorum ſcilicet lætalia dogmata, ſagittet in obſcu-
ro rectos corde. Habet ha- Pſal.10.a
ſtam vnde criminibus cæteriſque vitiis confodiat peccatores: ſagittas, ſubtiliores dolos: haſtam, delicta trabalia atque mortifera. Habet clypeum, quo malitiæ plenitudine, totum militum ſuorum occupat pectus, quo ne telis verborum dei compungantur, excutit ea, fru- E
ſtratur, expalmat: ex quo equo transfigurato in angelum lucis, ſplẽdore quodam terribili, vibrant haſta & clypeus, & mendacij eloquio abruptæ hæreticorum reſonant prauitates: & hic propter indeſinentem intenſionem vſumque blandiendi vibrare dicuntur.

k *Feruens & fremens ſorbet terram.*] Feruens eſt vitiis dia-
bolus, inimicus ſanctorum & omnium criminum igne
conflagrans, atque in hominem furore inuidiæ fremens,
vt iam ſorbeat illecebris peccatorem, & deuoratum in
corpus perditæ congregationis ſuæ tranferat, quo cor-
pore propheta dixit ſe forte abſorbendum, niſi dominus
eſſet in eo, ita inquiens. Niſi dominus eſſet in nobis, forte Pſal.123.
viuos abſorbuiſſent nos. Hic ergo contrarius noſter ipſe
eſt, cui deus locutus eſt, dicens. Terram manducabis om- Gen.3.c
nibus diebus vitæ tuæ. Et idcirco ipſe & ſocij eius, vt ini-
mici domini terram lingent.

l *Nec reputat tubæ ſonare clangorem.*] Ideſt, prophetarum &
apoſtolorum increpationem audire detrectat, quibus di-
citur. Sicut tuba exalta vocem tuam: ſed magis ſæuiens, Eſa.38.a
vnde verus Pharao dicit. Perſequens comprehendam, de- Exod.15.b
partibor ſpolia, & cætera. In his locis de quibus diximus,
alij tranſtulerunt: ſuper ipſum enim gaudet arcus & gla-
dius, lancea, haſta, & tremore & iracundia euertit terram:
nec credit donec clanguerit buccina, vbi eundem ſenſum F
exiſtimo contineri, ſecundum quem nos expoſuimus: in arcu & gladio, & cæteris armis inimici, omnes adinuentiones eius intelligendæ ſunt, quæ in eo gaudeant cum his modis, quaſi armis interficiunt hominem.

m *Vbi audierit buccinam, dicit vah. Procul odoratur bellum,
exhortationem ducum, & vlulatum exercitus.*] Quando au-
dierit, inquit, aduerſarius noſter dei buccinam, ideſt, vnũ-
quenque doctorem eccleſiæ adhortãtem commilitones
ſuos, ſecundum præceptum imperiale, atque diuinum, vt
contra aduerſarium ſuum ſtent fortes in prælio: ſtupenti
animo & ſcrutabili, auribuſque attonitis, ait, vah, tan-
quam ſi diceret: quid audio, hac quiſquam prçſumit auda-
cia, vt contra me ſaltem cogitet bella conſtituere? Vbi er-
go dictum eſt, vah, alij dixerunt euge, quod ſecundum
vt conſequentia loci fuerit, ſiue in bonum ſiue in malum
capitur. Et in pſalterio. Confundantur & reuereantur, Pſal.69.a
qui dicunt mihi euge euge. Proinde in hoc loco irriden-
tis animo, & ſubſannantis vultu, euge dicitur. Subtilis
enim & vigilantiſſimus inimicus, & nimium callidus,
qui ſollicitudinem perdendi omnem terram habet, cum
ſenſerit aliqua initia ſiue ſigna quædam in homine, quo-
modo ei, eiuſque vitiis reſiſtendum ſit, velut ſagina
aduerſantes ſibi præuenire contendit, ne ſumpta con-
tra diabolum ſanctitatis arma defendant, ne venera-
tione digni fiant, cum rex æternus aduenerit. Vlula-
tus



[a] Nunquid per ſapientiã tuam plumeſcit accipiter,

A tus vero ſiue ſonitus vt alij dixerunt, exercitus veri imperatoris ille eſt, quãdo ſe inuicem vno ſpiritu, vnaque charitate & fide cohortantes, conſpiratis in vnum timoris domini viribus alloquuntur, vt donec tranſeat iniquitas, ſint perſeuerantes in prælio: quia charitate regis ſui infuſa in ſe per ſpiritum ſanctũ, qui datus eſt eis, pro alterutro ſunt membra ſolicita.

Nunquid ſuſcitabis eũ quaſi locuſtas.] Quem de loco ad locum tranſilire feci, & de præſenti ſcilicet mundi delectatione ad deſiderium futuri ſæculi inflammaui: ſic vtique ſuſcitatus eſt de corpore infidelitatis velut ſol, cum calor aduenit. Has autem mutationes non locorum eſſe corporalium nouerimus: nam affectus ſunt animorum. Gloria narium eius terror.] Vt
terreat peccatores, odio habens quod ſunt, & dicens eis
Pſal.7.c de deo. Niſi conuerſi fueritis, gladium ſuum vibrabit, &
cætera, de gloria narium eius eſt, ſpiritus enim dei eſt in
naribus eius: quod & ſanctus Iob dixit. Spiritus dei eſt in
naribus meis. Hoc vnguẽto, ſpiritu vtique dei, perfuſa eſt
1.Ioan.2.d eccleſia, ſicut ſcribit Ioannes apoſtolus. Et vos vnctionẽ
habetis a ſancto. Proinde hic de quo loquimur, hoc loco
de bono flagrabat in interiore ſenſu hominis ſui, in quo
2.Cor.2.d ſenſu ſecundum voluntatis arbitrium, aliis odor mortis
in mortem, aliis odor vitæ in vitam: quoniam refuſo ſu-
B per Chriſtum, id eſt miræ fidei a ſancta eccleſia repletus
eſt mundus, omnes fideliũ populi, eodem ſacro chriſma-
Matt.26.& te vncti ſunt. Propter quod & ipſum vnguentum, quod
Marc.14.a ante Saluatoris notitiam intra alabaſtri vaſi anguſtias te-
Ioan.12. nebatur piſtici, nomen inditum erat, vt nouerimus cre-
dentium populos, ſicut dixi, chriſmate conſecratos. Hac
igitur gloria odoris huius, quaſi terrore generantis per-
funditur ſenſus interior. Terram vngula fodit. Exultat
audacter, & in occurſum pergit armatis.] Quidquid in ſe
fortiſſimum habet ad ſubſtantiæ perſeuerantiam, eo vti-
que bono virtutis terram ſcindit & cõmouet. Non enim
patitur vt ſolum gradiatur incultum, ſed ſtudet vt ager
Pſal.125.b fiat frugifer & opimus. Vnde & ante deum audacter ex-
ultat vt audiat de ſe, ſicut de cæteris dici. Veniẽtes autem
Matth.25.b venient, in exultatione tollentes manipulos ſuos. Itemq;
audiat: Serue bone, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra
multa te conſtituam. In occurſum pergit armatis, ante-
quam telis vitiorum ſiue perſecutionum a ſpiritualibus
hoſtibus obruatur, in acie virtutum conſiſtens, irruentes
in ſe præuenit inimicos, ne aliquo ictu concupiſcentiæ,
vel etiam diffidẽtiæ vulneretur. Sic nanque in occurſum
pergit cõtra hoſtes armis vitiorum, inſectationeque mu-
Pſal.17.f nitos. Secundum hunc ſenſum ſanctus Dauid ait. Perſe-
quar inimicos meos, & comprehendam eos, & cætera.]
C Contemnit pauorem, nec cedit gladio. Quantaſlibet ait
minas cum grandi terrore, ita vt cum pauorem incutere
cupiunt inimici, loquuntur. Dominus illuminatio mea,
Pſal.26.a & ſalus mea quẽ timebo. Dominus defenſor vitæ meæ,
a nemine formidabo aduerſantium, dum appropiant ſu-
per me nocentes, vt edant carnes meas. Proinde quoniã
in hac ſalute luminis dei ſpero, ſi conſiſtant aduerſus me
caſtra, non timebit cor meum. Et ſi conſurgat in me præ-
lium, non cedam gladio, quo mortem libenter pro Chri-
ſto ſubire exopto. Super ipſum ſonabit pharetra, vibra-
Eſa.14.c bit haſta & clypeus.] Super exteriorẽ & corporeum ho-
minem, de quo ait propheta. Et ſubtus me conturbata
eſt hebetudo mea, quaſi arcem animam credimus: vbi v-
nuſquiſque ſanctorum, vt pote in interiore homine ſuo
tãquam intra pharetram habet ſagittas eloquiorum dei,
quas dum ad cauendum profert, ſiue dum eas frequenti
correptione, veluti tela pungẽtia educit in medium, per-
cuſſurus vtique earum ictibus eos, qui merito ad ſalutem
debeant vulnerari. Super ipſum, inquam, eloquiorum
dei reſonat pharetra, quod tamẽ in commotione fit am-
bulantis. Vbi intelligitur, quod is recte pſallat, & corri-
piat delinquentes, cuius in anteriora quotidie profectus
eſt ſanctitatis: ſic enim apoſtolus magnus & potẽs equus
Philip.3.c domini ait. Vnum autem quidem quæ retro ſunt obli-
uiſcens, ad ea vero quæ in ante ſunt extendens. Siue vt D
breuius & manifeſtius dicam. Pharetra hęc, locus eſt cordis, in quo ſermonum dei, ſagittæ conditę ſunt & repoſitæ. Et ſignanter ait dominus ſuper ipſum, id eſt, equum ſonare hanc pharetram, quod eſt ſuper exteriorem hominem eius, pharetra cordis illi' referta, diuinis eloquiis regnat, dum vt bellator domini, & fortis in prælio, euangelizat verbum virtute multa. Super hunc equum nihilominus vibratur haſta & clypeus. Haſta eſt vigilans animi virtus, ſiue conſtantia, quę increpat peccatores, ſiue vitia in ſe confodienda mortificat. Clypeus vero ſcutum fidei eſt, in quo omnia tela nequiſſimi ignea poſſit extinguere. Et hæc propter indeſinentem vſum bellandi vibrare dicuntur, quæ ſint vtique in exercitatione præparata. Nam de talibus armis fulgentibus ita dicitur. In lucem iacula tua ibunt, in ſplendorem coruſcationis annorum tuorum. Feruens & fremens ſorbet terram.] Feruens fide in ſpiritu, & fremens vt Saluator, qui quando in vitiis mortuum ſpiritualiter ſuſcitat, fremit in ſpiritu. Ita hic, inquam, fremet contra inimicos ſuos, ſiue vitia, ſiue etiam apertos perſecutores: & ita ſorbet terram ſuã, dum eam de carnali conuerſatione in ſpiritualem cõuer-
tit. Sic itaque fremens ſibique plurimum cum indigna- E
tione iraſcens, ſorbet eam ſicut dixi, vt illam in ſpiritus ſui affectationem tranſmittat, vbi eſt ille abſcõditus cordis homo in incorruptibilitate quieti, & modeſti ſpiritus, qui eſt in conſpectu dei locuples. Nec reputat tubæ ſonare clangorem.] Tanta animi virtute induitur, vt nullum terrorem aduerſariorum formidet, quando ad omnem ſonitum inimicorum prouocantium ſit paratus.

Vbi audierit buccinam, dicit, euge. Procul odoratur bellum, exhortationem ducum, & vlulatum exercitus.] Qui cum audierit alta voce euangelium prædicari, gaudet & exultat, quod euge ſignificat. Omnium præpoſitorum de ſcripturis dominicis fortiſſimorum virorum exempla profitentium, totius quoque eccleſiæ congregationem, quæ exercitus dei dicitur, vnanimem atque vnius fidei ſonum cum audierit dicit, euge: & lætus cum exhortatione ducum, etiam vlulatum audit exercitus. Vlulatus autem hoc loco ille ſignificatus eſt, quando bellatores in acie ſtantes pugnaturi, ſe inuicem cohortantur. Sed dicit aliquis: quemadmodum fieri poteſt, vt vna eademq; res per figuram nunc in bonam partem, nunc in malam intelligatur, ſicut hic nos fecimus, vt hunc equum per allegoriam diximus, & in malum & bonum poſſe ſentire. Ad hoc reſpondeo, vbi ſine epitaſi aliquod nomen ponitur in ſcripturis, vt puta mons tantum, & non additur ei,
vt dicatur mons Sion, aut mons corruptus, non ab re exi- F
ſtimo, quin expoſitio de eadem re in vtranque partem ſit
libera. Vbi vero cum epitaſi, vt leo de tribu Iuda, aut cer-
te: ſedet in inſidiis ſicut leo, ibi aut Chriſtus ſine vlla cun-
ctatione intelligitur, aut diabolus aduerſarius noſter. Et
ſi placet, demus aliquod exemplũ, vbi de arbore in euan-
gelio dominus ait ad diſcipulos ſuos. Si habueritis quidẽ Matth.17.a
fidem ſicut granum ſinapis, dicetis huic arbori: eradicare,
& tranſplantare in mari, & obediet vobis, & nihil impoſ-
ſibile erit vobis. Vbi quidam intellexerũt: quia fides cre-
dentiũ eradicet inimicũ, atq; euellat, de terra eccleſię, ter-
ra ſcilicet Iudæç atque cõfeſſionis, & mare populorũ, ho-
minũ videlicet impiorũ trãsferat: & illi mali ſpiritus in e-
uãgelio hoc ipſum ſignificare poſſunt, qui cum hominib'
immundis & peccatoribus porcorũ nomine indicatis, in Matth.8.d
mare præcipitati ſunt. Vbi vero eandem arborẽ dominũ
ſignificari voluerunt, ita interpretati ſunt quod prædica-
tione apoſtolorum qui gratiam Chriſti & virtutem fidei
ſuſceperunt, arbor Chriſtus dominus eradicetur quodã-
modo de illa gẽte Iudęorũ, in qua velut ſtirpe generis te-
nebatur, & tranſplãtatur in mare gentiũ ſicut ipſe domi-
nus eiſdem Iudæis locutus eſt, dicens. Auferetur a vobis Matth.21.d
regnum dei, & dabitur genti facienti fructum eius.

a *Nunquid per ſapientiam tuam plumeſcit accipiter, expandens*

cipiter, expandens alas ſuas ad auſtrum? [a] Nũquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila, & in [b] arduis ponet nidum ſuum? In [c] petris manet, in [d] præruptis ſilicibus commoratur, atque [e] inacceſſis rupibus. Inde contemplatur [f] eſcam, & de [g] longe oculi eius proſpiciunt. Pulli [h] eius lambunt ſanguinem: & vbicunque cadauer fuerit, ſtatim adeſt. Et [i] adiecit dominus, & locutus eſt ad Iob. Nunquid qui contendit cum deo, tam facile conquieſcit? Vtique qui arguit deum debet reſpondere ei. [k] Reſpondens autem Iob domino dixit. Qui leuiter locutus ſum, reſpõdere quid poſſum? [l] Manum meam ponam ſuper os meũ. Vnum locutus ſum, quod vtinam non dixiſſem: & alterum, quibus vltra non addam.

## CAP. XL.

[m] RESpondens autem dominus Iob de turbine, dixit. [n] Accinge ſicut vir lumbos tuos,

A *alas ſuas ad auſtrum.*] Conſequens eſt vt hunc accipitrem in bonam partem intelligamus, ſanctum ſcilicet qui ſapientiam per conuerſionem acceperit, vt prædari & rapere iam ceſſet, carnibus etiam ſęcularium ſenſuum viuere deſiſtat, & qui veteris hominis exuuias in baptiſmo depoſuerit, plumeſcẽs, quodammodo renouata ſit ſicut aquilæ iuuentus eius: maxime cum promiſſionem habens præſentis vitæ & futuræ, quę in alis ſignificata eſt, ad auſtrum, vnde calor fidei eſt, ſe verterit, vnde Chriſtũ veniſſe cognouit: quod & propheta ita faciẽdum prædixerat dicens. Deus ab auſtro veniet, & ſanct[9] de mõte vmbroſo & caligoſo. *Abac.3.a* Bethlehem nanque ciuitatẽ domini reſpicientibus, in Hieruſalẽ in meridie quod eſt in auſtro poſitã ſcimus. Et ſecundum tropicos intellectus hunc calidum vẽtum, vt aromata gratiarum ferueant, ſponſus inuitat, dicẽs. B Exurge aquilo, & veni auſter, perfla hortum meum, & perfla aromata mea. *Cant.4.d* Vbi ergo dictum eſt: expandens alas ſuas ad auſtrum, alij dixerunt: expanſis pennis immobilis & reſpiciẽs auſtrum. Intentionem ergo perſeuerantiæ dicit eius, qui per calorem fidei duorum teſtamentorum gubernaculis viuens, ſplendorem æternæ beatitudinis contemplatur.

a *Nunquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila?*] Aliquando in bonam partem aquila dicitur, & pro ipſo deo, dicente Moyſe. Sicut aquila protegit nidum ſuum, & ſuper pullos ſuos confidit, vt ſuperius diximus. *Deut.23.b* Hic vero a deo poteſtas aduerſaria aquila dicitur, quæ ex permiſſu dei elata in ſuperbiam multum poſſit, ſicut propheta ait. Et erit quaſi aquila ſuper domũ dei. *Oſee.8.a* Prophetæ quoque multis in locis ſcripturarum ſuarum eum ſuperbiſſimum notant, id eſt diabolũ: & inde eſt quod eis & magnus dicitur, eo quod leuetur tumens ſuper montes aquilonis, & ſuper aſtra cæli ponat ſedem ſuam, cupiens ſe exæquare altiſſimo. *Eſa.14.*

b *Et in arduis ponet nidum ſuum.*] In magnis quibuſque & eminentibus ſæculi huius, ac malis hominibus ſedem ſibi conſtituit, vt in eis velut durus dominus & rex trux, ac potentiſſimus commoretur.

C c *In petris manet.*] In excelſis videlicet duris, & in malitia fortibus manet & habitat.

d *Et in præruptis ſilicibus commoratur.*] Præruptæ ſilices intelliguntur blaſphemi qui ſunt nimium duris & indomitis cordibus, atq; in ruinam ſuam inclinato peccatorum pondere dependentes.

e *Atque inacceſſis rupibus.*] Inacceſſæ vero rupes, ſunt homines porrecti in altum, nimia elatione cordis ſui: ad quorum ſuperbiam, quæ eis ſupra cæteros quaſi ſingulare ac proprium malum ſit, nullus accedat.

f *Inde contemplatur eſcam.*] Per illos vtique quos ſuperbia nimiũ elatos diximus, quos hæreſiarchas, aut Iudęos, ſiue ſapientes ſæculi, id eſt philoſophos, intelligimus, perditos quoſque dum eos erroribus ſuis in laqueos in eſcã ſuam capit, ſecundum prophetam, qui de eodem diabolo ita ait. Eſcæ eius electæ. *Abac.1.d*

g *Et de longe oculi eius proſpiciunt.*] Sagacis valde atq; peruigilis aduerſarij noſtri animum, ad inquirẽdas vires ſanctorum dimicãtium, nomine oculorum appellauit deus. Quod autem ait, delonge, mentis eius intuitus ſubtili intentione proſpicit, eo quod etiam in poſterum exercitatæ malitię ſagaci ſuſpitione præuideat, non locorum ſpatia intelligenda ſunt, ſed initia diſpoſitionis humanæ ad recte viuendum. D Hoc inquam, delonge proſpicit, quod eſt ab ipſis vtique exordiis ſubtilis ſpiritus, & ad omne malum nimium mobilis intuitus, vt illic antequam conatus hominis ſaltem in aliquo roborentur, pullulantia bona reprimat & extinguat, & interemptum hominem faciat fœtere peccato.

h *Pulli eius lambunt &c.*] Pulli eius, ſunt filij eius, vel ſocij eius, qui in cõſpiratione tyrannidis cum eo aduerſum deum moliti ſunt iniquitatẽ. Hi igitur liuore inuidiæ, ſitientes ſanguinẽ hominum lambunt. Et quod ait, vbi fuerit cadauer ſtatim adeſt, alij dixerunt: & vbi fuerit cadauer reperiuntur: quod ſiue de auctore mali, ſiue de ſatellitibus eius dicatur, vbi affuerit, illic peccatum ilico gignitur: quod in anima ita fœteat, ſicut vulnus in corpore. E

i *Et adiecit dominus & locutus eſt ad Iob. Nunquid contendit cum deo, tam facile conquieſcit? Vtique qui arguit deum debet reſpondere ei.*] Tota altercatio quæ in ſuperioribus libri huius contexitur, in hoc loco a domino declaratur, cum ipſe dicit. Nunquid qui contendit cum deo. Vnde apparet quia contra deum, quadã præſumptionis audacia ex fiducia bonę conſcientiæ ſit locutus, non tamen blaſphemauit deum, ſicut quibuſdam videtur. Vbi & ſi aſperius aliqua dixit, ad idem reſpiciens ad quod deus, iuſtus eſt, tenorem iuſtitiæ dei reſpiciens, locutus eſt non ad blaſphemãdum deum: vnde illum ſecundũ iuſtum iudicium eius requirendo, quaſi conſtringit & dicit, vt parcat vel eum iniuſtum declaret. Quare eum circa ſe iuxta iniuſtitiam iudicare ſentiat, cum eum optime nouerit iuſtum. Accepta igitur Iob ratione a deo in his ſermonibus quos locutus eſt: quia omnia vtiq; quæ creaſſet, ipſe gubernaret & regeret, a quo etiam omnino nihil iniuſtum fieret, conuictus ſicut hic aperte demõſtratur ſilebat: ſed admonetur a domino atque compellitur, vt quia aduerſus eum contendit, eumque arguere conatur, ipſe ad interrogata reſpondeat. Et ait ſcriptor libri huius.

k *Reſpondens autem Iob domino dixit. Qui leuiter locutus ſum, reſpondere quid poſſum?*] F Beatus autem Iob agnoſcens ſe leuiter & non conſummate locutum, dicit omnino ſe deo reſpondere non poſſe. Propter quod cupiat ſe ſilentio cohibere, ſicut ait.

l *Manum meam ponam ſuper os meum, eo quod vnum & aliud verbum dixerit, pro quibus potuerit lædere.*] *Iob.7.c* Illa eſſe exiſtimo, ſicut ſuperius comprehendi, quæ ita dixit. Elegit ſuſpendium anima mea, & mortem oſſa mea: & ſi flagellat, occidat ſemel, & non de pœnis innocentum rideat.

## CAP. XL.

m *REſpondens autem dominus Iob de turbine dixit.*] Id eſt vel de increpationis impetu, vel de perturbati aeris ac nubibus obſcuro.

n *Accinge ſicut vir lumbos tuos, interrogabo te et indica mihi.*] Siue vt alij dixerunt. Nequaquam, ſed accinge ſicut vir lumbos tuos, & cætera: quod eſt, nolo vt taceas, ait deus, ſicut ipſe diſponis, ſed potius loquere, & quod interrogo te, reſponde mihi. *Mar. & Luca 9.* Quemadmodum autem deus hominibus loquatur, cum ſit ipſe ſpiritus, multis ſignificationibus diuinæ nobis indicant literæ: vt pater de nube ad filium loquitur, *Exod.3.* & Moyſi in flamma ignis, & Ezechiel *Ezech.3.* ſedenti cum ſenioribus Iſrael, fit ſermo domini, & ſolus audiebat



tuos, interrogabo te & indica mihi. [a] Nunquid irritum facies iudicium meum, & condemnabis me vt iuſtificeris? Et ſi [b] habes brachium ſicut deus, & voce ſimili tonas, circunda tibi decorem, & in ſublime erigere: & eſto glorioſus, & ſpecioſis induere veſtibus. Diſperge ſuperbos in furore tuo, & confunde eos: & reſpiciens omnem arrogantem humilia. Reſpice cunctos ſuperbos & confunde eos, & contere impios in loco ſuo. Abſconde eos in puluere ſimul, & facies eorum demerge in foueam: & ego confitebor quod ſaluare te poſſit dextera tua. Ecce Behemoth quẽ feci tecum, fœnum quaſi bos comedet. [c] Fortitudo eius in lumbis eius: & virtus illius in vmbilico ventris eius. Stringit [d] caudam ſuã quaſi cedrum, [e] nerui teſticulorum eius perplexi ſunt. Oſſa [f] eius velut fiſtulæ æris, cartilago illius quaſi laminæ ferreæ. Ipſe [g] eſt principium

A audiebat quæ dicebantur a domino.

a *Nunquid irritum facies iudicium meum, & condemnabis me vt tu iuſtificeris.*] Quo ſenſu ſanctus Iob dixerit ea quæ ſupra conſcripta ſunt, in hoc loco dominus manifeſtat. Nam cum increpatione, propter hoc ipſum ab eo arguitur: quia in eius iniuriam & ſuggillationẽ ſe iuſtificare voluerit, dum eum ex ipſis cruciatibus ſuis, quos ſibi inique inflictos aſſerit, iuſtitiam iniuſtitiam vocat.

b *Et ſi habes brachium ſicut deus, & ſi voce ſimili tonas, circunda tibi decorem & in ſublime erigere, & eſto glorioſus, & ſpecioſis induere veſtibus. Diſperge ſuperbos in furore tuo, & confunde eos, & reſpiciẽs omnem arrogantem humilia &c.*] Hoc eſt dicere. Nunquid potes hos ipſos dæmones, quorũ tribulationibus expugnaris & contereris, expugnare & diſpergere? Nec ſic contra deum contendere deberes, B ſi tibi eſſet fortitudo vt deo eſt, & vox imperij tui in hoc mundo terribilis inſonaret: circundares etiam tibi decorẽ æternitatis, honoris quoque & ſublimitatis eſſes gloria exaltatus & omnibus ſanctitatis virtutibus tãquam ſpecioſis veſtibus te munires: omnes nihilominus ſuperbos iuſto iudicio tuo, velut indignationis iracũdia diſſipares, & eos in locum ſuum, id eſt, in carcerem inferorum detrudens, contereres: quin etiam a ſanctorum lumine ſeparatos, in puluerem ſimul abſconderes, ſiue vt alij dixerunt, retruderes eos ſub terra, ſimul & facies eorum, id eſt animã cum intellectibus ſuis tanquam oculorum luminibus in foueam inferni demergeres, id eſt, quam impoſſibile eſt vt hæc homo habeas, tam ſtultum eſt, vt quaſi ex æquali, contra deum loquaris, a quo humiliter ſperare miſericordiam debes, vt ex eius dextera, id eſt virtute, contra eos, quos dixi ſuperbos arrogantes impioſque ſalueris. Ecce hoc ipſum noueris fortem diabolum & potentiſſimum inimicum tuũ, quem ob immaniſſimum trucis animi furorẽ, Behemoth בהמות nomine feralis beſtiæ nuncupaui, apud te velut bouem, animal videlicet manſuetum fœnum comedere faciam, non carnes vt leonem. Quia carnes quando comeduntur, non fit ſine viuentis interitu. Circa te vero non ita eſt ſicut iam dixi, cui iuſſione imperij mei, hoc modo pręcepi, dicens. Ecce in manu tua eſt viuere, animam eius ſerua. C Behemoth nanque doctores eccleſiæ, qui Hebræas literas contigerunt, in Latinum quaſi plures interpretati ſunt. Proinde inimicus diabolus cum toto corpore ſatellitum ſuorum hoc loco a deo deſcribitur. Quem propter pluralitatem nominis ipſius antiqui ita interpretati ſunt: ſed ecce beſtiæ quas feci apud te, fœnum ſicut bos edũt, id eſt & hoc potentia dexteræ meæ factum eſt, vt ſubſtãtiam tuam & facultates, quæ ob pretioſæ mentis tuæ diuitias fœno comparantur, in poteſtatem acciperet deuorandas. Et ideo vilia quæque & temporalia tibi abſtulit, quæ fœni nomine ſignificata ſunt, non quæ magna & grandia, id eſt animæ ornamenta, quibus te ſpoliatum blaſphemiæ ruina comprimeret, quali peccato totus homo a diabolo deuoratur. Ita ergo de eo dicit deus.

c *Fortitudo eius in lumbis eius: & virtus illius in vmbilico vẽtris eius.*] In lumbis & vmbilicis, vẽtris voluptas vel carnis luxuria intelligitur, quæ membris genitalibus poſt primi hominis lapſum inſerta eſt, vt ſupra modum legis naturalis illa membra, & quando non vult homo incentiuis libidinis titillentur: & ita voluptatum ſectatores, diabolo fortitudinem propriis vitiis miniſtrãtes, de parte illius, & conſortes efficiuntur, vt ſint mẽbra eius, quorum tanquam corporis ſui ipſe eſt caput. D

d *Conſtringit caudam ſuam quaſi cedrus.*] Hoc mihi dicere videtur, quod nec in nouiſſimis ſuis, quæ in cauda ſignificantur, ſit ad deum reuerſurus, quod eſt, nunquam pro tyrannide ſua ſuperbus & impius pænitebit: ſed exaltatus vt cedrus, voce domini iuſte iudicantis eſt cõfringendus & comminuendus. Conſtringitur enim ligno duriſſimo comparatus, duritia ſcilicet cordis, ne intelligat, ſtultus efficitur, & excæcatus, ne videat vſque in finem. Siue conſtringit caudam ſuam, ita ſentitur, propheta fallaciter loquitur, mendacium cauda eſt ſecundum ſanctorum prophetarum auctoritatem. Hos igitur Behemoth tanquam inimicos, tanquam ſocios, & miniſtros ſuos in copulam vnitate ſibi conſpirationis aſtringit, de quibus antiqui E dixerunt interpretes. Erexit caudam ſuam vt cypreſſum, vbi elationem mẽtis eorum in excelſum ſignificauerunt hanc arborem nominando, quæ ſub vno ſtipite, procero faſtigio in altum porrigitur.

e *Nerui teſticulorum eius &c.*] In neruis, vincula quædam fortiſſima ac illecebroſa voluptatũ, quibus homines carnales implicat: dicere videtur mihi, de quibus vitiis, & propheta culpans homines inter cætera ait, ita dicẽs. Declinãtes autem ad obligationes: *Pſal.103.e* vbi ſimpliciter pene inextinguibilem voluptatem in membris humanis a propheta ſignificari puto, cui voluptati caro noſtra captiua ſuccumberet, niſi iuxta Apoſtolũ dei gratia ſubueniret.

f *Oſſa eius velut fiſtulæ æris &c.*] His membrorum nominibus indicatur, quod diabolus cũ ſuis durus ſit, rigidus, pertinax & inflexibilis. In oſſibus nanque & cartilagine intus & foris, in cogitatione videlicet & opere, perfecta eius demonſtratur malitia. Quod autem dictum eſt, cartilago eius quaſi laminæ ferreæ, alij dixerunt, ſpinæ eius ferrum eſt fuſile, vt intelligatur: quia nunquam ſe diabolus per pænitentiam deo humiliauerit.

g *Ipſe eſt principium viarum dei, qui fecit &c.*] Hoc in loco hic eſſe mihi videtur ſenſus, quod ad vias dei ambulãdas, & per obedientiam præcepta dominica obſeruanda, hic inter cæteras creaturas primus a deo ſit conditus: & inde dictum ſit, Ipſe principium eſt viarum domini. F Nã in Ezechiele propheta in capite lapidum ignitorum refertur, quod primus fuerit omnium angelorum, & corona in manu domini. Siue ita dici poteſt, vt in illa æternitate ſua, deus ſemper manens, quaſi egreſſus in facturam creaturarum videatur: & hæ ſint viæ eius, vt inuiſibilia ex viſibilibus apparerent. Siue vnaquæque creatura via dei eſt, per quam ad dei itur cognitionem, dum cognita ab eo cognoſcitur. Siue viæ dei illæ ſunt: quando cuilibet creaturæ rationabili, deus quaſi ad eam veniens, innoteſcit. Proinde hic Behemoth principium viarum dei dicitur, eo quod primus factus, dei ſui cognitionẽ a quo cõditus eſt, accepit. Dominus autẽ Chriſtus in principio viarũ dei creatus refertur: quia reconciliãdo mũdum per ſanguinem ſuum, viam mandatorum patris quaſi opera eius graderetur, quod in principio prædicationis euãgelij demonſtrauit. Quod autem dominus ait. Qui fecit eum, applicabit gladium eius, id eſt qui fecit Behemoth, applicabit ei gladium ipſius, id eſt malo quo alios interemit, ipſe puniatur: ſicut & de eius ſimilibus ſpiritus ſanctus in pſalmo locutus eſt: Gladium euaginauerunt pec- *Pſal.36.*

A catores, & gladius eorum intret in cor eorum. Notanda tamẽ eſt in hoc loco commutatio perſonarum. Nam ſuperius dominus ait, quod Behemoth beſtiam ipſe fecerit, & nunc dicit quod alius eum creauerit, ita dicendo. Ipſe eſt principium viarum dei, qui fecit omnia: quod ita exponi poteſt: quia pater in filio omnia fecit, ſicut propheta ait ad deum. Omnia in ſapientia feciſti. *Pſal.103.c* Alij dixerunt. Ipſe eſt initium figmẽti domini, quod illudatur ab angelis eius, id eſt ſanctis. Ab his ergo illuditur, quando per gratiã ſancti ſpiritus, & meritum ſanctitatis eis ſubditur: & inuocatione nomine Chriſti ab obſeſſis corporibus effugatur. Ab eis vtique qui deponẽtes omnem malitiam & omnem dolum, & ſimulationem, ſecundum *Eſa.11.b* Eſaiam, geniti infantes in Chriſto ſunt: de quibus prophetauit cum virtute gratiæ Chriſti contra aduerſarium eorum diabolum in ſpiritu prouidentiæ, dicens. Et delectabitur infans ab vbere, ſuper foramina aſpidis: & in cauernam reguli, qui ablactatus fuerit, manũ ſuam mittet. Et dominus cum de eius toto corpore loqueretur, ait ad *Luc.10.e* eos, quos innocentes & paruulos fecerat, dicens. Ecce B dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones, & nihil vobis nocebunt.

a *Huic montes herbas ferunt; omnes beſtiæ agri ludent ibi.*] Hi montes in climate aquilonis cõſtituti ſunt, vbi ſuperbus diabolus ſedere ſe dicit, inquiens. Aſcendam ſuper altitu- *Eſa.14.e* dinem nubium, ero ſimilis altiſſimo. Quos montes, ſuperbos quoſque nimium elatos homines, ac tumorem cordis illius imitantes non abſurde ſentimus. In his igitur habitãs, temporariam iucunditatem, quæ herbarum vocabulo appellata eſt, in eis depaſcitur, & in malo virẽ- [illegible] tis ac vigentis in eis voluptatis noxiæ delectatur: in quibus etiã montibus omnes beſtiæ agri ludunt. Beſtiæ iſtæ, ſocij ſunt & miniſtri diaboli: de quibus ait propheta, *Pſal.73.d* orans ad deum. Ne tradas beſtiis animam confitentem tibi. Ager vero hic mundus eſt, ſecundum auctoritatem *Matth.13.e* domini, qua dicit in euangelio, Ager autem eſt hic mundus. In talibus igitur montibus, qui herbas luxuriæ, non arbores fructiferas ferunt, hæ beſtiæ, aduerſariæ videlicet poteſtates, non habentes rigorem virtutum, ludunt fluxu laſciuiaque vitiorum, & in omnibus eorum montibus, in ſceleribus ac nephandis criminibus videlicet gloriantur. Alij de hoc loco dixerunt. Aſcenderunt in montem præruptum: fecit gaudium quadrupedibus in tartaro. Montem præruptum ipſius ſuperbiæ diabolicæ verticem ſignificatum puto, in quem nimiũ ſe extulerit, ita vt de eo vſque in ima caderet inferorum. Fecit ergo C gaudium, id eſt, dedit conſolationem, vel his qui ſuperbiæ eius conſentientes de cælis eiecti ſunt tartaris deputandi: vel his peccatoribus, qui per eum in profunda inferi corruerunt, ſub quorum perſona ad ipſum dæmo- *Eſa.14.e* num principẽ ita ſermo propheticus loquitur. Et tu vulneratus es ſicut & nos, noſtrique ſimilis factus es. Detracta eſt ad inferos ſuperbia tua, concidit cadauer tuum, fecit gaudium quadrupedibus, vt dictum eſt, id eſt, peccatoribus, qui in terram proni, ſeu vergentes in tartara, cælum ſuſpicere non poſſunt.

b *Sub vmbra dormit in ſecreto calami, in locis humentibus.*] Quod vmbræ corporum ſint, nemo dubitat: ſed vmbra in ſcripturis diuinis aliquando requies & refrigerium intelligitur, aliquando pœnæ. Vnde dicitur vmbra mortis. Aliquando vmbræ, peccata eſſe referuntur, quæ tãquam vmbra corpori, ita morti vicina ſint. In peccatis ergo diabolus habitat, & requieſcit in ſecreto cogitationum, ſiue etiam lumborum, vnde & loca humentia appellantur. Siue in ſecretis, id eſt in abſconditis dei, quæ deus vtique non requirit, & velut ſe indigna non viſitat: de quibus *Pſal.16.d* abſconditis propheta ait ad deum. De abſconditis tuis

principium viarum dei. Qui fecit eum applicabit gladium eius, [a] huic montes herbas ferunt. Omnes beſtiæ agri ludent ibi, ſub [b] vmbra dormit in ſecreto calami, in locis humentibus. [c] Protegunt vmbrę vmbrã ei⁹, [d] circũdabunt eum ſalices torrentis. Ecce [e] abſorbebit fluuiũ, & nõ mirabitur: & habet fiduciam quod influat Iordanis in os eius. [f] In oculis eius

D adimpletus eſt venter eorum. Peccata ergo tanquam tenebræ abſcunduntur a lumine veritatis. Siue vt iam diximus, loco remoto cordis, diabolus habitat: quod cor vacuum timore dei, patet vanitati & luxui, atque omniũ illecebris vitiorum. Hæc enim vmbra ſolem neſciens, & calami ſecreta ſignificant. Alij dixerunt, ſub omnimodis arboribus dormit ſecus iuncum, & calamum, & caricem. Omnimodas arbores dicit, quæ tamen omnes infructuoſæ ſunt, non habentes medullam charitatis dei, nec bonorum operum fructus.

c *Protegunt vmbræ vmbram eius.*] Peccata eius ſuper omnium impiorum peccata & impietates eminẽt, quas protectione quadam malitiæ ſuæ defendit, & contegit. Alij ita dixerunt: inumbrantur in eo arbores magnæ, vbi hoc mihi videtur dixiſſe, quod quamuis maligni ſpiritus vel homines miniſtri diaboli, ſuperbia ſint excelſi, tamen ſuperet eos magnitudine delictorum diabolus: quia ſceleſtioris criminis inuentor eſt, quam imitator peccati.

d *Circundabunt eum ſalices torrentis.*] Siue ſtirpes & virgultum, vt alij dixerũt. Mundus iſte mortalis propter ve- E locem volubilitatem ſuam, torrentis nomine appellatur, ſicut & propheta ait, cum de paſſione domini prophetaret. De torrente in via bibet. *Pſal.109.a* Diſpenſatione nanque illa, qua ad nos venire dignatus eſt, in cruce mortis calicem bibit de quo dixit ad patrem: Si fieri poteſt, tranſeat a me calix iſte. *Matt.26.c* Huius ergo mundi hominibus, qui ſunt ſenſibus peccatorum, & perfidia infidelitatis amariſſimi, tanquam folia, fructus bonorum operum mentientes, diabolus circundatur, qui etiam in collegas conſortiumque iunguntur.

e *Et ecce abſorbebit fluuium, & non mirabitur &c.*] Multis in locis ſcripturarũ, fluminis nomine, genus humanum ſignificari nouerimus, de quo & ipſa poteſtas aduerſaria ait: Meus eſt fluuius, & ego feci memetipſum. *Ezech.29.a* Huic ergo fluuio, humano videlicet generi, in ima atque ad inferiora, more fluminis defluentis, deſideria cupiditatum, delectationis, præſentiſque amorem mundi, ita inſinuat, vt eum abſorbere poſſit, & velut inferus deglutire: ſic nanque humanũ genus præceps in ſupradicta vitia defluet, vt poſſit ab inimico facile deuorari. Quod autem ait. Habet fiduciam quod influat Iordanis in os eius, Iordanis fluuius, baptiſmi continet ſacramentum: dum in ipſo Chriſtus dominus baptizatur, noſtrum baptiſma conſecratum eſt. *Pſal.113.a* Cuius ſecundum myſticos intellectus, montes & colles, arietes & agni ouium exultant a facie dei Iacob: *Gen.27.* qui iunior frater credendo, ſeniorem fratrem incredulũ ſupplantauit. F De cuius Iordanis terra, id eſt eccleſia, propheta ex perſona credentis ſe dicit dominum recordari. *Pſal.41.b* A Chriſto vtique monte modico incipiens, qui propter paſſionem modicus factus eſt, minoratus eſt ab angelis, *Hebr.2.c* *Philip.2.b* obediendo patri vſque ad mortem. Hic ergo Behemoth nimia elatus temeritate, fiduciam gerit vt prædictũ Iordanem, ſacramenta videlicet eccleſiæ figurantem, ore ſuo hauriat: & vorandi cupidus, ſuo eum ventre concludat. Id eſt etiam eos quos ſanguis Chriſti, per aquam regenerationis, quam Iordanis typice portẽdit, & ablutione ſpiritus ſancti redemit, de illius poteſtate ac duriſſimo dominatu quærit, vt rurſus ſuos faciat, ſeu occulta ſuaſione, ſeu oppugnatione manifeſta.

f *In oculis eius quaſi hamo capiet eum.*] Verba hæc patris de filio ſunt, ſecundum illam allocutionem, de qua ſuperius diximus, vbi ait pater de eo, cum ei de diabolo ſermo eſſet: Ipſe eſt principium viarum dei. Hunc igitur Behemoth, homo diuini numinis carne hominis aſſumpti veſtitus, in oculis eius capiet eũ, inquit, pater de filio quod diabolum eſſet capturus. In oculis, ait, id eſt in ipſo intelligentiæ lumine, vbi eſt viſus ſapientiæ, naturæ rationa-



A bilis. Ibi, inquam, diuina ſapientia captus, dum per calliditatem ſuam atque verſutiam non videt cuius carnem mors deuorandam apprehendit. Secundum igitur hunc modum captus eſt diabolus.

a *Et ſudibus perforabit nares eius.*] Id eſt furentem ſæuitiã, atque in ſanctorum interitum anhelantem, Chriſtus dominus noſter conteret & proturbabit: ſanctos vero propter lignum crucis non abſurde hic intelligendos puto. Sic itaque humiliat & confringit dominus inimicum, omnemque impetum inuidiæ ſæuientis, dũ eum per eoſdem ſanctos ligno ſuæ crucis retundit.

b *An extrahere poteris Leuiathan hamo.*] Commutauit figuram ænigmatis, vt diabolum quem ſuperius Behemoth tranſlato nomine dixerat, eundem nunc Leuiathã appellet: ſed illic eum quaſi beſtiam dicit, quæ terras inhabitet: hic vero ita illum nominat, qui velut in aquis maris conſiſtat. Vnde & alij pro Leuiathan draconem dixerunt. Vnde videri poteſt, quod horrendũ neſcio quod B genus draconum ſit, quod Leuiathan dicatur, cuius malitiæ atque potentiæ congrue diabolus coaptetur. Behemoth autẽ eo quod multi cum eo ſint appellatur. Nam Behemoth Latine, quaſi plures ſonare dicitur. Vnde ipſe intelligi poteſt cum ſociis & miniſtris: & recte, quaſi di- לויתן catur, qui a deo non ſunt. Leuiathan vero additamentum quidam aiunt interpretari. Quia ergo in veritate non ſtetit, & excedens præſumptionis modum, addit ſibi ſuperbiam, quaſi ſupra naturæ bonum in tumorem & morbũ elationis excedit. Proinde additamentum dictus eſt: vocabulum enim factum de crimine operuit conditionem *Eſa.73.a* naturæ bonæ, quam deus bonus creauerat. Et Eſaias propheta de eo vaticinatur dicens: In die illo, ſiue paſſionis Chriſti tempore, ſiue in aduentu iudicij eius. In die ergo illo viſitabit dominus in gladio ſuo duro & grãdi & forti, ſuper Leuiathan ſerpentem vectem, & ſuper Leuiathã ſerpentem tortuoſum, & occidet cetum, qui in mari eſt: ſecundum hoc ipſum eſt, quod alius propheta ſimiliter *Pſal.73.c* ait ad deum. Tu confregiſti in virtute tua mare. Tu confregiſti caput draconum ſuper aquas. Hic ipſe diabolus tanquam caput cum ſuis membris deſcribitur, & corpus eius & ſquamæ indiſſolubili copula coniunctæ narrantur. Hunc ergo Leuiathan draconem typicum, ait dominus ad Iob, ne in aquis gentium dominetur: tu forſitan de mari populorum extrahere potes, quem hamo virtutis meæ, v ſupra dictum eſt, per fidem credentium extra- C here & exiccare diſpoſui. Secundum hunc ſenſum eſt il- *Matth.12.c* lud quod & dominus ait in euangelio: Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt ea quæ poſſidet, & cætera. In primo autem aduẽtu Chriſti factum eſt per gratiam redemptionis eius, vt de ſocietate diaboli & dominatione populi eruerentur. In ſecundo vero aduentu eius, omnis diaboli poteſtas eſt auferenda: quandoquidẽ mare, hoc eſt, ſæculum non erit: genuſq; ſociorum illius de terra peribunt. Quando etiam quæretur delictum illius, & non inuenietur, domino regnante in æternum, & in ſæculum ſæculi, abſorpta morte mortiſque inuentoribus in reſurrectionis victoria. Quod autem in hoc libro ait deus, quia hamo extrahat Leuiathan, per alium pro- *Ezech.31.a* phetam illud loquitur, dicens: Expandam ſuper te rete meum in multitudine populorum, & extraham te in ſagena mea. Hami vero & ſagenæ differentiam hanc eſſe exiſtimo, vt hamum ipſum Saluatorem filium dei, carne veſtitum intelligamus. Sagena autem dici poteſt miſſa prædicatio euangelij, quæ a ſolis ortu vſque ad occaſum *Pſal.47.* latiſſimo ſpatio ſit expãſa: ſicut & propheta ait: Magnus dominus, & cætera. Et deinceps ait: dilatans exultationẽ vniuerſæ terræ. Quæ ſagena prædicationis Chriſti, vete-

eius quaſi hamo capiet eum, & in [a] ſudibus perforabit nares eius. An [b] extrahere poteris Leuiathan hamo: & [c] fune ligabis linguam eius? [d] Nunquid pones circulum in naribus eius, aut armilla perforabis maxillam eius? [e] Nunquid multiplicabit ad te preces, aut loquetur tibi mollia? [f] Nunquid feriet tecum pactum, & accipies eum ſeruum ſempiternũ? [g] Nũquid illudes ei quaſi aui, aut ligabis eum ancillis

D ris teſtamẽti figuris, & ſignificationum imaginibus, multiſque eiuſmodi ſcripturæ teſtimoniis, veluti nodis illigatis eſt ſolide roborata, quam ceti multi & dracones ſæuiſſimi mundi iſtius impij & potentes ſcindere & rumpere tentauerunt, idque non potuerunt efficere: quia firmum fundamentum dei fecit; & cõuelli nequaquam poteſt. Quia ſi deus pro nobis, quis contra nos? *Rom.8.f* Proinde ſecundum hãc expoſitionẽ, idem ſenſus in hamo & ſagena dinoſcitur. Cum ergo dixiſſet dominus ad Iob, extrahere poteris Leuiathan hamo, ait ei:

c *Et fune ligabis linguã eius.*] Quemadmodum ex pluribus particulis ſubtegminis funis intexitur, vt fiat vinculum quo poſſint aliqua colligari: Ita & diabolus de multitudine peccatorum ſuorum, quaſi de reſticulorum particulis, vincula ſibi ſacrilegorum, velut fune blaſphemiis, & lingua illius colligat: vt ſit os obſtructum atque oppilatum loquentis iniquitatem. Et in Prouerbiis Salomonis, de ſimilibus eius ſcriptum eſt: Vinculis peccatorum *Prou.5.a* ſuorum vnuſquiſque conſtringitur. Et inde eſt quod & *Matth.25.e* E dominus in euangelio pigrum & inutilem ſeruum, ligatis manibus & pedibus, mittendum dicit in tenebras exteriores, id eſt, vinculis peccatorum ſuorum, quæ operatus eſt ſecundum diuinum iudicium ligatus mittitur in pœnas: quod & ipſe dominus in quodam loco manifeſtiſſime demonſtrauit, quando flagellum de Iudæorum *Ioan.2.e* reſticulis fecit, eoſque inde flagellans de templo eiecit.

d *Nunquid pones circulum in naribus eius: aut armilla perforabis maxillam eius?*] Siue captapulum, vt alij dixerunt. Et armilla perforabis: ſiue vt alij dixerunt: forcipe pertũdes labrum eius. Circuli captapuli, forcipis & armillæ nominibus, intelliguntur ſermones diuinæ potentiæ, quibus ſuperbus atque blaſphemus humiliatus eſt a deo & attritus.

e *Nunquid multiplicabit ad te preces, aut loquetur tibi mollia?*] Siue vt alij dixerunt: Aut loquetur tibi blande. Soli deo, cuius creaturam ſe eſſe cognoſcit, eſt ſubditus, atque ei tantum quem ipſa conſcientia pauet, animus eius ſuperbus addicitur.

f *Nunquid feriet tecum pactum, & accipies eum ſeruum ſempiternum?*] Licet ſit rebellis & nimium tumidus: cogitur tamen atque compellitur ipſius naturæ bono, quod ei in teſtimonium iuſtæ damnationis eius ex parte non perit, vt dominum creatorem ſuum, ſaltem vt ſeruus malus eſ- F ſe fateatur. Hoc eſt pactum, ſiue teſtamentum, quod ei cum deo inire præceptum eſt. Vnde & ipſe dominus ait: Et accipies eum ſeruum ſempiternum. Hoc enim nulla voluntate animi facit, ſed diuinæ poteſtatis imperio: & ideo a deo ſeruus dicitur ſempiternus: quia adoptionem filiorum dei: ſiue primatum illum angelicæ dignitatis, nunquam ſit recepturus.

g *Nunquid illudes ei quaſi aui &c.*] Intantum, ait dominus, humiliabitur draconis iſtius fortitudo, & omnino pro nihilo erit, vt illudendus habeatur, & illudendus ſanctis angelis deputetur: ſicut & ſupra iam dictũ eſt. Quod autem quaſi auis illudi perhibetur, quaſi res parua & minima ad potentiam dei habeatur, auis nomine voluit demonſtrare: quodque alligandus ancillis dicitur, illud eſt quod ipſe dominus in euangelio ait ad diſcipulos ſuos: Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes & *Luc.10.e* ſcorpiones, & ſuper omnẽ virtutem inimici: & nihil vobis nocebit. Sic itaque alligatur atque illuditur a ſanctis animabus dei, quæ ſunt ancillæ Chriſti, dum ab eis ipſi & eius ſociis imperatur, & de corporibus ab eo obſeſſis abire compellitur: cuique per vniuerſum mundum quotidie captiua aufertur captiuitas: quomodo & ſecundum Apocalypſim per mille annos alligatus dicitur, quod a *Apoc.20.a*

A parte totum intelligitur ſecundum Apoſtolum, qui ait:
1.Ioan.2.c Filioli nouiſſima hora eſt: Ex tempore aduentus domini
in carne noſtra. Itaque alligatus eſt, ne ſeducat Chriſti
gratia & redemptione ſaluandos. Alij dixerunt: alligabis
eum ſicut paſſerem infantulo, quod eſt, ab infantulo te-
neatur præcepto imperij
mei, & velut ligatus in po-
teſtatem tradetur. Hic eſt il-
Eſa.11.a le infans, de quo Eſaias ait:
Infans ab vbere in forami-
ne aſpidum manum mittet:
qui infans propheta, quam-
uis ſit centum annorũ puer,
per Chriſti gratiam morie-
tur, id eſt, ſanctus & innocẽs
ad deum de hoc ſæculo emi-
grabit. Hunc ergo infantem
accipere debem⁹ vnumquẽ-
que ſanctorum, qui de fon-
te, id eſt, de vtero matris ec-
cleſiæ, tanquam infans deo
renatus eſt: & præcepta do-
mini, velut lacteos cibos de
eius vberibus ſugit.
a *Concident eum amici, diui-
dent &c.*] Amici & nego-
B tiatores iſti, ſancti intelligẽ-
di ſunt, omnes etiam veritatis prædicatores, quibus Chri-
Ioan.15.b ſtus filius dei ait: Vos amici mei eſtis. Itemque de eiſdem
Matth.13.f per parabolam dicit: Simile eſt regnum cælorum homi-
ni negotiatori, quærenti bonam margaritam, &c. Qui re-
gnum dei & æternæ vitę præmium velut pretioſiſſimam
margaritam in venalibus propoſuerunt mundo, vt vnuſ-
quiſque creditorum vendat quæcunque habuerit, dele-
ctationem ſcilicet vitæ præſentis, his mercimoniis com-
mutet, & emat eam. Igitur a ſupradictis amicis, & nego-
tiatoribus corpus huius draconis conciditur atque diui-
ditur: dum per eoſdem ad fidem Chriſti, perditorum eius
multitudo quam plurima ſeparatur. Nam multi de porẽ-
tibus eius, & in malitia fortibus ab eius conſortio, veluti
Abacuc 3. membra illius ſecernuntur, ſicut & Abacuc propheta ait
Sec.70. ad dominum: Præcidiſti ſtupore mentis capita potentiũ:
Ibidem. & de quibus rurſum ait ad dominum: Miſiſti in capita
inimicorum mortem: mortem vtique, vt iam non ſibi vi-
uant, ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt, & reſurrexit. Hæc
capita inimicorum dei, id eſt, populorum impiorũ prin-
cipes, ipſi ſunt huius ſpiritualis draconis reges & nobi-
les: qui ſecundum tranſlationem nominum & figuram
tropi alterius, alligandi a prædictis amicis & negotiatori-
Pſal.149.b bus eſſe dicuntur, ſicut Dauid propheta ait: Vt alligent
reges eorum in manicis, & nobiles eorum in vinculis fer-
C reis. Hi ergo reges & nobiles, ipſi ſunt & dracones, &
Pſal.37.c membra illius draconis: de quibus draconibus, ait pro-
pheta ad deum: Tu confregiſti capita draconum ſuper
aquas.
b *Nunquid implebis ſagenas pelle eius, & gurguſtium piſcium
capite illius?*] Omnes qui conſenſione malitiæ & imita-
tione adhærent diabolo, recte pelles eius eſſe dicuntur.
Quos ideo pellis nomine arbitror dictos: eo quod indiſ-
ſociabili connexione ei coniuncti ſunt, & ſeparari ab eo
nunquam aut certe vix poſſunt. De his ergo dicit domi-
nus ſagenas implendas eſſe.
c *Pones ſuper eum manum tuam. Memento belli: nec vltra ad-
das loqui.*] Sic mihi videtur dixiſſe, victo per me aduerſa-
rio tuo, pones ſuper eum manum tuam, vt poſſis ei & tu
illudere. Vel pones ſuper eum manum tuam: quaſi dixe-
rit, ſi eius potentiæ & virtutis te eſſe arbitraris, pones ſu-
per eum manum tuam: quod eſt, ſi potes, effice virtute
potentiæ tuæ, vt te contremiſcat & paueat ſicut & me,
cui ſoli hoc debet: ſed quia id nequaquam facere potes,
vt tibi draco hic magnus, & in malitia potens ſubiectus
ſit: memento in hac tribulatione pœnarum tuarum, cõ-
tra quam ferum & trucem hoſtem bellum habueris: ſuf-

ancillis tuis? [a] Concident eum amici: diuidẽt
illum negotiatores. [b] Nunquid implebis ſa-
genas pelle eius, & gurguſtium piſcium capi-
te illius? [c] Pones ſuper eum manum tuam.
Memento belli. Nec vltra addas loqui. [d] Ecce
ſpes eius fruſtrabitur eum, & videntibus cun-
ctis præcipitabitur.

## CAP. XLI.

[e] NOn quaſi crudelis ſuſcitabo eum. Quis
enim reſiſtere poteſt vultui meo, &
quis ante dedit mihi vt reddam ei? Omnia
quæ ſub cœlo ſunt, mea ſunt. [f] Non parcam
ei verbis potentibus, & ad deprecandum cõ-
poſitis. [g] Quis reuelabit faciem indumenti e-
ius, & in [h] medium oris eius quis intrabit?
[i] Portas vultus eius quis aperiet? [k] Per gyrũ
dentium

D ficiat tibi aduerſum me verba aſpera locutum, vbi noſſe
te volui: quoniam hunc fortiſſimum inimicum tuum ſu-
perare ac vincere nequiuiſſes, niſi ex præcepto imperij
mei accepta in ea poteſtate iuſſus fuiſſet, & tuam nihilo-
minus animam cuſtodiri a me. Igitur in ditionem illius
ita datus es, vt non amplius
te affligeret, quam vires tuæ
paterentur.
d *Ecce ſpes eius fruſtrabitur eũ,
& videntibus cunctis præcipi-
tabitur.*] Cum in conſpectu
angelorũ ſanctorũ, & innu-
merabilis multitudinis bea-
torum hominum præcipita-
tus fuerit in gehẽnam, ignẽ-
que æternum: ſpẽ eius, qua
ſe fortẽ putat euadere, hor-
rendum & iuſtum iudicium
meum fruſtrabitur: & caſſa
atque inania cogitans, in ir-
ritum deducetur.

CAP. XLI.

e *NOn quaſi crudelis ſuſcita-
bo eum. Quis enim reſi-
ſtere poteſt vultui meo, & quis
ante dedit mihi vt reddam ei?
Omnia quæ ſub cælo ſunt, mea
ſunt.*] Hunc igitur inimicũ non vt crudelis ſuſcitat deus, E
qui eum quaſi punire deſiderat: vel quotcũque ſanctorũ
collocatione eius elidere, cuius naturæ luculentæ potius
æterna bonitas competit: ſed ſuſcitare deus nunc Leuia-
than hoc modo dicitur, vt eum cæteris qualis ſit, manife-
ſtet: quem velut Pharaonem longa impunitate, diutius
inſultare permittit. Hoc enim iuſtiſſimo iudicio ſuo, de⁹
fieri ſinit, aut ad exercitationem probationemque ſan-
ctorum: aut ad iniquorum pœnam. Quis enim reſiſtere
poteſt vultui meo? Vbi hoc videtur dixiſſe, quod ſolo aſ-
pectui maieſtatis dei, omnis creatura cedat & tremat.
Quis ante dedit mihi vt reddam ei: omnia quæ ſub cælo
ſunt, mea ſunt. Non enim, ait, a quoquam poteſtatem ac-
cepi, quam aliquando forſitan non habuerim, vt ei quaſi
pro hoc beneficio gratias agam: aut aliquid ei retributio-
nis impendam. Secundum hunc ſenſum & apoſtolus lo-
quitur. Aut quis: inquit, dedit illi, & retribuetur ei? Vbi in Rom.11.d
his verbis deus affuiſſe ſemper monſtratur.
f *Non parcam ei verbis potentibus, & ad deprecandum compoſi-
tis.*] Hoc fortaſſis de diabolo, de cuius verbis hic loqui-
tur, intelligere poſſumus: & ſi ſit rebellis in deum & con-
tumax, ſuum tamen tremens ſentiat creatorem: & quam-
uis immemor conditionis ſuæ, tamen tãquam ſeruus ne-
quam, ſaltem, coactus dominum ſuum obſecrare ſimu-
lat.
g *Quis reuelabit faciem indumenti eius?*] Hic indumento, 2.Cor.11.a
velatam faciem diaboli Iob dicit, quia ſe transfigurat in F
angelum lucis. Reuelatur autem facies a domino, cum
artes nequitiarum illius deteguntur.
h *Et in medium oris eius quis intrabit?*] Hic os diaboli, in-
deſinens blaſphemia eius poteſt intelligi, quod obſtruẽ-
dum a deo eſt, atque oppilãdum: cum verbo domini fue-
rit penetratum. Siue in medium oris eius quis intrabit:
poteſt ita ſentiri, vt os diaboli, infernus intelligatur: ad
quem Saluator deſcendit, vt deuoratos a diabolo homi-
nes liberaret. Et ideo quod futurum erat temporis, dixit:
In medium oris eius quis intrabit?
i *Portas vultus eius quis aperiet?*] Abditam & multo ſe-
creto abſcõditam fortitudinem hypocriſeos diaboli, di-
cit dominus ſe patefacturum, quam in paſſione & cruce
ſua aperte manifeſtauit quando cum principibus ſuis &
poteſtatibus traductus a filio dei, parũ fiducialiter trium-
phat.
k *Per gyrum dentium eius formido.*] Voratorem & inſatia-
bilem hunc inimicum dicit, qui velut rapaciſſima beſtia,
dentibus omnia conſumat: & idcirco formido & timor
in



A in gyro dentium eius, quia ad deuorandum parati ſunt.
a *Corpus illius quaſi ſcuta fuſilia & cõpactum ſquamis ſe pre-
mentibus. Vna vni coniungitur, & ne ſpiraculum quidem incedit
per &c.*] Tres hi verſus continui, ſub diuerſorum ſermo-
num repetitione, vnum idemque loquuntur. Corpus er-
go diaboli, omnes cõſortes
eius, & ſpiritus immundi in-
telligendi ſunt, quos tanta
conſenſione atque conſpi-
ratione deus dicit illi adiun-
ctos, vt indiſſociabili conne-
xione ſint eidem copulati:
quos etiam ſub allegorica
dictione, ſquamarum nomi-
ne appellauit, quæ ita denſa-
tæ ſint & ſtrictæ ſibi inuicẽ
cohærentes, vt nullum illis
ſit ſpiraculum reſpirandi ad
deũ: eo quod ab illa ſui con-
nexione, nequaquam ad ſa-
nitatem pænitentiæ relaxẽ-
tur. Quod autem dæmones
impij miniſtri diaboli, ſcutis
fuſilibus comparantur, hoc
nomine eorũ ſignificat do-
B minus, quod nimium perti-
nax & obſtinate rebellans,
& fortiter ſolida ac perẽnis
ſit eorum repugnatio contra deum. Diabolum vetus e-
ditio ſmaragdi lapidi aſſimilauit, qui natura aſper eſt, alia
attritu leuificans: ſed ipſe aſper eſſe non deſinens, cuncta
comminuit: diminutionem autem ſui non ſentiens.
b *Sternutatio eius vt ſplendor ignis, & oculi eius vt palpebræ di-
luculi.*] Siue vt alij dixerunt: In ſternutamento eius illu-
ceſcit ſol, & oculi eius vt ſpecies luciferi. Sternutatio ſor-
des cerebri egerit, & vitia ex interno concepta depurgat.
Diabolus ergo, qui totus ſordidus & fœtidus eſt, in hoc
lumine ſe videtur oſtendere, cum transfigurans ſe in an-
gelum lucis, malitiæ ſuæ ſordes in perniciem hominum
cum delectatione operatur & effundit: & de inuidia, id
eſt, de malorum omnium capite, venena ſua commouet
ac producit. Oculi autem diaboli falſi prophetæ intelli-
gendi ſunt: de qualibus ſanctus Eſaias ait, cum ad pecca-
Eſa.29.c torem populum loqueretur, dicens de deo: Claudet ocu-
los veſtros, qui inſtigatione ab eo inſpirati loquuntur,
quæ vicina vidẽtur lumini veritatis: Sicut palpebræ ſunt
diluculi, cum tamen nihil luminis dei poſſideant. Nam e-
tiam ſi videantur initium lucis in ſe oſtendere: quæ eis
hypocriſeos fermento exoritur, mendaciorum tamen te-
nebras ſpecie veritatis obducunt.
c *De ore eius lampades eius procedunt ſicut tedæ ignis accenſæ.*]
C Quemadmodum os domini locutum eſt: ita & omnes
impij & ſacrilegi & blaſphemi, os diaboli recte dicũtur:
ex quo tedæ ignis accenſæ, ſiue vt alij dixerunt, faculæ
ardentes procedunt, id eſt, ignis & pœnæ cauſa ſuggeri-
Apoc.9.a tur: & in Apocalypſi, vbi ſub equorum ſimilitudine hi
miniſtri diaboli deſcribũtur, ita de eis dicitur: De ore eo-
rum exiit ignis & fumus & ſulphur, non perſpicue qui-
dem, ita exeunt de ore eorum: ſed verba blaſphema ſunt
ignis & fumus & ſulphur: ſicut ad eum dominus per pro-
Ezech.28.c phetam ait: Producam ignem de medio tui qui come-
dat te.
d *De naribus eius procedit fumus.*] Id eſt, ſuperbia.
e *Sicut ollæ ſuccenſæ atque feruentes.*] Quia vapor aut ipſe
ſe, aut obtemperãtes generet cauſas ignis æterni. Super-
biæ ſpiritus in anhelitu narium demõſtratur, quibus ani-
Iob 40.d mi ſui tumorẽ exanhelare ſe gaudet: ſed humiliari ac re-
primi a domino ſuperius ita dicitur: Nunquid pones cir-
culum in naribus, & armilla perforabis maxillam eius?
f *Halitus eius prunas ardere facit.*] Hic eſt fumus eius e na-
ribus & ex anhelitu eius, vt carbonibus ſuis ignem ſibi æ-
ternum, & fumandum ſubminiſtret. Ita enim & ſimili-
Eſa.50.d bus eius dominus ait: Ambulate in lumine ignis veſtri, &

dentium eius formido: [a] corpus illius quaſi
ſcuta fuſilia, & compactum ſquamis ſe pre-
mentibus. Vna vni coniungitur, & ne ſpira-
culum quidem incedit per eas. Vna alteri ad-
hærebit, & tenentes ſe nequaquam ſepara-
buntur. [b] Sternutatio eius ſplendor ignis, &
oculi eius vt palpebræ diluculi. [c] De ore eius
lampades procedunt, ſicut tedæ ignis accen-
ſæ: de [d] naribus eius procedit fumus, ſicut [e] ol-
læ ſuccenſæ atque feruentis. [f] Halitus eius
prunas ardere facit, & [g] flamma de ore eius e-
gredietur. [h] In collo eius morabitur fortitu-
do, & faciem eius præcedit egeſtas. [i] Mẽbra
carnium eius cohærentia ſibi. [k] Mittet cõtra
eum fulmina: & ad locũ alium non ferentur.
[l] Cor eius indurabitur tãquam lapis, & ſtrin-
getur quaſi malleatoris incus. [m] Cum ſubla-
tus

in flammis quas ſuccendiſtis vobis. D
g *Et flamma de ore eius egredietur.*] Siue vt alij dixerunt:
Flãma vero de ore eius globatur: ibi idem ſenſus, quod
eſt, pœnæ blaſphemiarum de ore diaboli globatæ egre-
diuntur.
h *In collo eius morabitur forti-
tudo, & faciem eius præcedit.*]
Colli nomine, id eſt, ceruj- Eſa.48.a
cis, tumorem arrogãtiæ dia-
boli dicit. Cuique dicitur
per prophetam: Neruus fer-
reus ceruix tua, in qua prin-
cipalis peccati malum habi-
tat. Hac igitur ſuperbiæ for-
titudine, & propheta verbis Ezech.28.a
illius loquitur, dicens: forti-
tudinem faciam, quem ob
hoc dominus increpat & di-
cit ei: In ſapientia tua feciſti
tibi fortitudinem. Et iterum
ait ei: In negotiationib⁹ tuis
multiplicaſti tibi fortitudi-
nem. Itemque: Eleuatum
eſt cor tuum in fortitudine
tua. Quod vero ait: Faciem
illius præcedet egeſtas, hoc
eſt, quod vbi appropinqua- E
uerit diabolus, ilico omnes
ibi vitæ atque animæ vires exhauriantur, ac ſubſtantia
conſumatur.
i *Membra carnium eius cohærentia ſibi.*] Membra diaboli
ſunt, quos ſupra in ſquama & ſcutis fuſilibus nominauit.
Carnium autem eius membra idcirco ſunt dicti: quoniã
carnalibus ac flagitioſis actibus dedita, ei velut auctori
malorum cohæreant.
k *Mittet contra eum fulmina, & ad locum alium non ferẽtur.*]
Ordo dicentis dei hoc loco obſcuratus videtur, vbi cum
de diabolo dicat, ſubito perſonam cõmutet, dicens: Mit-
tet contra eum fulmina, & ad locum alium non ferẽtur.
Credendum eſt, quod hæc fulmina a deo mittantur con-
tra diabolum: ſecundum illum ſenſum, vbi dicitur: Pluit Gen.19.
dominus a domino. Quod ita hic dictum arbitramur: fe-
cit deus quod locutus eſt deus. Fulminatur autem a deo
draco diabolus, quando igneis dei eloquiis de ſanctis nu-
bibus increpatur: quæ vtique fulmina in locum miſſa at-
que directa, non fruſtra iacientur, & ad locum non ferẽ-
tur: nec ſe ab eis diabolus gloriabitur impunitum.
l *Cor eius indurabitur tanquam lapis, & ſtringetur quaſi mal-
leatoris incus.*] Siue vt alij dixerunt: & ſtat ſicut incus in-
fatigabilis. Cor diaboli durum & inflexibile eſt, hebetu- F
dine quoque lapidis & rigore. Conſtringitur autem, ſiue
ſtat ſicut incus, quæ non producitur. Incus nanque cæ-
ditur, ſed non producitur: ſuperiecta edomat, immobilis
autem ipſa conſiſtit: talis diabolus eſt. Fidelium enim in-
crepationibus tunditur, prophetarũ dictis cæditur, mar-
tyrum victoria eliditur: ſed manens rigidus, durus, indo-
mitus, æternis addictus eſt pœnis.
m *Cum ſublatus fuerit timebunt angeli: & territi purgabun-
tur.*] Hoc de primi ſæculi temporibus dictum accipi po-
teſt: quantum ſit malum ſuperbiæ, iam tunc angeli ſancti
ſcire potuerunt, quando præſumptor tyrannidis cæli ar-
ce deiectus eſt: Quando etiam pro eo merito quo in ve-
ritate, in qua ille non ſteterat, ſteterunt: & in hoc beati
facti eſſe credendi ſunt, vt certiſſimi fierẽt, nullius vnquã
peccati lapſum ſibi eſſe metuendum. Igitur quod dictum
eſt: quia ſublato diabolo timebunt angeli, & territi pur-
gabuntur: non ſic intelligendum eſt, quod ad cauendum
peccatum ſuperbiæ, emendatiores futuri ſint, territi tan-
tæ damnationis exemplo: cum vtique perſpicuum ſit, mi-
nime eos beatos fore, ſi ſtudendum eis ſit cura impenſio-
re ne peccent. Peccatum enim cauere, vel peccato reſiſte-
re, ad pœnales huius mundi miſerias pertinet, non ad fu-
turi ſæculi gloriam. Hos autem arbitror intelligendum

tus fuerit timebunt angeli,& territi purgabũtur. [a] Cũ apprehenderit eũ gladius, ſubſiſtere nõ poterit, [b] neq; haſta neque thorax. Reputabit enim quaſi paleas ferrũ, & quaſi lignum putridũ æs. [c] Nõ fugabit eum vir ſagittarius: in [d] ſtipulã verſi ſunt ei lapides fundæ. [e] Quaſi ſtipulam æſtimabit malleum, & [f] deridebit vibrãtem haſtam. [g] Sub ipſo erunt radij ſolis, & ſternet ſibi aurum quaſi lutum. [h] Feruеſcere faciet quaſi olla profundum maris, & ponet quaſi cum vnguenta bulliunt. [i] Poſt eum lucebit

A homines, qui ad conſortium peruenerint angelorum, vtpote quaſi noui angeli, damnato diabolo territi purgabuntur: videntes qualem quantumque hoſtem, & huiuſcemodi pœnas horrendæ damnationis euaſerunt. Purgabuntur autem, id eſt, puriores deo reddentur, tanta diuini beneficij circa ſe conſolatione perſpecta. Id etiam quod dictum eſt territi, vel quod ſcriptum eſt timebũt: non abhorret a ſenſu, vt rationabilis videlicet creatura, omne beneficium atque omne iudiciũ creatoris ſui, non cum pœnali, ſed cum honorifico terrore miretur. Et reuera quæ maior purificatio, ſiue purgatio poterit eſſe ante deum, ſicut angelici hominis: quam vt ſemper cum exultatione, quia cui defertur pius eſt: & cum tremore, quia cui defertur deus eſt: omne bonum certiſſimæ ſecuritatis ſuæ gloriæque perpetuæ ad laudem ſui referat conditoris.

a *Cum apprehenderit eum gladius, ſubſiſtere non poterit &c.*] Alij vero manifeſtius tranſtulerunt dicentes: Si occurre-

B rint ei lanceæ, nihil facient ei, id eſt, nullis metallis terrorum ac increpationibus poterit emẽdari. In haſta autem & thorace poſſunt intelligi, qui iuſtitiæ lorica induti, dextera operibus ſanctis armati conãtur reſiſtere. Ipſum vero punire, ſiue expugnare non valebunt: quia tam fortis & malus eſt, vt aduerſantia contemnat, & conuerti minime velit. Proinde quicquid eſt fortitudinis animorum in ſanctis, ferri vocabulo appellatur. Quicquid etiam virtutum eſt, æris ſplendore vel perennitate cenſetur.

b *Ille tanquam purgamenta, & velut lignum putridum æs.*] Tanta enim ſe virtute ſuperbiæ induit, vt hæc omnia arma aduerſum ſe ſuſcepta pro nihili pendat: & ipſe potius operetur opera, palearum aceruis ſimilia & lignis infructuoſis, & vetuſtis carieque fatiſcentibus, quæ igne inextinguibili ſunt vrenda.

c *Non fugabit eum vir ſagittarius.*] Cuilibet ſanctorum quamuis pharetram cordis ſui, increpationum ſermonibus tanquam telis compungentibus plenam habeat, ab eis tamen hic durus & nimium ferreus penetrari non poterit. Et ideo non ſentiens vulnera compunctionum, ab hoc tali ſagittario non fugatur. Alij vero ita dixerunt: nõ vulnerat eum ſagitta ærea. Verbum dei incorruptibile & permanens ſagittæ æneæ comparatur, quo nunquam potuit diabolus ad pænitentiam vulnerari: ſecundum duritiam cordis ſui theſaurizat ſibi iram in die iræ, & reuela-

C tionis iuſti iudicij dei.

d *In ſtipulam verſi ſunt &c.*] Funda poteſt intelligi quicunque ſanctorum, qui manu domini continentur. Per hos ergo ſanctos ſuos, duros ſermones, fortes & aſperos velut lapides hunc impium valide iaculatur, vt eiſdem percuſſus det honorem deo: ſed ille cum ſingularis malitiæ ſit, eoſdem ſermones ſibi conuertit in ſtipulam: vt dum eos pro nihili ducit, fiant ei velut ſtipula, quæ & fumandos globos tartarei ignis accendat. Quod & alij eodem ſenſu dixerunt: æſtimat lapides funda iactatos vt fœnum.

e *Quaſi ſtipulam æſtimabit malleum.*] Verbum nihilominus diuinum, graue ſcilicet & forte contundens eum & atterens vaſtam duritiã impietatis eius, vt a ſanctorum inſectatione tenuetur, pro ſtipula æſtimabit: malitia nanque obrutus, non ſentiet pondus tundẽtis deſuper: quoniam cor eius factum eſt ſicut lapis, & ſicut incus indomabilis, quæ nunquam licet ſupra modum tuſa, producitur.

f *Et deridebit vibrantem haſtam.*] Siue vt alij dixerunt, tremẽtem ſermonem: Validum cuiuſlibet ſancti ad ſe vigore animi ac virtute emiſſum, non ſolũ non verebitur, verumetiã deridebit, vel eundem ſermonẽ, vel etiam ia-

D culantẽ. Hoc totũ de diabolo, deus de diuerſis modis ac ſimilitudinibus ideo dicit, vt demõſtret hominibus quãtũ mali ſit, & quam potens, & quam ſit omnino irreuocabilis.

g *Sub ipſo erunt radij ſolis, & ſternet ſibi aurum quaſi lutum.*] Sol iuſtitiæ Chriſtus de[9] eſt: *Malach.4.a* in cuius pennis eſt ſanitas. Hi igitur radij, id eſt, ſancti qui ſunt filij lucis eius, ab hoc principe tenebrarum, in præuaricatione Adã, peccato illius detinentur obnoxij: dum iam redemptos per Chriſtum capitalibus criminibus ſuos facit, ſibique velut captiuos & ſeruos ſubdit & ſubiugat. Poſſunt & illi angeli, quos ſecum diabolus traxit: de quibus in Apocalypſi dicitur: Et traxit ſecum tertiam partem ſtellarum in terram, *Apoc.12.a* hi radij ſolis intelligi: qui recedentes a deo vero lumine, factæ ſunt tenebræ, & principes tenebrarum. Hi ergo ſub ipſo ſunt, quibus diabolus eſt rex & dominus. Aurum vero ſecundum hũc

E ſenſum quem diximus, ipſi ſunt radij ſolis: quia ſub nomine auri pretioſi quique & magni intelliguntur: hos ſibi ſternit quaſi lutum, cum eos ſibi ſubditos peccatis, ſordidos & viles efficit. Dicuntur autem dracones in eis locis ſecretis, & terrarum abditis finibus, vel maxime cõmorari, vbi metallum auri ſit. Et ob hoc ſub ſpirituali intelligentia, puto hanc metaphoram conſeruatã: eo quod hic draco rufus, de auro bonorum quos deiecerat, ſibi cubile ſternat: quod eſt, omnes ſpirituales mundi huius diuitias, id eſt, bonorum hominum ſanctitatem, iuſtitiam cæteraſque virtutes, velut aurum ſub ſe habebit, cum eos obdormientes in fide in lutum immẽſum redegerit peccatorum.

h *Ferueſcere faciet quaſi olla profundum maris &c.*] Mare, hoc ſæculum ſecundum allegoricos intellectus eſſe didicimus, quod eſt obſcuritate ſua, & nimia ſtultitiæ cæcitate tenebroſum, quod ita diabolus carnali accendit concupiſcentia, vt ferueat ad amãda terrena. Si autem in bonam partem vnguenta intellexerimus, vt gratias ſanctorum ferventes hoc loco interpretemur: a contrario diabolus maris iſti[9] habitator id agit, vt quomodo ſpiritualium gratiarum amore, in ſpiritu ſancto ferueſcunt: ita ad amorem mundi iſtius homines præſentis vitæ deſiderio quaſi quibuſdam ſuccenſionibus flammeis ardeſcãt. Alij dixerunt: ferueſcere facit abyſſum, vt vas æneum ęſtimat ſicut delictum, & tartarum abyſſi ſicut captiuum. Hoc in

F loco arbitror, quod ita de diabolo deus dixerit: quia de hoc mundo quaſi abyſſi nomine dictus eſt ita diabolus: apud ſe definiens arbitratus ſit, quod in recordationem omnino non veniat, quod de memoria diuina deletus ſit. Cuius impiiſſimum ſenſum in nono pſalmo propheta recolit, dicens: dixit enim in corde ſuo nõ requiret. Itemque, dixit enim in corde ſuo: oblitus eſt deus, auertit faciẽ ſuam ne videat in finem. Tartarum quoque abyſſi, id eſt, infernum, in quo mundi iſtius peccatores tenebuntur incluſi: ille velut captiuum ſub duriſſima videlicet dominatione, detruſum vinculis infernalibus detinebat. Exultãs igitur & lætabundus diabolus æſtimabat, quod creaturam dei ſui, omnem vtique mundum, velut rex & dominus eſſet perpetuo poſſeſſurus, neſciens a domino deo regi in æternum, & in ſæculum ſæculi: perditis impiis gentibus de terra eius, iudicatos pupillos & humiles defenſos, vt non apponat vltra homo, id eſt, ipſe diabolus, vt ſe magnificet ſuper terram.

i *Poſt eum lucebit ſemita.*] Iam tunc reſipiſcens quæret reuerti ad deum, quando ei tempus pænitentiæ non erit. Et hanc puto conuerſionis eius ſemitam dixerit, quæ obdurato corde & cæco ſera pænitentia illuceſcat, quando poſt acceptam ei minime proderit.

a *Æſtimabit*



lucebit ſemita, [a] æſtimabit abyſſum quaſi ſeneſcentem. Non [b] eſt ſuper terram poteſtas, quæ comparetur ei: qui [c] factus eſt vt nullum timeret. Omne [d] ſublime videt: ipſe [e] eſt rex ſuper vniuerſos filios ſuperbiæ.

## CAP. XLII.

[f] RESpondens autem Iob domino, dixit: Scio quia omnia potes, & [g] nulla te latet cogitatio. [h] Quis eſt iſte qui cælat conſilium abſque ſcientia? [i] Ideo inſipienter locutus ſum, & quę vltra modum excedunt ſcientiam meam. Audi, & ego loquar: interrogabo te, & reſponde mihi. [k] Auditu auris audiui te: nunc autẽ oculus meus videt te. [l] Idcirco ipſe me reprehendo, & ago pænitẽtiam in fauilla & cinere. Poſtquam autem locutus eſt dominus verba hæc ad Iob, dixit ad Eliphaz Themanitem: Iratus eſt furor meus in te, & in duos amicos tuos: quoniam non eſtis locuti coram me rectum, ſicut ſeruus meus Iob. Sumite ergo vobis ſeptem tauros & ſeptem arietes, & ite ad ſeruum meum Iob, & offerte holocauſtum pro vobis. Iob autẽ ſeruus meus orabit pro vobis. Faciem eius ſuſcipiam, vt non vobis imputetur ſtultitia. Neque enim locuti eſtis corã me rectum: ſicut ſeruus meus Iob.

A a *Æſtimabit abyſſum quaſi ſeneſcentem.*] Siue vt alij dixerunt, quaſi deambulacrum. Abyſſum diximus ſuperius iſtum mundum, quem ſeneſcentem & inueteratũ, in peccatis vtique permanentem diabolus arbitratur, neſciens aduentu domini a peccatis veteribus liberandum.

b *Non eſt ſuper terram poteſtas, quæ comparetur ei.*] Nulla creatura eſt tantæ potentiæ, ſiue peccatrix creatura tantæ malitiæ: & ideo in vtraque re nullus ei poterit comparari.

c *Qui factus eſt vt nullum timeret.*] Propria voluntate liberi arbitrij ſui, in ſuperbiã elatus factus eſt, id eſt, ita ſui malitia deprauatus eſt, vt nullum timeret, nec ipſum dominum deum creatorem ſuum. Timet quidem vt malus ſeruus & præuaricator: ſed non habet in ſe dilectionis dei timorem.

d *Omne ſublime videt.*] In ſublime, inquit, atque in excelſum erigitur, id eſt, vſque

B ad ipſius inæſtimabilis ſuperbiæ ſuę apicem eleuatur, vt blaſphemus ponat in cælo os ſuum, dicens: Ponam in cælo thronum meum, & ero ſimilis altiſſimo. *Eſa.14.d*

e *Ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ.*] Id eſt, caput & princeps omnium ſuperborum, quem imitantes angeli & homines impij & præuaricatores, facti ſunt filij ſuperbiæ eius.

### CAP. XLII.

f *REſpondens autem Iob domino, dixit: Scio quia omnia potes.*] Id eſt, qui diabolum humilias, quomodo vis, & quando vis.

g *Et nulla te latet cogitatio.*] Scrutatorem cordis & renium latere quis poterit? *Pſal.7.c* vnde apparet ſanctum Iob ex his ſermonibus, quos deo pænitens confitetur, accuſare cogitationes ſuas, quibus ſe meminit de iuſtitiæ ſuæ meritis ſibi plurimum tribuiſſe: & deo quaſi ruſtico, notam iniquitatis obiicere tentaſſe.

h *Quis eſt iſte qui cælat conſilium abſque ſcientia.*] Id eſt, nemo poteſt abſcondere conſilium a conſcientia tua. Iam in conſequentibus manifeſtiſſime errorem ſuum demõ-

C ſtrat, & inſipientiam confitetur, per quam ignorans ad deum loquendi modum exceſſerit, ita dicens.

i *Ideo inſipienter locutus ſum, & quæ vltra modum &c.*] Iam nunc depoſita inſipiẽtia atque abiecta ſtultitiæ præſumptione, per notitiã increpationis diuinæ ad emendationẽ correctus, & præſentis caſtigationis purgatus examine, deum nihilominus audet interrogare dicendo: Audi, clementiam diuinæ indignationis oſtendit, & hoc loqui videtur, quod illam plagam longe alio modo circa eũ deus operatus fuerit, quã ipſe antea iudicaret: & hinc eſt, quod ſe a deo doceri cupit, ſibique hoc ipſum depoſcit oſtẽdi. Accepto ergo Iob, ſicut ex ſermonibus eius credendum eſt, diuinæ viſitationis oraculo ait ad deum.

k *Auditu auris audiui te: nunc autem oculus meus videt te.*] Poſt tẽtationis probationẽ, proximior factus diuinæ cognitioni: dicit ſe iam deũ videre, quẽ ante dũ examinaretur, audiſſe ſe dixit. Audire autẽ deũ vel videre, qui eſt inuiſibilis & incomprehenſibilis, non iſtorũ eſt oculorum, vel iſtarũ auriũ, ſed potius mẽtis & cordis. Propter quod *Matth.5.a* beati ſunt mundo corde homines, quo deus videtur.

l *Idcirco ipſe me reprehendo &c.*] Quem locum alij dixe-

D runt: Ideo deſpexi memetipſum, & diſtabui, & æſtimaui me terram & cinerem. Quod autem in iniuriam ſancti Iob, amici eius non recte locuti fuerint, hic aperte domino eis imputante monſtratur: vnde ipſe ait ad eos, quod peccatum illud exprobrationis eis remitti non poſſit, niſi beatus Iob pro illis orauerit, & holocauſtum propitiationis obtulerit. Vbi aduertim[9] quod ſacerdotis officio, beatus Iob fũctus fuerit. Intelligatur hoc loco quod nulli expediat cum exultatione & conuitio coarguere in dei caſtigatione ac tribulationũ laboribus conſtitutum. Ait nanque quod Iob ante pro eis ſacrificium offerentem, faciem eius ad exaudiendum libẽter ſuſceperit. Et addit dominus duplicia. In ſequentibus quæritur ſenſus eius, qui quemadmodũ fuerit duplicatus, libri huius ſcriptor diligen-

E ter enarrat. Fratres vero & ſorores qui ad beatum Iob poſt plagam caſtigationis eius conuenerant, omnes cognationes & familiæ generis eius intelligendæ ſunt. Vniuerſi etiam noti & amici eius, qui regalem potentiam eius ſingularemque ſapientiam prius nouerãt, veniẽtes ad eum comederunt cum eo in cõuiuio honoris eius, in quo ſignificatus eſt ab eo omniũ ſordium ſqualor abſterſus. In motu vero capitis indicatam conuenientium ad eum lætitiam nouerimus: quiq; muneris gratia, velut inopi & penitus nihil habenti dederunt oues ſingulas, & inaures aureas ſingulas. In hac conſolatione & ſi parua & priorum bonorũ duplicatione, animaduerti poteſt quod grãdis multitudo ad illum conuenerit: qui cum a ſingulis paruum acceperit, ſubito tãtarum diuitiarum factus ſit dominus. Potuit hoc ſcriptor libri huius & per anticipationem dixiſſe, vt poſt tentationem illam per centum quadraginta annos vitæ ſuæ, benedicente domino, cumulatas in duplum diuitias poſſideret: filiorum vero eius duplicatum numerum nõ legimus. Vnde arbitror quod cum ea quæ

F omnino perierant, illa ei in duplum fuerint reſtituta, etiã filij ei viginti pro decem redditi ſint. Hi enim ipſi decem primi, quos ruina domus labẽtis oppreſſerat, apud deum non putantur extincti. Propter ædificationem itaque fidei noſtræ, tantos ei filios a deo redditos quantos amiſerat, ſentiendum eſt: vt omni bonorum ſuorum ſubſtantia in duplum ſibi a domino reddita, etiam filios in duplum habere ſe crederet: qui vtpote fideliſſimus dei ſeruus, minime dubitare deberet, eos quos ad deum præmiſerat, non periſſe. Sic vbi per totum hunc librum ſanctum Iob, figuram habuiſſe Saluatoris proſpeximus: donante gratia eius, vt nobis largiri dignatus eſt expoſuimus: & in quibuſdam locis, amicos eius ſignificari hæreticos intelleximus: ſicut etiam & illum Heliu gentilitatis habuiſſe imaginem, diſſeruimus. Sed quia per Chriſtum impiorum atque errantium reconciliatio eſt: Non *Act.4.c* eſt enim aliud nomen ſub cælo, in quo oportet ſaluos fieri: ideo extincta nunc gentilitate atque abolita, hæretici ad Chriſtum a deo patre mittũtur: vt per quem prius ſaluati fuerant, rurſum lapſi per eundem mediatorem deo reconciliẽtur. In holocauſto vero ſeptem taurorum & arietum: orationum atque eleemoſynarũ ſatisfactio,

A ſuperbiæ & iræ emundatio plenaria, atque perfecta per laborem atque innocentiam pœnitentia demonſtratur. Quod autem ait.

Iob. Abierunt ergo Eliphaz Themanites, & Baldad Suites, & Sophar Naamathites, & fecerunt ſicut locutus fuerat dominus ad eos, & ſuſcepit dominus faciem Iob. [a] Dominus quoque conuerſus eſt ad pœnitentiam Iob, cũ oraret ille pro amicis ſuis. Et addidit [b] dominus omnia quæcunque fuerant Iob duplicia. [c] Venerunt autem ad eum omnes fratres ſui, & vniuerſæ ſorores ſuæ, & cuncti qui nouerant eum prius, & comederunt cũ eo panẽ in domo eius. Et mouerunt ſuper eum caput, & [d] cõſolati ſunt eum ſuper omni malo quod intulerat dominus ſuper eum. [e] Et dederunt ei vnuſquiſque ouem vnam, & inaurem auream vnam. [f] Dominus autem benedixit nouiſſimis Iob magis quam principio eius. Et facta ſunt ei quatuordecim millia ouium, & ſex millia camelorum, & mille iuga boum, & mille aſinæ: [g] & fuerunt ei ſeptem filij & tres filiæ. [h] Et vocauit nomẽ vnius diẽ, & nomen ſecũdæ caſia, & nomẽ tertiæ cornu ſtibij. Non ſunt autẽ inuẽtæ mulieres ſpecioſæ, ſicut filiæ Iob in vniuerſa terra. Deditque eis pater ſuus hæreditatem inter fratres earum. Vixit autẽ Iob poſt flagella hæc cẽtum quadraginta annis: & vidit filios ſuos, & filios filiorum ſuorũ, vſque ad quartam generationem: & mortuus eſt ſenex, & plenus dierum.

a *Dominus autem ſuſcepit faciem Iob &c.*] Illud eſt quod ait Apoſtolus: (Rom.8.g) Chriſtus Ieſus, qui eſt in dextera dei: qui etiam interpellat pro nobis, (1.Ioan.2.a) ſecundum Ioannem apoſtolum, aduocatus noſter eſt, & propitiatio apud patrẽ. Sic itaque facies Saluatoris a patre ſuſcipitur: dum & ipſe exaudit, & exauditur.

b *Et addidit dominus omnia quæcunque fuerãt Iob duplicia.*] Illa igitur addita ſunt Chriſto domino & deo noſtro, cum populo Iſrael per fidẽ addita eſt gentium multitudo, & addetur in regno.

c *Venerunt autem omnes fratres & ſorores &c.*] Quod ait, venerunt, hoc eſt per fidem ei incorporati ſunt: vt intra eccleſiam in vno ſpiritu cõgregati, eſſent membra eius omnes credẽtes in eum. B Fratres autem & ſorores dicuntur, omnis illa cognatio Iudęorum populi: de quorum familia natus eſt Chriſtus. ſiue fratres & ſorores, generaliter omnium nationum multitudines intelligere poſſumus: eo quod de maſſa humani generis carnem aſſumpſit, per quam ſibi cæteros fratres dignatus eſt facere: de quibus ait ad patrem: (Pſal.21.e) Narrabo nomen tuum fratribus meis, in medio eccleſiæ laudabo te. Et in euangelio ait: (Marc.3.d) Qui enim fecerit voluntatem dei, hic mihi & frater & ſoror & mater eſt. Et cuncti qui eum prius nouerant, venerunt ad eum: ita & de eis ſentiendum eſt: quia nouerant eum prius omnes ſancti & prophetæ, qui eum vtique videbant in ſpiritu: quem etiam in carne venturum annuntiabant, ſicut ipſe dominus dicit: (Matth.13.c) Multi prophetæ, & iuſti cupierunt videre quæ vos vidiſtis, & non viderunt: & audire quæ vos audiſtis, & nõ audierunt. Quem videbant autem in ſpiritu, præſentiam aduentus eius in carne videre deſiderabant, ſicut & ſanctus Abraham, de quo ait dominus: (Ioan.8.g) Abrahã concupiuit videre diem meũ: & vidit, & gauiſus eſt. Itaque prædicti ſancti venerunt: quoniam habentes eundem ſpiritum fidei, prophetauerunt velut iuſti ex fide viuentes: & ſacramentum incar- C nationis Chriſti futurum pręuidentes in ſpiritu, in ipſam fidem Chriſti per eandem pœnitentiam venerunt: id eſt ex fide in fidem, vt eſſent ſub Chriſto capite vnum, & ipſi in corpore eccleſiæ conſtituti, vbi iam reſurrectione glorificato Chriſto, & ex paſſionis contumelia in honorem priſtinum reſtituto, nunc in domo eius eccleſia, panem ſacramentorum eius comedunt omnes per fidem veniẽtes ad eum. Cum ipſo autem panem ideo comedere dicuntur: quia ipſe dixit: (Matt.vlt.) Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſæculi. Siue quia ipſe eorundem myſteriorum eſt conſecrator, in quibus & ipſum benedicentem & conſecrãtem accipimus: quia ipſe dixit: (Ioan.6.e) Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi: & verbum ſcripturarum, panis eſt Chriſti, quo in domo Saluatoris eccleſia paſcuntur: & exhortatione eorum reficiuntur quondam fide inopes, qui in hoc ſæculo cum eſſent alieni a deo, famem ſermonis diuini patiebantur: & cuncti, qui eum prius nouerant, venerunt ad eum: id eſt, qui eum nouerant in terra, venire ad eum meruerunt in cęlũ. Et mouerunt, inquit ſcriptura, ſuper eo caput: exultantes videlicet, quod ſpiritualibus & ſacris Chriſti cõuiuiis effecti eſſent participes: D ſicut dominus ait in pſalmo: (Pſal.21.e) Vota mea reddam coram vultu timentiũ eum: edent pauperes & ſaturabũtur, & laudabunt dominũ qui requirũt eum.

d *Et conſolati ſunt eum ſu. &c.*] Saluatorem noſtrum mediocriter conſolatur, qui paſſionem eius, quam pro redemptione mundi ſuſcepit, cum gaudio credit, & fideliter oculis fidei contuetur: (Luc.10.d) ipſe enim tali conſolatione repletus eſt, qui cum vidiſſet turbam credentium, exultauit in ſpiritu, ſicut ſancto euangeliſta ſcribente didicimus. Intuliſſe autẽ filio ſuo deum patrẽ malum paſſionis & mortis: ita dicimus ſecundum Apoſtolum: (Rom.8.f) Qui proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit eũ. Super quod magnam ſumimus conſolationẽ, quod dabit nobis bona ſua, qui mala noſtra ſuſcepit.

e *Et dederunt ei vnuſquiſque ouem vnam &c.*] Vnuſquiſque per fidem ad Chriſtum venientium, offert ei inno- E centiam ſuam, mentiſque obediẽtiam. Quia & Apoſtolus ex peccatoribus ſanctos effectos, ita viuere docet, dicens: (Rom.12.a) Obſecro vos fratres, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiã viuã, ſanctã, deo placentẽ. Sic itaque veniẽtes ad Chriſtũ, efficiũtur oues dominicæ, oues ſanctæ, oues illæ rationabiles aſcẽdentes de lauacro, geminos fœtus habẽtes, cũ per obedientiã mandatorũ dei renatæ in Chriſto, innocentes & ſimplices operarij fuerint & fideles.

f *Dominus autem benedixit nouiſſimis &c.*] Principia Chriſti dei & domini noſtri, legis Moyſi exordia eſſe ſignificantur. Nouiſſima vero eius euangeliũ eſſe monſtratur. Vnde Eccleſiaſtes ait: (Eccleſ.10.c) Meliora ſunt nouiſſima ſermonis, quam initiũ eius. Proinde meliora ſunt myſteria euangelij reuelata in Chriſto, legis ſignificationibus & figuris: meliora ſacrificia cordium contritorũ, quã holocauſtomata pecudum. Melior manifeſtatio veritatis in euangelio, quam allegoriarum vmbra in veteri teſtamento. Sic itaq; benedixit dominus nouiſſimis Iob magis quã principio eius, vt in vtroque populo, Iudæorum & gentium, gratia abundaret: quos populos ſecundum morum qualitates, quaſi ſub diuerſorũ animaliũ nominibus hæc ſcri- F ptura voluit appellare. Quã vero ſignificationem eadem animaliũ in ſe vocabula contineant, in principio operis iſtius dixiſſe me memini. Duplicatũ vero horũ animaliũ numerũ, propter vtrunque populũ puto, ſiue propter abundantiorẽ gratiã euangelij, vt iam diximus, de qua Apoſtolus ait: (2.Cor.3.b) Sufficiẽtia noſtra ex deo eſt: qui & idoneos nos fecit, & miniſtros noui teſtamenti, non litera, ſed ſpiritu: litera enim occidit, ſpiritus autem viuificat.

g *Et fuerunt ei ſeptem filij & tres filiæ.*] Quod ſeptem filios & tres filias refertur habuiſſe: gratiarum ſeptenarius numerus indicatur, & legis prophetiæ: & gratiæ vt in principio huius dixi. Quas pater earum moriens fecit cohæredes fratrum ſuorum, id eſt, animas quas per ſpiritũ gratiarum in teſtamento diuinarum ſcripturarum incorporat, eas vtique promiſſionum ſuarum fecit eſſe participes. Earum quoque filiarum ſignificanter nomina poſita, magnum in ſe continent ſacramentum.

h *Et vocauit nomen vnius diem, & nomen ſecundæ caſia, & nomen tertiæ cornu ſtibij. Non ſunt autem inuentæ mulieres ſpecioſæ, ſicut filiæ Iob in vniuerſa terra &c.*] Dies ergo lex dei eſt, quę ad cognitionem veritatis, humanæ ignorantiæ noctem illuminat,



A illuminat, Caſia ſanctæ vnctionis eſt donum, Cornu ſtibij competentiſſime euangelicis copiis eccleſiæque diuitiis coaptatur, quæ ſpiritualium rerum theſaurus eſt. Cornu vero ad inſigne regium, & dignitatẽ eccleſiæ pertinet: ſicut ait propheta: (1.Reg.2.b) Exaltauit cornu Chriſti ſui. Figurã ergo ſanctus Iob manifeſte habuit Saluatoris: & in hoc quod ex ditiſſimo egẽs, & pauper factus eſt, vt nos locupletaremur. Circa corpus eius omnem poteſtatẽ ſuam diabolus exercuit: ſed nihil profecit, ſicut ipſe dominus ait: (Ioan.14.d) Veniet enim princeps mundi, & in me nihil inueniet. Quemadmodum etiam beatus Iob poſt damnum filiorum infidelium ditatus in filiis eſt: ita & Saluator poſt amiſſionem filiorum infidelium ditatus eſt in gẽtibus. Per multa ergo ſanctus Iob domini noſtri paſſionem quoque & patientiam figurauit: numero filiorum, & filiarum nominibus, ſeptiformem gratiam ſpiritus ſancti legis & prophetarum atque euãgelij in Saluatorem noſtrum plenitudinem por- D tendebat futuram. In quo requieuit ſpiritus ſapientiæ & (Eſa.11.a) intellectus, ſpiritus conſilij & virtutis, ſpiritus ſcientiæ & pietatis, repleuit eum ſpiritus timoris dei: quod intelligendum eſt, plenus dierum. Tandem releuatus longæ explanationis onere, velut expoſito graui faſce reſpirans, ad te beatiſſime pater Vecteri, clauſulam ſermonis mei dirigo: petens vt ſi quid in hoc opere dignum probabili veritate perſpexeris, etiam circa meam exiguitatem largiſſima domini noſtri dona mireris, obſecro ne aut amico fauore permulceas: aut beneuola excuſatione defendas. Quia nolo eminentiam iudicij tui a ſuæ dignitatis ſublimitate deiicias: ſed potius ſic opuſculum meum laudabile facias, dum incõdita eius corrigendo retrectas, & perfecta emendatione caſtigas.

*Commentariorum in Iob finis.*

# COMMENTARII BEDAE IN PARABOLAS SALOMONIS, FALSO HIERONYMO ATTRIBVTI.

[a] PArabolæ Salomonis filij Dauid regis Iſrael. [b] Ad ſciendam ſapientiam, & diſciplinã. [c] Ad intelligenda verba prudentiæ, & ſuſcipiendam eruditionem doctrinæ. [d] Iuſtitiam, & iudicium, & æquitatem. [e] Vt detur paruulis aſtutia: adoleſcenti, ſciẽtia & intellectus. [f] Audiẽs ſapiẽs ſapiẽtior erit.

B a PArabolæ Salomonis filij Dauid regis Iſrael.] παραβολαὶ Græce, Latine dicuntur ſimilitudines. Quod huic libro vocabulum Salomon ob id impoſuit, vt ſciremus altius, & nos iuxta literã tantũ non intelligere debere quæ dicit. In quo dominum ſignificat per parabolas turbis fuiſſe locuturũ. Salomon autẽ nomine proprio, & pacifico regni ſui ſtatu, regnũ Chriſti & eccleſiæ perenne denuntiat: de quo ſcriptum eſt: (Eſa.9.b) Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis: ſuper ſolium Dauid ſedebit, & ſuper regnum eius. Sicut & tẽpli conſtructione ac dedicatione, ædificationem ſanctę eccleſiæ, quæ tempore reſurrectionis in æternum dedicabitur, inſinuat. Nam & ipſe Saluator filius eſſe Dauid, & rex (Matth.21.a) ſpiritualis Iſrael, etiam turbarum teſtimonio, quæ ciuitatem Hieroſolymam venienti cum palmarũ ramis & laudibus occurrere declaratur. Notandum autem quod in vulgata editione pro parabolis, quæ Hebraice מְשָׁלוֹת vocãtur: παροιμίαι, ideſt, prouerbia dicuntur. Sed nec ipſum nomen abhorret a vero. Quæ enim parabolæ recte nuncupantur, quia occulta ſunt, poſſunt non incongrue etiã C prouerbia vocari: quia talia ſunt quæ merito ſæpiſſime ore colloquentium verſari, ac memoria debeant retineri. Nam & prouerbia plerunque tam obſcure dicuntur, vt merito eadem poſſint etiam parabolarum nomine notari: domino atteſtante, qui ait: (Ioan.16.f) Hæc in prouerbiis locutus ſum vobis: Venit hora cum iam nõ in prouerbiis loquar vobis, ſed palam de patre annuntiabo vobis. Quid autem vtilitatis parabolæ Salomonis conferant, ſacramento tituli monſtratur, cum ſubditur.

b *Ad ſciendam ſapientiam & diſciplinam.*] Sapiẽtiam autem & diſciplinã ſcire eſt, quomodo recte credere, qualiter ſecundum id viuere oportet quemque quod veraciter conſtat didiciſſe: quo intentionem cordis dirigere, quid operando gerere conueniat, noſſe. Quod autem adiungit.

c *Ad intelligenda verba prudentiæ, & ſuſcipiendã &c.*] Monet eos quos imbuit, vt non ſolum ſapientiam quam ſemel ipſi perceperint, amplecti: & diſciplinæ virtutum E quam cognouerint, ſciant inſeruire: ſed etiam verbis prudentium, quibus ad perfectiora proficiant, libenter auſcultare: & hæc ſolerter intelligere curent.

d *Iuſtitiam, & iudicium, & æquitatem.*] In iuſtitia, actio recta: in iudicio, diſcretio boni & mali: in æquitate vero rectitudo mentis intelligitur. Iuſtitia eſt in his quę ſecundum regulam veritatis bene operamur. Iudicium in illis, quę recta diſcretione cũ proximis agimus. Æquitas in eo, cum ſyncera intentione, deo ſoli in his quæ recte gerimus vel iudicamus, placere contendimus.

e *Vt detur paruulis aſtutia: adoleſcenti, ſcientia, & intellectus.*] Paruuli dicuntur ſenſu ſimplices: adoleſcentes vero in fide & opere proficientes. Paruulos dicit eos qui nuper ſapientiæ aurem accommodare cœperant. Adoleſcentem, qui aliquantum iam in eius auditione profecit. Et ideo fortaſſe paruulos plurali numero, adoleſcentem appellat ſingulari: quia doctrina ſapientiæ, quos diuerſis animi motibus, diuerſis viuendi moribus deditos ſuſcepit, in vnam virtutis perfectionem erudiendo prouehit: de quibus iure dicatur: (Act.4.f) Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna. F Vt detur, inquit, paruulis aſtutia, ſubtilitas cautelæ. Hæc etenim rudibus & incipientibus eſt neceſſaria: per quam ſophiſmatum dinoſcere, & cauere verſutiam poſſint: ne falſorum fraudibus argumentorum abducantur a ſimplicitate veræ ſapiẽtiæ, quæ ducit ad vitam. Adoleſcenti ſcientia & intellectus: quia qui prudenter declinat falſa, conſequẽter ſcita veritatis percipiet. Hactenus prætitulatio: hinc iam ipſe textus parabolarum incipit.

f *Audiens ſapiens ſapientior erit.*] Quia ſapiẽtiæ amator extitit Salomõ: qui optione ſibi data, ſapientiã petiit & accepit: pulchre initiũ parabolarum ſuarum a ſapientia ſumit. Quod autem ait: ſapientem cum audierit verbum, ſapientiorem effici: oſtendit neminem in hac vita ita ſapientem fieri poſſe, cuius ſapientia nequeat augeri. Semperque moris eſſe ſapientum, vt dictis maiorum, ali-

erit. [a] Et intelligens gubernacula poſſidebit. [b] Animaduertet parabolam & interpretationem, verba ſapientium, & ænigmata eorum. [c] Timor domini, principium ſcientiæ. [d] Sapientiam atque diſciplinam ſtulti deſpiciunt. [e] Audi fili mi diſciplinam patris tui: & ne dimittas legẽ matris tuę. [f] Vt addatur gratia capiti tuo, & torq̃s collo tuo. [g] Fili mi, ſi te lactauerĩt peccatores, ne acq̨eſcas eis. [h] Si dixerĩt: veni

A quando etiam minorum auſcultent: & quidquid in eis vtilitatis audierint, ad ſe replicent, ſuoque in corde recondant. Denique audiuit ſapiens minor maiorem, (3.Reg.10.a) regina Saba Salomonẽ, & ſapientior rediit. (Exod.18.d) Audiuit Moyſes ſocerum, multo inferiorem ſublimior: & ſapientior (Matt.13.c) redditus eſt. (Ioan.3.a) Audierunt diſcipuli Chriſtum: & ſpiritum (Act.5.f & 9. & 22.a) ſapientiæ percipere meruerunt. Audiuit Nicodemus, audiuit Gamaliel: audiuit diſcipulus eius tunc Saulus, nunc apoſtolus Paulus, ſapientes vtique verbum euãgelij: & ſapientiores ſunt facti. Qui etiam Paulus cum ad tertium cælum raptus, audiſſet ea quę non licet hominibus verba loqui, nihilominus ad terram reuerſus (1.Cor.13.) aiebat: Quia ex parte cognoſcimus, & ex parte prophetamus. Cum autem venerit quod perfectum eſt, euacuabitur quod ex parte eſt.

a *Et intelligens gubernacula poßidebit.*] Nemo ſe de ſua iactet ſcientia: quia qui ſapientium verba crebro audire, & intelligere negligit, vitam ſuam rite gubernare non nouit: B Quanto magis alieno regimini præfici nequit, qui ſeipſum ad patrum diſciplinam ſubiicere cõtempſit? Quod ergo ait: Audiens ſapiens ſapientior erit: ad cognitionem rerum, quæ per ſapientiam noſcuntur, reſpicit. Quod vero addit: Et intelligens gubernacula poſſidebit: ad rectitudinem vitæ, quæ per eandem ſapientiam diſcitur vel docetur, pertinet. Et pulchre principium parabolarum principio congruit tituli, quod ita ſe habet: Parabolæ Salomonis filij Dauid regis Iſrael, ad ſciendam ſapientiam & diſciplinam.

b *Animaduertet parabolam & interpre. &c.*] Animaduertere, eſt animum illuc vertere, hoc eſt, ſenſus in id quod legitur, intendere. Parabola eſt comparatio ex diſſimilibus rebus: aliud enim in ſuperficie ſonat, & aliud intellectu innuit. Ænigma eſt quæſtio obſcura, quæ difficile intelligitur, niſi aperiatur, vt illud in libro Iudicum: (Iudic.14.c) De comedente exiuit cibus, & de forte egreſſa eſt dulcedo. Animaduertet parabolam & interpretationem, verba ſapientium, & ænigmata eorum. Hoc diſcipulis ſe humiliter audientibus, ipſa quæ eos in carne apparens erudiebat ſapientia, donauit: vt & ſuas parabolas, quæ turbæ nequibant intelligerent: & prophetarum ac legis ænigmata, id eſt, obſcura dicta ſpiritualiter animaduerterent, ac ſuis auditoribus dilucidare valerent: ſed & ſequentibus eccleſiæ magiſtris, eadem intelligentiæ ſpiritualis arcana pie quærentibus, ac pulſantibus reſerat. C

c *Timor domini principium ſcientiæ.*] Duo ſunt timores domini: prior ſeruilis, qui principium ſcientiæ vel ſapientiæ vocatur. Secundus amicalis, qui perfectiorem ſapientiam comitatur. Timor ſeruilis, principium ſapientiæ eſt: quia quiſquis poſt errorem delictorum ſapere incipit: primo, timore diuino corripitur, ne ad tormenta ducatur: ſed (1.Ioan.4.d) hũc timorem perfecta dilectio foras mittit. Succedit autem timor domini ſanctus permanens in ſæculum ſæculi: (Pſal.18.b) quem non excludit, ſed auget charitas. Ipſe eſt quo timet filius bonus, ne in modico oculos amantiſſimi patris offendat. Nam inchoatiuo timore ſeruilis adhuc animus metuit, ne ab irato domino, pœnis ſubigatur. Vterq; autem timor in futura vita ceſſabit. (1.Cor.13.c) Charitas vero nũquam excidet, ſed in plenitudine ſapientiæ perpetua manebit: quod eſt cognoſcere verum & vnum deum, & quem miſit Ieſum Chriſtum.

d *Sapientiam atque diſciplinam ſtulti deſpiciunt.*] Dixerat de ſapiente, quod audito ſermone, ſapientior fieret: & intelligens recte, ſuos gubernare diſceret actus. Dicit econtrario de ſtultis, quia ſapientiam recti dogmatis, & diſciplinam puræ conuerſationis, non modo non aſſequantur, ſed & noſſe contemnant. Denique prædicante in carne ipſa ſapientia, ſapientes quique gaudentes accurrebant: D at phariſæi & principes ſacerdotum, ſalutaria eius dicta ſimul & facta ſpernebant. Et notandum quod ſapientem ſingulari numero, ſtultos deſcribit plurali: quia & plures ſunt ſapientibus ſtulti, & ſapiẽtium cœtus omnis vniformem tenet callem pietatis. Porro errãtium diſſimile dogma, diſſimilis eſt & ordo viuendi.

e *Audi fili mi diſciplinam patris tui: & ne dimittas legẽ matris tuæ.*] Hactenus prouerbialiter de vtraque parte diſputauit: hinc ſedulus incipit admonere quemque fidelẽ, vt diſciplinam legis diuinæ, blanditiis præponat reproborum: quia nimirum huius cuſtodiam, corona: illorum facinora, mors ſequatur æterna. Vnde & recte filium vocat, quem paterna ſolicitudine curat inſtituere. Poteſt & ex dei patris perſona dictum accipi: in nomine autẽ matris, eccleſia: quæ tunc ſynagoga vocabatur, intelligi. Et notandum quod ita nos diſciplinam patris audire præcipit, vt legem quoque matris nulla ratione dimittamus: E quia non ſufficit, vt quis ſe deum diligere, & eius præceptis obtemperare dicat, ſi vnitatem eccleſię fraterna charitate non ſequitur: nec vetat, aliquid matrem ipſam dei gratiam, qua ſaluamur, accipere. Nam & apud Hebræos ſpiritus qui gratiã præſtat, genere feminino רוח nuncupatur. Aliter: Pater omniũ electorum eſt deus, qui per prophetam loquitur, dicens: (Hier.3.f) Patrem vocabis me: & poſt me ingredi nõ ceſſabis. Mater noſtra eſt eccleſia, de qua propheta ait: (Pſal.112.a) Qui habitare facit ſterilem in domo, matrem filiorum lætantem. Filium appellat, quem imbuit paternitatis affectu. In diſciplina paterna, noui teſtamenti doctrina ad audiendum proponitur. In lege materna, veteris teſtamenti commendat arcana.

f *Vt addatur gratia capiti tuo: & torques collo tuo.*] Mos apud veteres fuit, vt legitime certantes, coronam in capite, torquem in collo acciperent. Et nobis ergo ſi diſciplina cõditoris noſtri, ſi gratia matris ſit ad cuſtodiam, maior inde ſpiritualium virtutum claritas augetur. Additur enim gratia capiti, cum charitas quæ principale mentis ornat, ardentius inflammatur. Additur & collo torques, cum fulgore perfectæ operationis ſermo prædicationis, qui per collum procedit, confirmatur: ac ne contemni ab auditoribus debeat, indeficienti virtutum connexione docetur. Vel gratia in capite vniuſcuiuſque electi additur, cum donum ſpiritus ſancti eius menti diuinitus illabitur. F Torques vero in collo eius tribuitur, dum decus intelligentiæ ei cælitus conceditur. Sed & his qui Moſaycæ legis decreta domino veniente ſeruabant, addita eſt gratia noui teſtamenti cum ſpe regni cæleſtis. Cuius ſplendor eximius ad exemplum coronæ vel torquis, nullo vnquam fine claudetur. Nobis quoque cum pro bonis actibus, quos diuina gratia prærogauit, lux æterna tribuitur: gratia profecto capiti, & collo torques additur: iuxta illud euangelij: (Ioan.1.b) Quia de plenitudine eius nos omnes accepimus, gratiam pro gratia. Gratiam ſcilicet beatæ retributionis, pro gratia rectæ operationis.

g *Fili mi, ſi te lactauerint peccatores, ne acquieſcas eis.*] Duobus modis lactant peccatores quos decipiunt: quia aut ad faciendum ſcelera, blandimentis alliciunt: aut facta iam fauoribus, quaſi laudabiliter acta ſuſtollunt. In vtroque autem ſapientia ſuos auditores, ne talibus acquieſcant, hortatur.

h *Si dixerint: veni nobiſcum, inſidiemur ſanguini.*] Poteſt hic locus generaliter de latronibus, qui innocentibus inſidias & mortes vel damna inferunt: poteſt & de illis ſpecialiter intelligi, qui ipſum vitæ auctorem, neci tradiderunt.

a *Abſcondamus*



veni nobiſcum, inſidiemur ſanguini. [a] Abſcõdamus tendiculas cõtra inſontẽ fruſtra. [b] Deglutiamus eũ, ſicut infernus viuẽtem: & integrũ, quaſi deſcendentem in lacum. [c] Omnem pretioſam ſubſtantiam reperiemus: implebimus domus noſtras ſpoliis: [d] Sortẽ mitte nobiſcũ: marſupium vnum ſit omnium noſtrũ. Fili mi [e] ne ambules cum eis: prohibe pedem tuum a ſemitis eorum. [f] Pedes enim illorum ad malum currunt, & feſtinant vt effundant ſanguinem. [g] Fruſtra autem iacitur rete ante oculos pennatorum. [h] Ipſi quoque cõtra ſanguinẽ ſuum inſidiantur, & moliuntur fraudes contra animas ſuas. [i] Sic ſemitæ omnis auari animas poſſidentium rapiunt. [k] Sapientia foris

A a *Abſcondamus tendiculas contra inſontem fruſtra.*] Hæc fecerunt, cum dicebant: (Matth.22.b) Licet dare tributum Cæſari, an non? & innumera huiuſmodi. (Eſa.53.d) Vere etenim erat inſons, (1.Pet.2.d) qui peccatum non fecit: nec inuentus eſt dolus in ore eius. Vere fruſtra illi tendebant inſidias: a quo in nullo læſi, imo cuius plurima erant beneficia experti.

b *Deglutiamus eum, ſicut infernus viuentem: & integrum &c.*] Ita dominum impij deſiderabant extinguere, vt omnis memoria virtutum & doctrinę illius tolleretur: ſed & hoc ipſum quod nunquam talis inter eos vixerit, obliuioni tradetur.

c *Omnem pretioſam ſubſtantiã reperiemus, implebimus domus noſtras ſpoliis.*] De hominibus dicebant, quos Chriſto adhærere cernebant. Putabant enim, quia ſi eum occiderent, omnes qui crediderant, ab eius poſſent amore & conſectatu ſecernere: talibuſque animarum ſpoliis, ſuarum conuenticula reple- B re domorum. Cui ſimile eſt illud dominicæ parabolæ: (Matth.21.d) quia veniente ad ſe regis filio dixerint: Hic eſt hæres, venite occidamus eum, & noſtra erit hæreditas. Poteſt & generaliter pretioſa ſubſtantia, Chriſti eccleſia intelligi, quæ eius pretioſo ſanguine empta eſt: quam impij de poteſtate eius ſubtrahere, & ſibi ſubdere conati ſunt. (Pſal.32.b) Sed quia dominus diſſipat conſilia gentium, & reprobat cogitationes populorum, hoc implere minime potuerunt.

d *Sortem mitte nobiſcum, marſupium vnum &c.*] Marſupiũ eſt ſacculus nummorum. Patet autẽ de latronibus: quia vt plures ſcelerum ſocios conquirãt, communionem eis prædæ, quam rapuerint, ſpondent. Sed & perſecutores noſtri redemptoris quoſcunque potuere ſibi adiungebant: at quos illum ſequi videbant, hos de ſynagoga propulſantes, ſua communione priuabant.

e *Fili mi ne ambules cum eis: prohibe pedem &c.*] Prohibet credentes Chriſto de Iudæis communicare perſequentibus Chriſtum Iudæis: (Act.2.f) denique omnes qui credebant, erant pariter. Et Petrus iiſdem loquitur: Saluamini a generatione iſta praua.

f *Pedes enim illorum ad malũ currunt & feſtinant &c.*] Non ſolum ad malum, quod temporaliter operentur: ſed etiam ad malum, quod perpetuo paſſuri ſunt, impij properant: quoties ad patrandum homicidium, vel aliud C quid ſceleris agendum feſtinant. Nam quantum videntes ad facinus implendum ducuntur, tantum non videntes ad tolerandum pro facinore pœnam propinquant. Hæc de inſidiatoribus noſtri Saluatoris valent ſpecialiter intelligi. Sequens autem verſiculus de fidelibus eius, atque prauorum malitiam ſuſtinentibus, generaliter inſeritur.

g *Fruſtra autem iacitur rete &c.*] Fruſtra etenim laqueus perſecutionis, aut mortis tenditur electis, qui pennas habent ſpei, & charitatis, cæterarumque virtutum, quibus cæleſtia dum viuunt, deſiderant: vt ad hæc poſt mortem mereantur pertingere. Habent & oculos mẽtis, per quos & mala quæ ab impiis ſuſtinent, ocius tranſitura: & bona quæ ſuſtinendo meruerunt, æterne menſura præuideant. Quibus ſimul oculis, & reproborum ſuperbiam cito conſummandã: & tormenta ſequentia ſemper manſura proſpiciunt. Poteſt & ita accipi, quod rete dicat pernitioſam malorum doctrinam, quam ab eo loco contexuit, vbi ait: Si te lactauerint peccatores, ne acquieſcas. Fruſtraque tale iacitur rete ante eos qui mundis oculis cordis ſuperna contemplantur: quia dicere norint cum propheta: (Pſal.123.a) Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo D venantium. Facile enim laqueos, qui in terra tenduntur, cauet, qui pennis virtutum ſubuectus, conuerſationem habet in cælis. Vtrunque ergo rete fruſtra bonis parant reprobi: quia & ſi ſuadent iniqua, ſuperantur iuſtorum ſapientia: & ſi inſidiis inferunt aduerſa, contemnuntur patientia. Siue oculi pennatorum ſunt animæ beatorũ, virtutum pennis ſuffultæ. Quæ acuto viſu cæleſtia cõtemplantes, ad ſuperna euolãt: ante quorum intuitum, fruſtra ab impiis deceptionis rete prætenditur: quia diuinitus adiuti, cunctos eorum laqueos facile tranſcendentes, ad ſuperna trãſeunt.

h *Ipſi quoque contra ſanguinẽ &c.*] Contra ſanguinem, vt temporali morte plectãtur, id eſt, puniantur: contra animas autem dicit, vt æterna quoque animarũ perditione damnentur. Quod cum ad omnes qui ſanguini inſidiantur, & fraude ſibi viuẽdum exiſtimant, pertineat: E ſpecialiter tamen Iudæis congruit, qui inſonti domino tendiculas abſconderunt: eiuſque apoſtolos virtutum pennis fultos, dolis circumuenire ſatagebant. Contra ſuum nanque ſanguinem ſuaſq; animas agebant, qui timentes ne terreſtre regnum perderent, cæli terræque regem occiderunt. Cæli ciues perſequebantur in terra: ideoque & quod in terris habebãt, & quod in cælis acquirere poterant regnum, perdiderũt. Generaliter autem dicendum: quia quicunque oculos fidei habet apertos, accepitque a domino pennas vt columbæ, quibus æternam volet ad requiem, fruſtra tali nectant laqueos mali: ſeque ipſos potius hoc præſumendo perimant.

i *Sic ſemitæ omnis auari animas poßidentium rapiunt.*] Semitas auari dicit ſubtiles eius cogitationes, quibus ſedulus inquirit qualiter pecunias augeat. Taleſque ſemitę rapiũt ad interitum animas poſſidentium, id eſt, eorum qui poſſeſſionibus pecuniarum vltra rationem incumbunt. Nõ ſolum ergo, inquit, hi qui ob φιλαργυρίαν rapinis innocentium & cædibus inuigilant, ſemetipſos hoc agentes perdũt: verum eodem ordine, tametſi minore reatu, omnes auari meditationes, quæ aurum deo præferunt, hunc ad interitum trahunt. Aliter ſic: Semitæ omnis auari animas poſſidentium rapiunt. Tali fine, vt præfatus ſum, auarus quiſque perimit vel nudat eos qui poſſeſſionibus abundant: vt ipſe potius hoc agendo pereat. Pauperes nãque quos nihil poſſidere cernit, cur occidat? F quoniam quos ſpoliet, non inuenit. Hucuſque perſecutiones quas Iudæi Chriſto intulere deſcribuntur: hinc referuntur ea quæ ipſe poſt paſſionem eiſdem ſuis perſecutoribus per apoſtolos loquitur.

k *Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem ſuam.*] Sapiẽtia quippe dei Chriſtus eſt: qui in mundo conuerſatus, paucis ſuæ myſteria diuinitatis patefecit. Ipſiſque præcepit, ne ante paſſionem & reſurrectionem ſuam, qui ipſe eſſet Ieſus Chriſtus, prædicarent: ne gloriam eius, quam in monte conſpexerant, cuiquam dicerent. Magiſque tunc ſuæ potentiam maieſtatis operibus quam verbis oſtendebat, impleta prophetia quæ dixit: Neque audiet aliquis in plateis vocem eius. At poſt reſurrectionem eius, ſapientia foris prædicabat: quia miſſo deſuper ſpiritu per apoſtolos, aperte ſeipſam mundo declarabat. In plateis dabat vocem ſuam: quia in latitudine plebium manifeſte, quæ antea paucos docuerat, replicabat: impleto verbo quod eiſdem ſuis præconibus ait: (Matth.10.c) Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis prædicate ſuper tecta. Aliter. (1.Cor.1.d) Chriſtus dei virtus, dei & ſapientia, quæ in poten-

A tia diuinitatis, apud patrem olim latebat: nunc in fine ſæculi per aſſumptionem carnis, velut foris in plateis egrediens, in hoc mundo viſibiliter apparuit: atque euangelicam prædicationem de futuri regni ſui beatitudine, clara inſonuit voce.

ris prædicat: in plateis dat vocem ſuam. [a] In capite turbarum clamitat. [b] In foribus portarum vrbis profert verba ſua dicens: [c] Vſquequo paruuli diligitis infantiam. [d] Et ſtulti ea quæ ſibi ſunt noxia, cupient: & imprudentes odibunt ſcientiam? [e] conuertimini ad correptionem meam. [f] En proferam vobis ſpiritū meum, & oſtendam vobis verba mea. [g] Quia vocaui, & renuiſtis. [h] Extendi manum meā, & non fuit qui aſpiceret. [i] Deſpexiſtis omne conſilium meum. [k] Et increpationes meas neglexiſtis. Ego quoque [l] in interitu veſtro ridebo: & ſubſannabo, [m] cum vobis quod timebatis aduenerit. [n] Cum irruerit ſuper vos repentina calamitas, & interitus quaſi tempeſtas ingruerit. [o] Quando venerit ſuper vos tribulatio & anguſtia: tunc inuocabunt me, & non exaudiam. [p] Mane conſurgent, & nō inuenient me. [q] Eo quod exoſam habuerint diſciplinam: & timorem domini nō ſuſceperint: nec acquieuerint conſilio meo, & detraxerint vniuerſæ correptioni meę. [r] Comedēt igitur

a *In capite turbarū clamitat.*] Quia etiam principibus, qui ei præualuiſſe vt crucifigeretur, videbantur: reatum homicidij, quod perpetrarant, palā reducebat ad memoriam, eoſque ad pænitētiæ remedium vocabat.

b *In foribus portarum vrbis profert verba ſua dicens:*] Vrbs eccleſia eſt ex vtroque populo, Iudæorum videlicet & gentium adunata: cuius portarum fores, ſunt doctores, qui verbum prædicando credentes, in eam introducunt. Et in foribus portarum eius verba ſua ſapientia proferebat: cum in apoſtolis ſuis loquebatur, e quibus vnus aiebat: An experi- 2.Cor.13.a mentum quęritis eius qui in B me loquitur Chriſtus? Poſſent fores portarum vrbis, etiam ſynagogæ maiores intelligi, in quibus ſapientia diſputabat: cū legis peritos phariſæos, & ſacerdotes per apoſtolos loquens, ſuam reuocabat ad gratiam: ita vt ſicut Lucas ait: Multa turba ſacerdotum obediret fidei. Act.6.b Quid autem eadem ſapientia clamitaret, adiungit.

c *Vſquequo paruuli diligitis infantiam?*] Paruuli dicuntur ſenſu tardiores, qui infantiam, hoc eſt, ignorantiam complectendo diligunt. Vſquequo paruuli ſenſu veteris inſtrumenti ceremonias nouo clareſcente diligitis? Vſquequo Moyſi, Chriſti euāgelio legē præfertis? quouſq; decreta, quæ rudibus adhuc populis per ſeruum data ſunt, præponitis eis quæ filius ipſe veniens, perfectis ſenſu cōtulit? Iam vidiſtis Chriſtū in carne, iam miracula facientē & docentem: nō tantum ſpreuiſtis, ſed & occidiſtis. Saltē modo reſuſcitatum a mortuis, & præſidentem cælo diligite, & dimittet vobis ſcelus quod commiſiſtis.

d *Et ſtulti ea quæ ſibi ſunt noxia, cupiēt: & imprudentes odibūt ſcientiam.*] Præponendum eſt a ſuperiore vſquequo, id eſt, vſquequo cupiēt, vſquequo odibunt. Cupiebant autē noxia, & odibant ſcientiā, qui litteræ legalis ſuperficiē ſequebantur: & ſacramenta euangelij, quæ ipſa litera ſi- C gnificabātur, accipere detrectabant. Stulti ſunt qui apud ſemetipſos ſapientes putātur. Ea quæ ſibi ſunt noxia, cupiunt in hoc quod præſentia diligunt, & futura non appetunt. Imprudentes vero dicuntur, qui veram dei ſcientiam, dum ſuum diligunt errorem, exoſam habent.

e *Conuertimini ad correptionem meam.*] Corripuit per apoſtolorum ora Iudæos: quia credere noluiſſent, vt tūc eos poſtquam ſurrexit & aſcendit, monuit conuerti.

f *En proferam vobis ſpiritum meum, & oſtendam vobis verba mea.*] Si adhuc, inquit, conuerti negligitis, proferam vobis vindictam quā meruiſtis: & verba quæ de veſtra perditione prædixi, oſtēdam vera eſſe. Spiritum quippe ſuū, Exod.15.b potentiam vltionis nominat: de qua Moyſes ait: Miſiſti ſpiritum tuum, & operuit eos mare. Et in libro beati Iob Iob.5.b dictum eſt: Iniquos flante deo periſſe, & ſpiritu iræ eius eſſe conſumptos.

Matth.11.d g *Quia vocaui, & renuiſtis.*] Dicens: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos.

h *Extendi manum meam, & non fuit qui aſpiceret.*] Primo benefaciendo & ſanando omnes oppreſſos a diabolo: poſtmodum in cruce patiendo.

i *Deſpexiſtis omne conſilium meum.*] Dicentis: Pænitentiam D agite, appropinquabit enim regnum cælorum. Matth.3.a

k *Et increpationes meas neglexiſtis.*] Dicentis: Væ vobis Ibid.23.b ſcribæ, & phariſæi hypocritæ: quia tuliſtis clauem ſcientiæ. Ipſi non introiſtis: & eos qui introibant, prohibuiſtis: & generaliter qui non credit, iam iudicatus eſt.

l *Ego quoque in interitu veſtro ridebo, & ſubſannabo.*] Tale Pſal.2.a eſt in pſalmo de iiſdem: Qui habitat in cęlis, irridebit eos, & domin⁹ ſubſannabit eos. Non quia buccis dominus irrideat, aut naſo ſubſannet: ſed ea vis deſignata eſt tali verbo, quam dedit apoſtolis, vt præuiderēt nihil prorſus impios contra eum ſupra quam ipſe permitteret, inſidiis eſſe acturos: quin potius illorum cœpta omnia euacuanda: eius vero gloriā poſt paſſionem per orbem terrarum eſſe dilatandam prænoſcerent. Ideoque ſuperbiam eorum, etiam cum maxime valere conſpicerēt, E pro nihilo contemnerent.

m *Cum vobis quod timebatis, aduenerit.*] Conferentes ad- Ioan.11.f inuicem: Si dimittimus eum ſic, omnes credent in eum. Et venient Romani, & tollent noſtrum locum & gentem.

n *Cum irruerit ſuper vos repentina calamitas: & interitus quaſi tempeſtas ingruerit.*] Obſidionem Hieroſolymorum ſubitam, & expugnationem totius prouinciæ, quæ a Romanis facta eſt, dicit. Quam & ipſe dominus in euan- Luc.19.f gelio, videns ciuitatem, flenſque ſuper eam, prædixit.

o *Quando venerit ſuper vos tribulatio & anguſtia: tunc inuocabunt me, & non exaudiam.*] Non leguntur Iudæi in illa obſidione dominum inuocaſſe, ſed tantum armis eſſe confiſi: quamuis deſolationem patriæ ruinamque templi, amariſſima mente conſpexerint. Si qui tamen tunc eum inuocabant: quia hi culpam pro qua ſunt puniti, intelligere, vt vere pænitērent, nolebant, exauditi non ſunt. Vnde recte dicuntur tribulationem cum anguſtia fuiſſe perpeſſi. Tribulationem quæ erat in eis qua foris deprimebantur: anguſtia in eo quod intus a deo nihil conſolationis inuenerant. At contra ſancti cum exterius opprimuntur aduerſis, ſpe certa ſalutis in corde dele- F ctantur: ſcientes ſe ab illo exaudiri clamantes, cuius ſe verba iubentis audire meminerunt. Hinc etenim propheta ait. Cum inuocarem te, exaudiuit me deus Pſal.4.a iuſtitiæ meæ, in tribulatione dilataſti mihi. Poteſt autem tota hæc correptio ſapientiæ, de vniuerſis generaliter reprobis accipi, qui in die iudicij clament ad iudicem diſtrictum, aperiri ſibi ianuam regni poſtulantes, nec mereantur exaudiri. Nam & hoc quod ſequitur.

p *Mane conſurgent, & non inuenient me.*] Ipſum tempus extremi examinis: quo alij in vitam æternam, alij in opprobrium reſurgent ſempiternum, aperte deſignat.

q *Eo quod exoſam habuerint diſciplinam, & timorem domini non ſuſceperint: nec acquieuerint conſilio meo, & detraxerint vniuerſæ correptioni meæ.*] Merito ſalute priuantur, qui principium ſapientiæ timorem domini & diſciplinam, non modo non habent, ſed & odiis inſequuntur. At ſalutis filius, Iniquos, inquit, odio habui, & legem tuam dilexi.

r *Comedent igitur fructus viæ ſuæ.*] Viam eorum dicit, de



igitur fructus viæ ſuæ. [a] Suíſque conſiliis ſaturabuntur. [b] Auerſio paruulorum interficiet eos. Et [c] proſperitas ſtultorum perdet illos. [d] Qui autem me audierit, abſque terrore requieſcet. Et [e] abundantia perfruetur, timore malorum ſublato.

## CAP. II.

[f] Filli mi, ſi ſuſceperis ſermones meos, & mandata mea abſconderis penes te. [g] Vt audiat ſapientiam auris tua. [h] Inclina cor tuū ad cognoſcendam prudentiam. [i] Si enim ſapientiam inuocaueris, & inclinaueris cor tuum prudentiæ. Si [k] quæſieris eam quaſi pecuniam, & ſicut theſauros effoderis eam. Tunc [l] intelliges timorem domini, & ſcientiā domini inuenies. [m] Quia dominus dat ſapientiā. Et ex [n] ore eius ſcientia & prudentia. [a] Cuſtodiet

A de qua ſupra dixerat. Pedes enim illorum ad malum currunt. Quia, inquit, vias meas ingredi noluerunt vt viuerent: recipient mercedem viarum ſuarum, vt in æternum pereant. At contra de his qui timent dominum, qui ambulāt in viis eius, dicitur: Labores manuum tuarum quia Pſal.127.a mādụcabis, beatus es, & bene tibi erit.

a *Suiſque conſiliis ſaturabuntur.*] Quia meo conſilio quo illos ſaluare decreueram, acquieſcere renuebant, ſaturabuntur ſuis, quibus aiebant. Abſcondamus tēdiculas cōtra inſontē fruſtra. Quibus pro Saluatore, latronem ſibi eligebant, vt videlicet vaſtētur a latronibus, & inter latrones damnentur. Quod etiam de omnibus verbi dei contemptoribus, ſicut & cętera poſſunt accipi.

b *Auerſio paruulorum interficiet eos.*] Paruulos non ætate, ſed ſenſu dicit, quibus ſu- Supra eodem. pra dictum eſt. Vſquequo paruuli diligitis infantiam? B Qui non paruuli, ſed perfecti ſenſibus eſſe potuiſſent: ſi non a conſilio ſapientiæ, auditum auerterent: quo autem auerterent, eo ſeſe æternæ morti deſtinabant.

c *Et proſperitas ſtultorum perdet illos.*] Cum nullis retardātibus aduerſis perfecerint actu, quod meditantes aiunt. Omnem pretioſam ſubſtantiam reperiemus. Item auerſio paruulorum interficiet eos, & proſperitas ſtultorum perdet illos: quia ſæpe auerſus a timore conditoris animus, iam de ira eiuſdem iuſti conditoris patitur, vt in his quæ peccat, nihil ſuſtinere videatur aduerſi, ſed vt bea- Iob 21.b tus Iob dicit: Ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt. Item auerſio paruulorum, tribulatio vitæ præſentis. Proſperitas ſtultorum, lætitia eſt reproborum. Per hæc enim gemina vitia, cuncti reprobi pereunt, cum eos aut proſperitas huius ſæculi eleuat, aut aduerſitas deiicit.

d *Qui autem me audierit, abſque terrore requieſcet.*] Poteſt & in hac vita, & in futura intelligi: quia qui domino perfecte deſeruit, nullis terretur aduerſis, imo gaudet in aduerſis: & in ipſa morte quaſi de ingreſſu vitæ lætatur, quietumque ſemper a ſuperuacuis cogitationibus ac tumultibus tentationum pectus iuuante ſpiritus ſancti gratia, gerit: quod requies ſeptimi diei in lege myſtice ſignabat. Sed cum tranſierit e ſæculo, non ſolum abſque timo- C re malorum, ſed & in magno gaudio ſperatæ reſurrectionis quieſcet, vt Lazarus in ſinu Abrahæ. Luc.16.e

e *Et abundantia perfruetur, timore malorum ſublato.*] Nunc abundantia bonorum operum, ablato timore eorum qui occidunt corpus: tunc abundantia gaudiorum in præmio. Quanta enim ibi abundantia bonorum omnium, vbi gloriam eius a quo ſunt omnia bona, licet intueri, ablato prorſus timore omnium, quæ aliquid aduerſi vlterius afferant.

## CAP. II.

f *Filli mi, ſi ſuſceperis ſermones meos, & mandata mea abſconderis penes te.*] Abſcondit mandata dei penes ſe, qui hæc audiens, ſolicite in corde recōdit: iuxta illum qui ait. Pſal.118.b In corde meo abſcondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Eſt enim ſummopere curandum, ne nobis hæc iuxta parabolam euangelij, dæmonia quaſi ſemen ſecus viam ia- Matth.13.a ctatum, volucres tollant.

g *Vt audiat ſapientiam auris tua.*] Ille enim ſapientiam aure non audire probatur, qui verba dei auditu tantum corporis percipiens, non vult memoria retinere vt hæc operetur. Si ergo mandata dei fixo amore diſcendi & cuſtodiendi ſuſceperis, primo humilitatis viam tene: hoc eſt enim quod ſubſequenter adiicitur.

h *Inclina cor tuum ad cognoſcendam prudentiam.*] Inclinare D quippe, eſt cor ad cognoſcendum prudētiam humiliare, & emūdare cor, vt dignum fiat ad percipienda myſteria veritatis. Vnde eadē ſapiētia patri loquēs ait. Abſcondiſti Matth.11.d hæc a ſapiētibus & prudētibus, & reuelaſti ea paruulis, id eſt abſcondiſti a ſuperbis, & reuelaſti humilibus.

i *Si enim ſapientiam inuocaueris & inclinaueris cor tuum prudentiæ.*] Nullum inuocare, ideſt, in nos orando, vocare, niſi deum debemus. Cum ergo ſapientiam inuocandā eſſe docet, oſtendit ſe proculdubio non quamlibet ſapientiam, id eſt, notitiam rerum cæleſtiū ſiue terreſtriū, ſed ipſam deitatis cognitionē nobis ad ſequendū proponere. In huius nāque perceptione ſapientiæ, ſummæ eſt perceptio beatitudinis: ipſa atteſtante quę patri pro nobis ſupplicans ait. Hęc eſt Ioan.17.a autē vita æterna, vt cognoſ- E cant te ſolum & verum deū, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Notandum eſt autem quòd & ſapientiam inuocare, & noſmetipſos ad noſcendam prudentiam, cor inclinare ſuadet. Quia nimirum neceſſe eſt, vt & diuinum in cunctis flagitemus auxilium, & ipſo domino adiuuante bona, quæ valemus, agamus. Neque enim ſine ipſo quicquā facere poſſumus, nec rurſum ſine noſtro conamine quantulumcunque habere valemus, quapropter nos ab ipſo ſaluandos eſſe credamus.

k *Si quæſieris eam quaſi pecuniam, & ſicut theſauros effoderis eam.*] Si tanta cura ſapientiam, quanta cupidi quærunt pecuniam: vel certe ſi tam ſolicite quæſieris ſapientiam, ipſa ſapientia (quaſi infinitas per hanc & ineffabiles diuitias ſis acquiſiturus) percipies præmia quæ ſubſequenter exponuntur. Qui vero theſauros effodit, eiicit rudera terræ, & facit in altum foueam, ſedulus inſiſtit labori, donec ad theſauros quos quærit, attingat. Et qui theſauros ſapientiæ inuenire deſiderat, quicquid ſibi terrenum ineſſe deprehenderit, expurget: carnales illecebras abſcindat, foſſam in ſe humilitatis faciat, nec quieſcat ab agendo prius quam ſe venam veritatis inueniſſe cognouerit.

l *Tunc intelliges timorē domini, & ſcientiam domini inuenies.*] Si ſolicito corde quæſieris, peruenies ad experientiam a- F mabilis domini timoris, qui non initium, ſed perfectio eſt ſapientiæ cæleſtis in hac duntaxat vita. Ideoque non eum perfecta dilectio foras mittit, ſed facit permanere in ſæculum ſæculi: ſed & ſcientiam ipſius diuinitatis quæ perpetuo beatum facit, inuenies.

m *Quia dominus dat ſapientiam.*] Reſpicit hic verſiculus ad hoc quod ſupra dixerat: ſi enim ſapientiam inuocaueris &c. vſque dum ait: Et ſcientiam dei inuenies. Ideo nāque ſapientia, id eſt, dominus inuocandus eſt ad accipiēdam ſapientiam, quia ſapientia non a nobiſipſis haberi poteſt: ſed a domino datur. Taceat Pelagius redargutus ab Apoſtolo qui ait. Quid enim habes quod non accepi- 1.Cor.4.b ſti? Et apoſtolus Iacobus. Si quis autem veſtrum, inquit, Iacob.1.a indiget ſapientia, poſtulet a deo.

n *Et ex ore eius ſcientia & prudentia.*] Poteſt in hoc verſiculo ipſa ineffabilis & coæterna deo patri ſapientiæ natiuitas intelligi, de qua alibi dicit. Ego ex ore altiſſimi prodij Eccleſ.24.a primogenita. Poteſt os domini & in ſanctis eius accipi: vnde dici ſolet in prophetis: quia os domini locutum eſt. Et ex ore eius ſcientia naſcitur & prudentia. Quia niſi ip- Eſa.59.d ſe os humanum ſanctificet, niſi hoc ſuum ipſe dignanter efficiat, perfectam loqui ſapientiam nullatenus valet.

ᵃ Cuſtodiet rectorum ſalutem, & proteget gradientes ſimpliciter. ᵇ Seruans ſemitas iuſtitiæ, & vias ſanctorum cuſtodiens. ᶜ Tunc intelliges iuſtitiam & iudicium & ęquitatem, & omnem ſemitam bonam. Si intrauerit ſapientia cor tuum, & ſcientia animæ tuæ placuerit. Conſilium cuſtodiet te, & prudentia ſeruabit te, vt eruaris de via mala, ab homine qui peruerſa loquitur. ᵈ Qui relinquunt iter rectũ, & ambulant per vias tenebroſas. ᵉ Qui lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus peſſimis. Quorũ viæ peruerſæ ſunt, & infames greſſus eorũ. Vt ᶠ eruaris a muliere aliena, & ab extranea quæ mollit ſermones ſuos. ᵍ Et reliquit ducem pubertatis ſuæ, & pacti dei ſui oblita eſt. ʰ Inclinata eſt enim ad mortem domus eius, & ad inferos ſemitæ eius. ⁱ Omnes qui ingrediuntur ad eam, nõ reuertentur: nec apprehendent ſemitas vitæ. ᵏ Vt ambules in via bona, & calles iuſtorum cuſtodias. ˡ Qui enim recti ſunt, habitabunt in terra

A a *Cuſtodiet rectorum ſalutem, & proteget gradientes ſimpliciter.*] Cognatæ ſibi ſunt virtutes, rectitudo & ſimplicitas, neque abinuicem queunt ſeparari. Vnde & ſapientia vnam earum ſine altera non quærit: ſed in quibuſcunque ambæ conueniunt, hos cuſtodit & protegit. Denique de beato Iob dicitur. *Iob.1.a* Quia erat vir ille ſimplex & rectus, ſimplex videlicet per innocentiam mãſuetudinis: rectus per cautelam diſcretionis. Simplex, quia nullũ lædere, imo cunctis prodeſſe deſiderabat: rectus, quia ſe a nullo corrumpi permittebat.

b *Seruans ſemitas iuſtitiæ, & vias ſanctorum cuſtodiẽs.*] Vias ſanctorum generalia domini mandata, ſemitas iuſtitiæ, artiora vitæ cæleſtis inſtituta, quæ perfectis ſolum acceſſibilia ſunt, dicit. Vtraſque autem ſapientia ſeruat, vt in quocunque virtutum gradu rectos iuuet ac ſim- B plices.

c *Tunc intelliges iuſtitiam & iudicium &c. vt eruaris de via mala, ab homine qui peruerſa loquitur.*] *Supra 1.b* Viam malam, opera iniqua: hominem peruerſa loquentem, doctorem dicit iniquæ operationis. Viam malam, inquam, vocant, qui dicunt: veni nobiſcum, inſidiemur ſanguini: peruerſa loquentem eum, qui huius auctor eſt ſuaſionis.

d *Qui relinquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebroſas.*] Pulchre itineri recto vias tenebroſas oppoſuit: quia nimirum iter rectę actionis in luce peragitur, atque ad lucis ſupernæ gaudia ducit. At ſicut deus ait. *Ioan.3.c* Omnis qui male agit, odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguantur eius opera, & talis finem exterioribus ſortietur in tenebris.

e *Qui lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus peſſimis &c.*] Ideo malefacientes exultant: quia per vias tenebroſas ambulant, & neſciunt quo eunt. Si enim qui ad pœnam tendunt aſpicerent, greſſum vtique cohiberent, noxiamque lætitiam ſalubri fletu caſtigarent.

f *Vt eruaris a muliere aliena, & ab extranea &c.*] Pendet hic verſus a ſuperioribus, vbi dictũ fuerat: prudẽtia ſeruabit C te. Et eſt ſenſus: prudentia ſeruabit te, vt eruaris a muliere aliena. Quia ergo prius Salomon auditorem ſuum, quem ſapientiam docere ſatagit, admonuit, ne latronibus iungeretur, ne ſi videret furem ſimul curreret cum eo, ſed recte ac ſimpliciter incederet: nunc commonet ne cum adulteris portionem ſuam ponat. De quibus & hoc quod ſupra dicitur: vt eruaris de via mala, ab homine qui peruerſa loquitur, poteſt ſpecialiter intelligi. Quæ enim peruerſior locutio quam ad ſtupra ſuaderi? quod capitulum incipit a loco vbi ait. Fili mi, ſi ſuſceperis ſermones meos, & mandata mea abſconderis penes te. Poteſt autẽ per mulierem extraneam, hæreticorum prauitas intelligi a Chriſti & eccleſiæ membris aliena, quæ mollitia diſertitudinis & linguæ blandimentis, corda decipere innocẽtium ſolet. Vnde pſalmiſta. *Pſal.45.d.* Molliuntur ſermones ſuos ſuper oleum, & ipſi ſunt iacula.

g *Et reliquit ducem pubertatis ſuæ, & pacti dei ſui oblita eſt.*] Patet de adultera, quia primum virum relinquit & pacti dei obliuiſcitur: eius nimirum quod cum viro ſuo domino teſte, tempore nuptiarum pepigit, quod fidem ſibi caſtitatis alterutrum ſeruarent. Patet & de mente hæretica, quia reliquit doctorem, a quo fidem eccleſiæ didicerat, & oblita eſt pacti dei ſui: hoc eſt fidei ipſius dominicæ, quæ in ſymbolo continetur, quam ſe die baptiſmatis ſeruaturam eſſe promiſerat.

D h *Inclinata eſt enim ad mortem domus eius, & ad inferos ſemitæ eius.*] Omnis conuerſatio adulteræ ad interitum ducit, & quamuis blanda videtur ac manſueta, non minorẽ ſentiet in fine vindictam quam qui latrocinando aperte impietati famulãtur. Poteſt domus adulteræ, ipſa eiꝰ caro in qua turpitudini ac luxuriæ ſubſternitur, accipi: quæ nouiſſimi tẽpore iudicij non ad vitam, ſed perpetuã reſurget ad mortem. Sed & hæreticorũ domus, quia ſuper arenam cõſtruitur, &, cum ſtare videtur, vergit ad caſum, ſuiſq; crementis quaſi quibuſdam ſemitis in impiorum conſortia, id eſt, ad ſpirituum tendit tormenta malignorum.

i *Omnes qui ingrediuntur ad eam, non reuertentur &c.*] Ad eam, ad mortem dicit: nõ ad mulierem. Poteſt enim qui adulterę mixtus eſt, domino iuuante reuerti, ac vitam pænitendo mereri. Poteſt qui hæreſi pollutus eſt reſipiſcẽ- E do redire ad ſalutem: at qui ſemel æterna morte raptus eſt, nunquã redibit ad vitã: quod contra Origenianos proprie dictũ eſt: qui hæreticis, meretricibus, cunctiſque flagitioſorũ turbis, & inſuper ipſi diabolo atq; angelis eius poſt innumera, licet expleti vniuerſalis iudicij tempora, remiſſionẽ ſcelerum, vitam ac regnũ promittũt in cælis, male intelligẽtes illud Eſaiæ: *Eſa.24.d* Et claudẽtur impij in carcere, & poſt dies multos viſitabũtur: quaſi poſt multa tẽpora terminati iudicij ſaluandos dixerit impios: cum ille ecõtra nullã eis ſalutem tribuat, ſed eos qui hoc tempore mortui, pro enormitate flagitiorũ claudi merẽtur in carcere pœnarũ, tẽpore reſurrectionis ad modicum viſitandos ſignificet, tãtũ vt receptis corporibus, in iudicio grauius damnẽtur, & cõtinuo poſt iudiciũ atrocioribus perpetuo recludantur in pœnis. Quamuis & ita recte poſſit accipi. Omnes qui ingrediuntur ad eã, ideſt ad meretricẽ, ſiue ad domũ eius, non reuertentur: quia quantũ attinet ad naturam iniqua ſua volũtate deprauatã, recurſum per ſemetipſam non habet: ſed per dei gratiã, qua adiuuatur & inſtauratur, vt ſemitas vitæ apprehendat. Deſignatum F eſt enim hoc dicto pondus iniquitatis, vt cum reuertitur quis ſibi non tribuat, ſed gratiæ dei, non ex operibus, ne forte glorietur.

k *Vt ambules in via bona, & calles iuſtorũ cuſtodias.*] Viam bonã, vnitatem dicit rectæ fidei, de qua dominus ait. *Ioan.14.a* Ego ſum via. Et alibi. *Ibidem 6.* Nemo poteſt venire ad patrem niſi per me. Calles autẽ iuſtorũ, multifaria ſanctorũ exempla nominat. Pendet hic verſus, ex eo ꝙ ſupra dictum eſt: *Supra eodem.* Prudẽtia ſeruabit te, ſicut & illud: Vt eruaris a muliere aliena.

l *Qui enim recti ſunt, habitabunt in terra, & ſimplices permanebunt in ea.*] Et hic rectis iũgit ſimplices, ſicut & ſupra cum diceret. Cuſtodiet rectorũ ſalutem, & proteget gradiẽtes ſimpliciter. Quia nimirũ ſimplicitas ſine rectitudine diſſoluta eſt, & ſtulta: rectitudo autẽ ſine ſimplicitate, auſtera nimirũ exiſtit & dura. Verum vtraque virtus coniuncta, perfectum reddit hominem. Sed hoc inter vtrunque verſum diſtat: quia in illo quod iuſtos in præſenti dominus certantes adiuuet, in iſto quod victores in futuro coronet, indicatur. Terræ vero nomine, eccleſia deſignatur, quæ ſpiritualem deo fructũ germinare conſueuit. In qua iuſti habitant & permanent, qui a cõſortio eius nec morte ſeparantur: ſed terminata hac vita ad illam eius partem quæ cum Chriſto in cælis regnat, perueniunt.

a Impij



terra, & ſimplices permanebunt in ea. ᵃ Impij vero de terra perdentur, & qui inique agunt auferentur ex ea.

Cap. III.

ᵇ FIlli mi, ne obliuiſcaris legis meæ, & præcepta mea cuſtodiat cor tuum. ᶜ Longitudinem enim dierum & annos vitæ & pacem apponent tibi. ᵈ Miſericordia & veritas non te deſerant. ᵉ Circunda eas gutturi tuo, & deſcribe in tabulis cordis tui. ᶠ Et inuenies gratiam & diſciplinam bonam coram deo & hominibus. ᵍ Habe fiduciam in domino ex toto corde tuo, & ne innitaris prudentiæ tuæ. In omnibus viis tuis cogita illum, & ipſe diriget greſſus tuos. ʰ Ne ſis ſapiens apud temetipſum. ⁱ Time dominum, & recede a malo. ᵏ Sanitas quippe erit vmbilico tuo, & irrigatio oſſium tuorum. ˡ Honora dominum de tua ſubſtantia, & de primitiis frugum omnium tuarum da pauperibus. ᵐ Et implebuntur

A a *Impij vero de terra perdentur, & qui inique agunt auferentur ex ea.*] Poſſunt hæc non de cunctis generaliter reprobis dicta accipi: ſed de illis ſpecialiter qui ad terram domini, ideſt eccleſiã pertinere videbantur: & tamen exigentibus meritis auferuntur ab ea: quidã quidẽ aperto ipſius eccleſiæ iudicio, vt Simon, Arius & Porphyrius: quidam vero in ſecreto inuiſibilis iudicis, vt innumeri eorum qui etiã hominibus boni videntur. Impios enim apertos apoſtatas dicit: at inique agentes omnes qui perceptis fidei ſacramentis ab eius caſtitate aliquo modo praue viuendo degenerant. Vtrique autem in futura retributione de viuentium terra perdentur: *Pſal.5.a* quia non habitabit iuxta dominum malignus, neque permanebunt iniuſti ante oculos eius. Et recte, quia de malorum bonorumque viis multa prædixit, de vtriuſ B que fine in concluſione ſubiunxit: quomodo & in præcedente parabola, qua latronum conſortia vetabat, fecerat, dicens de fine malorũ. *Supr.1.d* Et proſperitas ſtultorũ perdet illos. De fine vero bonorum. Qui autem me audierit, abſque terrore quieſcet. Poſſunt verſus, de quibus nouiſſime diſputauimus, de antiquo dei populo etiam intelligi: quia cum recte viueret in terra ſua, feliciter maneret: at cum peccaret, exterminaretur ab hac terra.

Caput III.

b *FIli mi, ne obliuiſcaris legis meæ, & præcepta mea cuſtodiat cor tuum.*] Hinc docet miſericordiæ operibus inſiſtendum, neque noſtris fidendum viribus: ſed a deo auxilium eſſe flagitandum. Et congruo ſatis ordine poſtquam coercuit a crudelitate, poſtquam a luxuria caſtigauit: ornat actibus bonis quem inſtruit.

c *Longitudinem enim dierum & annos vitæ & pacem apponent tibi.*] Ne impoſita præceptorum cuſtodia turbaret audientem, præmiſit præmia certa, & ſic enumerauit præcepta. Longitudine dierum, lucem ſempiternam: annis vitæ tranſcenſum mortalitatis huius: augmẽto pacis, ipſum C æternæ beatitudis ſtatum deſignat. De qua dicit Eſaias. *Eſa.9.b* Multiplicabitur eius imperium, & pacis nõ erit finis. Sed & priori dei populo in pręſenti datum eſt, vt cum legi dei obediret, longo tempore in pacis quiete viueret.

d *Miſericordia & veritas non te deſerant.*] Nunquam ab ore tuo veritas quæ dicenda, nunquam ab opere miſericordia, quæ proximo ſit impendenda, recedat. Sic enim fit, vt & te dei ſemper miſericordia proſequatur, & veritas. Miſericordia videlicet, qua deleat peccata tua: veritas vero qua compleat promiſſa ſua.

e *Circunda eas gutturi tuo &c.*] In gutture, organum vocis: in tabulis cordis, latitudinem inſinuat cogitationis. Sit ergo virtus miſericordiæ & veritatis radici infixa mẽtis: promatur & voce loquentis, vt & occulto inſpectori arcana placeant intentionis, & proximos iuuent officia locutionis. Bene autem virtutes circundari docet gutturi, cum vox loquentis potius intus in gutture fieri ſoleat: quia videlicet prædicationis vox de internis emanat, ſed extra circundat. Nam quo alios ad bene viuendum ſuſcitat, eo ad bene agendum & opera prædicantis ligat, ne extra ſermonem actio tranſeat, ne voci vita contradicat.

f *Et inuenies gratiam & diſciplinam bonam coram deo & hominibus.*] Coram deo inuenit gratiam & diſciplinam bonam, qui vſu virtutum iugi, promeretur a domino, vt per dies ſeipſo perfectior efficiatur & melior. Sed & coram D hominibus gratiam inuenit & diſciplinam bonam: cuius opera ſunt talia, in quibus iure laudatur pater, quæque exemplum viuendi proximis exhibeant.

g *Habe fiduciam in domino ex toto corde tuo &c.*] Non metuas ob imbecillitatem propriam diuina te non poſſe ſeruare mãdata. Nec te rurſum autumes hęc tuis implere viribus poſſe, vel tua naturali ſcientia noſſe, ſi non per illius legem inſtruaris: ſed potius & in dicendo & in agendo, eius quære auxilium. & ipſe cum tibi ſit propitius, vt implere valeas donabit.

h *Ne ſis ſapiens apud temetipſum.*] Videtur forte alicui hoc idem eſſe mandatum quod præmiſſum erat, & ne innitaris prudentiæ tuæ: ſed multum diſtat. Innititur enim ſuæ prudentiæ, qui ea quæ ſibi agenda, vel dicenda videntur, patrum decretis E præponit. Sapiens vero eſt apud ſemetipſum & is, qui in illis quæ ex patrum magiſterio potuit recte cognoſcere, ſeſe præ cæteris quaſi doctior extollit. Quæ ſit autem vera hominis ſapientia, ſubſequenter oſtendit.

i *Time dominum, & recede a malo.*] Quale eſt in Iob: *Iob.28.d* Ecce timor domini ipſa eſt ſapientia, & recedere a malo intelligentia. Perfecti enim quique ita ſe debent ab omnibus continere malis, vt diuinę pręſentiam maieſtatis cum metu ſemper recogitent. Et notandum quod ſupra fiduciam habere in domino, nunc autem deum timere admonet. Ibi enim fragilium animos ne deſperent, promiſſo dei auxilio roborat. Hic fortiores ne de ſe præſumant, diuini timoris memoria coercet.

k *Sanitas quippe erit vmbilico tuo, & irrigatio oſſium tuorum.*] In oſſibus, ſolida virtutum opera: in vmbilico, qui interiori corporis parte medius eſt, infirma adhuc & imperfecta bonorum actio deſignatur. Si ergo deum timueris, & non tuis viribus, ſed ſuperna protectione confiſus a malis abſtinere ſtudueris, ſanitas erit vmbilico tuo, & irrigatio oſſium tuorum: quia & infirmitas operis per hæc ad F ſtatum perfectionis conualeſcet, & fortia quæque tua acta vnde amplius roborentur, accipient.

l *Honora dominum de tua ſubſtantia, & de primitiis frugum omnium tuarum da pauperibus.*] Multi multa pauperibus: ſed de aliena ſubſtantia ac frugibus, quas vi vel fraude rapuerant, tribuunt. Multi largiuntur de ſuo, ſed largiendo dominum non honorant: quia fauoris humani, & nõ amore ſuperni inſpectoris faciunt. Qui ergo proficuum ſibi eleemoſynæ fructum fore deſiderat, & de ſuis propriis, & in conditoris honorem tribuat, vt ſcilicet homines qui eius plaſma ſunt, quique ad eius imaginem ſunt facti, recreentur. Non ſolum autem de ſubſtantia pecuniæ, quam pauperi porrigimus: ſed de cunctæ bonæ operationis, quam agimus, de vniuerſæ cæleſtis gratiæ, quam percepimus, ſubſtantia vel frugibus dominũ honorare iubemur: hoc eſt, eius in omnibus, & non noſtram quærere laudem. Sed & ille dominum de ſua ſubſtantia ſuarumque frugum primitiis honorat, qui omne quidquid boni operatur: non hoc ſuis viribus ac meritis, ſed ſupernæ gratiæ tribuit, memor illius verbi: *Ioan.15.a* Quia ſine me nihil poteſtis facere.

m *Et implebuntur horrea tua ſaturitate, & vino torcularia redundabunt.*] Ait in euangelio dominus: *Matth.6.b* Theſaurizate autem vobis theſauros in cælo. Si ergo theſauros in cælo poſſunt habere iuſti, quia veras ſibi diuitias inueniunt,

A poſſunt vtique & horrea & torcularia: quia non eſurient neque ſitient amplius. Et implebuntur horrea tua ſaturitate: quia Satiabor, inquit, dum manifeſtabitur gloria tua. Pſal.16.d Redundabunt torcularia vino: quia interna ſuauitas ęternorum, corda cunctorum fidelium in laude ſui conditoris accendit. Hinc etenim dicit. Luc.22.c Vt edatis & bibatis ſuper menſam meã in regno meo. Sed & in præſenti nonnunquam doctori, qui panem verbi qui poculum gratiæ ſpiritualis indigenti miniſtrat, maiora miniſtrandi dona dominus pro mercede condonat. Qui terrena ſubſidia largitur inopibus, ditior dando cæleſti remuneratione redditur.

a *Diſciplinam domini fili mi ne abiicias: nec deficias, cum ab eo corriperis.*] Sunt qui in proſperis domino ſeruiunt, & in aduerſis recedunt. Vnde ſapientia quem in proſperis B bene viuere docuit, etiam in correptione ne deficiat, hortatur: ne accedente infirmitate, vel paupertate, vel perſecutione, humanam pietatem quam ſeruare in tranquillitate videbatur, amittat.

tur horrea tua ſaturitate, & vino torcularia redundabunt. [a] Diſciplinam domini fili mi ne abiicias: nec deficias cum ab eo corriperis. [b] Quem enim diligit dominus, corripit: & quaſi pater in filio complacet ſibi. [c] Beatus homo qui inuenit ſapientiam, & qui affluit prudentia. [d] Melior eſt acquiſitio eius negotiatione argenti & auri. [e] Primi & puriſſimi fructus eius. Pretioſior [f] eſt cunctis opibus: & omnia quæ deſiderantur, huic non valent comparari. [g] Longitudo dierum in dextera eius, & in ſiniſtra illius diuitię & gloria. [h] Viæ eius viæ pulchræ, & omnes ſemitæ illius pacificæ. [i] Lignũ vitæ eſt his qui apprehenderint eam, & qui tenuerit eam beatus. [k] Dominus ſapientia fundauit terram, & ſtabiliuit cælos prudentia, [l] Sapientia illius eruperunt abyſſi: Et [m] nubes rore concreſcunt. [n] Fili mi, ne effluant hæc ab oculis tuis. [o] Cuſtodi legem atque conſilium meum. [p] Et erit vita animæ tuæ: [q] Et gratia faucibus tuis.

[a] Tunc

b *Quem enim diligit dominus corripit, & quaſi pater in filio complacet ſibi.*] Tanto ergo minus de flagello quo caſtigamur murmurare debemus, quanto certius in eo paternæ dilectionis pignus tenemus. Vnde & ipſe dicit. Apoc.3.d Ego quos amo, arguo & caſtigo. Notandum autem quod pro hoc verbo LXX. interpretes dixere, Flagellat autem omnem filium quem recipit: quod mirandum cur Apoſtolus ad Hebræos Hebraice ſcribens, magis ſequi voluerit. Heb.12.b

c *Beatus homo qui inuenit ſapientiam &c.*] Quia poſitos ſub diſciplina & correctione conſolabatur, addit quod cœperat: inſinuans quia beatitudo eſt vera hominis, non aduerſis carere in præſenti, ſed æternæ ſapientiæ perceptione lætari: quod eſt & in hac vita domini voluntatem cognoſcere, & in futuro eius viſione perfrui. Et bene cum diceret: Beatus homo qui inuenit ſapientiam, mox addidit: Et qui affluit prudentia. Sunt enim qui inueniunt ſapientiam, doctrinam veritatis aure percipiendo: ſed affluere prudentia negligunt, nolendo cordis ſui ſinum ad C percipiendam eius amplitudinem laxare.

d *Melior eſt acquiſitio eius negotiatione argenti & auri.*] Non metuat de correptione inopiæ quiſquis opes acquiſiuit ſapientiæ: quia theſauris terreſtribus incomparabiliter munus cæleſte præcellit.

e *Primi & puriſſimi fructus eius.*] Si iuxta Eccleſiaſticum, radix ſapientiæ eſt timere deũ fructus ſapientiæ qui ſunt, niſi videre deum? Et hi ſunt primi ac puriſſimi: ſiue quia deus, qui videtur, ab initio eſt, & nihil inquinatum in eius viſione incurrit: ſiue quia primo ad hanc contemplandã homo creatus eſt. Vnde & adoleſcentior filius vbi ad patrem pænitens rediit, primam ſtolam recepiſſe memoratur: Luc.15.e ſiue quia primum & rude aurum ſolet eſſe puriſſimũ. Et in prima ſtola noſtra vere eſt beatitudo credenda, quæ nobis in reſurrectione perfectius a domino promittitur eſſe reddenda.

f *Pretioſior eſt cunctis opibus, & omnia quæ deſiderantur, huic non valent comparari.*] Non modo terrenis, verum & cæleſtibus diuitiis, imo & ipſis angelorum conſpectibus huius ſapientiæ claritas antefertur. Vnde & propheta. Quid enim mihi reſtat in cælo, & a te quid volui ſuper terram? Pſal.72.d & cætera vſque ad finem pſalmi.

g *Longitudo dierum in dextera eius, & in ſiniſtra illius diuitiæ & gloria.*] Viſione ſuæ diuinitatis electos in perpetua luce condonat, & eoſdem in præſenti vita incarnationis ſuę ſacramentis & chariſmatibus illuſtrat ac roborat. D Dat eis Matth.19.d qui ob ſe comparandam ſua omnia vendunt, centuplum in hoc tempore, & in ſæculo venturo vitam æternam. Sequitur in hoc loco iuxta antiquam tranſlationem, quod noſti codices non habent. Ab ore eius proficiſcitur iuſtitia: legem autem & miſericordiam in lingua portat. Quod ideo adnotãdum credidi: quia hi verſiculi in opuſculis patrum ſæpe poſiti inueniuntur.

h *Viæ eius viæ pulchræ, & omnes ſemitæ illius pacificæ.*] Actiones eius & doctrinę quę in euangeliis continentur pulchra ſunt: quia diuinæ, ac puri hominis modum longe tranſgreſſæ, & omnia iuſſa eius ad pacem ducunt æternam. E Omnia quæ in carne geſſit, ad reconciliandos deo mortales, ad pacificandum cum angelis genus humanum, ad demonſtranda ſuis ſeruandæ adinuicem pacis & dilectionis exempla pertinent.

i *Lignum vitæ eſt his qui apprehenderint eam, & qui tenuerit eam beatus.*] Sicut in medio paradiſi lignum vitæ Moyſes eſſe teſtatur: Gen.3.a ita per ſapientiam dei, videlicet Chriſtum, viuificatur eccleſia: cuius & nunc ſacramentis ac ſanguinis pignus vitæ accipit, & in futuro præſenti beatificatur aſpectu.

k *Dominus ſapientia fundauit terram: & ſtabiliuit cælos prudentia.*] Deus pater per filium omnia condidit. Typice autem fundauit terram ſapientia: cum per ipſum ſanctam eccleſiam in fidei ſoliditate locauit. Stabiliuit cælos prudentia: cum per eundem ſublimia prædicatorum corda illuſtrauit.

l *Sapientia illius eruperunt abyſſi.*] Quando in diebus Noe Gen.7.b rupti ſunt omnes fontes abyſſi magnæ, vel cum quotidiano progreſſu fontes & flumina de abyſſo, per terræ venas emanant, ebulliunt, procedunt. Aliter ſapientia erumpunt abyſſi, cum largiente Chriſti gratia, profunda ſacramentorum cæleſtium fidelibus innoteſcunt.

m *Et nubes rore concreſcunt.*] Patet iuxta litteram. Sed allegorice nubes ſunt eccleſiæ magiſtri ſublimes per contem- F plationem & vitam, rigantes corda auditorum quaſi ſubiectam ſibi terram per doctrinam. Quę rore concreſcunt: quia ſubtiliſſima diſcretione virtutes ſuas, quibus proficiant, quibus alta petant, quæque minoribus in exemplum monſtrent, examinant.

n *Fili mi, ne effluant hæc ab oculis tuis.*] Ne diſciplina temporali fatigatus, ſapientiæ quæ tanta eſt, gratiam perdas, præcaue.

o *Cuſtodi legem atque conſilium meum.*] Lex ſapientiæ eſt, quæ dicit: Si vis ad vitam ingredi: non occides, non mœchaberis, Matth.19.a non furtum facies, non falſum teſtimonium dices & cætera. Conſilium ſapientiæ eſt, cum protinus addidit. Si vis perfectus eſſe, vade vende omnia quæ habes & cætera.

p *Et erit vita animæ tuæ.*] Anima tua habet vitam cum deo, ſi eius decreta cuſtodieris: quamlibet ćaro diſciplina correptionis, aut etiam mortis prematur.

q *Et gratia faucibus tuis.*] Quam dulcia, inquit, faucibus Pſal.118.n meis eloquia tua. Habet ergo ſenſus animi fauces ſuas quibus verba quæ audit diiudicet, quibus res & geſta ſingulorum quæ cernit, diſcernendo examinet: & hæc amplectendo recipiat, illa reprobando contemnat. Quibus

nimirum



A nimirum faucibus cum legem atque conſilium domini cuſtodimus, gratia multiplicatur: quia quanto ſolertius quiſque diuinis obtemperat iuſſis, tãto dulcius eius amorem concipit. Quam noſtris faucibus ineſſe gratiam deſiderabat pſalmiſta, cum ait: Guſtate & videte quoniam Pſal.33.b ſuauis eſt dominus.

[a] Tunc ambulabis fiducialiter in via tua. [b] Et pes tuus non impinget. [c] Si dormieris, non timebis: quieſces, & ſuauis erit ſomnus tuus. Ne paueas repentino terrore, & irruentes tibi potentias impiorum. Dominus enim erit in latere tuo, & cuſtodiet pedem tuum ne capiaris. [d] Noli prohibere benefacere eum qui poteſt: ſi vales, & ipſe benefac. [e] Nec dicas amico tuo: vade & reuertere, & cras dabo tibi, cũ ſtatim poſſis dare. [f] Ne moliaris amico tuo malum, cum ille in te habeat fiduciam. Ne cõtendas aduerſus hominem fruſtra: cum ipſe tibi nihil mali fecerit. [g] Ne æmuleris hominẽ iniuſtum, nec imiteris vias eius: Qui a abominatio domini eſt omnis illuſor. [h] Et cum ſimplicibus ſermocinatio eius. [i] Egeſtas a domino in domo impij: [k] habitacula autem iuſtorum benedicentur. [l] Ipſe deludet illuſores, & manſuetis dabit gratiam. [m] Gloriam ſapientes poſſidebunt: ſtultorum exaltatio ignominia.

Cap. IIII.

[n] AVdite filij diſciplinam patris, & attendite vt ſciatis prudentiam. Donum bonum tribuam vobis: legem meam ne derelinquatis. [o] Nam & ego filius fui patris mei, tenellus & vnigenitus coram matre mea, & docebat [p] me, atque dicebat: Suſcipiat verba mea cor tuum: Cuſtodi præcepta mea, & viues. Poſſide ſapientiam, poſſide prudentiam. Ne obliuiſcaris, neque declines a verbis oris mei. Ne dimittas eam, & cuſtodiet te: dilige eam, & conſeruabit te. Principium ſapientiæ, poſſide ſapientiam: [q] & in omni poſſeſſione tua acquire prudentiã. Arripe illam, & exaltabit

a *Tunc ambulabis fiducialiter &c.*] Fiducialiter in via noſtra incedimus, cum dei gratia confiſi, profectum in bona noſtra conuerſatione ſuſcipimus. Si ergo eius imperiis humiliter ſubdimur, & guſtum ſuperni amoris ſuauius faucibus mentis attingemus, & operationis bonæ augmentum ſemper obtinebimus. Sed & in tentationibus ne deficiamus ipſo iuuante defendemur. Hoc eſt enim quod ſequitur.

b *Et pes tuus non impinget.*] Rom.8.c B Quoniam diligentibus deũ, omnia cooperantur in bonum.

c *Si dormieris non timebis: quieſces, & ſuauis erit ſomnus tuus &c.*] Patet iuxta litteram: quia ſecurus, & dormit, & vigilat, & quieſcit, & ambulat, qui ſe innocenter ante deum & iuſte viuere meminit. Sed & iuſtus cũ in morte dormierit, non ſolum potentias malignorum ſpirituum non metuit: ſed in pace quieſcit, ac ſecurus diem reſurrectionis expectat: quia deum vbique protectorem habet & cuſtodem. Pſal.22.a Quale eſt in pſalmo. Nam & ſi ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo, mala, quoniam tu mecum es.

d *Noli prohibere benefacere eum qui poteſt: ſi vales, &c.*] Quia ſupra diligenter legem domini & conſilium obſerua- C re monuit, & æternam requiem obſeruantibus promiſit: nunc multipliciter quæ ſint obſeruanda replicat. Primoque ad id quod intermiſerat rediẽs, miſericordiam proximo exhibendam, & iuſte cum illo docet eſſe viuendum. Deinde & ab inimico cauendum eſſe præmonet, Noli ergo, inquit, prohibere benefacere eum qui poteſt: quod ſi vales, & ipſe benefac, ne audias a domino cum Luc.11.g phariſæis: Ipſi non introiſtis, & eos qui introibant prohibuiſtis.

e *Ne dicas amico tuo: vade & reuertere, & cras dabo tibi, cum ſtatim poſſis dare.*] Non ſolum de eo qui eleemoſynam pecuniæ petit, hoc mandatum datur, vt beneuoli ad largiendum, & prompti exiſtamus: ſed & per omnia Chriſti mãdata, Ioan.15.b qui ait: Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quæ ego præcipio vobis: ſtatim facere, & non in craſtinum differre iubemur.

f *Ne moliaris amico tuo malum, cum ille in te habeat fiduciam. Ne contendas aduerſum hominem fruſtra, &c.*] Non vetat cõtendere aduerſus eum qui mala facit, vt corrigatur: quia hoc nimirum fruſtra non fit, quod certa neceſſitas cogit vt fiat: imo etiam qui ait: Matth.18.b Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum, vult vt errantem quantum vales, ad viam veritatis reuocare contendas.

g *Ne æmuleris hominem iniuſtum, &c.*] Omnis illuſor, inquit: quia illuſor eſt, qui vel verba dei quæ nouit implere contemnit, vel eadem peruerſe intelligendo ac docendo D corrumpit. Eſt illuſor & ille qui promiſſa eius quaſi parua deſpicit, & iram diſtrictionis eius quaſi tolerabilem ſpernit. Necnon & ille qui proximorum ſimplicitati, vel paupertati improbus inſultat. Ideoque omnem huiuſmodi illuſorem, merito diuina abominatur iuſtitia. Bene autem ſubditur.

h *Et cum ſimplicibus ſermocinatio eius.*] Quia ſæpe ſuperbi dum ſimplicibus illudũt, prudentiores ſe illis quos irrident iudicant. Sed horum prudentia iuxta quod Iacobus ait, terrena eſt, animalis, diabolica. Iacob.3.d Sermocinatio autem domini cum ſimplicibus eſt: Matth.11.d quia illos cæleſtis ſapiẽtiæ ſecretis illuſtrat, quos terreni faſtus ac duplicitatis nihil habere cõſiderat. Hinc etenim dicit: abſcõdiſti hæc a ſapientibus, & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. Luc.16.e

i *Egeſtas a domino in domo impij.*] E Iuxta exemplum purpurati diuitis, qui & in hac vita ſpiritualibus egebat bonis, & in futura ad tantam peruenit inopiam, vt de digito Lazari, quondam pauperis, vnam aquæ guttam requireret, nec mereretur accipere.

k *Habitacula autem iuſtorum benedicẽtur.*] Ephe.1.a Iuxta hoc quod apoſtolus fidelibus de domino loquens. Qui benedixit nos, inquit, omni benedictione ſpirituali in cæleſtibus in Chriſto, qui & in remuneratione ab ipſo ſunt audituri: Venite benedicti Matth.25.e patris mei, percipite regnũ. Sed & iuxta litteram ſæpe contingit eos, qui aliena diripiunt, ad vltimum inopia F conſumi. At illos qui ſua largiuntur, etiam bonis abundare terrenis.

l *Ipſe deludet illuſores, & manſuetis dabit gratiam.*] Hos verſiculos apoſtoli Iacobus & Petrus, iuxta antiquam tranſlationem poſuere, dicentes. Quia deus ſuperbis reſiſtit, Iaco.4.b humilibus autem dat gratiam.

m *Gloriam ſapientes poſſidebunt: ſtultorum exaltatio ignominia.*] Et dominus ait: Omnis qui ſe exaltat humiliabitur, & qui ſe humiliat exaltabitur. Luc.14.&18.

Cap. IIII.

n *AVdite filij diſciplinam patris, & attendite, vt ſciatis prudentiam.*] Hic exhortaturus ad philoſophiam, qualiter ipſa ſapientia ſit, a patre edoctus, explicat.

o *Nam & ego filius fui patris mei: tenellus & vnigenitus coram matre &c.*] Nihil magis ad ſpem percipiendæ ſapientiæ mentes erigit: quam cum eos quos in ſapientia iam clarere miramur, aliquando paruulos & indoctos fuiſſe meminimus.

p *Et docebat me atque dicebat, ſuſcipiat verba mea &c.*] Huiuſmodi monita Salomoni a Dauid patre data, qui verba dierum relegit, inuenit. Quare autem ſe Salomon vnigenitum coram matre nominat, quem fratrem vterinum præceſſiſſe ſcriptura teſtatur: niſi quia ille mox natus ſine nomine quaſi nunquam eſſet, vita deceſſit?

q *Et in omni poſſeſſione tua &c.*] In omnibus quæ poſſides bonis, ſapienter te agere memento: Vel in omni poſſeſſio-

A ne tua acquire prudentiam: omnia quæ poſſides terrena, contemne: dummodo ſapientiam percipias: quod ipſe fecit Salomon, dum data ſibi optione, amorem ſapientiæ
Matth.13.f cunctis præpoſuit rebus. Et in Euangelio, qui pretioſam margaritam quæſiuit: hanc inuentam omnibus quæ habuit venditis, emit.

uere videntur hominibus: ſed quia recta intentione non faciunt, a deo qui cor reſpicit prauum: vita eorum reprobatur, quæ credebatur bona. Omni ergo diligentia cordis munditiam ſerua: quia ad eius examen modus æſtimabitur vitæ. D

bit te: & glorificaberis ab ea, cum fueris eam amplexatus. [a] Dabit capiti tuo augmenta gratiarum: & corona inclyta proteget te.
[b] Audi filij mi, & ſuſcipe verba mea, vt multiplicentur tibi anni vitæ. Viam ſapientiæ monſtrabo tibi, & [c] ducam te per ſemitas æquitatis: quas cum ingreſſus fueris, non artabuntur greſſus tui, [d] & currens non habebis offendiculum. Tene diſciplinam, ne dimittas eam. Cuſtodi illam: quia illa eſt vita tua. Ne delecteris in ſemitis impiorum, nec tibi placeat malorum via. Fuge ab ea, nec tranſeas per illam: declina, & deſere eam. Non enim dormiunt, niſi cum malefecerint: & non rapitur ſomnus ab eis, niſi ſupplantauerint.
[e] Comedunt panem impietatis: & vinum iniquitatis bibunt. [f] Iuſtorum autem ſemita quaſi lux ſplendens: procedit & creſcit vſque ad perfectam diem. [g] Via impiorum tenebroſa: neſciunt vbi corruant. [h] Fili mi, auſculta ſermones meos, & ad eloquia mea inclina aurem tuam. Ne recedant ab oculis tuis, cuſtodi ea in medio cordis tui. Vita enim ſunt inuenientibus ea, & vniuerſæ carni ſanitas. Omni cuſtodia ſerua cor tuum: quia ex ipſo vita procedit. [i] Remoue a te os prauum: & detrahentia labia ſint procul a te. [k] Oculi tui recta videant, & palpabræ tuæ præcedant greſſus tuos. [l] Dirige ſemitas pedibus tuis, [m] & omnes viæ tuæ ſtabilientur. [n] Ne declines ad dexteram, neque ad ſiniſtram, [o] Auerte pedem tuum a malo. [p] Vias enim quæ a dextris ſunt, nouit dominus: [q] peruerſæ vero ſunt, quæ a ſiniſtris ſunt. Ipſe enim rectos faciet greſſus tuos: itinera autem tua in pace producet.

Cap.

a *Dabit capiti tuo augmenta gratiarum &c.*] Patet de Salomone: quia dum pro ſapientia cuncta deſpiceret, ea percepta maiore gloriæ ſublimitate refulſit. Sed & noſtro capiti, ideſt, principali mentis, ſi ſapientiam amplectimur, amplior gratia ſpiritus augetur, & corona ſupernæ vitæ in futuro dona-
2.Tim.4.b bitur. De qua Paulus: In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi dominus in illa die. Expoſitis ſane his quæ a patre verba perceperat, redit ad docendum auditorem ſuum ſa-
B pientiam quam cœpit.

b *Audi fil. &c. vt multiplicentur tibi anni vitæ.*] Ideſt, vt vitæ æternæ dona percipias.

c *Ducam te per ſemitas æquitatis &c.*] Semitæ, ideſt, actiones æquitatis, dum inchoantur, arctæ videntur & anguſtæ: dum vero profectum capiunt, iam ex conſuetudine ſpacioſæ videntur & latæ: pſalmiſta teſtante, qui cum incipiens domino
Pſal.16.f dixiſſet: Propter verba labiorum tuorum ego cuſtodiui vias duras: poſtmodum iam proficiens cane-
Pſal.118.d bat: Viam mandatorum tuorum cucurri, dum dilataſti cor meum. Et ſi ergo ſemitæ æquitatis cum ingredi cœperis, arctę tibi videntur: tamen eas cum ingreſſus
C fueris, non artabuntur greſſus mentis tuæ: ſed iuxta quod
Matth.11.d dominus ait: Iugum ſuaue, & onus leue reperies. Etenim reprobi in hac vita, latum intrant iter: at in die nouiſſimo
Matth.22.b ligatis manibus & pedibus mittentur in tenebras. Pedes vero electorum dirigentur in viam pacis.

d *Et currens non habebis offendiculum.*] Quo alacrius ad implenda dei mandata cucurreris: eo minus aduerſa quæ te impediant, timebis. Nam quicunque in praua actione deſudant, offendiculum in medio curſu reperiunt: quia extemplo dum non præuident, rapiuntur ad pœnam.

e *Comedunt panem &c.*] In actione ſcelerum, iniqui quaſi epulis delectantur appoſitis. Vel certe vinum damnatorum bibunt, & eſurientibus ſpicas tollere gaudent, vt eſſe moris impiorum ſcriptura ſacra teſtatur.

f *Iuſtorum autem ſemita quaſi lux ſplendens procedit & creſcit &c.*] Iuſtorum opera in luce ſcientiæ peraguntur, & æternam ducunt ad vitam: quæ eſt perfecta dies.

1.Ioan.2.b g *Via impiorum tenebroſa, neſciunt vbi corruant.*] Dicit de his Ioannes apoſtolus: Qui diligit fratrem ſuum, in lumine manet, & ſcandalum in eo non eſt: qui autem odit fratrē ſuum in tenebris eſt, & in tenebris ambulat, & neſcit quo eat: quia tenebræ obcæcauerunt oculos eius. Cui contra ſuperius dicitur ſapienti: quia currens non habebis offendiculum, ideſt, ſcandalum.

h *Fili mi, auſculta ſermones &c.*] Sunt qui recte viuere vi-

i *Remoue a te os prauum, & detrahentia labia ſint procul a te.*] Duobus modis ſentiēdum, vt & os tuum ne prauum loquatur aliquid, & tua labia ne detractionibus aſſueſcant, cuſtodias: & alios quoque quos huic vitio ſubditos noſti, ne te corrumpant, fugias.

k *Oculi tui recta videant, & palpebræ tuæ præcedant greſſus tuos.*] Iter iuſtitiæ, quo ingredi debeas, diligenter ediſce: & in cunctis quæ agere diſponis, ſolicitus ad quem ſint finem ventura, præuide. Hoc eſt enim palpebras recta videntium oculorum, tuos præcedere greſſus: bonum opus quod acturus es, ſedula cogitatione præuenire: & quia ſecundum deum E
ſit, meditando præuidere. Item palpebræ greſſus præcedunt, cum operationem noſtram conſilia recta præueniunt. Qui enim negligit cōſiderādo præuidere quod facit, greſſus tendit, oculos claudit, pergendo iter conficit: ſed præuidendo ſibimetipſi non antecedit: atque idcirco citius corruit: quia quo pedem operis ponere debeat, per palpebram conſilij non præuidet.

l *Dirige ſemitas pedibus tuis.*] Ne videlicet erres in actibus aut fide.

m *Et omnes viæ tuæ ſtabilientur.*] Ne leuitate mentis a bono mouearis propoſito.
Hinc & apoſtolus: Stabiles eſtote & immobiles, abun- F
dantes in opere domini ſemper. 1.Cor.15.g

n *Ne declines ad dexteram neque ad ſiniſtram.*] Dextera via, bona: ſiniſtra accipitur reproba. Non ergo dexteram viam ambulare, ſed ad dexteram declinare prohibemur. Declinat enim ad ſiniſtram, qui iniuſtus eſt. Declinat ad dexteram, qui ſibi vult arrogare quod iuſtus eſt. Declinat ad dexteram, qui de ſuis viribus præſumit. Declinat ad ſiniſtram, qui præ ſua fragilitate deſperat ſe poſſe ſaluari. Declinat ad ſiniſtram, qui ſtultitiæ famulatur. Declinat ad dexteram, qui vult plus ſapere quam oportet ſapere: quod & de cæteris virtutibus ac vitiis eodem modo intelligitur.

o *Auerte pedem tuum a malo.*] Hoc eſt, ne vel huc, vel illuc a recto deuies: quia virtutes diſcretionem quærunt, & nimietas omnis in vitio eſt.

p *Vias enim quæ a dextris ſunt, &c.*] Ideſt elegit, & placent illi: ideo diſplicentibus, & reprobis dicturus eſt: Non noui vos: quod eſt dicere, non vos elegi, non mihi placetis.

q *Peruerſæ vero ſunt quæ ſunt a &c.*] Si auerteris a malo pedem tuum, ſi bona quæ docui domino iuuante facere ſtudueris, aderit ipſe propitius conatibus tuis, vt & nunc recte ingredi, & tunc ad pacem valeas peruenire ſempiternam.

Caput



A
## Caput V.

a *Fili mi, attende &c.*] Hactenus generaliter caſtigauerat auditorem. Hic ſub ſpecie meretricis, ab hæreticorum nequitia prohibet.

b *Vt cuſtodias cogi. &c.*] Cogitationes quibus recte credas: labia quibus ipſam fidem per ſimplicia verba, & conſueta atque eccleſiaſtica profitearis. Sed & iuxta litteram qui adhæret meretrici, etiam labia vel oſculando, vel turpia fando cōmaculat.

c *Ne intenderis fallaciæ mulieris. Fauus enim &c.*] Recte ſapientia huius mundi atque concupiſcentia eius, fallax mulier dicitur: quæ per nitorem gloriæ temporalis, & peccati dulcedinem, animas reproborum dum demulcet, a deo meretricari facit: & de vana ſpe præſentis ſæculi deceptos fallit. Aliter.
B Cum in ore hæreticorum dulcedo eloquentiæ, non ad ſufficientiam ſolummodo, verumetiam ad ſuperfluitatem reſonat, ob id falſitas, quia apte proferri cernitur, veritas a ſtultis æſtimatur.

d *Et nitidius oleo guttur eius.*] Oleo ſpiritusſancti, fides catholica conſecratur, quo nitidius ſuum guttur oſtentant, qui ſuos ſenſus, patrum fidei anteponunt. Patet de meretrice, quia & ſermonis ſuauitatem, & formoſitatem corporis, ad capiendos miſeros quærit.

## Caput V.

[a] Fili mi, attende ſapientiam meam, & prudentiæ meæ inclina aurem tuam, [b] vt cuſtodias cogitationes: & diſciplinam labia tua conſeruent. [c] Ne intenderis fallaciæ mulieris. Fauus enim diſtillans labia meretricis, [d] & nitidius oleo guttur eius. [e] Nouiſſima autem illius amara quaſi abſinthium, & lingua acuta quaſi gladius biceps. [f] Pedes eius deſcendunt in mortem, & ad inferos greſſus eius penetrant. Per ſemitam vitæ non ambulant: vagi ſunt greſſus eius, & inueſtigabiles. [g] Nunc ergo fili mi audi me, & ne recedas a verbis oris mei. Longe fac ab ea viam tuam, & ne appropinques foribus domus eius. [h] Ne des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli: [i] Ne forte impleantur extranei viribus tuis, & labores tui, ſint in domo aliena: Et [k] gemas in nouiſſimis quando conſumpſeris carnes & corpus tuum, & dicas: [l] Cur deteſtatus ſum diſciplinā, & increpationibus non acquieuit cor meum. Nec audiui vocem docentium me, & magiſtris non inclinaui aurem meam. [m] Pene fui in omni malo, in medio eccleſiæ & ſynagogæ. [n] Bibe aquam de ciſterna tua, & fluenta putei tui. [o] Deriuētur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide. [p] Habeto eas ſolus: nec ſint alieni participes tui. [q] Sit

vena

e *Nouiſſima autem illius amara quaſi abſinthium: & lingua acuta quaſi gladius biceps.*] Potio abſinthij intus amareſcit in viſceribus, gladio foris membra feriuntur. Vt igitur oſtendat iniquos in nouiſſima vltione, & interius impleri, & extrinſecus pœnis circundari perpetuis, & amaritudine illos abſinthij torquendos, & gladio aſſeuerat eſſe trū-
C candos. Quare autem idem gladius biceps ſit dictus, do-
Matth.5.d minus aperit cum ait: Sed eum timete, qui poteſt & animam & corpus perdere in gehennam.

f *Pedes eius deſcendunt in mortem, & ad inferos greſſus eius penetrant: per ſemitam vitæ non ambulant. Vagi ſunt &c.*] Vagi ſunt ſenſus hęreticæ deceptionis: quia alij Chriſtum deū, alij hominem eſſe negant, alij carnem accepiſſe, alij animam contradicunt, alij eum de virgine natum, alij ſpiritum ſanctum, alij patrem deum eſſe, alij pænitentibus veniam dandam eſſe confiteri prohibent. Et in tam innumera hæc peſtis ſe findit itinera, vt penitus quot ſint inueſtigari nequeant. At catholica veritas vaga & inueſtigabilis non eſt: quia vna eademque cunctis eſt agnita, totum per orbem fidelibus.

1.Cor.6.d g *Nunc ergo fili mi, audi me, & ne &c.*] Et Apoſtolus ait: Fugite fornicationem: quia nimirum primum huius vitij remedium eſt longe ab eis fieri, quorum præſentia vel alliciat, vel cooperetur ad vitium. Sed & ab hæreticorum auditu prorſus ſegregari, infirmis auditoribus prodeſt.

h *Ne des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli.*] Ne honorem quo ad imaginem dei creatus es, immundorum ſpirituum volūtatibus ſubdas: neque accepta viuēdi ſpatia ad libitum aduerſarij immitis expendas. Cuicunque enim ſceleri quiſque ſubiicitur, in hoc profecto dominatui malignorum ſpirituum mancipatur.

i *Ne forte impleantur extranei viribus &c.*] Ne dæmoniorum facta adiuues: ſi vel ingenium animi, vel corporis D
tui vires ad patranda facinora tradas, domumque alienā, ideſt, numerum perditorum, te adiecto, multiplices. Et pulchre dicit: labores tui ſint in domo aliena: quia ſunt qui iuxta prophetam, vt inique agant, laborant: & hæretici quantum laborem contra eccleſiam ſubierint, vtinam lateret.

k *Et gemas in nouiſſimis quando conſumpſeris carnes &c.*] Præponendum a ſuperiori, ne forte, & eſt ſenſus: Ideo te caſtum cuſtodi, ne forte in pœnis gemere cogaris: quando non ſolum carnales illecebræ tranſeunt, ſed & ipſo corpore relicto, anima quæ per corpus geſſit cuncta reddere compellitur. Verum & in hac vita ſepius cōtigit, vt qui in adoleſcentia luxurioſe viuendo habita diſperſerant, tempore ſenectutis inopia deficiant: & re- E
frigeſcente calore carnis, ac flare iuuentutis marceſcente, rebus ſuis, quas laſciue vendiderant, alios vti conſpiciant, gementeſque ſera pænitentia dicant quæ ſequuntur:

l *Cur deteſtatus ſum diſciplinam, & increpationibus non &c.*] Diſciplinam dicit eccleſiaſticæ fidei, increpationes autem quibus hæretici cur ab eccleſia receſſerint, obiurgantur. Patet de fornicariis.

m *Pene fui in omni malo in med. &c.*] Eccleſia & ſynagoga Græca nomina ſunt, & vnam eādemque rem Latine ſignificant, ideſt, conuentum plurimorum adinuicem. Si autem ſubtilius diſtinguantur, eccleſia conuocatio, & ſynagoga congregatio interpretatur. Et vetus quidem dei populus vtroque nomine vocabatur: Nunc autem gratia diſtinctionis, ille ſynagoga, noſter eccleſia, dicitur, merito ſcilicet fidei & ſcientiæ maioris: quia & irrationalis creatura poteſt congregari. F
Denique dixit deus: Congregentur aquæ in congrega- Gen.1.
tionem vnam. Rationalis autem ſolum, & ſenſibilis poteſt conuocari. Verum aliquando hæc nomina, & malorum conuentus ſignificant: vnde eſt illud: Exarſit ignis in Pſal.105.e
ſynagoga eorum. Et: Odiui eccleſiam malignantium. Ibid.25.b
Quod ergo ſero pænitens ait: contemptor ſapientiæ, pene fui in omni malo, in medio eccleſiæ & ſynagogæ, videtur miſero magnitudinem ſuę damnationis perpendenti, quia nihil pene fuerit ſceleris, quo non ipſe ſit irretitus, qui tanta meruit tormenta ſubire, & hoc ad cumulum acceſſerit miſeriæ: quod non extremus ipſe peccantium, ſed medius magis & quaſi auctor extiterit: vel certe in mediis ſanctorum conuenticulis corpore poſitus, alienam ab eis vitam ducere non timuerit. Et de hæreticis ſpecialiter ſentiendum: quia nec veterum patrum, nec nouorum dictis & exemplis potuerint ab errore reuocari.

n *Bibe aquam de ciſterna tua, & fluenta putei tui.*] Deſiderio vtere propriæ mulieris, & eius miniſteriis fouere deuotis.

o *Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide.*] Filium tuum ac filiam nuptui trade: & hoc manifeſte facito pluribus conſciis.

p *Habeto eas ſolus &c.*] Solus in tua poteſtate retine qualibus matrimoniis liberos tuos ſocies: nec ſint fornicarij vel meretrices, tuæ ſobolis participes.

q *Sit vena tua benedicta, & lætare cum muliere adoleſcentiæ*

A *tuæ.*] Tanta te temperantia cum muliere quam adoſcens accepiſti, etiam cum ſenuerit ſerua, vt merito fidelis caſtimoniæ benedictionem conſequaris in prole.

a *Cerua chariſſima & gratiſſimus &c.*] Illa ſit tibi ſemper chariſſima coniunx, quæ ſicut cerua ſerpentes, ita perſequatur ſcorta, & ſuis effugat ab ædibus: ſit natus ex ea filius & ipſe caſtitatis amator gratiſſimus.

b *Vbera eius inebrient te omni tempore: in amore illius delectare iugiter.*] Non vxorio operi ſemper inſiſtere docet: ſed monet, ne vel prima viuente aliam ducas, vel meretrici vnquã ſocieris. Aliter. Quod ait: Bibe aquam de ciſterna tua, & fluenta putei tui: Docet ab hæreticis cauendum, & cuſtodiæ ſcripturarum ac lectioni attendendum: ſciẽtiam, inquit, quam prædicas aliis ipſe ſerua, & tui irrigationem ſermonis infundere. *Alia expoſitio.*

B Diriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide. Cum ipſe ſeruaueris, tũc & aliis prædica: & in magna auditorum amplitudine, diuina eloquia iuxta vniuſcuiuſque qualitatem diſpenſa. Habeto eas ſolus. Aquas & in plateis diuidimus, & tamen ſoli poſſidemus: quando & exterius late prædicationem fundimus, & tamen per eam laudes humanas cõſequi minime ambimus. Nec ſint alieni participes tui. Immundi ſpiritus participes fiunt doctori: ſi eius mentẽ vel faſtũ elationis dum prædicat, vel hæreſi vel alio quolibet vitio corrumpunt. Solus autẽ aquas poſſidet, cum mẽbris eccleſiæ fideliter connexus, ab extraneorum ſe conſortio liberum ſeruat. Sit vena tua benedicta, & lætare cum muliere adoleſcentiæ tuæ. Sit doctrina tua, & quæcunque naſcuntur ex ea in benedictione eccleſiæ: & lætare cum ea cui ab adoleſcentia, ideſt, a primo credendi tempore coniunctus es. Cerua chariſſima & gratiſſimus hinnulus,
C vbera eius inebrient te omni tempore, in amore illius delectare iugiter. Cerua chariſſima ſiue gratiſſima, vt quidam codices habent, ſancta eſt eccleſia, quæ ſerpentinam ſolet odio habere & conterere doctrinam. Gratiſſimus hinnullus, populus eſt eius virtutum varietate delectabilis, & eadem caſtæ fidei ſemper æmulatione ſuccenſus. Cuius vberibus inebriamur, cum vtriuſque teſtamenti paginis contra hæreticorum fraudes inſtruimur: cuius pace, & amore iugiter delectari, magna eſt exercendarum occaſio virtutum.

c *Quare ſeduceris, fili mi, ab aliena &c.*] Et de meretrice, & de hæreſi ſentiendum eſt. Aliena quippe eſt ſapientia huius mundi, ſiue hæreticorum dogma: Quæ idcirco aliena dicitur, quia ab vnitate fidei, & eccleſiæ concordia diſſentit.

d *Reſpicit dominus vias hominis &c.*] Non putent ſe adulteri tenebris noctis ac parietum obtegi: non hæretici, ſua molimina poſſe cælari: quia tenebræ non obſcurabuntur a domino, & nox ſicut dies illuminabitur. *Pſal. 138. b*

e *Iniquitates ſuæ capiunt impium &c.*] Diſtat inter peccatorem & impium: quod peccator appellatur, omnis qui vel in paruis, vel in magnis ſceleribus decidit. Impius autem qui vel numquam fidem recepit, vel enormitate ſcelerum ab ea quam accepit, anathema factus eſt, vt hæretici, vel catholici publicis flagitiis inuoluti. Qui funibus peccatorum ſuorum conſtringuntur, cum inceſſabili augmento ſuæ prauitatis intereunt. Qui enim funem facit, torquendo ſemper, & inuoluendo filis fila adauget. Talis eſt tortitudo operum malorum, tales libri hæreticorum, in quibus praua prauis nectentes, non aliud ſcribendo, quam quo ſe arctius obligent, agunt. D

vena tua benedicta, & lætare cum muliere adoleſcentiæ tuæ. [a] Cerua chariſſima & gratiſſimus hinnulus. [b] Vbera eius inebrient te omni tempore, in amore illius delectare iugiter. [c] Quare ſeduceris, fili mi, ab aliena: & foueris ſinu alterius. [d] Reſpicit dominus vias hominis, & omnes greſſus illius conſiderat. [e] Iniquitates ſuæ capiunt impium, & funibus peccatorum ſuorum conſtringitur. [f] Ipſe morietur, quia non habuit diſciplinam: & multitudine ſtultitiæ ſuæ decipietur.

Cap. VI.

[g] FIlli mi, ſi ſpoponderis pro amico tuo, defixiſti apud extraneum manum tuam. [h] Illaqueatus es verbis oris tui, & captus propriis ſermonibus. [i] Fac ergo quod dico, fili mi, & temetipſum libera: quia incidiſti in manum proximi tui: diſcurre, feſtina, ſuſcita amicum tuum. [k] Ne dederis ſomnum oculis tuis, nec dormitent palpebræ tuæ. [l] Eruere quaſi dammula de manu, & quaſi auis de laqueo. [m] Vade ad formicam, o piger, & conſidera vias eius: & diſce ſapientiam. [n] Quæ cum non habeat ducem, nec præceptorem, nec principem, parat æſtate cibum ſibi, & congregat

f *Ipſe morietur &c.*] Quia multa de adulteris, vel de hęreticis diſputauerat, more ſuo in clauſula narrandi qualis ſit talium finis oſtendit, ideſt, quia ad mortem tendañt æternam, qui diſciplinam deteſtati ſunt vitę. Multitudinem autem ſtultitiæ ſuæ dicit, cum hæretici ſe ſapientiores ſanctis patribus autumant: vel cum opera tenebrarum facientes iniqui, aut dominum hæc non videre, aut ſe facile eius iram putant poſſe tolerare.

Cap. VI.

g F*Ili mi, ſi ſpoponderis pro amico tuo, defixiſti &c.*] In E promptu eſt litteræ ſenſus: quia ſuadet ei qui ſpopondit pro amico, vt ipſum amicum ſolicitˀ admoneat, quatenus reddita pecunia, quã debet creditori, & ſe, & ipſum liberet. Allegorice autem in hac περιοχῇ doctorem: porro in ſequenti vacantem quemlibet, vt ſe gerere debeat, inſtruit. Dicitur enim præceptori: ſi ſpoponderis pro amico tuo, defixiſti apud extraneum manum tuam: quod eſt aperte dicere: ſi animam fratris in periculo tuæ conuerſationis acceperis, iam ligaſti mentem apud curam ſolitudinis, quæ ante deerat.

h *Illaqueatus es verbis oris tui, & captus propriis ſermonibus.*] Quia dum commiſſis tibi cogeris bona prædicando dicere, teipſum prius neceſſe eſt, quæ dixeris, cuſtodire.

i *Fac ergo quod dico fili mi, & temeipſum libera &c.*] Non tantum tu ipſe bene viuendo vigilare memento, ſed & illum cui præes, a peccati torpore prædicando diſiunge.

k *Ne dederis ſomnum oculis tuis &c.*] Somnum oculis dat, qui ſubditorum curam omnino negligit. Dormitat au- F tem qui reprehenſibilia eorum geſta cognoſcit: ſed hæc propter mentis tædium digna inuectione non corripit.

l *Eruere quaſi dammula de manu, & quaſi auis de laqueo.*] Quantum auis de laqueo, vel dammula de manu captantis quærit euadere: tantum nitere, vt auditore tuo ſalubriter inſtituto, ipſe a ſponſione vitæ eius liber reddaris. Vel certe quia dammula mundum natura eſt animal, velox curſu viſuque acerrimum. Vnde & Græce ἀπὸ τοῦ δέρκειν, ideſt, a videndo dorcas nuncupatur. Auis autem volando alta petere conſueuit. Cum in docendis occuparis ſubditis, mundus a peccatis omnibus, & ſtrenuus in operibus bonis: perſpicax in deprehendendis malorum inſidiis, & virtutum pennis fultus eſſe ſatage: quatenus expleto prædicandi negotio, & ad ſuperna tranſuolare, & cæleſtis vitæ paſcua merearis intrare.

m *Vade ad formicam ò piger, & conſidera vias eius, & diſce ſapientiam.*] Hinc vacantem hortatur quenque: vt ſi ad alios erudiendos non ſufficit, ſaltem ſuimet curam agere non negligat. Et ſi ſapientiam docendi nequit ab homine diſcere, vel operandi ſapientiam diſcat a formica. Formica dicitur ſtrenuus quiſque & prouidus operarius, qui in præſenti vita velut in æſtate, fructus iuſtitiæ quos in æternum recipiat, ſibi recondit.

n *Quæ cum non habeat ducem, nec præceptorem, nec principem, parat*



A *parat æſtate &c.*] Si tantillũ animal, principe carens, & rationis expers, natura duce, ſibi prouidet in poſterum: multo magis tu ad imaginem dei conditus, ad videndam eius gloriã vocatus, doctorum magiſterio adiutus, ipſum conditorem habens ducem: debes in præſenti bonorum operum fructus congregare, quibus in æternum viuas in futuro. Hæc etenim vita in eo meſſi comparatur, & æſtati, quod nũc inter ardores tentationum tempus eſt colligendi futurorum meritã præmiorum. At dies iudicij hyemis ſimilatur rigoribus: quia tunc nimirum nulla relinquitur facultas pro vita laborandi, ſed tantum cogitur quiſque de horreo priſcæ actionis, quod recondidit, proferre. Vnde & dominus præcipit dicens: Orate autem, vt non fiat fuga veſtra in hyeme vel ſabbatho. Hyeme enim facultas:
B ſabbatho licentia, iuxta legem, deeſt fructus vitæ colligendi, ac penuriam fugiendi perpetuam.

a *Vſquequo piger dormis &c.*] Vſquequo, inquit, dormis in vitiis, quando potes reſurgere ad bene operandum, qui noxio torpore depreſſus ſemper dicis: paululum adhuc iacebo, & ſic poſtea pænitendo reſurgam. Fit nanque vt te ſemper differente opus bonum, repente iudex qui mala tua facta puniat, adſit. Hoc eſt enim quod ſequitur.

b *Et veniet tibi quaſi viator egeſtas, & pauperies quaſi vir armatus.*] Egeſtas nanque & pauperies pœna eſt vltima, in qua damnati nil diuitiarũ merentur: quæ quaſi viator veniet, quia improuiſa
C & ſubitanea: quaſi vir armatus, quia deuinci perpetuo non poteſt. Patet iuxta litteram: quia pigritia nutrix eſt egeſtatis & penuriæ.

c *Si vero impig. &c.*] Fructus terreni, quos metimus, non fonti comparantur, ſed ciſternæ: quia ad tempus paſcunt colligentẽ, & in tempore deficiunt. At qui impiger fuerit pro cæleſtibus laborare diuitiis, huius meſſis vt fons adueniet: quia mercedem laborum indeficientem percipiet.

*Pſal. 16. d* d *Et egeſtas longe fugiet a te.*] Quia ſatiabor, inquit pſalmiſta, dum manifeſtabitur gloria tua:

e *Homo apoſtata &c.*] Dixerat de hæreſibus & aliis vitiorum generibus, inſtituerat præceptorem, excitauerat pigrum: at nunc redarguit & ſchiſmaticum. Vbi notandum, quia quem ſeminantem iurgia dicere voluit, prius apoſtatam nominauit: quia niſi more ſuperbientis angeli a conſpectu conditoris prius intus auerſione mentis caderet, foras poſtmodum vſque ad ſeminanda iurgia non veniret. Qui recte dicitur quod annuit oculis, terit pede, digito loquitur. Interior nanque eſt cuſtodia, quæ ordinata ſeruat exterius membra. Quia ergo ſtatum mentis perdidit, foras in inconſtantiã motionis fluit: atque exteriori mobilitate indicat, quod nulla radice interius ſubſiſtat.

f *Sex ſunt quæ odit dominus, &c.*] Eundem quem ſupra plenius quam ſit deo odibilis diſcordiam ſeminando inſinuat. Quod autem animam habere deum dicit: humano more facit, vt eum plena intentione, & non leuiter tales odiſſe ſignificet. Tale eſt in Eſaia: Calendas veſtras & ſolennitates veſtras odiuit anima mea. D *Eſa. 1. d*

congregat in meſſe quod comedat. [a] Vſquequo piger dormis? quando conſurges a ſomno tuo? paululum dormies, paululum dormitabis, paululum conſeres manus vt dormias. [b] Et veniet tibi quaſi viator egeſtas, & pauperies quaſi vir armatus. [c] Si vero impiger fueris, venit vt fons meſſis tua. [d] Et egeſtas longe fugiet a te. Homo [e] apoſtata, vir inutilis: graditur ore peruerſo, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, prauo corde machinatur malum, & omni tempore iurgia ſeminat. Huic extemplo veniet perditio ſua, & ſubito conteretur, nec habebit ſubito medicinam. [f] Sex ſunt quæ odit dominus, & ſeptimum deteſtatur anima eius. [g] Oculos ſublimes, linguam mendacem, manus effundentes innoxium ſanguinem, cor machinans cogitationes peſſimas, pedes veloces ad currendum in malum, proferentem mendacia, teſtem fallacem, & eum qui ſeminat inter fratres diſcordias. [h] Conſerua fili mi, præcepta patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ. [i] Liga ea in corde tuo iugiter, & circunda gutturi tuo. [k] Cum ambulaueris, gradiantur tecum: cum dormieris, cuſtodiant te, & euigilans loquere cum eis. Quia mãdatum lucerna eſt, & lex lux, & via vitæ increpatio diſciplinæ, vt cuſtodiant te a muliere mala, & a blanda lingua extraneæ. Non concupiſcat pulchritudinem eius cor tuum. [l] Ne capiaris nutibus illius. Pretiũ [m] enim ſcorti vix vnius panis eſt. Mulier autẽ viri pretioſam animam capit. [n] Nunquid abſcondere poteſt homo ignem in ſinu ſuo, vt veſtimenta illius non ardeant: aut ambulare ſuper prunas, vt non plantæ comburantur eius? Sic qui ingreditur ad mulierem proximi

g *Oculos ſublimes, linguam mendacem, manus effundentes innoxium ſanguinem &c.*] Enumerat ſex capitalia crimina, quæ tamen comparatione diſcordiam ſeminantis quaſi minora deponit: quia nimirum maius eſt facinus illud quo vnitas & fraternitas, quæ per ſpiritus ſancti gratiam eſt connexa, diſſipatur. Poteſt enim quilibet oculos iactanter extollere, lingua mentiri, homicidio pollui, mala proximo machinari, alij ſceleribus membra ſubdere: falſum contra quempiam teſtimoniũ proferre, quod non idem eſſe E putandum eſt quod ſupra linguam mendacem nominat. Poteſt enim mendaciũ, ſed non contra proximum dici. Nam & beatus Auguſtinus octo eſſe genera mendacij, in libro quem de mendacio compoſuit, docet. Poteſt, inquam, perditus quiſque huiuſmodi mala, vel ſibimetipſi vel aliis inferre, pace ſeruata eccleſiæ. At Donatus & Arius eorumque ſequaces, grauius eſt quod fecere: qui concordiam fraternæ vnitatis diſcordias ſeminando ſciderunt.

h *Conſerua, fili mi, præcepta patris &c.*] Nunc ſub adulteræ mulieris ſpecie prohibet ab auditione hæreſeos.

i *Liga ea in corde tuo iugiter &c.*] Et in cogitatione præcepta dei fixa retine, & loquelam tuam horum vndique dulcedine, ne forte lingua labaris, communito. F

k *Cum ambulaueris gradiantur &c.*] Tanta ſit tibi meditatio diuinę legis, vt cum vigilans aliquid operaris, hanc ſedula mente recolas. Cum dormire velis, in huius memoria quieſcas: cum euigilaueris, hanc primo ad mentem reuoces. Sic etenim fiet, vt nec vigilans offendas: nec a timore nocturno lædaris. Aliter: Cum ambulaueris in profectu iuſtitiæ, gradiantur tecum mandata dei, vt te inſtruant: Cum dormieris in morte, cuſtodiant animam tuam, ne rapiat hoſtis. Cum euigilaueris in reſurrectione, loquere cum eis expectando præmia, quæ tibi ſi ea ſeruaueris, promiſſa erant.

l *Ne capiaris nutibus illius.*] Patet de adultera. Sed & hæretici ſi bene viuere, & apte ſe agere videntur: vide ne ſeducaris eorum doctrinis.

m *Pretium enim ſcorti vix vnius pan. &c.*] Recordare quia breuis voluptas eſt fornicationis, & perpetua pœna fornicatoris. Sicut enim vnus panis diurnam ſolum effugat eſuriem, & nihilominus poſtmodum eſurit, qui comeſto pane ſatur abſceſſerat: ſic qui intrat ad ſcortum, ad horam quidem euaporat libidinem, ſed poſt paululum ardentior redit.

n *Nunquid poteſt abſcondere homo ignem in ſinu ſuo &c.*]

proximi ſui, non erit mundus cum tetigerit eam. [a] Non grandis eſt culpa cum quis furatus fuerit: furatur enim vt eſurientem impleat animam: deprehenſus quoque reddet ſeptuplum, & omnem ſubſtãtiam domus ſuæ tradet, & liberabit ſe. Qui autem adulter eſt, propter cordis inopiam, perdet animam ſuã. Turpitudinem & ignominiam congregat ſibi, & opprobrium illius nõ delebitur. [b] Quia ſcelus & furor viri non parcet in die vindictæ: nec acquieſcet cuiuſquam precibus: nec ſuſcipiet pro redemptione dona plurima.

## Caput VII.

[c] FIlli mi, cuſtodi ſermones meos, & præcepta mea reconde tibi, Fili, honora dominum, & valebis: præter eum vero ne timueris alienum. Serua mandata mea, & viues. Et [d] legem meam quaſi pupillam oculi tui. [e] Liga eam in digitis tuis: ſcribe illam in tabulis cordis tui. Dic [f] ſapientiæ ſoror mea es, & prudentiam voca amicam tuam, vt cuſtodiat te a muliere extranea & ab aliena, quæ verba ſua dulcia facit. [g] De feneſtra enim domus meæ per cancellos proſpexi, & video paruulos. [h] Conſidero vecordem iuuenem, qui tranſit per plateas iuxta angulum. [i] Et prope viam domus illius graditur. In [k] obſcuro aduesperaſcente die, in noctis tenebris & caligine. [l] Et ecce mulier occurrit illi ornatu meretricio, præparata ad capiendas animas. [m] Garrula & vaga, quietis impatiens. [n] Nec valens in domo conſiſtere pedibus ſuis. [o] Nunc foris, nunc in plateis, nunc iuxta angulos inſidians. [p] Apprehenſumque deoſculatur iuuenem. [q] Et procaci vultu blanditur dicẽs: victimas pro ſalute deuoui: hodie reddidi vota mea. Idcirco egreſſa ſum in occurſum tuum deſiderans te videre, & reperi. [r] Intexui funibus lectum meum, ſtraui

A Soli ei conceditur hæreticorum libros legere, qui adeo ſolidatus eſt in fide catholica, vt verborum dulcedine, vel aſtutia nequeat ab ea ſegregari.

a *Non grandis eſt culpa cum quis furatus fuerit &c.*] Furtum non ex ſua æſtimatione, ſed ex comparatione peccati maioris, ideſt, adulterij non grãdis eſſe culpæ perhibetur, ſicut Hieruſalem grauius peccanti dicitur: Iuſtificata eſt Sodoma, ex te, non quia Sodoma nulla vel pauca, ſed quia Hieruſalem plura peccauit. *Ezech.16.f*

b *Quia ſcelus & furor viri non parcet in die vindictæ &c.*] Et de domino intelligendum: quia qui nunc parcit reprobis, non parcet in die mortis: nec acquieſcet precibus ſero clamantium ad ſe: nec dona quorum non eſt ibi tẽpus vel facultas ſuſcipiet. Zelatur enim ſi quis ſponſam ſuam, ideſt, eccleſiam ſiue

B animam quenque fidelem corrumpere præſumit.

Cap. VII.

c *FIlli mi, cuſtodi ſermones meos & præcepta mea etc.*] Hæc περιοχὴ eadem quæ ſuperior ſub meretricis perſona plenius explicat.

d *Et legem meam quaſi pup. &c.*] Tam ſolicite ſerua quę doceo, quaſi nil recte ſine his aſpicere valeas.

e *Liga eam in digitis tuis: ſcribe illam &c.*] In digitis, in actibus dicit: in tabulis cordis, in latitudine cogitationis. Denique & alia tranſlatio ſic dicit: Deſcribe eam in latitudine cordis tui.

f *Dic ſapientiæ, ſoror mea es &c.*] Sapientiam eccleſiaſticæ doctrinæ, ſororia tibi dilectione coniunge, vt hæc te a pollutione ſeruet hære-

C tica: quæ a caſtitate eccleſiæ probatur extranea.

g *De feneſtra enim domus meæ per cancellos proſpexi &c.*] Apte autem Salomon de feneſtra domus ſuæ ſe per cancellos proſpexiſſe dicit, vt paruulorum geſta diiudicaret. Qui enim de feneſtra per cãcellos proſpicit, ipſe quidem ea quæ foris aguntur, plene conſiderare ſufficit: nec tamen ipſum qui foris infra degunt, aſpiciunt. Nanque hoc eſt quod Apoſtolus ait: Spiritualis enim iudicat omnia: ipſe autem a nemine iudicatur. De feneſtra enim domus meæ per cancellos proſpexi, & video paruulos. Patet iuxta litteram: quia ſapientium aſpectus magiſtrorum, & infirmorum actus ſedulo ſpeculatur & fortium æterna dei ſapientia de cælo proſpexit, & videt omnes filios hominum. *1.Cor.2.d*

h *Conſidero vecordem iuuenem &c.*] Iuuenem vocat adulterum, non propter virtutem, ſed propter inſtabilitatem. Qui tranſit in platea: quia deſeruit anguſtam viam quæ ducit ad vitam. Iuxta angulum, quia deflectit a rectitudine.

i *Et prope viam domus illius graditur.*] Quia a via veritatis declinauit, merito viæ domus meretricis vel hæretici appropiat, quæ recte iuxta quod expoſuimus, & in platea, & iuxta angulum poſita eſt.

D

k *In obſcuro aduesperaſcente die, in noctis tenebris & caligine.*] Quia iam talis per cæcitatem cordis ad tenebras feſtinat peccati & damnationis.

l *Et ecce mulier occurrit illi ornatu meretricio præparata ad capiendas animas.*] Patent hæc cuncta iuxta litteram de meretriciis operibus. Verum doctrina hæreticorum quẽcunque incautum reperit & vecordem, hunc decipere tentat: ipſa etenim ornatu apparet meretricio, quia immunda præfulget eloquentia. Præparata eſt ad capiendas animas: quia quoſcunque ſibi ſociare poteſt, ſpirituali morte perimit.

m *Garrula & vaga, quietis impatiens.*] Quietem eccleſiæ turbare deſiderans.

n *Nec valens in domo conſiſtere pedibus ſuis.*] Nulla eſt hæreſis quæ primis ſit contenta diſcipulis: hi ſunt enim domus eius, ſed ſemper nouos quos decipiat, quærit. E

o *Nunc foris, nunc in plateis, nunc iuxta angulos inſidians.*] Foris, cum paganos rapit: in plateis, cum voluptuoſos: iuxta angulos, cum alios hæreticos.

p *Apprehenſumque deoſculatur iuuenem.*] Verborum fallentium blandimentis tentat inſtabilem.

q *Et procaci vultu blanditur dicens victimas pro ſalute deuoui, hodie reddidi vota mea &c.*] Iuxta litteram patet intellectus: quia meretrix conuiuium ſe permagnificum pręparaſſe fatetur: at hæretici in cunctis quæ agunt, victimã ſe ſalutis deo immolare, vel autumant, vel autumare geſtiunt. Nam & dominus ad diſcipulos: Sed venit, inquit, hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur ſe obſequium præſtare deo. *Ioan.16.a* F

r *Intexui funibus lectum meũ, ſtraui tapetibus pictis ex Aegypto.*] Solent lecti qui ex funibus, vel iuxta aliam tranſlationem, inſtitis intexuntur, molliores fieri quam qui ex ligno, vel corio, vel qualibet alia materia ſubſtruuntur. In lecto ergo funibus intexto, meretrix mollitiem quieſcẽdi deſignat. In tapetibus vero pictis ex Ægypto, etiã oculorum tentat illecebras, quibus nefando aſpectu irretitis, facilius ad ſeducenda mentis arcana penetret. Quia vero nomine funium aliquando ſolent diuina præcepta figurati: quæ a noſtris nos voluptatibus coercendo religant, promittunt ſe hæretici contextu verborum cæleſtium ſalubre ſuis auditoribus quaſi ſtratum parare: in quo a vitiorum tumultibus libero corde quieſcant, ſed veraciter illius funibus peccatorum conſtruunt locum perditionis, vbi perpetuo pedes manuſque alligati damnantur. De quo dominus in Apocalypſi: Et dedi, inquit, illi tempus vt pænitentiam ageret, & non vult pænitere a fornicatione ſua: ecce mitto eam in lectum, & qui mœchantur cum ea in tribulationem maximam. In tapetibus vero pictis ex Aegypto, ornatus eloquentiæ, & dialecticæ artis verſutia, *Apoc.2.f*



ſtraui tapetibus pictis ex Aegypto. [a] Aſperſi cubile meum mirrha, aloe, cinnamomo. Veni, [b] inebriemur vberibus & fruamur cupitis amplexibus, donec illuceſcat dies. Non eſt [c] enim vir in domo ſua, abiit via longiſſima. [d] Sacculum pecuniæ tulit ſecum. In [e] die plenæ lunæ reuerſurus eſt in domum ſuam, irretiuit eum multis ſermonibus, & blanditiis labiorum protraxit illum. [f] Statim eam ſequitur quaſi bos ductus ad victimam, & quaſi agnus laſciuiens, & ignorans quod ad vincula ſtultus trahatur: donec transfigat ſagitta iecur eius: velut ſi auis feſtinet ad laqueum, & neſcit quod de periculo animæ illius agitur. Nunc ergo fili audi me, & attende verba oris mei, ne abſtrahatur in viis illius mens tua: neque decipiaris ſemitis eius. Multos enim vulneratos deiecit. Et [g] fortiſſimi quique interfecti ſunt ab ea. [h] Viæ inferi domus eius, penetrantes interiora mortis:

## Caput VIII.

[i] NVnquid non ſapientia clamitat, & prudentia dat vocem ſuam? [k] In ſummis excelſiſque verticibus ſuper viam in mediis ſemitis ſtans, iuxta portas ciuitatis: [l] In ipſis foribus loquitur dicens: O viri, ad vos clamito, & vox mea ad filios hominum. [m] Intelligite paruuli aſtutiam, & inſipientes animaduertite. [n] Audite quoniam de rebus magnis locutura ſum. [o] Et aperientur labia mea vt recta prædicent. Veritatem meditabitur guttur meum, & labia mea deteſtabuntur impiũ. Iuſti ſunt omnes ſermones mei: nõ eſt in eis prauum quid, neque peruerſum. Recti ſunt intelligentibus, & æqui inuenientibus ſciẽntiam. [p] Accipite diſciplinan meam, & non pecuniam: doctrinam magis quam aurum eligite. Melior eſt enim ſapientia cunctis opibus pretioſiſſimis: & omne deſiderabile, ei non poteſt comparari. [q] Ego ſapientia habito in cõſilio, & eruditis interſum cogitationibus. Timor dñi odit malũ. [r] Arrogantiã & ſuperbiã, & viã prauã, & os bilingue deteſtor. [ſ] Meũ eſt conſiliũ & æquitas, mea eſt prudentia, mea eſt fortitudo [t] Per me reges regnant, & conditores legũ iuſta decernũt. Per me prĩcipes imperãt, & potẽtes decernũt iuſtitiã. [n] Ego diligentes

A verſutia, quæ ab ethnicis originem ſumpſit, intelligitur: per quam mens hæretica ſenſum doctrinæ peſtilẽtis quaſi meretrix thorum facinoris ſe texuiſſe gloriatur.

a *Aſperſi cubile meum mir. &c.*] Promittunt ſe tales odorem cæleſtium habere virtutum: quibus ſua ſuorumque corda velut funibus cubilia venuſta conſecrent, ſanctificent, perficiant, ac ſi dicere poſſent cũ Apoſtolo: Quia Chriſti bonus odor ſumus deo. *2.Cor.2.d*

b *Veni inebriemur vberibus &c.*] Doctrinæ ſanctæ poculis ſe inuicem ſatiandos iactant hæretici, & virtutum gratia coniungendos, donec eorum geſta lux ſequatur æterna.

c *Non eſt enim vir in domo &c.*] Nõ eſt, inquiunt, Chriſtus corporaliter in eccleſia: ſurgens enim a mortuis aſcẽdit in cælum, nobiſque mi-

B niſterium gubernandæ eccleſiæ, ſuam videlicet domum reliquit.

d *Sacculum pecu. &c.*] Gloriam reſurrectionis, & immortalitatis deus ſecum detulit, quo illius patriæ ciues lætificaret ac ditaret.

e *In die plenæ lunæ reuerſurus &c.*] In tempore enim quo electorum ſuorum eccleſia numerum compleuerit reuertetur ad iudicium.

f *Statim eam &c.*] Ideſt, quaſi ſtultus neſciẽs ipſe ductus ad interitum.

g *Et fortiſſimi quique interf. &c.*] Vt ipſe Salomon ſapientiſſimus virorum, vt Samſon fortiſſimus, vt Dauid manſuetiſſimus a muliebri decipula, vt Origenes ab hæretica, quem poſt apoſtolos eccleſiæ magiſtrum fuiſſe quamdiu recte ſapuit, qui *Iudic.14. & 16. 3.Reg.11.a 2.Reg.11.a*

C negauerit, errat.

h *Viæ inferi domus &c.*] Sed de eccleſia dominus ait: Quia portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Interiora autem mortis, acerrima gehennæ tormenta, quaſi arctiora & obſcuriora dicit, quibus hæreticos & fornicarios conſtat eſſe mergẽdos, ſicut de ſanctis pro domino in hac vita patientibus aduerſa dicitur: Quia miſit eos cuſtos in interiorem carcerem, atrociorem videlicet & fœdiorem & obſcuriorẽ. *Matth.16.c*

Caput VIII.

i *NVnquid non ſa. &c.* Nunquid non dominus palam locutus eſt mundo, & in occulto locutus eſt nihil? Quid ergo eius neglecto euãgelio, ad hæreſim potius vel laſciuiã quæ in angulo ſuſurrant audiendã, miſeri cõfluũt? *Ioan.18.d*

k *In ſummis excelſ. &c.*] In mõte diſcipulos ſimul & turbas docuit, ſed & per vias ſæpe his qui conueniebant prędicabat, & eos qui cura indigebant, ſanabat. In ipſa etiam porta ciuitatis Naim mortuum reſuſcitans, exemplo miraculi verba quæ edocuerat, commendabat. Vt quid ſequimini eos qui in abditis contra eum ſuas exerunt linguas? dicentes. Linguam noſtram magnificabimus, labia noſtra a nobis ſunt. *Luc.7.b* D

l *In ipſis foribus &c.*] Ad viros clamat, ideſt, ad ſtrenuos verbi auditores in vtroque ſexu. Nã qui feminea, ideſt, fluxa mente ſunt, ſapientiæ verba percipere nequeunt.

m *Intelligite paruuli &c.*] Manifeſtum eſt de domino: quia & cum eſſet ipſe in mũdo, omni ætati, ſexui, conditioni locutus eſt verbum, imo etiam clamabat ſtans in tẽplo: Si quis ſitit, veniat ad me & bibat. Et nunc per doctores eccleſiæ: ipſi enim ſunt fores ciuitatis eius, viris ſimul ac feminis, ſapiẽtibus & inſipiẽtibus, grãdęuis prędicat & paruulis. At cõtra doctrina fallax clã & priuatim, quos ſeducere valeat, quęrit. *Ioan.7.b*

n *Audite quoniam &c.*] Magnis nempe: quia regnũ cælorũ, & promiſit & dedit, fidemque ſanctę trinitatis docuit: atque alia innumera quæ prophetæ ei loquenda relinquebant. E

o *Et aperientur &c.*] Labia eius ſunt duo teſtamenta cõcordia adinuicẽ veritatis atteſtatione coniuncta, quæ ipſa in carne apparente, per ſancti ſpiritus donũ ſunt ad prædicandum ſalutem, vniuerſum aperta per orbem.

p *Accipite diſciplinam meam &c.*] Non poteſtis deo ſeruire & mammonæ. *Matth.7.e*

q *Ego ſapientia habito &c.*] Vbi duo, vel tres congregati fuerint in nomine meo: ibi ſum ego in medio eorum. *Matth.18.c*

r *Arrogantiam &c.*] Arrogantiam & ſuperbiam in eis, qui ſe cæteris meliores æſtimant. Viam prauam in eis, qui aperte mala faciunt. Os bilingue in illis, qui in bonis quæ loquuntur, ſtabile quippiam non habent: ſed iuxta auditorum libitum ſua verba commutant. F

ſ *Meum eſt conſilium &c.*] Nõ ſe extollat humana præſumptio, plenitudinẽ virtutum ſola dei ſapiẽtia poſſidet: ab hac humana infirmitas, quicquid virtutis habet, accipit.

t *Per me reges regnãt etc.*] Reges dicit apoſtolos, ſiue alios ſanctos: qui & ſeipſos primũ, & deinde eccleſiã ſibi ſubditã bene regere ſciunt. Legũ conditores, auctores vtriuſq; teſtamẽti, & ſequẽtes eccleſię ſcriptores. Principes & potentes, cæteros fideliũ præceptores, ac rectores appellat: qui vtique omnes nõ niſi per ſapientiam vt eſſent aliquid habẽt. Ait eñ: Quia ſine me nihil poteſtis facere. *Ioan.15.a*

v *Ego diligentes me diligo &c.*] Tale eſt in euangelio: Qui autem diligit me, diligetur a patre meo, & ego diligam eum, & manifeſtabo ei meipſum. Mane quippe vigilant ad ſapientiam, qui ſemper innouato mentis ſtudio ad Chriſti viſionem pertingere ſatagunt. *Ibid.18.c*

gentes me, diligo: & qui mane vigilauerint ad me, inuenient me. [a] Mecum ſunt diuitiæ & gloria, opes ſuperbæ & iuſtitia. Melior eſt fructus meus auro, & lapide pretioſo: & genimina mea, argento electo. In viis iuſtitiæ ambulo in medio ſemitarum iudicij, vt ditē diligentes me, theſauros eorum repleā. [b] Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum, antequam [c] quicquam faceret a principio. Ab æterno ordinata ſum, & ex antiquis antequam terra fieret. Nondum erant abyſſi, & ego iam concepta eram: necdum fontes aquarum eruperant: necdum montes graui mole conſtiterāt. Ante colles ego parturiebar: adhuc terram non fecerat, & flumina, & cardines orbis terræ. Quando præparabat cælos, aderam: quando certa lege & gyro vallabat abyſſos. Quando æthera firmabat ſurſum, & librabat fontes aquarum. Quando circundabat mari terminum ſuum, & legem ponebat aquis, ne tranſirent fines ſuos. Quando appēdebat fundamenta terræ, cum eo eram cuncta componens. [d] Et delectabar per ſingulos dies, ludens coram eo omni tempore: ludens in orbe terrarum, & dilitiæ meæ eſſe cum filiis hominum. Nunc ergo filij, audite me: Beati qui cuſtodiunt vias meas. Audite diſciplinam, & eſtote ſapientes: & nolite abiicere eā. [e] Beatus homo, qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie, & obſeruat ad poſtes oſtij mei. Qui me inuenerit, inueniet vitam, & hauriet ſalutem a domino. Qui autem in me peccauerit, lædet animam ſuam: omnes qui me oderunt, diligunt mortem.

Cap. IX.

[f] SApientia ædificauit ſibi domum. [g] Excidit columnas ſeptem. [h] Immolauit victimas ſuas. [i] Miſcuit vinum, & propoſuit menſam ſuam. [k] Miſit ancillas ſuas, vt vocarent ad arcem, & ad mœnia ciuitatis. [l] Si quis eſt paruulus, veniat ad me, & inſipientibus locuta

A a *Mecum ſunt diuitiæ & gloria, opes ſuperbæ & iuſtitia &c.*] Opes ſuperbas, opes excelſas dicit, vt cęleſtia dona ſignificet. Græce enim ſuperbus ὑπερήφανος, ideſt, ſuper apparens dicitur. Et ideo recte ſapientia opes hyperiphanos ſecum eſſe dicit: quia quicquid donorum cælitus fidelibus datur, cunctis mundi opibus excellentius eſſe probatur: quod etiam addendo iuſtitiam manifeſtius inculcat: nam terrenas opes, & gloriam ſæpius habent iniuſti. Nos autem in reſurrectione, ſicut Petrus ait, nouos cælos, & nouam terrā, & promiſſa ipſius expectamus: in quibus iuſtitia habitat. 2.Pet.3.c

b *Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum.*] Vox Chriſti, qui vera eſt dei patris ſapientia, quæ ante omnem mundi creaturam ineffabiliter ex patre genita: quia ipſe cunctam cæli terræque materiam potentialiter creauit atque mirabiliter diſpoſuit. B Viæ domini ſunt opera eius: quorum cōſideratione ad fidem vel agnitionem peruenit genus humanum. Inuiſibilia enim ipſius a creatura mundi per ea quæ facta ſunt intellecta, conſpiciuntur. Viæ eius ſunt ipſæ illuminationes, per quas ſe & angelicis ſpiritibus & mentibus oſtendit humanis. in quarum initio viarum ſapientiam poſſedit: quia in primordio creaturæ naſcentis, filium qui cum eo cuncta diſponeret, habuit. Sed ne putaret aliquis harum initio viarum, vel aliquando ante tempora filiū eſſe cœpiſſe, vigilanter adiunxit.

c *Antequam quicquam faceret a principio. Ab æterno ordinata ſum, & ex antiquis antequam &c.*] C Cui ſimile eſt in euangelio: In principio erat verbum, & verbum, erat apud deum, & deus erat verbū: Omnia per ipſum facta ſunt. Ioan.1. Pereant ergo, qui negant dei virtutem, & dei ſapientiam, videlicet Chriſtū ab initio, imo & ante omne quod dici vel cogitari poteſt initium ab ipſo patre fuiſſe progenitum. Alia tranſlatio hunc locum ita concipit: Dominus creauit me, principiū viarum ſuarum in opera ſua. Quod de incarnatione dominica dictum patres intelligunt, dicentes: quia certi gratia myſterij, Dominus creauit me, & nō pater creauit me, Et caro, inquiunt, dominum agnoſcit: gloria, patrem ſignat: creatura, dominum confitetur: charitas, patrem nouit. Principium, vel in principio viarum ſuarum, & ipſe ait: Ego ſum via: Ioan.14.a quia ſurgens a mortuis iter fecit eccleſiæ ſuæ ad regnum dei, ad vitam æternam. In opera ſua: quia ad redimenda opera patris, ex Virgine creatus eſt, ſuſcipiens carnem, vt opera patris a corruptibili ſeruitio liberaret: caro enim Chriſti propter opera, diuinitas ante opera.

d *Et delectabar per ſingulos dies, ludēs coram eo omni tēpore &c.*] D Ludentem dicit gaudentem. Ergo ludens coram patre, per ſingulos dies: quia vt propheta ait, A principio ex diebus æternitatis, Mich.5.a gaudebat vnum eſſe cum patre. Erat omni tempore ludens in orbe terrarum: quia & cum tēpora orbis ac creaturæ eſſe cœpiſſent, ipſe quod erat in patre filius manebat. Hæc ideo, ne quis eum cum creaturis, & temporibus cœpiſſe perhiberet. Et delitiæ eius ſunt eſſe cum filiis hominū: quia deſiderat in noſtro amore quieſcere, noſque bonorum gratia meritorum ad ſe videndum perducere.

e *Beatus homo qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie, & obſeruat ad poſtes oſtij mei &c.*] Fores ſuas & poſtes oſtij ſui, ſcripturas ſanctas, & earum doctores nūcupat: ſine quibus ad vitam, quam pollicetur, non valemus ingredi.

Cap. IX. E

f *SApientia ædificauit ſibi domum.*] Quia de æternitate diuinitatis Chriſti ſufficienter dixerat: addidit & de aſſumpta humanitate dicere. Sapiētia ædificauit ſibi domum: quia hominem filius dei, quem in vnitatem ſuæ perſonæ ſuſciperet, ipſe creauit.

g *Excidit columnas ſeptem.*] Eccleſias per orbem ſeptiformi gratia ſpiritus erexit, quæ domum dei, ideſt, myſterium incarnationis eius, ne perfidorum improbitate memoria tolleretur, credendo, colendo, & prædicando quaſi ſuſtētando continerēt. Vel certe ſapientiæ domus, eccleſia Chriſti eſt, ex lapidibus viuis, hoceſt, ſanctis in tabernaculum ſibi conſtructa. F Columnæ autem doctores ſanctæ eccleſiæ ſeptiformi ſpiritu pleni: quales fuere Iacobus, Cephas, & Ioānes: Gal.2.b quas nimirum columnas ſapiētia excidit: quia ab amore præſentis ſæculi diſiunctas, ad portandam eiuſdem eccleſiæ fabricam mentes prædicantium erexit.

h *Immolauit victimas ſuas.*] Suis paſſionibus eccleſiam conſecrauit: vel vitam prædicantium mactari in perſecutione permiſit: quibus videlicet victimis contrariæ ſunt victimæ meretricis, ad quas ſtultos inuitat, vt ſupra lectū eſt, dicens: Victimas pro ſalute deuoui, hodie reddidi vota mea. Supra.7.c

i *Miſcuit vinum & propoſuit &c.*] Diuinitatis ſuæ arcana capere non valentibus, aſſumptæ humanitatis ſacramenta patefecit, & ſcripturæ ſacræ pabulum nobis aperiendo præparauit.

k *Miſit ancillas ſuas, vt vocarent ad arcem &c.*] Prædicatores infirmos ac deſpicabiles elegit, qui fideles populos ad ſuperna patriæ cæleſtis ædificia colligerent.

l *Si quis eſt paruulus, veniat ad me &c.*] Paruulos dicit humiles: inſipientes vero eos qui de mundanæ ſapiētiæ faſtu



locuta eſt: [a] Venite, commedite panem meū, & bibite vinum, quod miſcui vobis. [b] Relinquite infantiam, & viuite, & ambulate per vias prudentiæ. [c] Qui erudit deriſorem, ipſe ſibi facit iniuriam: & qui arguit impiū, generat maculam ſibi. [d] Noli arguere deriſorem, ne oderit te. [e] Argue ſapientem, & diliget te. Da ſapienti occaſionem, & addetur ei ſapientia. Doce iuſtum, & feſtinabit accipere. Principium ſapientiæ, timor domini: [i] & ſcientia ſanctorum prudentia. Per me enim multiplicabuntur dies tui, & addentur tibi anni vitæ. Si ſapiens fueris, tibimetipſi eris: ſi autem illuſor, ſaluus portabis malum. [f] Mulier ſtulta, & clamoſa, plenaque illecebris, & nihil omnino ſciens, ſedet in foribus domus ſuæ ſuper ſellam: [g] In excelſo vrbis loco: [h] Vt vocaret tranſeuntes per viam, & pergentes in itinere ſuo. [i] Quis eſt paruulus, declinet ad me: & vecordi locuta eſt: [k] Aquæ furtiuæ dulciores ſunt, & panis abſconditus ſuauior. [l] Et ignorauit quod gigtes ibi ſint, & in profundis inferni conuiuæ eius. Qui enim applicabitur illi, deſcendet ad inferos: nam qui abſceſſerit ab ea, ſaluabitur.

A faſtu nil habent. Tales autem vocat, vt eos ſua doctrina ſapientes reddat & altos.

a *Venite, comedite panem meum, & bibi. &c*] In pane, diuina eloquia: in vino mixto, cōiuncta in vnam Chriſti perſonam deitatis & humanitatis eius natura exprimitur, vt ſupra dictum eſt. Vel certe in pane, corporis ipſius: in vino mixto, ſanguinis ſacroſancti myſterium quo in altari, menſa videlicet eius ſatiamur, oſtenditur.

b *Relinquite infantiam, & viuite &c.*] Poſt oblatas epulas, addit & vitæ monita: vt quos præceptis ſuæ incarnationis myſteriis refecit, doctrinæ pariter cæleſtis inſtruat verbis.

c *Qui erudit deriſorem, ipſe ſibi facit iniur. &c*] Quaſi interrogares, cur ſapientia paruulos præ cæteris, & inſipiētes ad ſuas inuitaret epulas. B Ideo, inquit, feci: quia fruſtra laborat, qui verbum ſapientiæ inculcare nititur ei qui audire contemnit: ſapiētiorem ſe doctore, & maiorem exiſtere credens.

d *Noli arguere deriſorem, ne oderit te.*] Deriſor eſt Iudæus ſiue hæreticus, ſeu omnis hypocrita: qui ob hoc quod iuſtum ſe eſſe æſtimat, verba correptionis nequicquam recipit. Non eſt timendum, ne tibi deriſor, cum arguitur, contumelias inferat: ſed hoc potius prouidendum, ne tractus ad odiū, peior fiat. Ideoque tibi aliquoties ab eius correptione non tuæ timiditatis, ſed dilectionis eius gratia ceſſandum.

e *Argue ſapientem, & diliget te. Da ſapienti occ. &c*] Sapientem in profectu poſitum, ideſt, amatorem ſapientiæ dicit, quem ſupra pro humilitatę paruulum nuncupauit: nam perfectus ſapiens, non habet opus argui.

f *Mulier ſtulta & clamoſa, plenaque illeceb. &c.*] Mulier hæc hæreſis eſt, contraria nimirū ſapientiæ, quæ ſua ſuperius ſacramenta cecinit: C ſtulta ſcilicet per fatuum intellectum, & clamoſa per garrulitatem: plenaque illecebris vitiorum, & nihil omnino ſciens, ſicut ait Apoſtolus: Qui ſe exiſtimat ſcire aliquid, cum nihil ſcit, ipſe ſeducit ſe. Gal.6.a Sedit autem & ipſa in foribus domus ſuæ, ideſt, in doctoribus falſitatis, qui in penetralia perfidiæ miſeros fallendo introducunt. Super ſellam autem, quia cathedram ſibi prædicationis vſurpat. Hæc eſt cathedra peſtilentiæ, in qua beatus vir ſedere detrectat. Pſal.1.a

g *In excelſo vrbis loco.*] Dicit de ſapientia: quia in ſummis excelſiſque verticibus dat vocem ſuam: ſed illa in ſublimitate virtutum, hæc in ſupercilio elationis attollitur.

h *Vt vocaret tranſeuntes per viam, & pergentes in itinere ſuo.*]



D Vocat hæreſis ad perfidiam ſæpe catholicos: quos iter rectum agere, & viam ſæculi huius tranſire citius velle, atque ad æternam patriam feſtinare conſpicit.

i *Quis eſt paruulus, declinet ad me &c.*] Sapientia paruulos atque inſipientes ad ſuum conuiuium pene eiſdem verbis videtur inuitare. Sed diſtat, quod illa ſimpliciter ad ſe venire: hæc autē quos vocat ad ſe declinare ſuadet: quia illa nimirum ad rectum actionis iter quos errantes cernit, accerſit: hæc recte gradientes, ab itinere ſuo deuiare, & ad ſe diuertere docet.

K *Aquæ furtiuæ dulciores ſunt, & panis abſconditus, ſuauior.*] Aquæ furtiuæ, & panis abſconditus, doctrina hæreticorum, quæ ſtultis ac perditis ſuauior videtur. Sapientia palam mēſam propoſuit, & miſcuit vinum ſuum. E At ſtulta mulier nil meracum habens, ad aquas furtiuas, & abſconditum panem quoſcunque valet, aggregat: quia catholica eccleſia palā mūdo diuinorum eloquiorum conuiuia pandit, diuinitatis & humanitatis Chriſti myſteria celebranda præcipit. Vel certe in vino mixto, hiſtoricam ſimul & allegoricā auditoribus ſuis ſcientiam propinat, vt pro ſuo quenque captu, vitę poculis reficiat. At hæreticorum doctrina, publicæ fidei & profeſſioni, ſua ſecretim decreta prę͏ponit: & cum nil ſpirituale habeat, ſuauiorem ſe catholicis paſtoribus ſcientiā iactat docere, vt ſcilicet libentius audiantur, & agantur quæ palam in eccleſia dici credique prohibentur: & dulcius hauriatur inſipiētia quæ putatur ſciētia, cuius prohibita fuerat audientia. Poteſt in aquis furtiuis, baptiſma hæreticorum: in pane abſcondito, eorundem ſacrificium deſignari. At iuxta literam: Mulier adultera, in aquis furtiuis: & pane abſcondito, prohibita & illicita connubia dulciora aſſeuerat.

d *Et ignorauit quod gigantes ibi ſint, & in profundis inferni cōuiuæ eius &c.*] F Neſcit adultera, neſcit hæreticus: quia immundi ſpiritus ſuas domos habitant, & qui in profundis inferni pœnas luunt æternas: ipſi actibus luxurioſorum, ipſi hæreticorum dogmatibus, quaſi conuiuiis delectantur opimis. At cum rite in eccleſia, Chriſti ſacramēta celebrantur, verbum auditur & conſeruatur, qui eſt ſapientia dei: cōſtat quod angelicæ virtutes ibi ſint, & in excelſis cælorum, conuiuę fidelium. Pſal.77.e Panem enim cæli dedit eis: panem angelorum manducauit homo.



*Commentariorum libri primi finis.*

# COMMENT. BEDAE PRESBYT. IN PARABOLAS SALOMONIS, liber ſecundus,

## Chap. X.

a *PArobolæ Salomonis filij Dauid, regis Hieruſalem*] Nouum ponit titulum: quia nouum genus locutionis incipit, vt non ſicut prius de ſingulis bonorum malorumve partibus diutius diſputet, ſed alternis verſibus actus vtrorumque deſcribat.

### Cap. X.

PArabolæ [a] Salomonis filij Dauid regis Hieruſalem. [b] Filius ſapiens lætificat patrem: filius vero ſtultus, mœſtitia eſt matri ſuæ. [c] Non proderunt theſauri impietatis: iuſtitia vero liberabit a morte. [d] Non affliget dominus fame animam iuſti, & inſidias impiorum ſubuertet. [e] Egeſtatem operata eſt manus remiſſa: manus autem fortiũ diuitias parat. Qui autem nititur mendaciis, hic paſcit ventos: idem ſequitur aues volantes. [f] Qui congregat in meſſe, filius ſapiens eſt: qui autẽ ſtertit æſtate, filius confuſionis. [g] Benedictio domini ſuper caput iuſti: os autem impiorum operit iniquitas. [h] Memoria iuſti cum laudibus, & nomen impiorum putreſcet. Sapiens corde præcepta ſuſcipiet, ſtultus cæditur labiis. [i] Qui ambulat ſimpliciter, ambulat confidenter: qui autem deprauat vias ſuas, manifeſtus erit. [k] Qui annuit oculo, dabit dolorẽ. Stultus [l] labiis verberabitur. [m] Vena vitæ, os iuſti: [n] Os autem impiorum operit iniquitatem. Odium ſuſcitat rixas, & vniuerſa delicta operit charitas. [o] In labiis ſapientis inuenietur ſapientia, & virga in dorſo eius qui indiget corde. [p] Sapiẽtes abſcondunt ſcientiam: Os [q] autem ſtulti, confuſioni proximum eſt. Subſtantia [r] diuitis, vrbs fortitudinis eius: pauor

b *Filius ſapiens lætificat patrem: filius vero ſtultus mœſtitia eſt matri ſuæ.*] Qui accepta fidei myſteria bene ſeruat, lætificat deum patrem: qui vero hæc actione mala, vel hęreſi commaculat, matrem contriſtat eccleſiam.

c *Non proderunt theſauri impietatis: iuſtitia vero liberabit a morte.*] Et a tranſitoria morte ſæpius: vt Danielem, & tres pueros, a perpetua ſemper iuſtitia liberat. At vero theſauri per impietatem cõgregati, & ſi aliquando a morte corporali videntur eripere, plus tamen mali pro impietate qua acquiſiti ſunt, quam commodi in eo quod pro vita ſunt dati, conferũt. B *Dan.6.c & 3.e*

d *Non affliget dominus fame animam iuſti, & inſidias impiorum ſubuertet.*] Et ſi quando iuſtum impij fame affligunt vel etiam necant, non lædẽt animam eius, quam dominus in vita futura ſuæ gloria viſionis cõſolabitur, qui & eaſdem impiorum inſidias, in ipſos iuſte iudicãdo, retorquet.

e *Egeſtatem operata eſt manus remiſſa: manus autem fortium diuitias parat.*] Qui negligẽ- C ter viuit in hoc ſæculo, egebit bonis in futuro. At qui fortiter domino militat, diuitiis æternæ beatitudinis remunerabitur.

f *Qui congregat in meſſe, filius ſapiens eſt: qui autem ſtertit æſtate, filius confuſionis.*] Qui congregat Chriſto animas fideliũ, filius ſapiens eſt: & quidem meſſis hæc multa eſt, operarij autem pauci. Qui vero hoc tempore acceptabili a ſua ſalute curanda torpeſcit, confundetur in die retributionis. *Matth.9.d*

g *Benedictio domini ſuper caput iuſti: os autem impiorum operit iniquitas.*] Iuſtis dicetur in iudicio: Venite benedicti, percipite regnũ. Os autem impiorum quod comeſſationi & ebrietati, & colloquiis malis ſeruiebat, iniquitate quã geſſit, condemnabitur. Denique os illius operuit iniquitas: qui in tormentis poſitus, linguam ſibi in qua ob plura ſcelera plus punitus eſt, refrigerari quæſiuit. *Ibid.25.e* *Luc.16.f*

h *Memoria iuſti cum laudibus, & nomen impiorum putreſcet.*] Et in hac vita boni bonos, ſiue viuentes ſiue defunctos, laudibus efferunt. Impiorum autem & actus deteſtantur & nomen: & in vita futura, iuſti in dei laudibus viuunt. Reproborum autem honor, nomenque & laudes, putribus gehennæ ſuppliciis mutantur: vbi vermis eorum nõ morietur, & ignis eorum non extinguetur.

i *Qui ambulat ſimpliciter, ambulat confidenter: qui autem deprauat vias ſuas, manifeſtus erit.*] Qui ſimpliciter ſe viuere nouit, facile cuncta ſpernit aduerſa: quia ſe per hæc ad gaudia venturum eſſe confidit, dicẽs cum propheta: Dominus defenſor vitæ meæ, a quo trepidabo. Dum appropiant ſuper me nocentes, vt edant carnes meas. Qui tribulant me inimici mei: ipſi infirmati ſunt, & ceciderunt. *Pſal.26.a* At qui prauis incedit viis, nolens licet, pateſcit: ac digna factis recipit. Nihil enim occultum quod nõ reueletur. *Matth.10.c*

k *Qui annuit oculo, dabit dolorem.*] Qui in nutibus oculorum irridet aliquem, non euadet ſine dolore tormẽti, aut pęnitudinis: de qualibus dicit pſalmiſta: Qui oderũt me gratis: & annuũt oculis. Vel certe qui annuit oculo, dabit dolorem: quia filius ſtultus mœſtitia eſt matri ſuæ. *Pſal.34.c* *Sup.eodem.* E

l *Stultus labiis verberabitur.*] Vel ſuis videlicet, quibus dãnari meruit: quia mors & vita in manibus linguæ. Vel eorum a quibus (quia corrigi non potuit) ſententiam damnationis accepit. Quomodo pſalmiſta, cũ ait. Domine libera animam meam a labiis iniquis, & a lingua doloſa: Vtrunque a domino quærit, vt & ipſe labia iniqua, ac linguã doloſam non habeat: & aliorũ iniqtate ac dolis minime poſſit decipi. *Infr.18.d* *Pſal.101.a*

m *Vena vitæ, os iuſti.*] Et dominus de doctoribus: Qui credit, inquit, in me, ſicut ſcriptura dicit, flumina de ventre eius fluẽt aquæ viuæ. *Ioan.14.f*

n *Os autem impiorum, &c.*] F Impij ſunt, qui vel ſua vel proximorum errata, ne ad ſanitatem perueniant, defendendo contegunt: quod execrãs propheta, dominum orat, vt non declinet cor ſuum in verbum malum ad excuſandas excuſationes in peccatis. *Pſal.140.a*

o *In labiis ſapientis inuenietur &c.*] Virga in dorſo, eſt vindicta in poſterioribus, ideſt in ſequẽti vita: quã bene plaga illa famoſa, qua Philiſtęi in natib⁹ feriebãtur, exprimit. Qui ergo nõ vult virgã in dorſo portare, portet in labiis ſapiẽtiã: loquat laudes Chriſti, & pręcepta prędicet. Verũ qa ſemp dñm laudare, nõ autẽ ſemp docere: nec oĩa quæ nouit omnes docere ſapienti conuenit, recte ſubditur: *1.Reg.5.b*

p *Sapientes abſcondunt ſcientiam.*] Sciẽtes videlicet: quia tẽpus tacendi, & tẽpus loquendi. Vnde propheta: Dum cõſiſteret, inquit, peccator aduerſum me, obmutui, & humiliatus ſum, & ſilui a bonis. Et Apoſtolus: Nihil me iudicaui ſcire inter vos: niſi Chriſtum Ieſum, & hunc crucifixũ. *Eccl.3.b* *Pſal.38.a* *1.Cor.2.a*

q *Os autem ſtulti, confuſioni proximum eſt.*] Quia vel inordinate bona, vel aperte loquitur mala.

r *Subſtãtia diuitis &c.*] Diuites confidũt in diuitiis, quaſi in vrbe munita. Pauperes ideo pauẽt, ne deficiãt: quia ſe norunt egenos. Spiritualiter: qui in deũ diues eſt per bona opera, cõfidit in illo quaſi in vrbe inexpugnabili: quia a nullo poſſit hoſte ſuperari. At qui virtutũ inopia coanguſtantur: ideo cæleſtibus egent diuitiis, quia noxio pauore timent duros pro domino tolerare labores.

a *Abſcondunt*



uor pauperum, egeſtas eorum. Opus iuſti, ad vitam: fructus autem impij, ad peccatum. Via vitæ, cuſtodiẽti diſciplinam: qui autem increpationes relinquit, errat. [a] Abſcondunt odiũ labia mendacia: qui profert contumeliam, inſipiens eſt. In multiloquio non deerit peccatum: qui autem moderatur labia ſua, prudentiſſimus eſt. [b] Argentum electum, lingua iuſti: cor autem impiorum pro nihilo. Labia iuſti erudiunt plurimos: qui autem indocti ſunt, in cordis egeſtate morientur. Benedictio domini diuites facit: nec ſociabitur eis afflictio. [c] Quaſi per riſum ſtultus operatur ſcelus: ſapientia autem eſt viro prudentia. [d] Quod timet impius, veniet ſuper eum: deſiderium ſuũ iuſtis dabitur. [e] Quaſi tempeſtas tranſiens non erit impius: iuſtus autem quaſi fundamentum ſempiternum. [f] Sicut acetum, dentibus; & fumus, oculis: ſic piger his qui miſerunt eum in via. [g] Timor domini apponet dies, & anni impiorum breuiabuntur. [h] Expectatio iuſtorum, lætitia: ſpes autem impiorum peribit. [i] Fortitudo ſimplicis, via domini: & pauor his qui operantur malum. Iuſtus in æternum non commouebitur: impij autem nõ habitabũt ſuper terram. Os iuſti parturiet ſapiẽtiam: lingua prauorum peribit: Labia iuſti conſiderant placita: & os impiorum peruerſa.

### Caput XI.

[k] STatera doloſa, abominatio eſt apud deũ: & pondus æquum, voluntas eius. [l] Vbi fuerit ſuperbia, ibi erit & contumelia. [m] Vbi autem humilitas, ibi & ſapientia. Simplicitas iuſtorum diriget eos, & ſupplantatio peruerſorum vaſtabit illos. Non proderunt diuitiæ in die vltionis, iuſtitia autem liberabit a morte. Iuſtitia ſimplicis diriget viam eius: & in impietate ſua corruet impius. Iuſtitia rectorum liberabit eos, & in inſidiis ſuis capientur iniqui. [n] Mortuo homine impio, nulla

A a *Abſcondunt odium labia mendacia: qui profert contumeliam, inſipiens eſt.*] Si ergo verax, & ſapiens eſſe deſideras, odiũ neque in abſcondito cordis contege, nec per oris contumeliam profer: ſed tuum & cor dilectione, & os veritate repleatur.

b *Argentum electum, lingua iuſti: cor autem impiorum pro nihilo.*] Sanctorum prædicatio igne ſpiritus ſuccincta, velut argẽtum examinatur. Argentum quippe vel aurũ, ſi reprobum eſt, igne conſumitur: ſi vero probatum, igne declaratur: ſic nimirum eſt ſenſus vniuſcuiuſque operantis. Nam qualis ſit in eo quod laudatur, oſtenditur, hoc eſt, ſapientia huius mundi, ſeu hæreticorum dogma apud eos qui in verbo dei eruditi eſſe noſcuntur, pro nihilo exiſtimatur.

c *Quaſi per riſum ſtultus operatur ſcelus: ſapientia autem eſt viro prudentia.*] B Prudentia a prouidendo nomen accepit. Stult⁹ igitur eſt qui gaudet in ſcelere. Sapientis autem eſt & eius, qui viri nomine dignus ſit præuidere: quia riſus dolore miſcebitur: & gaudia peccandi, pœna ſequetur vltionis. *Infr.14.b*

d *Quod timet impius, veniet ſuper eum: deſiderium ſuum iuſtis dabitur.*] De illo impio dicit, qui ſciens peccat. Timet ergo impius videre diſtrictum iudicem: Deſiderant iuſti diſſolui & eſſe cum Chriſto. Ille ne terrenis gaudiis priuetur, & ſempiterna vltione plectatur: iſti ne incolatus eorum prolõgetur: ſed præmia pro quibus certauere, percipiant: vtriſque autem quod corde tenent, adueniet. *Phil.1.a*

e *Quaſi tempeſtas tranſiens nõ erit impius &c.*] C De perſecutoribus eccleſiæ dicit, qui domũ fidei ſubuertere quærunt: ſed illa in vero fundamento, hoc eſt, in Chriſto collocata, ipſi extemplo diſpereunt.

f *Sicut acetum dentibus, & fumus oculis: ſic piger his qui miſerunt eum in via.*] Sicut acetum dentibus, & fumus contrarius eſt oculis: ita ſacerdos in eccleſia prauus per acredinem peccati fidelium ſenſus obtundere facit: atque erroris ignorantia oculos cordis eorũ ab intuitu fidei ſeu intellectu rectitudinis, dum caligant, velut fumus excæcat. Sicut hæreticorum perfidia bonis doctoribus moleſtiam generat & lacrymas: ſic male viuens catholicus eis qui ſe fidem ſuam ex operibus oſtendere iuſſerunt, per inertiam grauis eſt. Oculi quippe & dentes, prædicatores ſunt ſanctæ eccleſiæ: qui ei & recta itinera præuidere, & alimenta ſpiritualia ſuggerere ſolẽt. Porro acetum quod a vino degenerat: & fumus qui ab igne aſcendens euaneſcit, eos qui ab eccleſiaſtica ſuauitate & charitate per ſuperbiam vel ſocordiam recedentes, hanc etiam verbis impugnant, figurate denuntiant: de quibus dicit Ioannes: Ex nobis exierunt, ſed non erant ex nobis. *1.Ioan.2.c*

g *Timor domini apponet dies, & anni impiorum breuiabuntur.*] D Qui deo fideliter ſeruiunt, æterna luce donabuntur: at qui impietati mancipantur, cum hac vita, perdunt bona quæ amant.

h *Expectatio iuſtorum lætitia: ſpes autem impiorum peribit.*] Patet quia iuſti lætantur in expectatione vitæ ſequentis, quamuis contriſtentur afflictione preſſuræ præſentis. Vnde eſt illud: Tu es mihi refugium in preſſura quæ circundedit me, exultatio mea. At vero impij qui ſe putant in futuro requieturos: aut certe nullos poſt mortem futuros falluntur. Neque huic repugnat ſententiæ quod ſupra dictum eſt: Quod timet impius, veniet ſuper eum. Sunt enim qui ſcientes futurorum bonorum malorumque iudicium: nihilominus negligentia vel deſperatione, vel etiam de induſtria peccant: talibus ergo interitus quem timent, eueniet. Sunt qui mala faciunt, & aut nunquam punienda æſtimant, aut vt bene geſta, ideoque bona mercede remuneranda iudicant, de quibus recte dicitur: Quia ſpes impiorũ peribit. Nam & de his qui ſcientes delinquunt, ſubſequenter adiungit. *Pſal.31.b* E

i *Fortitudo ſimplicis, via domini &c.*] Si, inquit, abdita ſcripturarum comprehendere non vales, non tamen de ſalute deſperes: ſed gradere viam domini, age bona quæ noſti, & inter fortes connumeraberis. Sed merito paueant illi, qui recta quæ nouerunt, facere contemnunt: quia certa reſtant quæ ſequantur mala.

#### Cap. XI.

k *STatera doloſa &c.*] Statera doloſa, non tantum in menſuratione pecuniæ, ſed in iudiciaria diſcretione tenetur. Qui enim aliter cauſam pauperis, aliter potentis, aliter ſodalis, aliter audit ignoti: ſtatera vtique librat iniqua. Sed & is qui ſua bene geſta meliora quam proximorum, ſuaque errata iudicat leuiora, trutina ponderat doloſa. Necnon & ille qui onera importabilia imponit in humeros hominum: ipſe autem vno digito ſuo non vult ea tangere: Ille etiam qui in publico bona, & mala agit in occulto, pro iniquitate libræ doloſæ abominatur a domino. At qui ſynceriter agit in omnibus, qui cauſam & cauſam æqua lance diſcernit: is nimirum iuſti iudicis voluntati, & actioni congruit. F *Luc.11.f*

l *Vbi fuerit ſuperbia, ibi erit & contumelia.*] Quia ſuperbi vel contumelioſe ſe gerunt per contemptum, ſiue per ignorantiam diſciplinæ, vel proximis contumelias ingerunt: vel certe quia omnis qui ſe exaltat, humiliabitur.

m *Vbi autem humilitas, ibi & ſapientia.*] Abſcondiſti, inquit, hæc a ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis, ideſt, humilibus. *Luc.10.d*

n *Mortuo homine impio &c.*] Heu miſere hanc ſententiam pertranſiit Origenes: qui poſt vniuerſale extremumq; iu-

nulla erit vltra ſpes. [a] Et expectatio ſolicitorum peribit. [b] Iuſtus de anguſtia liberatus eſt, & tradetur impius pro eo. [c] Simulator ore decipit amicum ſuum: iuſti autem liberabuntur ſcientia. In bonis iuſtorum exaltabitur ciuitas, & in perditione impiorum erit laudatio. Benedictione iuſtorum exaltabitur ciuitas, & ore impiorum ſubuertetur. [d] Qui deſpicit amicum ſuum, indigens corde eſt: vir autem prudens tacebit. [e] Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana: qui autem fidelis eſt, cælat amici commiſſum. [f] Vbi non eſt gubernator, populus corruet: ſalus autem vbi multa conſilia. [g] Affligetur malo, qui fidem facit pro extraneo: [h] Qui autem cauet laqueos, ſecurus erit. [i] Mulier gratioſa inueniet gloriam. [k] Et robuſti habebunt diuitias. Benefacit animæ ſuæ vir miſericors: qui autem crudelis eſt, propinquos abiicit. Impius facit opus inſtabile: ſeminanti autem iuſtitiam, merces fidelis. Clementia præparat vitam, & ſectatio malorum, mortem. Abominabile domino cor prauum, & voluntas eius in his qui ſimpliciter ambulant. [l] Manus in manu, non erit innocens malus: [m] Semen autem iuſtorum ſaluabitur. [n] Circulus aureus in naribus ſuis, mulier pulchra & fatua. [o] Deſiderium

A dicium, vitam credidit omnibus impiis & peccatoribus dandam. Notandum autem quod & ſi impiis poſt morté ſpes veniæ non eſt: ſunt tamen qui de leuioribus peccatis, cum quibus obligati defuncti ſunt, poſt mortem poſſunt abſolui: vel pœnis videlicet caſtigati, vel ſuorum precibus & eleemoſynis, miſſarumq; celebrationibus: ſed hæc quibuſcunque fiunt: & ante iudicium, & de leuioribus fiunt erratis. Qui vero ſe longo poſt iudicium tempore liberandos putant, falluntur: & fortaſſe ad eos pertinet quod ſequitur:

a *Et expectatio ſolicitorum peribit.*] Item alia eſt ſolicitudo qua boni ſemper ad impléda dei pręcepta ſunt præcincti: alia qua reprobi cũ ſcienter peccãt, ſoliciti metuũt: quãdo æternã rapiantur ad pœnam. Ideoque recte expectatio eorum qui deo ſolicita mente ſeruiũt, coronabitur: B eorum vero qui deum contemnentes, & ante iudicium propria conſcientia ſe accuſante, condemnantur. Expectatio ſolicitorum peribit. Hunc verſum longe aliter habet antiqua trãſlatio quæ ait. Defuncti hominis iuſti, non periet ſpes: gloria autem impiorum peribit.

b *Iuſtus de anguſtia liberatus eſt, & tradetur impius pro eo.*] Martyr quiſque de anguſtia paſſionis liberatus eſt poſt mortem, & tradetur in pœnam pro eius cauſa perſecutor, qui illum anguſtiauit. Iacobus martyrio coronatus eſt, Petrus de carcere ſaluatus, Act.12.a & Herodes qui eos perſecutus eſt, a vermibus viſibiliter conſumptus, raptus eſt, vbi inuiſibiliter vermis eius non morietur, & ignis non extinguetur.

c *Simulator ore decipit amicum ſuum: iuſti autem liberabuntur ſcientia.*] Hæreticus ſimulans doctrinam catholicam, decipit auditorem ſuum: qui autem iuſte veritatem ſequuntur euangelij, liberabuntur ſcientia catholica, ne decipula rapiantur hæretica.

C d *Qui deſpicit amicum ſuum, indigens corde eſt, vir autem prudens tacebit.*] Non eſt deſpiciendus vel deridendus a nobis, qui nos ſimpliciter amare probatur, etiam ſi inepte quid per imperitiam faciat: qui enim hoc facit, indigens eſt ſapientiæ. At vero prudens quiſque de talium commiſſis publice tacet: ſed hæc occulte caſtigat. Quod idem in ſequentibus verſiculis arctius inculcatur, dum dicitur:

e *Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana: qui autem fidelis eſt, cælat amici commiſſum.*] Et in euangelio dominus dicit: Luc.17.e Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipſum ſolum: ſi te audierit, lucratus eris fratrem tuũ: ſi autem te non audierit, adhibe tecum adhuc vnum vel duos, vt in ore duorum vel trium teſtium, ſtet omne verbum, & cætera. Vnde & hic recte ſubinfertur.

f *Vbi non eſt gubernator, populus corruet: ſalus autem, vbi multa conſilia.*] Ne enim te putares amici commiſſa, ſi corrigere non potes, vltra cælare debere: recte dicit populum ſine gubernatore corruere: ſaluari autem vbi multa ſint conſilia, vt oſtendat quod ſolus emendare non vales, pluribus eſſe reuelandum, vt vnanimi omnium corrigatur induſtria.

g *Affligetur malo, qui fidem facit pro extraneo.*] In promptu eſt litteræ ſenſus. Sed eſt a ſorte ſanctorum extraneus, qui peccata ſua pęnitendo corrigere diſſimulat, & quicunque talibus, vel communionis gratiam concedit, vel vitam D promittit æternam: quia pro extraneo fidem facit, ſeipſum profecto ante diſtricti iudicis oculos, vltione dignum redddit. Vel ille pro extraneo fidem facit, qui indignus ad ſacerdotium anhelans, in ſponſionis ſuæ fide animas proximorum ſuſcipit.

h *Qui autem cauet laqueos, ſecurus erit.*] Securus erit in futuro, qui nunc bene formidoloſus, & ſua ſedulus errata per pænitentiam curat, & ab impænitentium ſe ſocietate ſeruat immunem.

i *Mulier gratioſa inueniet gloriam.*] Mulier gratioſa, ſancta eccleſia intelligitur: quæ in præſenti vita, gratia dei, hoceſt, chariſmatum donis repleta eſt, & in futuro gloriam æternam adeptura eſt.

k *Et robuſti habebunt diuitias.*] Robuſti, ſunt omnes perfecti, qui in hac vita præſenti per donum ſpiritus ſancti virtutum diuitias poſſi- E dent, & in futuro æterna beatitudine perfruentur.

l *Manus in manu, non erit innocens malus.*] Qui manum iungit in manu, nil vtique operatur: ſed manus in manu, non erit innocens malus: quia & ſi ab iniqua actione manus ad horam ſubtrahit, cordis tamen innocentiam malus habere non valet. Vnde & præmittitur: Abominabile domino cor prauum.

m *Semen autem iuſtorum ſaluabitur.*] Hoc eſt quod ſupra dicitur: Seminanti auté iuſtitiam, merces fidelis. Vel certe, ſemen iuſtorum ſaluabitur: quia qui præcedentium iuſtorum exempla ſectantur, horum quoque veſtigia ad videnda ſalutis ęternę gaudia ſequuntur. De quibus Eſaias. Omnes qui viderint eos, cognoſcent illos: quia iſti ſunt Eſa.61.d ſemen cui benedixit dominus.

n *Circulus aureus in naribus ſuis, mulier &c.*] Circulum aureum, ſi in naribus ſuis infixeris, nihilominus ille terram vertere naſo, & volutabro luti properat immergi: ita mulier fatua, ſi pulchritudinem vultus vel habitus acceperit, F ſuam tamen faciem ad infima declinare, ſuam ſpecioſitatem ad euertendos vbique caſtitatis floſculos circunferre, & ſe cœno voluptatis inquinare diligit. Aliter: Qui ornamentum diuinorum eloquiorum meditando cõſequitur, ſed hoc male viuendo inſequitur, circulum aureum habet in naribus: ſed more ſuis terram ſubigere non deſiſtit: quia quod odore iuſtitiæ percepit, immunda actione ſordidauit. Ideoque talis anima, mulier pulchra & fatua eſſe cenſetur: quia carnalibus dedita illecebris, pulchra eſt per ſcientiam: ſed per actionem, fatua. Aliter: Qui doctrinam hæreticam nitore vidit eloquij reſplendere, nec tamen ſapientię apto intellectui congruere, circulus aureus in naribus ſuis, ideſt, pulchra & circũflexa locutio in ſenſibus mentis ſtultæ: cuius ex eloquio aurum ſplendet, ſed tamen ex terrenæ intentionis pondere more ſuis ad ſuperiora non reſpicit. Quod ſecutus expoſuit dicens: Mulier pulchra & fatua, ideſt, doctrina hęretica. Pulchra per verbum, fatua per prauum intellectum.

o *Deſiderium iuſtorum, &c.*] Deſiderium iuſtorum, regnum cælorum: expectatio vero impiorum, furor iudicij venturi. Semper iuſti iuſtitiam vbique regnare deſiderãt: at impij etiam cũ quieſcere ab impietatis executione videtur, propoſito tamen diræ mentis ad inferendã cuilibet vim



rium iuſtorum, omne bonum eſt: præſtolatio impiorum, furor. [a] Alij diuidunt propria, & ditiores fiunt. [b] Alij rapiunt non ſua, & ſemper in egeſtate ſunt. [c] Anima quæ benedicit, impinguabitur: & qui inebriat, ipſe quoque inebriabitur: [d] Qui abſcondit frumenta, maledicetur in populis: benedictio autem ſuper caput vendentium. [e] Bene conſurgit diluculo qui quærit bona: qui autem inueſtigator malorum eſt, ab eis opprimetur. [f] Qui confidit in diuitiis ſuis, corruet: iuſti autem quaſi virens folium germinabunt. [g] Qui conturbat domum ſuam, poſſidebit ventos: & qui ſtultus eſt, ſeruiet ſapienti. [h] Fructus iuſti, lignum vitæ: [i] Et qui ſuſcipit animas, ſapiens eſt. [k] Si iuſtus in terra recipit, quanto magis impius & peccator? Qui diligit diſciplinam, diligit ſcientiam: qui autem odit increpationes, inſipiens eſt.

## Cap. XII.

1 QVi bonus eſt, hauriet a domino gratiã: qui autem cõfidit cogitationibus ſuis, impie agit. Non roborabitur homo ex impietate, & radix iuſtorum non commouebitur. [m] Mulier diligens, corona eſt viro ſuo: & putredo in oſſibus eius, quæ confuſione res dignas gerit. [n] Cogitationes iuſtorum, iudicia:

A vim furoris intendunt. Et hoc eſt quod ſupra dicitur. Manus in manu non erit innocens malus. Item: Præſtolatio impiorum, furor: Quia plerunque ira per ſilentium clauſa intra mentem vehementius æſtuat.

a *Alij diuidunt propria, & ditiores fiunt.*] Quia centuplum accipiunt in hoc tempore, & in ſæculo venturo, vitam ęternam. Electi qui proprias ſubſtantias præſenti in vita ob amorem regni cælorum indigentibus per eleemoſynas diuidunt, ditiores fiunt in cæleſtibus & ſpiritualibus donis, quam olim fuerant in terrenis & carnalibus poſſeſſionibus.

b *Alij rapiunt non ſua, & ſemper in egeſtate ſunt.*] Semper, inquit, in egeſtate raptores, non ſolum in tormentis, vbi nec ſtillam aquæ, vnde ad modicum refrigerentur, accipiunt: ſed & in præſen- B ti, vbi quamuis innumera rapiat, ſemper auarus eget.

c *Anima quæ benedicit, impinguabitur: & qui inebriat, ipſe quoque inebriabit.*] Qui exterius benedicit prædicando, interius augmenti pinguedinem recipit: & dum ſacro eloquio mentem auditorum deebriare non deſinit, potu multiplicis muneris deebriatus excreſcit.

d *Qui abſcondit frumenta, maledicetur in populis: benedictio autem ſuper caput vendentium.*] Qui ſanctæ prædicationis apud ſe verba retinet, talis maledicitur in populis: quia non ſolum culpa ſilentij, ſed pro multorum quos corrigere potuit, pœna damnatur. Ipſe eſt ſeruus piger & malus, qui pro retentione talenti quod accepit, in exteriores tenebras miſſus eſt. Vendunt autem frumentum qui verbum vitæ audientibus conferunt, a quibus pretium fidei & confeſſionis recipiant: dicente domino. Negotiamini Luc.19.c dum venio: quorum capiti benedictio ſuperuenit, dum ſingulis de tali negotio redeuntibus dominus dicit. Euge C ſerue bone & fidelis: quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam: intra in gaudium domini tui.

e *Bene conſurgit diluculo qui quærit bona: qui &c.*] Bona quęrere quæ facere debeas, quibus ad cæleſtia bona peruenias: hoc eſt bene diluculo conſurgere, ideſt, creſcente luce ſcientiæ ad bonum opus accingi. Vel certe bene, ideſt, ad vitam conſurget in tempore reſurrectionis, qui nunc bona quærit in tempore operationis. Qui autem mala quæ dicat, ſiue agat modo ſolers inquirit: tunc eorum pondere, ne ad altiora regni perueniat, retardatur.

f *Qui confidit in diuitiis ſuis corruet: iuſti autem quaſi virens folium germinabunt.*] Qui præſentibus bonis inhians futura non cogitat, vtriſque in nouiſſimo carebit: qui autem ſpe futurorum præmiorum bona faciunt in præſenti, iuſte quod ſperant, accipiunt. Virens quippe in arbore folium, fructus quos nondum oſtendere habet, ſignat affuturos & iuſti quaſi virens folium germinant: quia ſpe ſalui facti, in fidei ac virtutum gratia proficere non ceſſant.

g *Qui conturbat domum ſuam, poßidebit ventos: & qui ſtultus eſt, ſeruiet ſapienti.*] Stultus, eſt peccator quilibet: qui dum vitam ſapientis, hoc eſt, iuſti inuidet atque inuidẽdo perſequitur, ad probationem eius velut ignis auro deſeruit. Qui mentem ſuam tumultibus cogitatuum noxiorum conturbari non metuit: hanc vtique malignorum ſpirituum fluctibus quibus obruatur, aperit. Et qui ſtultus eſt, ſapientem perſequitur. Per hoc ei etiam dominando ſer- D uit: quia patientiam eius premendo probatiorem reddit, vt ſe videlicet damnato, ille brauium pro quo certabat, accipiat.

h *Fructus iuſti, lignum vitæ.*] Merces iuſti, viſio eſt Chriſti. Ipſe nanque eſt ſapientia, de qua dictum eſt: Lignum vitæ eſt amplectentibus eam. Et in Apocalypſi: Apoc.2.b Qui vicerit, inquit, dabo ei edere de ligno vitę, quod eſt in paradiſo dei mei. Et hunc fructum modo iuſti expectant, quamdiu ſicut prædictum eſt, quaſi virens folium germinant.

i *Et qui ſuſcipit animas, ſapiens eſt.*] Qui animarum curam pro domino ſuſcipit, vt eas ſcilicet vel errantes doceat, vel mœſtas conſoletur: vel egentes temporalibus bonis ſuſtentet, vel renitentes ad remedia ſalutis per- E trahat: vel paſtore deſtitutas gubernet, quo vna ſecũ plures ad dominum perducat: qui, inquam, ita animas ſuſcipit, ſapiens eſt. Quia nimirum ſuæ animæ per hæc vnde ſublimius cum domino regnet, procurat.

k *Si iuſtus in terra recipit, quãto magis impius & pec. &c.*] Si ſancti martyres tanta paſſi ſunt iuſti, quãta putas eos manere tormenta, qui illos affligebant iniuſti? Si Iob & Tobias, cæterique dei electi tanta in hac vita receperunt aduerſa: quid contriſtaris, ſi te qui tam longe a iuſtorum veſtigiis iaces, tentans ad modicum afflictio tangit? Et quidem te & ſi impium dicere aut credere non debes: peccatorem tamen te eſſe, ideſt, aliqua habere peccata parua ſiue magna, aperta ſiue occulta, inficiari non debes: imo confiteri debes, ne te ipſe ſeducas, & veritas in te eſſe non poſſit. Si ergo iuſti in terra receperunt, Abel martyrij, & Iob exempla patientiæ: quanto magis impij Antiochus, atque Herodes, & peccatores in euangelio paralytici, qui non niſi dimiſſis F primo peccatis, curari a domino potuerunt? Notandum quod hanc ſententiam Petrus in epiſtola iuxta antiquam tranſlationem poſuit, dicens. Et ſi iuſtus vix ſaluabitur, 1.Pet.4.d impius & peccator vbi parebunt?

## Cap. XII.

1 *QVi bonus eſt, hauriet a domino gratiam: qui autem &c.*] Horum verſiculorum connexio talis eſt. Qui bonus eſt, non confidit in cogitationibus ſuis: ſed domini gratiam quærit, ac per illam accipit, vt pie viuere poſſit. Qui autem cogitationibus ſuis confidit, bonus eſſe nequit. Nam quia gratiam ſuperni adiutoris petere non curat, merito in impia actione perdurat.

m *Mulier diligens, corona eſt viro ſuo, &c.*] Patet litteræ ſenſus. Quia mulier bona & caſta, honorem viro ſuo præbet in omnibus eius virtutibus: ipſa domum bene regens, quaſi gratiam addit coronæ. At vero adultera, & ſi foris ſpecioſa paret, intus tamen fœtore luxuriæ ſua membra inquinat. Verum ſpiritualiter, eccleſia coronam Chriſto non aliam quam ſeipſam offert: Omnes enim qui in cir- Pſal.76.b cuitu eius ſunt, offerũt munera: & filius Sirach de magno ſacerdote: Ipſe ſtans iuxta aram, & circa illum corona fratrum. At oſſa, ideſt, virtutes quas hæreticorum factio cer- Eccl.50.b nitur habere, putredo praui dogmatis corrumpit.

n *Cogitationes iuſtorũ, iudicia: & conſilia impiorũ fraudulẽta.*]

A Iuſti ſua facta, ſi domino placeant, ſedula meditatione diiudicãt: ne forte ipſis minus ſolicitis, ſupernus arbiter cõtra eos inuiſibiliter aduerſa diſponat: iuxta illud Apoſtoli. (1.Cor.11.g) Si noſmetipſos diiudicaremus, non vtique diiudicaremur. At reprobi diuini timoris obliti, de fraude quam faciunt, ſua conſilia cogunt.

a *Verte impios, & non erunt: domus autem iuſtorum permanebit.*] Verſi de hac vita impij, non erunt quod fuerãt. quia poſt mortem nõ qualia credebant, inueniunt: ſed ſpe ſua fruſtrati, pro pręmiis tormenta recipiunt. Domus autem iuſtorum, ideſt, eccleſia: quæ partim peregrinatur in terris, partim regnat in cælo, nunquam deficit: ſed quæcunque membra eius hinc illo perueniunt, ibidem gaudia quæ ſperabant, inueniunt. Aliter. Verte impios, & non erunt. Quod multa impietas in diis gentilium, multa in ſectis hęreticorum, B multa in præſtigiis magorum, multa in perſecutionibus extitit paganorum: ſed & his domino donante ſubuerſis, ablata eſt pariter & memoria impietatis eorum: etiam ipſi apices ſtulti, ipſa dogmata igne ſunt rapta, vt in Epheſo actum tempore apoſtolorum legimus. (Act.19.) Domus autem iuſtorum permanebit: quia ſancta eccleſia nunquam vel abſcondi potuit, vel auferri: nihil ex eius corrumpere ſcripturis, in nullo eius fidem violare, tãta temporum lõgitudo præualuit. Poteſt & ita intelligi. Verte impios, & non erunt: conuerte eos ab impietate, & non erunt iam impij, ſed iuſti, pro quo alia tranſlatio dicit: Quocunque ſe conuertit ſceleſtus, exterminabitur: cui contra de ſanctis dicitur. C Quoniam diligentibus deum, omnia cooperantur in bonum. (Rom.3.c)

b *Doctrina ſua noſcitur vir.*] Viros vocare ſcriptura ſolet eos, qui virtutibus ſunt præditi diuinis. (1.Cor.16.c) Vnde Apoſtolus. Vigilate, ſtate in fide, viriliter agite. Doctrina ergo ſua quiſque vir eſſe noſcitur: quia ſi recta docet, & hæc operibus implet, ſanctus eſſe colligitur.

c *Qui autem vanus & excors eſt, patebit contemptui.*] Quia ſcilicet ipſe virilis animi fortitudinem habere cõtempſit.

d *Melior eſt pauper & ſufficiens ſibi, quam glorioſus & indigens pane.*] Melior eſt idiota & ſimplex frater, qui bona quæ nouit operans, vitam meretur in cælis, quam qui clarus eruditione ſcripturarum, vel etiam doctoris functus officio, indiget pane dilectionis. De cuius dilectionis ea parte quæ ad proximum pertinet, ſubſequenter adiungit.

e *Nouit iuſtus animas iumentorum ſuorum.*] Ideſt, miſeretur & compatitur hebetudini ac fragilitati proximorum ſibi commiſſorum.

f *Viſcera autem impiorum crudelia.*] Impios autem hoc loco ſacerdotes appellat, qui non ſolum non compatiuntur ſubditis: ſed etiam iuxta hoc quod dominus ait, percutiũt pueros & ancillas, ideſt, inſipientes, & vitiorum enormitate debiles, dicẽtes: (Luc.12.f) Moram facit dominus meus venire.

g *Qui operatur terram ſuam: ſaturabitur panibus: qui autem ſectatur otium, ſtultiſſimus eſt &c.*] Ille terram ſuam ſtrennue operatur, qui arcana cordis ſui per quotidiana exercitia, D per legis meditationem, per vigilantiam mentis, quaſi qui exercet agriculturam, inſtanter erudit, atque ſpiritualibus cibis velut panibus, ne fame ignorantiæ periclitetur, interiori hominis ſui ſenſum reficere non deſiſtit. Qui exercet animam ſuam ſpiritualibus ſtudiis: & nunc virtutibus, & tunc dapibus ſaturabitur præmiorum. Qui autem pro ſalute animæ ſuæ nunc laborare detrectat, tũc inter ſtultos reprobabitur: tametſi nunc vel diuina, vel mundana ſapientia glorioſus videtur.

cia: & conſilia impiorum, fraudulenta. Verba impiorum inſidiantur ſanguini: os iuſtorum, liberabit eos. [a] Verte impios, & non erunt: domus autem iuſtorum permanebit. [b] Doctrina ſua noſcitur vir: [c] Qui autem vanus & excors eſt, patebit contemptui. Melior [d] eſt pauper & ſufficiens ſibi, quam glorioſus & indigens pane. [e] Nouit iuſtus animas iumentorum ſuorum: [f] Viſcera autem impiorum crudelia. [g] Qui operatur terram ſuam, ſaturabitur panibus: qui autẽ ſectatur otium, ſtultiſſimus eſt. Qui ſuauis eſt, viuit in moderationibus, & in ſuis monitionibus relinquit contumeliam. [h] Deſiderium impij monumentum eſt peſſimorum: [i] Radix autem iuſtorum proficiet. Propter peccata labiorum, ruina proximat malo: effugiet autem iuſtus de anguſtia. [k] De fructu oris ſui, vnuſquiſque replebitur bonis: [l] Et iuxta opera manuum ſuarum retribuetur ei. Via ſtulti recta in oculis eius: qui autem ſapiens eſt, audit conſilia. [m] Fatuus indicat ſtatim iram ſuam: qui autem diſſimulat iniuriam, callidus eſt. Qui quod nouit loquitur, iudex iuſtitiæ eſt: qui autem mentitur, teſtis eſt fraudulentus. [n] Eſt qui promittit, & quaſi gladio pungitur conſcientiæ: [o] Lingua autem ſapientium eſt ſanitas. [p] Labium veritatis firmũ erit in perpetuum: qui autem teſtis eſt repentinus, concinnat linguam mendacij. Dolus in corde cogitantium mala: qui autem pacis ineunt conſilia, ſequitur eos gaudium. Non contriſtabit iuſtum quicquid ei acciderit: impij autem

h *Deſiderium impij, monumentum eſt peſſimorum.*] Deſiderat impius præcedentes malos imitari, & de illorum vita atque actibus loqui. Vel certe deſiderium eius eo tẽdit, quamuis ipſo neſciente, vt cum prioribus iniuſtis, æternæ mortis carcere claudatur. E Verum quia tales exitum quem minime præuident, incurrunt: dicit econtra de bonis.

i *Radix autem iuſtorum proficiet.*] Quia nimirum fides, & charitas electorum, qua radicati ſunt in Chriſto, nequaquam eos fallit: ſed ad perfectiora ſemper creſcẽs, pluſquam ſperare nouit, in futuro percipiet.

k *De fructu oris ſui vnuſquiſque replebitur bonis.*] Fructus oris, eſt ſermo bonus. Nam qui mala loquitur, non fructum ore generat, ſed damnum. Omnis igitur qui bona loquitur, bonis donabitur æternis: ſi tamen his quæ loquitur, actu non repugnat. Hoc etenim vigilanter adiungit, cum dicit:

l *Et iuxta opera manuum ſuarum retribuetur ei.*] Neque enim aliter fructuoſus fit ſuus ſermo doctori, niſi ipſe F prior faciat bona quæ docet.

m *Fatuus indicat ſtatim iram ſuam &c.*] Qui ſe in præſenti deſiderat vlciſci, fatuus eſt: qui autem pro domino iniuriã contemnit, ſapiens. Hunc verſiculum alia tranſlatio ſic habet: Stultus eadem hora pronuntiat iram ſuam: occultat autem ignominiam ſuam aſtutus. Non autem ignominioſam iracundiæ paſſionẽ ita a ſapientibus occultandã eſſe decernit, vt eius velocitatem culpans, non prohibeat tarditatẽ: quam vtique ſi per neceſſitatẽ humanæ infirmitatis irruerit, ideo cẽſuit occultandã: vt dum ad præſens ſapienter obtegitur, a ſapientibus amoueatur, & in perpetuum deleatur. Hæc enim eſt natura iræ, vt dilata lãgueſcat, & pereat: prolata vero magis magiſque ferueat.

n *Eſt qui promittit &c.*] Promittunt ſe nonnulli obedire veritati: ſed vbi tentatio terrens, ſiue blandiens impedimentum præſtiterit, deſerunt quidem cœpta: ſed tamen conſcientia promiſſi, quaſi gladio punguntur.

o *Lingua autem ſapientium eſt ſanitas.*] Quia & bona quæ promittunt, ipſi perficiendo ad vitam perueniunt: & aliis quæ ſequantur, prædicando demonſtrant.

p *Labium veritatis &c.*] Labiũ veritatis, eſt prædicatio apoſtolorũ atq; prophetarũ: quorũ locutio dum a tramite veritatis nõ deuiat, in æternũ firma perſiſtit: quia diſſolui minime poteſt: Teſtis repẽtinus, doctor eſt hæreticorũ: q ab



A ab eorũ dictis aberrans: dum ea quæ recte non ſentit, repente pronuntiare cupit: mendacium potius quam veritatis locutionem cogitatione ſua componit. Fides eccleſiaſtica ſemper manebit: qui autem repente noua dogmata infert, mendacij eſt miniſter.

a *Homo verſutus cælat ſcientiam.*] Verſutus hoc loco in bono intelligitur: id eſt, ſapiens & prudens, qui nonnunquam de induſtria, ſuam cælat ſcientiam: duplici nimirum ratione, vel non valens infirmis auditoribus loqui quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus: (Matth.7.a) vel nolens dare ſanctum canibus: neque ante porcos margaritas proiicere.

b *Et cor inſipientium prouocat ſtultitiam.*] (Rom.12.a) Quando vel ipſi plus appetentes ſapere, quã oportet ſapere, eovſque meditando proſiliunt, vt pro ſapientia, ſtultitiam teneant. Vel certe alios, quæ necdum B capere queunt, docere nitẽtes, ad maiorem eos ſtultitiam prouocãt, & quaſi ſauciis oculis lumen ingerẽtes, ſolis modicum lucis, quod cernere videbantur, auferunt.

c *Manus fortium dominabitur &c.*] Perfecti quippe non ſolum vitiorum bella ſuperant, ſed & electis fratribus maiori virtutum gratia principantur. Qui autem diſſoluti animo peccatis implicari non metuunt, peſſimo exactori diabolo tributa vitiorum quotidie ſoluunt: & ſi non dominium eius viuentes pænitẽdo euaſerint, poſt mortem traditi eidem in carcerem ab eo pœnarum mittuntur æternarum: iuxta quod dominus in euãgelica parabola teſtatur. (Matth.5.d) Neque enim de talium correctione deſperandum eſt, cum protinus adiungatur.

d *Mœror in corde viri humiliabit illum, & ſermone bono lætificabitur.*] Quia nimirum neceſſe eſt vt prius peccatorem C mœror pænitẽtiæ ſalubriter humiliet: & ita poſtmodum per iudicium ſacerdotis, ſermo datæ reconciliationis lætificet.

e *Qui negligit damnum propter amicum, iuſtus eſt.*] Si hoc de generali pecunię largitione, & puro homine amico rectè dicitur: quanto magis iuſtitiæ corona dignus eſt, qui propter eum qui dixit: (Luc.12.a) Dico vobis amicis meis, ne terreamini ab his qui occidunt corpus: vel vendẽs quæ poſſidet, pauperibus tribuit: vel rapinam bonorum ſuorum cum gaudio ſuſcipit: vel certe ipſam in paſſione carnem mortificandam, ſiue occidendam tradit?

f *Iter autem impiorum &c.*] Cum vel ſua retinere, vel aliena rapere gaudent. Vnde recte ſubiungitur:

g *Non inueniet fraudulentus lucrum &c.*] Fraude nanque acquiſita pecunia, plus in anima damni quam lucri addit in arca: & qui propriam pro domino ſubſtantiam nouit diſpenſare, remunerante ipſo, pro terrenis cæleſtia dona recipiet. Aliter: Non inueniet fraudulentus lucrum: & ſubſtantia hominis erit auri pretium: qui fraudulenta mente ſimulat ſe eſſe bonum, nequiter viuens in occulto, non inueniet bona vitæ ſequentis. Qui autem ſubſtãtiam virtutum ſpiritualium veraciter acquirit, mercabitur ex ea claritatem regni perennis: quod verbis ſequẽtibus apertius dicit.

tem replebuntur malo. Abominatio eſt domino labia mendacia: qui autem fideliter agunt, placent ei. [a] Homo verſutus cælat ſciẽtiam: [b] Et cor inſipiẽtium prouocat ſtultitiã. [c] Manus fortium dominabitur: quæ autẽ remiſſa eſt, tributis ſeruiet. [d] Mœror in corde viri humiliabit illum: & ſermone bono lætificabitur. [e] Qui negligit damnũ propter amicum, iuſtus eſt: Iter autem impiorum decipiet eos. [g] Non inueniet fraudulentus lucrum, & ſubſtantia hominis erit auri pretium. [h] In ſemita iuſtitiæ, vita: iter autem deuium ducit ad mortem.

## CAP. XIII.

[i] Filius ſapiens, doctrina patris: qui autem illuſor eſt, non audit cum arguitur. De fructu oris ſui homo ſatiabitur bonis: anima autem impiorum iniqua. Qui cuſtodit os ſuum, cuſtodit animam ſuam: qui autem inconſideratus eſt ad loquendum, ſentiet mala. [k] Vult & non vult piger: anima autem operantium impinguabitur. Verbum mendax iuſtus deteſtabitur, impius autem confundit & confundetur. Iuſtitia cuſtodit innocentis viã: impietas autem peccatorem ſupplantat. [l] Eſt quaſi diues, cum nihil habeat: & eſt quaſi pauper, cum in multis diuitiis ſit. [m] Redemptio animæ viri, diuitiæ ſuæ: qui autem pauper eſt, increpationẽ non ſuſtinet. [n] Lux iuſtorum lętificat: lucerna autem impiorũ extinguetur. [o] Inter ſuperbos ſemper iurgia ſunt: qui autẽ agunt

h *In ſemita iuſtitiæ vita &c.*] D In ſemita enim iuſtitiæ, ſubſtantiam acquirit virtutum, quibus æternæ vitæ claritas auro pretioſior emitur. Iter autem prauum quo fraudulentus incedit, perdito lucro temporali quod appetit, ad mortem quã præuidere noluit, tendit ſempiternam.

### CAP. XIII.

i *Filius ſapiẽs, doctrina patris: qui autem illuſor eſt, nõ audit cum arguitur.*] Tantum inter ſapientẽ diſtat & ſtultum: vt hic aliquando profectu eruditionis ad eum qui ſe docuerat, docendum perueniat: ille nec cum arguitur, nouerit audire.

k *Vult & non vult piger etc.*] Recte pigri vocabulo denotatur, qui vult regnare cum domino, & non pati pro eo: delectãt præmia, cum pollicentur: deterrẽt certamina, cum iubentur, de quo Iacobus ait: (Iacob.1.b) Vir duplex animo, E inconſtans eſt in omnibus viis ſuis. (Eccleſ.2.c) Et filius Sirach: Væ peccatori terram ingredienti duabus viis: qui autẽ iuſſa operantur domini, ideo faciunt: quia anima illorum perfecta ſupernorum dulcedine reficitur, iuxta eum qui dominum obſecrat, dicens: (Pſal.26.b) Sicut adipe pinguedinis repleatur anima mea. Vel certe anima operãtium impinguabitur: quia qui piis pro domino laboribus inſudãt, cęleſti & immarceſſibili poſt labores corona donabuntur.

l *Eſt quaſi diues, cum nihil habeat &c.*] (Luc.16.e) Diues ſibi videbatur ille qui induebatur purpura & byſſo, & epulabatur quotidie ſplendide. Sed quia deum non habuit, comperit in fine nihil fuiſſe quod habuit. Vnde dictum eſt de talibus: (Pſal.75.) Dormierunt ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis. (Luc.16.) Pauper econtra videbatur Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius, vlceribus plenus: ſed in multis erat diuitiis, F quia virtutem habuit humilitatis: quia conditorem omnium diuitiarum, videlicet deum, corde geſtabat. Quid autem veræ diuitiæ valeant: quid vera paupertas agat, ſubdendo manifeſtat.

m *Redemptio animæ viri, diuitiæ ſuæ: qui autem pauper eſt, increpationem non ſuſtinet.*] Qui ergo animam ſuam vult redimi a futura ira, congreget diuitias operum bonorum: Qui enim eget huiuſmodi diuitiis, increpationem diſtricti iudicis ſuſtinere non valet: de qua pſalmiſta poſtulat, dicens: (Pſal.6.) Domine ne in ira tua arguas me: neque in furore tuo corripias me: Alioquin pauperes non ibi increpantur a domino, ſed benedictionem æternæ hæreditatis percipiunt.

n *Lux iuſtorum lætificat: lucerna autem impiorũ extinguetur.*] Lux iuſtorum quę perpetuo lętificat, ſpes eſt futurorum. Lucerna impiorum, quæ repente extinguitur, felicitas eſt ſæculi labentis.

o *Inter ſuperbos ſemper iurgia ſunt: qui autem agunt cuncta conſilio, reguntur ſapientia.*] Iurgantur inter ſe ſemper hæretici: iurgantur & cęteri reprobi, quia videlicet non norunt vnitatem fidei & veritatis. Fideles autem qui conſilio diuinorum eloquiorum frui non ceſſant, reguntur moderatione ſapientiæ, quæ eos iurgari non finit.

agunt cuncta conſilio, reguntur ſapientia. [a] Subſtantia feſtinata minuetur: quæ autem paulatim colligitur, manu multiplicabitur. [b] Spes quæ differtur, affligit animam: lignum vitæ, deſiderium veniens. [c] Qui detrahit alicui rei, ipſe ſe in futurum obligat. [d] Qui autẽ timet præceptum, in pace verſabitur. Animæ doloſæ errant in peccatis: iuſti autem miſericordes ſunt, & miſerãtur. Lex ſapientis, fons vitæ, vt declinet a ruina mortis. Doctrina bona dabit gratiam, in itinere contemptorum vorago. [e] Aſtutus omnia agit cum conſilio: qui autẽ fatuus eſt, aperiet ſtultitiam. [f] Nuntius impij cadet in malum: [g] Legatus autem fidelis, ſanitas. Egeſtas & ignominia ei qui deſerit diſciplinam: qui autem acquieſcit arguẽti, glorificabitur. [h] Deſideriũ, ſi compleatur, delectat animam: deteſtantur ſtulti eos qui fugiunt mala. [i] Qui cum ſapiẽtibus graditur, ſapiens erit: amicus ſtultorum efficietur ſimilis. Peccatores perſequitur malũ: & iuſtis retribuentur bona. [k] Bonus relinquet hæredes, filios & nepotes, & cuſtoditur iuſto ſubſtanſtantia peccatoris. [l] Multi cibi in noualibus patrum, & aliis congregantur abſque iudicio. [m] Qui parcit virgæ, odit filium ſuum: qui autem diligit illum, inſtanter erudit. [n] Iuſtus comedit, & replet animam ſuam: venter autem impiorum inſaturabilis.

Cap.

A a *Subſtantia feſtinata minuetur: quæ autem paulatim colligitur, manu multiplicabitur.*] Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem: neque ipſas diuitias quas vel acquirunt, vel cupiunt, perpetuo poſſident. Qui autem pro accipiẽda ſubſtantia præmiorum cæleſtium iuſtis inſiſtit laborib⁹, multiplicia ſupernæ beatitudinis munera percipiet: de quo apte ſubditur. (1.Tim.6.b)

b *Spes quæ differtur, affligit animam: lignum vitæ deſiderium veniens.*] Quia nimirum quãdiu differtur ſpes æternorũ, affligitur anima fideliũ: vel pro dilatione videlicet bonorum, quæ amat: vel pro illatione malorum, quæ tolerat. At vbi venerit quod deſiderat, facile obliuiſcitur quod ſuſtinuerat: quia in æternum viuere incipit cum ſuo redemptore, quem tota intẽtione quærebat: ipſe eſt enim lignũ vitæ amplectẽtibus ſe.

c *Qui detrahit alicui rei, ipſe ſe in futurum obligat.*] Qui bonæ rei detrahit, ſe in futurũ obligat: quia quod non debuit faciendo, pœnam ſibi qua conſtringatur, præparat. Sed & is qui malæ rei detrahit, ipſe ſe in futurum obligat: Non vt pro tali detractione pœnas luat, ſed vt poſt detractionem ſeſe cautius agat: quia nimirum quæ in aliis iuſte reprehendit, in ſe impune non admittit, clamante Apoſtolo: Qui prædicas non furãdum, furaris: qui dicis, non mœchãdum, mœcharis: qui abominaris idola, ſacrilegium facis: qui in lege gloriaris, per præuaricationem legis deum inhonoras. (B) (Rom.2.e)

d *Qui autem timet præceptum, in pace verſabitur*] Melius eſt ergo de ſua quemque fragilitate metuere, ne forte diuina præuaricetur imperia, quam aliorum errata ſtulto ore lacerare. dicẽte rurſus Apoſtolo: Et ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto: vos qui ſpirituales eſtis, inſtruite huiuſmodi in ſpiritu manſuetudinis, conſiderans teipſum, ne & tu tenteris. (Gal.6.a)

e *Aſtutus omnia agit cum conſilio: qui autem fatuus eſt, aperiet ſtultitiam.*] Vbi omnia cum conſilio docet agenda, diuinum potius quod ſacris eloquiis inditum eſt, quam humanum intellige conſilium. Fatuus eſt enim qui extra hoc conſilium viuit, quamuis naturaliter aſtutus eſſe videatur & prudens. De quo recte ſubditur. (C)

f *Nuntius impij cadet in malum.*] Arium dicit & Sabellium cæteroſque angelos, id eſt, nuntios ſatanæ: qui quoniam cõſilium neglexere diuinarum ſcripturarum, deciderunt in malum gehennalium tormentorum.

g *Legatus autem fidelis, ſanitas.*] Id eſt, catholicus quiſque prædicator, ſanitatem ſibi ſuiſque auditoribus acquirit æternam.

h *Deſiderium, ſi compleatur, delectat animam: deteſtantur ſtulti eos qui fugiunt mala.*] Omne deſiderium ſiue bonum, ſiue malum ſit: vbi ad effectum peruenerit, delectat animam. Sed ſtulti qui carnalibus ſolum deſideriis gaudent, deteſtantur eos qui pro amore cæleſtium, infima oblectamẽta contemnunt.

i *Qui cum ſapientibus graditur, ſapiens erit &c.*] Cum ſapiẽtibus ire, eſt ſapientium actus imitari. Quãlibet ergo ſimplex quiſque ſit & ruſticus, qui arcana ſapientię comprehendere nequeat: ſi tamen ſapientium exempla viuendo ſectatur, iure inter ſapientes annumerabitur. Qui vero ſtultos non propter naturã, quia homines ſunt: ſed propter ſtultitiam, quia mimi ſunt, vel hiſtriones, vel aliqui tales, non vt inſtruendo corrigat, amat: ſed vt fauẽdo deteriores efficiat: talis nimirũ & ſi per ingenium, vel doctrinam, ſapiẽs eſſe videtur, ſtultorum nota peccat, vel turpitudine dignus, ſimul & damnatione tenebitur. (D)

k *Bonus relinquet hæredes, filios & nepotes, & cuſtoditur iuſto ſubſtantia peccatoris.*] Sæpe videmus bonos ſine filiis obire: imo maiora a domino præmia polliceri, his qui filiorum procreationi virginitatis caſtimoniã præpoſuerint, ſed & ſubſtãtiam iuſtorum a peccatoribus tolli. Nã & Apoſtolus glorificat eos qui rapinam bonorum ſuorum cũ gaudio ſuſceperunt. Vnde ſpiritualiter intelligẽdum: quia bonus & iuſtus dominus eſt, qui poſt paſſionem ſuam aſcendens in cælũ, reliquit hæredes ſuæ doctrinæ, apoſtolos & ſucceſſores eorum: ad cuius fidem conuerſa eſt multitudo gentium, quæ erat ſubſtãtia diaboli. Intrauit nanque in domum eiuſdem male fortis aduerſarij, & eũ maiori virtute conterens, diripuit arma eius in quibus confidebat: & ſpolia eius diſtribuit, vt ipſe in euãgelio teſtatur. Vel certe iuſto ſubſtãtia peccatoris cuſtodita eſt, quando ablatum eſt a Iudæis regnum dei, & datum eſt genti facienti fructus eius. (Heb.10.g) (E) (Luc.11.c) (Matth.12.d)

l *Multi cibi in noualibus patrum, & aliis congregantur abſque iudicio.*] Abſque iudicio recto facit, qui diuitiis congregandis ſedulus inſiſtit, & has aggregatas non ipſe pro redemptione animæ ſuæ pauperibus diſpenſat, ſed aliis poſt ſe diſpẽſandas reſeruat: iuxta quod in ſuperiore verſu iuxta literam dicitur. Et cuſtoditur iuſto ſubſtãtia peccatoris, maxime cum ſibi victus abundet ex iure paternę hæreditatis: neque vlla pecunias colligendi neceſſitas incumbat. Hoc eſt enim quod ait. Multi ſibi in noualibus patrum. Iuxta vero ſenſum ſpiritualem, multi ſunt cibi alimoniæ cæleſtis in dictis & exemplis venerabilium patrum. Et abſque ratione facit, qui his legendis, meditandis, & exponendis inſtans, non ſuæ ſaluti per hoc, ſed aliorum potius ſeruit: dum ipſe ab his quæ legit, vel actibus reprobis, vel etiam in impietate ſenſus hæretici diſcrepat. Talis nanque in noualibus, id eſt, operibus ſiue ſermonibus patrum, optima inſtitutione excultus, non ſibi, ſed aliis ſubſidium acquirit: illis videlicet qui tractatus eius legentes, arcana per eos ſpiritualis ſenſus, quibus interius reficiantur, inueniunt. Vtrique autem ſenſui cõuenit apte quod ſequitur: (F)

m *Qui parcit virgæ, odit filium ſuum: qui autem diligit illum, inſtanter erudit.*] Nam & pater bonus, filium: & diſcipulum, magiſter catholicus, ne ad iniquitatem deflectat, ſolicitus erudit. Præcedentem autem verſiculum, antiqui interpretes ita tranſtulerunt. Viri iuſti diuitiis, annis multis fruentur: iniqui autem peribunt breuiter:

n *Iuſtus comedit, & replet animam ſuam: venter autem impiorum inſaturabilis.*] Iuſtus percipit cibos ſapientiæ, qui in

noualibus



A noualibus patrum, hoc eſt, in operibus ac verbis præcedentium iuſtorum probantur exorti, & hos ad profectũ animæ ſuæ bene viuendo traiicit. Venter autem impiorum, id eſt, capacitas ſenſus hæreticorum inſaturabilis: quia ſicut Apoſtolus ait. Semper diſcentes, nunquam ad veritatis ſcientiã perueniũt. Quare autem ſaturari ſcientia non merentur: niſi quia nequaquam refecti cibis paternæ inſtitutionis, aliis hoc congregant abſque iudicio? (1.Tim.3.b)

## CAP. XIIII.

[a] Sapiens mulier ædificabit domum ſuam, inſipiens extructam quoq; deſtruct manibus. [b] Ambulans recto itinere, & timens deum, deſpicitur ab eo qui infami graditur via. [c] In ore ſtulti, virga ſuperbiæ: labia ſapiẽtum cuſtodiunt eos. [d] Vbi non ſunt boues, præſepe vacuum eſt: vbi autem plurimę ſegetes, ibi manifeſta fortitudo bouis. Teſtis fidelis non mentietur: profert mendacium doloſus teſtis. [e] Quærit deriſor ſapientiam, & non inueniet: doctrina prudentium facilis. [f] Vade contra virum ſtultum, & neſciet labia prudẽtiæ. Sapientia callidi eſt intelligere viã ſuam, & imprudentia ſtultorum errans. Stultus illudit peccatum, & inter iuſtos morabitur gratia. [g] Cor quod nouit amaritudinem animæ ſuæ, in gaudio eius non miſcebitur extraneus. [h] Domus impiorum delebitur: tabernacula iuſtorum germinabunt. Eſt via quę videtur homini iuſta: nouiſſima autem eius deducunt ad mortem. Riſus dolore miſcebitur, & extrema gaudij, luctus occupat. Viis ſuis replebitur ſtultus, & ſuper eum erit vir bonus. [i] Innocens credit omni verbo: aſtutus conſiderat greſſus ſuos. [k] Sapiens timet, & declinat a malo: ſtultus tranſilit, & confidit. [l] Impatiens operabitur ſtultitiam, & vir verſutus odioſus eſt. Poſſidebunt paruuli iuſtitiam, & expectabunt aſtuti ſcientiam.

[a] Iacebunt

CAP. XIIII.

a *Sapiens mulier ædificabit domum ſuam, inſipiens extructam &c.*] Et vnaquæque anima fidelis, & eccleſia per orbem catholica, mãſionem ſibi in patria cæleſti bonis actibus ædificat. At vero reprobi, ea quæ bene ſunt a bonis ordinata, male viuendo, aliquando etiam aperte repugnando diſſipant. Quare autem ſtulti ſapientium actus lacerent, ſequentibus verbis oſtenditur, cum dicitur: (B)

b *Ambulans recto itinere, & timens deum, deſpicitur ab eo qui infami graditur via.*] Abominatio eſt enim peccatoribus bonorum religio: ſtultumque videtur incredulis, cum fideles propter dei timorẽ, non tantum abiiciunt timorem, ſed & tormenta rident eorum qui occidũt corpus. De quibus adhuc apte ſubiungitur:

c *In ore ſtulti, virga ſuperbiæ: labia ſapientium cuſtodiunt eos.*] Quia ſtulti per vaniloquiũ, humiles quos deſpiciunt, affligunt: ſed iidem humiles ſpiritu per doctrinam ſe ſapientia, ne decipiantur, muniunt.

d *Vbi non ſunt boues, præſepe vacuum eſt: vbi autem plurimæ ſegetes, ibi manifeſta fortitudo bouis.*] Hærent hæc ſuperioribus. Boues nanque doctores catholicos: præſepe, cœtum auditorum: ſegetes dicit fructus operum bonorum. Incaſſum ergo tumet ſuperbus, & indocta eloquentia verberat aures ac corda ſubiectorum: quia vbi non ſunt docti prædicatores, fruſtra ad audiendum confluit turba plebium. Vbi autem plurimæ operationes apparent virtutum, ibi apertiſſime claret: quia non hæreticus in vanũ garrit, ſed pro verbi fruge laborauit ille, qui & ipſum verbum caſto ore ruminare, & viam veritatis recto diſcretionis pede noſcet incedere. Nec mirandum, cur in præſepi, auditores ſignificari diximus: cum bos alatur de præſepi, doctor autem verbo audiẽtes ſoleat nutrire: ſed intuendum, quia & de labore bouis præſepe impletur, & ipſe bos ſuo fructu de præſepi reficitur. Quia nimirum prędicator fidelis, & audientes verbo reficit, & eadem refectione apud deum ipſe proficit: quod in opere figuratur Heliæ, qui Sareptanam viduam paſcit, a qua & ipſe paſcitur. (C) (3.Reg.17.b)

e *Quærit deriſor ſapientiam, & non inueniet &c.*] Caiphas qui domino dixit. Adiuro te per deum viuum, vt dicas nobis, ſi tu es Chriſtus: quia male quærebat, inuenire quod rogabat, non meruit. At diſcipuli qui ſeſe humiliter auditui veritatis ſubdiderant, accepta ſpiritus gratia, non ſolummodo Chriſtum dei filium cognoſcere, ſed & abdita ſcripturarum intelligere meruerunt. Sed & tunc doctrina prudentium facilis erat, quando Cornelius cum domo ſua, & cæteri tales verbum humiliter audientes, mox credebant: & accepto ſpiritu ſancto, linguis loquebantur omnibus. Nunc quoque doctrinam fidei catholicæ prudens quiſque dum catechizatur, facile percipit: quam hæretici, quia peruerſe quærunt, nunquam prorſus inueniunt. (Matth.26.f) (Act.10.c) (D)

f *Vade contra virum ſtultum, & neſciet labia prudentiæ &c.*] Ideo deriſor ſapientiam quã quærit, non inuenit: quia & ſi aperte contra illius ſtultitiam diſputãdo incedas, neſcit intelligere quæ dicis: vt Arius, qui verbum conſubſtãtialitatis in patre & filio, nuſquam in ſcriptura inueniri poſſe contendebat, cum ei manifeſte ſcriptum obiiceretur. Ego & pater vnum ſumus. Et: Deus erat verbũ, & cætera talia. Ideo doctrina prudentiũ facilis eſt: quia labia prudentiæ ſapientia, id eſt, quia labia quæcunque prudentiæ moderamine reguntur, de ſapientia ſolum loqui & audire dulce habẽt: eiuſq; meditationi operam dare ſatagunt. (Ioan.10.f) (E)

g *Cor quod nouit amaritudinẽ animæ &c.*] Amaritudinem habent omnes electi, quamdiu a gaudiis differuntur æternis, & reprobi cum deſideriis affliguntur peruerſis. Sed electi, quia in luce ambulant, amaritudinem ſuam quanto ſit gaudio mutanda præuident. Porro reprobi propria ſponte cæcati: quid in præſenti patiantur, non vident: quid in futuro ſint paſſuri, non præuidẽt: ideoque a futuris bonorũ gaudiis remanebunt extranei: quia amaritudinis eorum præſentis, non nouerunt eſſe participes. Vnde & apte ſubditur.

h *Domus impiorum delebitur: tabernacula iuſtorum germinabunt.*] Domus quippe in manſione, tabernaculum vero haberi ſolet in itinere. Domus igitur impiorum delebitur: quia habitationem vitæ præſentis, in qua ſemper manere deſiderabant, perdẽt in morte reprobi: & hoc quod non præuidebant, exilium perpetuæ damnationis ſubibunt. Tabernacula autẽ iuſtorum germinabũt: quia præſens eorum conuerſatio, in qua incolæ ſunt apud deum & peregrini, creſcentibus ſine ceſſatione meritis, ad fructum vſque ſuauiſſimum patriæ cæleſtis pertingit. (F)

i *Innocens credit omni verbo: aſtutus conſiderat greſſus ſuos.*] Hanc innocentiam vetuit, & hanc habere docuit aſtutiã Ioannes cum ait: Chariſſimi, nolite omni ſpiritui credere: ſed probate ſpiritus, ſi ex deo ſunt. (1.Ioan.4.a)

k *Sapiens timet, & declinat a malo: ſtultus tranſilit & confidit.*] Sicut ſtulti eſt de ſua alacritate confidere, torrẽtem rapidum, vel voraginem latiorem ſaltu velle tranſire, ſapientis autem ad planum vel pontem diuertere: ita qui peccatum quantum valet, declinat, timens ne inuoluatur malis, ſapiens eſt. Stultus autem ille qui contemptim peccat, blandiens ſibi: quia aut poſteriori tempore pænitentiam agat commiſſorum, aut ſi repente moriatur, fortiter pœnas inferi ſufferat.

l *Impatiens operabitur ſtultitiam &c.*] Reprehẽſibilis quidem eſt homo impatiẽs: ſed multo peior & odioſior deo eſt verſutus: tametſi apud homines melior ęſtimetur. Ille enim palam omnibus ſuã oſtendit ſtultitiam: iſte autem,

A cum ſit corde peruerſus, ſæpe ſimplicitatem ſimulat & iuſtitiam, atque humano iudicio ſanctū ſe dici delectat, cum ſit diuino examine inter reprobos æſtimatus.

a *Iacebunt mali ante bonos, & im. &c.*] In nouiſſimo iudicio coronatis iuſtis, damnabuntur reprobi, qui eos in præſenti premebant. Quod enim ait, ante, id eſt, ante bonos, & ante portas iuſtorū: non ad vicinitatem loci, ſed ad viſionem pertinet bonorum, quia malorum tormenta ſemper aſpiciūt, vt maiores ereptori ſuo gratias ſine fine referant. Vnde Eſaias de illis: Egredientur & videbunt, inquit, cadauera virorum, qui præuaricati ſunt in me. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur, & erunt vſque ad ſatietatem viſionis omni carni. Quod autem ait, egredientur, non pedum proceſſum, ſed oculorum ſignificat intuitum: quem intus in regno poſiti, ad vidēda prauorum ſupplicia, foras cum volunt, emittunt. (Eſa.66.g)

B b *Corona ſapientium, diuitiæ eorum: fatuitas ſtultorum, imprudentia.*] Sapientes nō terreni aliquid emolumēti pro diuitiis habēt: ſed coronam ſolummodo, quam pro virtutibus in futuro percipiēt. At ſtultorum fatuitas maxima hæc eſt: quia improuidi æternorum, de præſentibus tantum commodis gaudēt. Imprudentia enim quaſi improuidentia dicitur.

c *Liberat animas teſtis fidelis, & profert mēdacia verſipellis.*] Liberat animas Chriſtus, qui eſt teſtis fidelis, vt in Apocalypſi legimus, & ſicut Apoſtolus ait. Teſtimoniū reddidit ſub Pontio Pilato bonam confeſſionē. Et profert mendacia diabolus. Qui recte appellatur verſipellis: (Apoc.3.c; 1.Tim.6.b)

C quia mala quæ facienda ſuggerit, bona eſſe pronuntiat, & gaudia promittit æterna eis quos ad inferni tormenta præparat. Item liberat animas catholicus doctor, qui teſtimonia ſcripturarum fideliter, id eſt recte prædicat: & profert mendacia hæreticus. Vel ſicut alia editio manifeſte tranſtulit. Incendit autem mendacio doloſus, ſubauditur, animas eorum, quos ſuo errore decepit.

d *In timore domini fiducia fortitudinis, & filiis eius erit ſpes.*] Timor domini fiduciam fortitudinis præſtat: quia nimirum mens noſtra tanto valentius terrores rerum temporaliū deſpicit: quanto ſe auctori earum veracius per formidinem ſubdit. Filij autem timoris domini dicuntur, qui diuino timore reguntur: ſicut filij virtutis, & filij reſurrectionis qui virtutibus ſtudent: vel qui ad gaudia reſurrectionis pertinent, quibus erit ſpes: iuxta illud pſalmiſtæ. Qui timent dominum, ſperēt in domino. De qua ſpe conſequenter adiungit: (Pſal.113.c)

e *Timor domini, fons vitæ, vt declinet a ruina mortis.*] Hæc eſt ergo ſpes eorum qui timent dominum, vt declinantes a ruina mortis, peruenire mereantur ad eum qui dicit: Ego ſum via, veritas & vita. Dictum eſt autem ſupra. Lex ſapientis, fons vitæ, vt declinet a ruina mortis. Et nunc dicitur. Timor domini, fons vitæ, vt declinet a ruina mortis. Ex quo patet: quia nulla prior eſt lex ſapientis, qua mortem vitare, & vitam acquirere debeat æternam, quā habere timorem domini. Vnde & alibi dictum eſt. Initiū ſapientiæ, timor domini. (Ioan.14.a; Supra 13.; Pſal.11.b) D

a Iacebūt mali ante bonos, & impij ante portas iuſtorum. Etiam proximo ſuo pauper odioſus erit: amici vero diuiti, multi. Qui deſpicit proximum ſuum, peccat: qui autem miſeretur pauperi, beatus erit. Qui credit in domino, miſericordiam diligit, errant qui operantur malum. Miſericordia & veritas præparant bona. In omni opere bono erit abundantia: vbi autem verba ſunt plurima, ibi frequenter egeſtas. b Corona ſapientium, diuitiæ eorum: fatuitas ſtultorum, imprudentia. c Liberat animas teſtis fidelis, & profert mēdacia verſipellis. d In timore domini fiducia fortitudinis, & filiis ei⁹ erit ſpes. e Timor domini, fons vitæ, vt declinet a ruina mortis. f In multitudine populi, dignitas regis: & in paucitate plebis, ignominia principis. Qui patiens eſt, multa gubernatur ſapientia: qui autem impatiens, exaltat ſtultitiam ſuam. g Vita carnium, ſanitas cordis: putredo oſſiū, inuidia. Qui calumniatur egentem, exprobrat factori eius: honorat autem eum qui miſeretur pauperis. In malitia ſua expelletur impius: ſperat autem iuſtus in morte ſua. In corde prudentis requieſcit ſapientia, & indoctos quoſque erudiet. Iuſtitia eleuat gentem: miſeros facit populos peccatum. h Acceptus eſt regi miniſter intelligens. i Iracundiam eius inutilis ſuſtinebit.

## CAP. XV.

k Reſponſio mollis frangit iram: ſermo durus ſuſcitat furorem. l Lingua ſapiētium ornat ſcientiam: os fatuorum ebullit ſtultitiam. In omni loco oculi domini contemplantur bonos & malos. m Lingua placabilis, lignum vitæ: quæ autem immoderata eſt, conteret ſpiritum. Stultus irridet diſciplinam patris ſui: qui autem cuſtodit increpationes,

f *In multitudine populi, dignitas regis, & in paucitate plebis &c.*] Vbi multitudo ſeruientium deo, ibi ſpecialiter Chriſti gloria: vbi ſoli catechumeni competentes, vel recens nati infantes ſub regno adhuc tenentur diaboli, & ipſi tempore congruo feſtinantes in Chriſto renaſci, ignominia ibi manifeſta principis mundi. Vel certe in conuenticulis hæreticorum, quæ ſemper ſunt pauciora eccleſiis catholicorū: ignominia patet eorum qui hæc ab eccleſiaſtica vnitate ſegregarunt.

E g *Vita carnium, ſanitas cordis: putredo oſſium, inuidia.*] Per carnem, infirma quædam ac tenera: per oſſa, fortia acta ſignātur. Bene ergo dicitur. Vita carnium, ſanitas cordis. Quod ſi mentis innocentia cuſtoditur, & ſi qua foris infirma ſunt, quandoque roborantur. Et recte ſubditur. Putredo oſſiū, inuidia: quia per liuoris vitium ante dei oculos pereunt, & quæ humanis oculis fortia videntur. Oſſa quippe per inuidiā putreſcere, eſt quædam etiam robuſta deperire.

h *Acceptus eſt regi miniſter intelligens.*] Ille videlicet cui dicitur. Quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam: intra in gaudiū domini tui. (Matth.25.b)

i *Iracundiam eius inutilis ſuſtinebit.*] Ille vtique de quo idem ait. Et inutilem ſeruū eiicite in tenebras exteriores. (Ibidem c)

## CAP. XV.

k *Reſponſio mollis frangit iram: ſermo durus ſuſcitat furorem.*] Qui verba increpantis humiliter recipit, iam propinquat veniæ reatus quem geſſit. At qui ſuperbus arguenti reſultat, maiorem contra ſe iram diſtricti iudicis prouocat. F

l *Lingua ſapientum ornat ſcientiam: os fatuorum ebullit ſtultitiam.*] Lingua catholicorum patrum, ornat ſcientiam diuinorum eloquiorum: latius exponendo, quæ ſcriptura canonica, aut obſcura poſuit, aut hiſtorica tātum narratione ſcripta reliquit: & os hæreticorum ebullit ſtultitiam, dicta ſacræ ſcripturæ peruerſe intelligēdo: ſuoſque ſenſus eius auctoritati præponendo. Poteſt & de paganorū philoſophis intelligi quod ait: Os fatuorum ebullit ſtultitiā: quales fuere Porphyrius & Iulianus, qui contra eccleſiæ doctores ſtultitiæ ſuæ fluenta fundebant.

m *Lingua placabilis, lignum vitæ: quæ autem immoderata eſt, conteret ſpiritum.*] Lingua catholici doctoris ad fructum vitæ ducit ſempiternū: quæ autem immoderata eſt, modum eccleſiaſticæ normæ ignorat: & ſuum ſpiritum, & eorum qui ſe audiunt, male loquendo conteret.

a Domus



A a *Domus iuſti plurima fortitudo: & in fructibus impij, conturbatio.*] Domus Chriſti, id eſt, eccleſia plurimam habet fortitudinem: ita vt pluuia, ventis, fluminibuſque tentationum frequentium, nequaquam poſſit dirui: & in operibus diaboli conturbatio fciuet aſſidua, quæ eandem Chriſti domum, vel per falſos fratres, vel per apertos aduerſarios deiicere tentat.

b *Labia ſapientum diſſeminabunt ſcientiam: cor ſtultorum diſſimile erit.*] Labia catholicorum diſſeminabunt prædicando ſcientiam rectæ fidei: cor hæreticorum diſſimile erit: quia perfidiā pro ſcientia cōcipit vt doceat. Poteſt & ita intelligi: quia cor ſtultorum etiam ſibimetipſi diſſimile erit: dum mutabilitate diuerſarum cogitationū varium ſe exhibet: & nunquā idem quod fuerat, manet: cui contra de Anna cum domino intenta mente ſupplicaret, dicitur: Vultuſque eius non ſunt amplius in diuerſa mutati. (1.Reg.1.c)

B c *Victimæ impiorum abominabiles domino: vota iuſtorum placabilia.*] Orationes, opera, & ſacrificia hæreticorum abominatur dominus: & vota eorum accepta habet, qui fidem catholicam iuſtis operibus affirmant.

d *Doctrina mala deſerentium viā vitæ: qui increpationes odit, morietur.*] Mala eſt ergo doctrina eorum qui viam deſerunt veritatis: de quibus dominus ait: Qui ergo ſoluerit vnum de mādatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines, minimus vocabitur in regno cælorum. Sed talibus adhuc, ſi correpti pænituerint, patet reditus ad veniam. Sin autem nec correptionibus eccleſiaſticis annuerint, iam certus eis reſtat interitus. (Matth.5.c)

C e *Omnes dies pauperis, mali: ſecura mens quaſi iuge conuiuiū.*] Omne tempus populi dei quamdiu in preſenti pauper eſt, afflictionibus abundat & ærumnis: quia necdum ad diuitias ſupernæ bonitatis & perpetuæ manſionis peruenit. Vnde monet Apoſtolus dicens: Redimentes tempus: quoniam dies mali ſunt. At vero reprobi, qui metu carentes diuino, ſecuri mundo vtuntur: quaſi iugibus ſtulti reficiuntur epulis. Vnde ſubiungit. (Epheſ.5.d)

f *Melius eſt parum cum timore domini, quam theſauri magni & inſatiabiles.*] Quale eſt in pſalmo: Melius eſt modicum iuſto ſuper diuitias peccatorum multas. Melius ergo eſt, vt ſeruato timore dei, egeas opibus, vel etiam victu quotidiano: quam vt deſiderio plura acquirēdi, dei timorem deſeras. (Pſal.36.c)

g *Melius eſt vocari ad holera cum charitate, quam ad vitulum ſaginatum cum odio.*] Omnis qui operum bonorum exempla proximis quæ imitentur oſtēdit: quaſi ad epulas quibus reficiantur, conuiuas vocat. Melius eſt autem vocari ad holera cum charitate, quam ad vitulum ſaginatū cū odio: quia nimirum multo eſt vtilius ſimplicis vitæ innocentiam cum charitate ſeruare, quam maioribus virtutum miraculis foris fulgere, & interiora mentis ab odiorum ſorde non expurgare. Vnde quibuſdam in fine dicentibus: Domine, domine, nōne in nomine tuo prophetauimus: & in tuo nomine dæmonia eiecimus: & in tuo nomine virtutes multas fecimus: dicet ipſe dominus: Quia nunquam noui vos: diſcedite a me operarij iniquitatis. D (Matth.7.c)

tiones, aſtutior fiet. In abundanti iuſtitia, virtus maxima eſt: cogitationes autem impiorū eradicabuntur. a Domus iuſti, plurima fortitudo: & in fructibus impij, conturbatio. b Labia ſapientium diſſeminabunt ſcientiam: cor ſtultorum diſſimile erit. c Victimę impiorum abominabiles domino: vota iuſtorum placabilia. Abominatio eſt domino via impij: qui ſequitur iuſtitiam, diligitur ab eo. d Doctrina mala deſerentium viam vitæ: qui increpationes odit, morietur. Infernus & perditio coram domino: quantō magis corda filiorum hominū? Non amat peſtilens eum qui ſe corripit: nec ad ſapientes graditur. Cor gaudēs exhilarat faciem: in mœrore animi deiicitur ſpiritus. Cor ſapientis quæret doctrinam: & os ſtultorū paſcetur imperitia. e Omnes dies pauperis, mali: ſecura mens, quaſi iuge conuiuium. f Melius eſt parum cum timore domini, quam theſauri magni & inſatiabiles. g Melius eſt vocari ad olera cum charitate, quam ad vitulum ſaginatum cum odio. Vir iracundus prouocat rixas: qui patiens eſt, mitigat ſuſcitatas. h Iter pigrorum quaſi ſepes ſpinarum. i Via iuſtorum abſque offendiculo. Filius ſapiens lætificat patrem: & ſtultus homo deſpicit matrem ſuam. Stultitia gaudiū ſtulto: & vir prudens diriget greſſus ſuos. Diſſipantur cogitationes vbi non eſt conſilium: vbi vero plures ſunt conſiliarij, confirmantur. k Lætatur homo in ſententia oris ſui: & ſermo opportunus eſt optimus. l Semita vitæ ſuper eruditum: vt declinet de inferno nouiſſimo. m Domum ſuperborum demolietur dominus: & firmos faciet terminos viduæ. n Abominatio domini, cogitationes malæ: & purus ſermo pulcherrimus firmabitur ab eo. Conturbat domum ſuam qui ſectatur auaritiam: qui autem odit munera, viuet. Per miſericordiam & fidem purgantur peccata: per timorem autē domini declinat omnis a malo. Mēs iuſti meditatur obedientiā: os impiorum redūdat malis. Lōge eſt dominus ab impiis: & operationes iuſtorum exaudiet.

a Lux

h *Iter pigrorum quaſi ſepes ſpinarū.*] Pigros dicit eos quos piget operari iuſtitiam: qui cum viam domini appetūt, eos velut ſpinæ obſiſtētium ſepium, ſic formidinum ſuarum oppoſitæ ſuſpiciones pungūt. Quod quia electos præpedire non ſolet, adiunxit:

i *Via iuſtorum abſque offendiculo.*] Iuſti quippe in conuerſatione ſua, quodlibet eis aduerſitatis obuiauerit, nō impingunt: quia temporalis aduerſitatis obſtacula, æternæ ſpei, & internæ contēplationis ſaltu tranſiliunt. E

k *Lætatur homo in ſententia oris ſui: & ſermo opportunus eſt optimus.*] Humanum quidē eſt de ſua ſententia quaſi prudēter prolata quemque lætari: ſed verus ſapiens, non ſolum res quas loquitur: verum etiam opportunitatem loci vel temporis, vel perſonæ cui loquatur, diligenter inquirit.

l *Semita vitæ ſuper eruditum &c.*] Eruditum dicit, non ſolum ſcientia, ſed & operatione perfectum: Huic etenim iure ſemita vitę deſuper aperta eſt: huic cæli ianua patet. Infernus autem nouiſſimus de quo liberatur, vltima eſt pœna damnationis. Nam primus infernus eſt cæcitas animæ peccantis, & veræ lucis ſcientia carentis: de quo dicitur in pſalmis. Et deſcendant in infernum viuentes: id eſt, ſcientes labantur in peccatum. F (Pſal.54.c)

m *Domum ſuperborum demolietur dominus: & firmos faciet terminos viduæ.*] Conuenticula hæreticorum cæterorumque eccleſiæ perſecutorum demolitur dominus: & firmos facit in orbem vniuerſum terminos eiuſdem eccleſiæ: ſpōſæ videlicet ſuæ, pro cuius vita mori dignatus eſt.

n *Abominatio domini, cogitationes malæ: & purus ſermo pulcherrimus firmabitur ab eo.*] Abominatur dominus cogitationes hæreticorum, imo omnes pietati cōtrarias: & purus ſermo rectæ fidei firmabitur ab eo, quando in iudicio non ſolum factis, ſed & verbis omnibus digna præmia reddet. Abominatus eſt cogitationes malas eorum qui dicebant: Quis eſt hic qui etiam peccata dimittit? Et purum ſermonem eius qui dixit: Tu es Chriſtus filius dei viui: pulcherrimum eſſe firmauit, cum reſpondit: Beatus (Luc.7.g)

A es Simon Bariona: quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed pater meus qui in cælis eſt. *Matth.16.c*

a *Lux oculorum lætificat animam &c.*] Iure mentem delectat humanam, cum ſe lucem cæleſtium arcanorum, domino reuelante, percepiſſe cognoſcit: quod alia editio manifeſtius dicit: Vides bona oculis oblectat cor: bona vtique domini in terra viuentium. Quæ qui mentis oculo contemplatur, merito in corde oblectatur: tametſi extrinſecus triſtis incedere, inimico affligẽte videtur. Fama quoque illa feliciſſima, qua noſtros non ſolũ actus & ſermones, ſed & cogitatus angelis deferẽtibus in cælo patere cognouimus, pinguedinẽ dilectionis & fidei, noſtris virtutibus ne deficiendo areſcant, exhibet. Quanto enim certius tenemus occulta noſtri cordis, ſimul & aperta operis diuinis patere conſpectibus: tanto magis fortitudinem noſtræ bonæ actionis, B oleo charitatis eius ne laſſeſcat, impinguare ſatagimus.

b *Auris quæ audit increpationes vitæ, in medio ſapientium cõmorabitur &c.*] Diſcipulus, qui increpationibus docentium obedienter annuit, plerumque proficiendo ad cathedram vſque doctoris aſcendit. Denique Paulus, qui increpationi ſui conditoris ſeſe humiliter ſubſtrauit, ad ſedem poſtmodum apoſtolicæ dignitatis ſublimiter peruenit.

CAP. XVI.

c *Hominis eſt animum præparare: & domini gubernare linguam.*] Certum eſt quia neque animum præparare, neque gubernare linguam: neque aliquid facere boni abſque diuina gratia valemus: Quia ſine me, inquit, nihil poteſtis facere. *Ioan.11.a* Quomodo ergo hominis eſt animũ præparare, & dei gubernare linguam? Niſi quia hæc proprie tempus perſecutionis ſignificat. De quo dominus ait: Cum autem tradent vos, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. *Matth.10.e* C

d *Omnes viæ hominum patent oculis eius: ſpirituum &c.*] Iſtas vias, id eſt, actiones omnium, & bonorum videlicet & malorum dominus videt: vt etiam ſpiritus ſingulorum, quid in occulto cogitent, certa lance diſcernat. Vnde recte ſubiungitur:

e *Reuela domino opera tua &c.*] Domino quippe opera noſtra reuelamus: quando eum quem nihil latere nouimus, in cunctis quæ agimus, in memoriam reducimus, atque illius in omnibus flagitamus auxilium: & cum hoc deuoti agimus, fit vt non opera eadem tantummodo, ſed etiam internæ noſtræ cogitationes, illo dirigente procedant.

f *Vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt dominus &c.*] Nulla fuit domino cauſa creaturam viſibilem vel inuiſibilem faciendi, niſi voluntas ſua: vt ſuam videlicet bonitatem rationabili creaturæ, quam perpetuo beatam faceret, oſtenderet: eum quoque qui bonum conditionis propria ſponte deſeruit, id eſt, diabolum cum ſuis ſequacibus, iuſta ſeueritate damnauit.

a Lux oculorum lætificat animam: fama bona impinguat oſſa. b Auris quæ audit increpationes vitæ, in medio ſapientium commorabitur. Qui abiicit diſciplinam, deſpicit animam ſuam: qui autem acquieſcit increpationibus, poſſeſſor eſt cordis. Timor domini, diſciplina ſapientiæ: & gloriam præcedit humilitas.

CAP. XVI.

c Hominis eſt animum præparare: & domini gubernare linguam. d Omnes viæ hominum patent oculis eius: ſpirituum ponderator eſt dominus. e Reuela domino opera tua: & dirigẽtur cogitationes tuæ. f Vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt dominus: impium quoque ad diem malum. g Abominatio eſt domini omnis arrogãs: etiam ſi manus ad manum fuerit, non erit innocens. Initium vitæ bonæ, facere iuſtitiam: accepta autem apud deum magis quam immolare hoſtias. Miſericordia & veritate redimitur iniquitas: & in timore domini declinatur a malo. h Cum placuerint domino viæ hominis: inimicos quoque eius conuertet ad pacem. i Melius eſt parum cum iuſtitia, quam multi fructus cum iniquitate. Cor hominis diſponet viam ſuam: ſed domini eſt dirigere greſſus eius. k Diuinatio in labiis regis: in iudicio non errabit os eius. l Pondus & ſtatera iudicia domini ſunt: & opera eius omnes lapides ſæculi. Abominabiles regi qui agunt impie: quoniam iuſtitia firmatur ſolium.

a Voluntas

g *Abominatio eſt domini omnis arrogans etiam ſi manus ad manum fuerit, non erit innocens &c.*] D Quicunque ſibi tribuit bonum quod facit: etiam ſi nihil mali videtur manibus operari, iam cordis innocentiam perdidit: in quo ſe largitori donorum prætulit. Et ideo talem conditor ſuus abominatur vt reum, quem ſuis eſſe beneficiis contemplatur ingratum.

h *Cum placuerint domino viæ hominis: inimicos quoque eius cõuertet ad pacẽ.*] Tanta eſt ſanctitas diuinæ religionis, vt eam plerũque, etiam qui foris ſunt, venerationi habeat: & quos perfecte deo ſeruire perſpexerint, cum his pacem habere, quamuis religione diſcrepantes, incipiant. Denique quia placuerunt domino viæ Danielis & trium puerorum: inimicos quoq; eorum qui eos in ignem vel beſtiis miſerunt, conuertit ad pacem. Quia placuerunt domino viæ ſanctorum prędicatorum, multos eorum perſecutores non ad pacem tãtummodo, ſed ad eandem E etiam fidei & religionis vnitatem conuertit.

i *Melius eſt parũ cum iuſtitia, quam multi fructus cum iniquitate. Cor hominis &c.*] Et beati, inquit domin', pauperes: quia veſtrum eſt regnum cælorum. Et iterum: Væ vobis diuitibus: quia habetis conſolationem veſtram. *Luc.6.e* Poteſt & ſic accipi: Quia melius ſit in ſimplici conuerſatione deo deuote ſeruire, quã multis abundare virtutibus, verbi gratia, eleemoſynis, orationibus, ieiuniis, doctrina, caſtitate, proximorum facta deſpicere: & de ſua quaſi ſingulari ſublimitate gloriari.

k *Diuinatio in labiis regis, in iudicio non errabit os eius.*] Illum ſignificat regem, de quo dictum eſt: Deus iudicium tuũ regi da. *Pſal.71.a* Quis eſt enim regum temporalium, qui nunquã erret in iudicio? In cuius labiis eſt diuinatio: quia nõ ſuorum ſolummodo ſermones & facta dirigit, ſed & gentilium vates, qui vulgo diuini appellantur: quid ſciſcitantibus reſpondeant, illo intus indicante diſponitur: teſtante Michea propheta, qui ad deceptionem Achab regis impiiſſimi teſtatur miſſum a ſuperni iudicis ſolio ſpiritũ, qui prophetarum eius ora impleret, atque ad ſuadendum ea quibus rex nefandus periret, armaret. F *3.Reg 21.e* Neque enim in hoc iudicio errauit os regis æterni: ſed quod rex impius audire peccatis præcedentibus meruit, ipſe hoc prophetas erraticos eloqui permiſit. Sed & Ezechiel peccanti ac perituro Ammonitarum populo dicit: cum tibi viderentur vana, & diuinarentur mendacia. *Ezech.13.* Non eſt dæmonum diuinatio, ſed dei iudicium, qui perfectæ malitiæ elidit finem. Hunc verſiculum alia tranſlatio ſic habet apertius de domino: Nihil falſum exibit de ore eius: quia nimirum ipſe nec vllo mentiente falli, nec poteſt aliquando mentiri.

l *Pondus & ſtatera iudicia domini ſunt: & opera eius, omnes lapides ſæculi &c.*] Lapides ſæculi, iuſtos & fide fortes appellat: quales eſſe deſiderabat apoſtolus Petrus eos, quibus admonens dicit: Et vos tanquam lapides viui ſuperædificamini in domos ſpirituales. *1.Pet.2.a* Nullus igitur ab initio ſæculi ſua virtute electus, & cæleſti ædificio aptus eſt: ſed eius



A eius potius opere, qui omnia in pondere & menſura & numero conſtituens, vnicuique ſicut voluit menſuram fidei & gratiarum diſtribuit.

a *Voluntas regum, labia iuſta.*] Reges dicit ſanctos, qui vitiis principaliter imperare, & virtutibus animæ quaſi obſequẽtium comitum cuneis ſtipari cõſueuerunt: de quibus dominus: Multi, inquit, prophetæ & reges cupierũt videre quæ vos videtis, & non viderunt. *Luc.10.d* Alioquin reges terreni multum ſæpe labia iuſta deteſtantur, vt Herodes Ioãnis: propter quod eum & capite puniuit. *Marc.6.c*

b *Qui recta loquitur, dirigetur.*] Vt videlicet rectis operum greſſibus ad vitam pertingat æternam. At contra: Vir linguoſus non dirigetur ſuper terram. Nec repugnat huic ſentẽtiæ, quod de Antiocho dicitur: Et dolus in manu eius dirigetur. Non enim hominem illum dirigendum ſcriptura dixit, B quem peruerſum ac peſſimũ futurum eſſe præuidit: ſed dolus, inquit, in manu eius dirigetur: quia ſcilicet fraudes & ſcelera quæ diſpoſuit, ad effectum quem propoſuit, nullo retardante perduxit: quibus tamen peractis ipſe in æternum, vt meruerat, periit.

c *Indignatio regis, nuntij mortis.*] Nuntij mortis, ſunt angeli ſatanæ, id eſt hæretici, & vani philoſophi: imo omnes qui ea verba nuntiant proximis, vnde a morte rapiantur æterna: qui quo amplius auctori mortis ſeruiunt, eo grauius vitæ largitorem offendunt: nec tamen talibus iter pœnitentiæ præcluditur. Nam ſubditur:

d *Et vir ſapiens placabit eum.*] Poteſt enim reſipiſcendo dominum placare, quem contigit ſtulte loquendo offendiſſe.

e *In hilaritate vultus, regis vita.*] Quicunque hilarẽ Chriſti vultum videre merentur, his in æternum cum illo viuere dabitur. Alioquin in die iudicij, ſicut ſcriptũ eſt: Videbit omnis caro ſalutare dei. *Luc.3.a* C Sed hunc reprobi tunc iratum, iuſti videbunt placidum.

f *Et clementia eius quaſi imber ſerotinus &c.*] Serotinus imber in Iudæa iam maturis meſſibus vſque hodie venire conſueuit: vbi dominus & matutinam pluuiam promittit, dicens per prophetam: Dabo vobis pluuiam matutinam & ſerotinam terræ. *Deut.11.b* Pluuia ergo matutina eſt, ſiue temporanea, vt alibi nominatur, quando prima credendi in Chriſtum ſemina ſuſcipimus. Pluuia vero ſerotina, quando maturis virtutum frugibus ablati de hac vita, in dominico horreo recondimur. Et recte clementia regis, imbri ſerotino comparatur: quia quod fructum vitæ bene agentes percipimus, nõ hoc noſtri libertas arbitrij, ſed ſuperni facit irrigatio doni.

g *Contritionem præcedit ſuperbia: & ante ruinam exaltatur ſpiritus &c.*] Contritionem enim futuræ condemnationis præcedit ſuperbia vitæ præſentis: & vnde hic omnis reprobus eleuatur, inde illic iuſte deiicitur.

h *Eruditus in verbo, reperiet bona: & qui in domino ſperat, beatus eſt.*] Non ſolum qui ad prædicandum dei verbum eruditus eſt, bona apud illum reperiet: ſed & ille qui in domino ſpem ponere didicit: etiam ſi ad prædicandum aliis

a Voluntas regum labia iuſta: b Qui recta loquitur, dirigetur. c Indignatio regis, nuntij mortis: d Et vir ſapiens placabit eum. e In hilaritate vultus regis, vita: f Et clementia eius quaſi imber ſerotinus. Poſſide ſapientiã, quia auro melior eſt: & acquire prudentiam, quia pretioſior eſt argento. Semita iuſtorum declinat mala: cuſtos animæ ſuæ ſeruat vitam ſuam. g Contritionem præcedit ſuperbia: & ante ruinam exaltatur ſpiritus. Melius eſt humiliari cum mitibus, quam diuidere ſpolia cũ ſuperbis. h Eruditus in verbo, reperiet bona: & qui in domino ſperat, beatus eſt. i Qui ſapiens corde eſt, appellabitur prudens: & qui dulcis eſt eloquio, maiora percipiet. Fons vitæ eruditio poſſidentis: doctrina ſtultorum fatuitas. Cor ſapientis erudiet os eius: & labiis eius addet gratiam. l Fauus mellis verba compoſita: dulcedo animę ſanitas oſſium. Eſt via quæ videtur homini recta: & nouiſſima eius ducunt ad mortem. m Anima laborantis laborat ſibi: quia compulit eum os ſuum.

n Vir impius fodit malũ: & in labiis eius ignis ardeſcit. Homo peruerſus ſuſcitat lites: & verboſus ſeparat principes. o Vir iniquus lactat amicum ſuum: & ducit eum per viam nõ bonam. p Qui attonitis oculis cogitat praua: mordens labia ſua perficiet malum. Corona dignitatis

idoneus non eſt, eiuſdem beatitudinis particeps exiſtit. D

i *Qui ſapiens corde eſt &c.*] Qui ſapientiam catholicæ fidei quam didicit, illibatam ſuo in corde cuſtodit, merito prudentis nomen accipit. At qui eandem ſapientiam etiã docte prædicare, & contra hæreticos defendere nouit, maiora laboris amplioris præmia percipiet.

k *Fons vitæ eruditio poſſidentis: doctrina ſtultorum fatuitas &c.*] Cum diceret, poſſidẽtis: non addidit, quid poſſidẽtis. Quid autem putamus eum voluiſſe intelligere, niſi forte ipſam eruditionem, vt ſit plena ſententia: fons vitæ eruditio poſſidentis ipſam eruditionem ſuam: quod eſt aperte dicere: Quia ille prædicator vere ſuis auditorib' vitæ vias aperit, qui exercet ipſe quæ prædicat, qui amorem verbi quo alios erudit, fixum in corde poſſidet: nec tantummodo memoria retẽtum quaſi collectum gremio ſemẽ iactat in terra. Idcirco nanque doctrina ſtultorum fatuitas eſt: E quia & ſi qua bona dicere vſu eruditionis didicerunt, eadem tamen quæ dicunt bona ipſi fatuo corde contemnunt.

l *Fauus mellis verba compoſita: dulcedo animæ ſanitas oſſiũ etc.*] Multi per eloquentiam poſſunt amantibus & fauentibus ſuauiter pronũtiare bona, quæ ipſi non amant: ea autem ſolum verba ad ſanitatem oſſium tuorum, hoc eſt, ad virtutum tuarum ſpiritualia incremẽta proficiunt, quæ ex interna animæ tuæ dulcedine procedunt.

m *Anima laborantis laborat ſibi: quia compulit os ſuum.*] Cõſtat iuxta literam, quia expulſus de paradiſo homo, quotidianum laborem ne deficiat exercet. Compulit enim os ſuum, quando cum ſerpente loquutus eſt: quando vetitum tetigit, vt exilium longum cum ſudore ſufferat, & in ſudore vultus ſui pane veſcatur. *Gen.3.d* Sed & doctorem os ſuum vt laboret compellit: quia neceſſe habet agere bona quæ dicit. F

n *Vir impius fodit malum: & in labiis eius ignis ardeſcit &c.*] Et propheta ait: Vt inique agerent laborauerunt. *Hier.9.b* Poteſt & de hæretico ſpecialiter intelligi: qui pulcherrimos ac florentiſſimos diuinorũ eloquiorum compos, noxio linguæ ſuæ vomere rumpit, vt de internis eorum finibus, ſenſus impios quaſi ibi non inſint, eruat. In cuius labiis ignis ardeſcit: quo ſe ſuoſque auditores in perpetuum perdat. Vnde & Iacobus: Lingua, inquit, conſtituitur in membris noſtris, quæ maculat totum corpus, & inflammat rotam natiuitatis noſtræ inflammata a gehenna. *Iacob.3.b*

o *Vir iniquus lactat amicum ſuum, & ducit eum per viam non bonam.*] Poteſt & de hæretico, & de omni fautor malorum accipi: Quoniam laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ: & qui iniqua gerit, benedicitur. *Pſal.9.d*

p *Qui attonitis oculis cogitat praua, mordens labia ſua perficiet malum &c.*] Grauius eſt perficere malum, quam facere. Non ſolum autem ille perficit malum, qui per membra ſui corporis peruerſum quid operatur & noxium: verum etiã ille qui fixa intentione malum patrare diſponit. Solent enim ſuperbi indignantes labia mordere: ſolent attonitos habere oculos: & præſentia non videre, dum aliquandiu taciti ſedula mente pertractant. Vnde datur

dignitatis ſenectus, quæ in viis iuſtitiæ reperietur. [a] Melior eſt patiens viro forti: & qui dominatur animo ſuo, expugnatore vrbium. [b] Sortes mittuntur in ſinum: ſed a domino temperantur.

## CAP. XVII.

[c] Melior eſt buccella ſicca cum gaudio, quam domus plena victimis cum iurgio. [d] Seruus ſapiens dominabitur filiis ſtultis, & inter fratres hæreditatem diuidet. [e] Sicut igne probatur argentum, & aurum camino: ita corda probat dominus. Malus obedit linguæ iniquę, & fallax obtēperat labiis mendacibus. Qui deſpicit pauperem, exprobrat factori eius: & qui in ruina lætatur alterius, non erit impunitus. [f] Corona ſenum filij filiorum, & gloria filiorum patres eorum. Non decent ſtultum verba compoſita: nec principem labium mēdax. [g] Gemma gratiſſima expectatio præſtolantis: quocunque ſe verterit, prudenter intelliget. Qui cælat delictū, quærit amicitias: qui altero ſermone repetit, ſeparat fœderatos. Plus proficit correctio apud prudentem, quam centum plagæ apud ſtultū. [h] Semper iurgia quærit malus: angelus autem crudelis mittetur contra eum. [i] Expedit magis vrſæ occurrere raptis fœtibus, quam fatuo confidenti ſibi in ſtultitia ſua. Qui reddit mala pro bonis, non recedet malum de domo eius. [k] Qui dimittit aquam, caput eſt iurgiorum: & antequam patiatur contumeliam, iudicium deſerit. Et qui iuſtificat impium, & qui condemnat iuſtum, abominabilis eſt vterque apud deū. [l] Quid prodeſt habere diuitias ſtulto, cum ſapientiam emere non poſſit? Qui altam facit domum ſuam, quærit ruinam: & qui euitat diſcere, incidit in mala. [m] Omni tēpore diligit qui amicus eſt, & frater in anguſtiis comprobatur. [n] Homo ſtultus plaudet manibus, cum ſpoponderit pro amico ſuo. Qui meditatur diſcordias, diligit rixas: & qui exaltat os ſuum, quærit ruinam. Qui peruerſi cordis eſt, non inuenit bonum: & qui

A coniici, quod attonitis oculis praua cogitare dicat eum, qui ſic mala quæ facit, inquirit, vt quæ ſe in futurum retributio malorum operum ſequatur, non videat.

a *Melior eſt patiens, viro forti: & qui dominatur animo ſuo, expugnatore vrbium.* ] Minor eſt victoria vrbes expugnare, quia extra ſunt quæ vincuntur: maius autem eſt quod per patiētiam vincitur, quia ipſe a ſe animus ſuperatur: & ſemetipſum ſibimet ipſi ſubiicit, quando eum patiētia in humilitate tolerantiæ ſternit.

b *Sortes mittuntur in ſinum, ſed a domino temperantur.* ] Sicut ſortes palam in ſinū mittuntur, at clauſæ in ſinu cōtinētur: diuini autem eſt iudicij, cuius ſors elata palmā teneat, ſic hominum facta in præſenti quidem vita latēt: ſed cuius ſint meriti pateſcet in futuro, prolato videlicet, tunc ac manifeſtato iudicio ſingulorum, quaſi de ſinu

B examinis diuini.

### CAP. XVII.

c *Melior eſt buccella ſicca cū gaudio, quā domus plena victimis cum iurgio.* ] Melius eſt parua bona cum charitate facere ſine ſciētia prædicandi, hoc eſt enim ſiccam eſſe bucellam: quam magnis effulgere virtutibus cum admixtione diſcordiæ.

d *Seruus ſapiens dominabitur filiis ſtultis &c.*] Seruit quilibet peccator delictis ſuis ſubditus olim, qui poſt conuerſionem vitæ ſuæ ſapiens effectus, atque flagrātiſſimo amore dilectione dei feruēs, filiis ſtultis, hoc eſt, quibuſdā fidelibus a charitate dei, per acceptam fidem tepeſcētibus actu vel prædicatione ſua, eis prælatus dominatur: atq; inter fratres perfectos ſcilicet ſanctos, ſupernæ patriæ hæreditatem diuidet.

e *Sicut igne probatur argentū*

C *& aurum camino: ita corda probat dominus.*] Argētum quippe vel aurum, ſi reprobum eſt, igne conſumitur: ſi vero probatum, igne declaratur: ſic nimirū eſt ſenſus vniuſcuiuſque operantis: nam qualis ſit, in eo quod laudatur vel vituperatur, oſtenditur.

f *Corona ſenum, filij filiorum, & gloria filiorum patres eorum. Non decent ſtultum verba compoſita: nec &c.*] Senes dicit patriarchas & prophetas, qui a filiis filiorum, hoc eſt, a ſucceſſoribus apoſtolorum, digna laude celebrantur: & gloria eſt prædicatorum noui teſtamēti, quod filij veterum patrum eſſe meruerunt.

g *Gemma gratiſſima expectatio præſtolantis: quocunque ſe verterit, prudenter intelliget. Qui cælat delictum, quærit amicitias: qui altero ſermone repetit, ſeparat &c.* ] Qui præmia futura fideliter expectat, quaſi gemmæ ſplendidiſſimæ poſſeſſione lætatur. Nam & in euangelio negotiator ſapiens Matth. 13. f pro acquiſitione pretioſæ margaritæ, id eſt, deſiderio cæleſti, omnia quæ habuit vendidit: taliſque exactor ſiue aduerſa ſeu proſpera contigerint, a ſua intentione non D flectitur, prudenter intelligens: Quoniam diligentibus Rom. 8. c deum omnia cooperantur in bonum.

h *Semper iurgia quærit malus: angelus autem crudelis mittetur contra eum.*] Angelus crudelis, immundus eſt ſpiritus, qui a domino contra peccantes mittitur, vt eos vel in præſenti affligat, vt Ægyptios, Pſal. 77. e quibus immiſit iram indignationis ſuæ: indignationem & iram & tribulationem, immiſſionem per angelos malos: vel etiam poſt mortem ad interitum rapiat æternum. At contra immittit Ibidem 33. angelum dominus in circuitu timentium eum, & eripiet eos.

i *Expedit magis vrſæ occurrere raptis fœtibus, quam fatuo cōfidenti ſibi in ſtultitia &c.*] Facilius erat doctoribus ſanctis, furori gentilitatis occurrere, raptis a ſe populis aliquibus, atque a beſtiali eius ſæuitia ad fidei pietatem E prædicando cōuerſis, quam hæretico cuilibet confidenti in ſui perfidia dogmatis: quia nimirum illud contra exteros, hoc contra ſua viſcera certamen agebant. Poteſt vrſæ nomine ipſius hoſtis antiqui malitia intelligi: cuius fœtus rapimus, cum eos qui erant filij diaboli, catechizando & baptizando filiorum dei ſocietati adiungimus: & hoc plerunque multo leuiore labore perficitur, quam ſit hæreticum ad fidem rectam reuocare, vel catholicum praue agentem, ad bonæ operationis ſtatum reducere conari.

k *Qui dimittit aquam, caput eſt iurgiorum.* ] Aquā dimittere eſt linguam in fluxum eloquij relaxare, quo contra in bonam partem dicitur: Aqua profunda verba ex ore viri. Qui ergo dimittit aquā, caput eſt iurgiorū: quia qui F linguam non refrenat, concordiam diſſipat. Vnde e diuerſo ſcriptum eſt: Qui imponit ſtulto ſilentium, iras mitigat. Infra 26.

l *Quid prodeſt habere diuitias ſtulto, cum ſapientiā emere etc.*] Quid prodeſt populo Iudæorum infideli habere diuitias ſcripturarum, cum in his Chriſtum intelligere nō poſſit? Quid hæretico eiſdem abundare diuitiis, cum vnitatem fidei in eis diſcere nequeat? Quid malo catholico expedit diuitias habere veræ fidei, cum ſapientiam piæ actionis habere neglexerit?

m *Omni tempore diligit qui amicus eſt, & frater in anguſtiis cōprobatur.*] Qui dominum vere amat, omni tempore eius cuſtodit amorem: neque in anguſtia paſſionis deſerit, quem in pacis tranquillitate confeſſus eſt.

n *Homo ſtultus plaudet manibus, cum ſpoponderit pro amico ſuo. Qui meditatur diſcordias, &c.* ] Sultus eſt, qui cum animam fratris ſuſcipit regendam, de ſuis gloriatur actibus, & non potius ei humili compaſſione quicquid poteſt auxilij



& qui vertit linguam, incidet in malum. Natus eſt ſtultus in ignominia ſua: ſed nec pater in filio fatuo lætabitur. [a] Animus gaudens ętatem floridam facit: ſpiritus triſtis exiccat oſſa. Munera de ſinu impius accipit, vt peruertat ſemitas iudicij. [b] In facie prudentis lucet ſapientia: oculi ſtultorum in finibus terrę. Ira patris filius ſtultus, & dolor matris quæ genuit eum. [c] Non eſt bonum, damnum inferre iuſto: nec percutere principem, qui recta iudicat. Qui moderatur ſermones ſuos, doctus & prudens eſt, & pretioſi ſpiritus vir eruditus. Stultus quoque ſi tacuerit, ſapiens reputabitur: & ſi compreſſerit labia ſua, intelligens. Occaſiones quærit qui vult recedere ab amico: omni tempore erit exprobrabilis. Non recipit ſtultus verba prudētię, niſi ea dixeris quæ verſantur in corde eius.

## Cap. XVIII.

[d] Impius, cum in profundum venerit peccatorum, contemnit: ſed ſequitur eum ignominia & opprobrium. [e] Aqua profunda, verba ex ore viri: & torrens redundans, fons ſapientiæ. Accipere perſonam impij in iudicio non eſt bonum, vt declines a veritate iudicij. Labia ſtulti immiſcēt ſe rixis, & os eius iurgia prouocat. Os ſtulti contritio eius, & labia ipſius ruina animæ eius. [f] Verba bilinguis quaſi ſimplicia, & ipſa perueniunt vſque ad interiora vētris. Pigrum deiicit timor: animæ autem effeminatorum eſurient. [g] Qui mollis & diſſolutus eſt in opere ſuo: frater eſt ſua opera diſſipantis. Turris fortiſſima nomen domini: ad ipſam currit iuſtus, & exaltabitur. [h] Subſtantia diuitis vrbs roboris eius, & quaſi murus validus circundans eum. [i] Antequam conteratur, exaltatur cor hominis: & antequā glorificetur, humiliatur. [k] Qui prius reſpondet quam audiat, ſtultum ſe eſſe demonſtrat, & confuſione dignum. [l] Spiritus viri ſuſtentat imbecillitatem ſuam: [m] Spiritum vero ad iraſcendum facilē, quis poterit ſuſtinere? Cor prudentis poſſidebit ſcientiā, & auris ſapientium quærit doctrinam. [n] Donum hominis dilatat

A auxilij ſalutaris impendit.

a *Animus gaudens, ætatem floridam facit: ſpiritus triſtis exiccat oſſa &c.*] Qui interna ſpiritus ſancti conſolatione lætatur, etiam bonæ actionis flore decoratur, & fructus præmiorum præſtolatur cæleſtium. Qui vero triſtitia ſæculi, quæ mortem operatur, angitur, pinguedinem diuinæ charitatis in robore virtutū quas exercere videtur, habere nullatenus valet: ſed quaſi exiccatis oſſibus marceſcit: quia in bonis actib⁹ quæ facit, gratiam dilectionis amiſit.

b *In facie prudentis lucet ſapiētia: oculi ſtultorum in finibus terræ.*] In facie quidem domini Saluatoris lucebat ſapientia diuinitatis: quam in carne apparens, virtutum & doctrinæ teſtimoniis demōſtrabat. Verum oculi Iudęorum non credentium, terrenis potius deſideriis perficiendis quā ſalutaribus eius

B monitis intendebant. Sed & generaliter ſæpe prudentes grauitatem ſui ſenſus in ipſo etiam frontiſpitio præmonſtrant: nec tamen ſtulti ad hanc admirandam ſectādamque oculos mentis attollunt: ſed econtra qualiter ad finem voluptatum carnalium pertingant, tota intentione perquirunt.

c *Non eſt bonum damnum inferre iuſto &c.*] Et de ipſo principe ac iudice ſæculorū qui pro noſtra ſalute percuti voluit, accipi poteſt: & de omnibus generaliter eccleſiæ rectoribus, qui vel facultatibus nudati ab impiis, vel ipſa æterna ſunt morte conſumpti.

### Cap. XVIII.

d *Impius cum in profundum venerit peccatorum, contemnit: ſed ſequitur eum ignominia*

C *& opprobrium.*] Qui longis peccatorum tenebris inuolut⁹ ſemel de luce deſperat, iam ex deſperatione contēnit, id eſt, paſſim ſibi peccādi frena relaxat: ſed talis opprobrium futuræ damnationis nulla ratione euadit, quē ab vſu ſuæ iniquitatis nulla diuini timoris memoria cohibuit.

e *Aqua profunda, verba ex ore viri: & torrens redundans fons ſapientiæ.*] Verba ſapientium aquæ comparantur: quia & lauant mentes audientium, & irrigāt, ne vel peccatorum ſorde deformes remaneant, vel doctrinæ cæleſtis inopia tabeſcant, & quaſi nociua ariditate deficiant. Et quia eadem doctorum verba fidelium, quædam myſtica latent & occulta, quæ ſolertiore cōprehēdātur induſtria: quædā vero aperta & cūctis audientibus facilia ad intelligendum profluunt: recte hæc & aquam profundam, & torrentem dicit eſſe redundantem. Poteſt autem & ita diſtingui, vt quia veteris teſtamenti ſcriptura typice prolata eſt, dicatur de ea: Aqua profunda, verba ex ore viri. Quia dominus & apoſtoli palam vtriuſque teſtamēti ſa- D cramenta mundo reſerabant, adiungatur de illis: & torrens redundans fons ſapientiæ.

f *Verba bilinguis quaſi ſimplicia &c.*] Bilingues ſunt cuncti hæretici, qui praua perſuaſione locutionis ſuæ, mentes ſimplicium velut peſtifero veneno ita corrumpunt, vt ad ſanitatem difficile venire poſſint.

g *Qui mollis & diſſolutus eſt in opere ſuo &c.*] Quia qui cœpta bona diſtricte non exequitur, diſſolutione negligētiæ manum deſtruentis imitatur, id eſt diaboli.

h *Subſtantia diuitis vrbs roboris eius &c.*] Non terrena ſubſtantia ſemper defendere poteſt: imo plerique propter diuitias ſunt capti vel occiſi. Vnde & Eccleſiaſtes ait: Diuitiæ conſeruatæ in Eccl. 5. e malum domini ſui: pereunt enim in afflictione peſſima. Meli⁹ ergo intelligitur ſubſtantiam laudare virtutum, E quibus quicunque abundat, quaſi muro inexpugnabili, cunctas hoſtium arcet inſidias.

i *Antequam conteratur, exaltatur cor hominis &c.*] Id eſt, ante contritionē futuræ ruinæ vel damnationis, præcedit elatio cordis atque praua actio.

k *Qui prius reſpōdet quam audiat, ſtultum ſe demonſtrat & confuſione dignū.*] Qui prius doctor eſſe deſiderat quam diſcat, ſtultitiæ noxam non declinat. Qui iudicare proximorum facta, prius quam plene cauſam vtriuſque partis cognoſcat, inordinate feſtinat, ſe cōfuſione dignum demonſtrat.

l *Spiritus viri ſuſtentat imbecillitatem ſuam.*] Et ipſe vir ait. Spiritus quidem promptus eſt: caro autē infirma. Mar. 14. e F Poteſt & de quolibet viro ſancto accipi, qui carnis imbecillitatem, ne in tentationibus cedat, mentis fortitudine ſuſtentat.

m *Spiritum vero &c.*] Quia qui ad iraſcēdum facilis eſt, nec ſeipsū poteſt ſuſtinere: ita vt irat⁹ ſæpe dicat ea quę poſt modū placidus quia dixerit, pæniteat: & plerūq; an dixerit, ignoret. Cuius tamen veſania nonnunquam per ſapientiū modeſtiam facillime ſuffertur, atq; ex tempore ſopitur.

n *Donum hominis dilatat viam eius, & ante principes ſpatium ei facit.*] Donum charitatis ſiue aliarum virtutum, quas a domino fideles accipiunt, dilatat viam actionis eorum: quia quo magis gratia ſpiritus intus replentur, eo latius foris bonorum operum greſſus multiplicant: atque inter magnos eccleſiæ rectores, in futuro culmen ſortiuntur honoris. Aliter: Donum ſpirituale Saluatoris quod mundo attulit, dilatauit viam eius: quod ad plurimas orbis nationes per fidei & dilectio-

A nis ſuæ præſentiam veniret:nec ſolum populos,ſed ipſos etiam rerum dominos,concupiſcentiis renuntiare,ac ſibi libenter obtemperare faceret.

a *Iuſtus prior eſt accuſator ſui: venit amicus eius, & inueſtigabit eum.*] Omnis qui vere iuſtus eſt,vbi peccantium errata conſpicit, primo ad ſeipſum oculum cōſiderationis inflectit: dumque ſuam fragilitatem ſolicitus accuſauerit, ſic demum ad corripiendos alios linguam benignus exerit. Sed ille qui ſuis fidelibus dicere dignat9 eſt: Vos
Ioan.15.d autē dixi amicos: quia quæcunque audiui a patre meo, nota feci vobis:venit in cor eius per præſentiam diuinæ contemplationis, & quem mundum a ſorde iniquitatis agnoſcit, eius humilitatem digna mercede remunerat.

b *Contradictiones comprimit ſors, & inter potentes quoque diiudicat.*] Sors eſt occulta & incomprehenſibilis præ-
B deſtinatio ex diuina regula procedens: quæ inter potētes,hoc eſt,electos dum ſingulis propria aſſignat, diiudicat.

c *Frater qui adiuuatur a fratre quaſi ciuitas firma &c.*] Cū populus vterque, Iudæorū ſcilicet & gentium, fraterna ſibi in Chriſto charitate cōſentit,vnā iam catholicæ eccleſiæ ciuitatem conſtruit: & ſicut vectes vrbium portas muniunt,ita dogmata vtriuſque teſtamenti, eccleſias per orbem, quæ vnam catholicam faciunt, ab infidelium incurſione defendunt.

d *Cum obſecrationibus loquetur pauper, & diues effabitur rigide.*] Humiles ſpiritu,humiliter dominum adorant, vt euangelicus ille publicanus:
C ſuperbi ſua merita iactant, vt phariſæus.
Luc.18.b

e *Vir amicabilis ad ſocietatem: magis amicus erit quam frater.*] Credens ex gentibus populus magis amat9 eſt a domino,quā Iudaicus ſine fide perdurās:in quo ſecundum carnem natus eſt. Poteſt & de apoſtolis ex Iudæa natis intelligi:quia magis eos amarent credentes ex gentibus,quam ex ſua gente increduli.

Cap. XIX.

f *MElior eſt pauper qui ambulat in ſimplicitate &c.*] Melior eſt ſimplex auditor verbi dei,ſi ea quæ intelligere in ſcripturis potuit,operando perficit: quam eruditus quiſq;,ſi in illis quæ acute intellexit, ad hæreſim prædicandam labia retorquet.

g *Vbi non eſt ſcientia animæ &c.*] Animæ quidem humanæ,ſciētia vitæ cæleſtis eſt neceſſaria: quia nimirum ſine hac beata in perpetuum eſſe non poteſt: attamen qui effrenatis ſenſibus mentis, plus appetit ſapere quam decet, plerumque offenſionem hæreticæ ſtultitiæ temerarius incurrit. Quod in primis humani generis parentibus myſtice ſignatū eſt:qui dū appetitu ſcientiæ maioris, vetitū cōtingere properabāt:a ſtatu beatitudinis in qua conditi ſunt deuiātes,in pœnā miſeriæ & mortalitatis inciderūt.

h *Stultitia hominis ſupplantat greſſus eius &c.*] Stultorum
D moris eſt, vt cū peccando viam veritatis deſerunt, nō ſe erraſſe fateantur: ſed ad culpam conditoris,ſui reatus originem referant: quaſi ipſe occaſionem peccandi tribuerit,qui vel fragilem fecerit hominem, vel ad tētationem eius hoſtem verſutum admiſerit. Vnde & primus noſtri generis parens, poſt præuaricationis exceſſum increpatus a domino,ad defenſionē mox excuſando refugit, dicens. Mulier quam dediſti
Gen.3.c mihi ſociam, dedit mihi de ligno,& comedi. Et ipſa mulier: Serpens,inquit,decepit me. Ambo namque in creatorem quod peccauerant, retorquebāt. Ille quod mulierem per quam periret, a domino ſociam accepiſſet: illa quod dominus ſerpentē qui ſe deciperet, in paradiſo
Pſal.140. conſtituiſſet: quo contra ſapiens dominū precatur, vt non declinet cor ſuū in verbum malum ad excuſandas excuſationes in peccatis.
E Sed & ille ſuos ſupplantans greſſus contra deum feruet animo, qui diuina imperia per ſuam inertiam contemnēs, inſuper ipſum dominū, quaſi importabilia hominibus onera impoſuerit, mente reprehendit inſana.

i *Diuitiæ addunt amicos plurimos:a paupere autem & hi quos habuit, ſeparantur.*] Diuitiæ regni cæleſtis, quæ per ſanctos doctores fidelibus tribuendo prædicātur, multos amicos & eiſdem prædicatoribus, & earum largitori domino aſciſcunt. A philoſophis autem cæteriſque gētium magiſtris: quia nil certæ beatitudinis in futurum norunt promittere, & hi quos habuere ſeparātur, videlicet conuerſi ad fidem ſpemque dominicæ promiſſionis certiſſimam.

F k *Qui tantum verba ſectatur, nihil habebit: qui autem poſſeſſor eſt mentis, diligit animam ſuam &c.*] Et Apoſtolus ait.
Rom.2.b Non auditores legis iuſtificabuntur apud deum, ſed factores legis iuſtificabuntur.

l *Teſtis falſus non erit impunitus: & qui mendacia loquitur, peribit &c.*] Redarguerat eum qui verba tantum ſcientiæ abſque operationis efficacia ſectatur: redarguit nunc illum qui ipſa verba diuinæ auctoritatis male interpretādo corrumpit. Quod autem multa ſæpius iterantur,firmitatis indicium eſt, vt Ioſeph ſomnium regis interpretans ait: Eo quod ſit ſermo dei, & veraciter impleatur.
Gen.41.d

m *Nō decent ſtultum delitiæ:nec ſeruum dominari principibus.*] Non decent hæreticum delitiæ ſcripturarū, quia his bene vti non nouit: neque illum qui ſeruus adhuc peccati eſſe probatur,præferri iuſtis in regimine eccleſiæ.

n *Doctrina viri per patientiam noſcitur.*] Doctrina eccleſiaſtica per patientiam doctorum quam ſit perfecta mōſtratur: quia dum magis afflictionibus ac morti corpus ſubdere,quam a docendi officio ceſſare voluerūt: oſtendebant vtique,quantum eſſet ſalutaris,quā tanta inſtantia defenſare curarunt. Aliter: Doctrina viri per patientiā noſcitur:

dilatat viam eius, & ante principes ſpatium ei facit. [a] Iuſtus prior eſt accuſator ſui: venit amicus eius, & inueſtigabit eum. [b] Contradictiones cōprimit ſors, & inter potentes quoque diiudicat. [c] Frater qui adiuuatur a fratre quaſi ciuitas firma, & iudicia quaſi vectes vrbium. De fructu oris viri replebitur venter eius, & genimina labiorum ipſius ſaturabunt eum. Mors & vita in manibus linguæ: qui diligunt eam, comedent fructus eius. Qui inuenit mulierem bonam, inuenit bonum, & hauriet iocūditatem a domino. Qui expellit mulierem bonam, expellit bonum: qui autem tenet adulteram, ſtultus eſt & inſipiens. [d] Cum obſecrationibus loquetur pauper, & diues effabitur rigide. [e] Vir amicabilis ad ſocietatem magis amicus erit quam frater.

## CAP. XIX.

[f] MElior eſt pauper, qui ambulat in ſimplicitate ſua, quam diues torquens labia ſua & inſipiens. [g] Vbi non eſt ſcientia animæ, non eſt bonum: & qui feſtinus eſt pedibus, offendit. [h] Stultitia hominis ſupplantat greſſus eius, & contra deū feruet animo ſuo. [i] Diuitiæ addunt amicos plurimos: a paupere autem & hi quos habuit, ſeparantur. Teſtis falſus non erit impunitus: & qui loquitur mendacia, non effugiet. Multi colunt perſonam potentis, & amici ſunt dona tribuentis. Fratres omnes pauperis oderunt eum: inſuper & amici procul receſſerunt ab eo. [k] Qui tantum verba ſectatur, nihil habebit: qui autem poſſeſſor eſt mentis, diligit animam ſuā, & cuſtos prudentiæ, inueniet bona. [l] Falſus teſtis non erit impunitus, & qui loquitur mēdacia peribit. [m] Non decent ſtultum delitiæ: nec ſeruū dominari principibus. [n] Doctrina viri



A noſcitur: quia tanto quiſque min[us] oſtenditur doctus, quanto conuincitur minus patiens. Neque enim poteſt veraciter bona docendo impendere, ſi viuendo neſcit æquanimiter aliena mala tolerare. Recte autem ſubditur:

a *Et gloria eius eſt iniqua prætergredi.*] Quia nimirum perfecti doctoris eſt, ſic aliorū improbitatem patiēter ſufferre, vt ſuam quoque fragilitatem nouerit ab iniqua actione ſolerter obſeruare. Neque enim aut munditia propriæ conuerſationis, ſine tolerantia ſufficit externæ perturbationis: aut ſi is qui fortiter aduerſa foris ſuſtinet,intus adhuc eneruiter iniquis motibus feruet.

b *Sicut fremitus leonis, ita & regis ira: & ſicut ros ſuper herbam,ita & hilaritas eius.*] De Chriſto rege dicit, qui in iudicio, & hilaris ac blandus iuſtis, & terribilis apparebit iniuſtis.

c *Dolor patris filius ſtultus.*]
B Deus qui in ſua natura impaſſibilis ſemper eſt & placidus: dolere tamen noſtro more dicitur, cum homines quos ad ſe credendum laudandumque creauit, hoſti potius maligno quam ſibi, ſeruire conſiderat. Vnde &
Gen.6.a Moyſes loquitur: Pænituit eum quod hominem feciſſet in terra, & tactus dolore cordis intrinſecus: Delebo, inquit, hominem quē creaui,a facie terræ.

d *Et tecta iugiter perſtillantia litigioſa mulier.*] Sicut tecta perſtillātia pluuiam quidem de cælo ſuſcipiunt, nec tamen hanc ad vtilitatem aliquam diſpertiūt, ſed ad moleſtiam potius inhabitantiū deriuant. Ita nimirum hæreticorum eccleſia, cæleſtium dona verborum non ad ſa-
C lutem animarum: ſed ad ſuæ vſum nequitiæ male interpretando, & contra catholicos litigando conuertit. Tecta etenim perſtillantia, mundas quidē pluuiæ guttas accipiunt: ſed ſub tectis in domo ſordidas reddunt, & hæreticus limpidiſſima cæleſtis oraculi verba,auditu corporis haurit: at vbi hæc corde polluto attigerit, auditoribus ſuis ſorde mixta miniſtrat.

e *Pigredo immittit ſoporem.*] Piger appellatur, qui recte ſentiendo quaſi vigilat: quamuis nihil operando torpeſcat. Sed pigredo immittit ſoporem, quia pauliſper etiam recte ſentiendi vigilantia amittitur, dum a bene operandi ſtudio ceſſatur. Recte autem dicitur.

f *Et anima diſſoluta eſuriet. Qui cuſtodit mandatū, cuſtodit animam ſuā: &c.*] Nam qui ſe ad ſuperiora ſtringendo non dirigit, neglectum ſe inferius per deſideria expādit. Et dū ſtudiorum ſubtiliū vigore non cōſtringitur, cupiditatis infimæ fame ſauciatur, vt quo per diſciplinā ligari diſſimulat,eo ſe eſuriens per voluptatum deſideria ſpargat.

g *Fœneratur domino qui miſeretur pauperis, & viciſſitudinem ſuam reddet ei.*] Fœnus eſt pecunia ad vſuram cōmodata: qui enim miſeretur pauperis, fœneratur domino: quia ideo erogat modica tēporalia, vt ab eo recipiat ampliora
D æterna. Huius ſententiæ veritatem probat ipſe dominus, cum ſe eleemoſynam facientibus dicturum eſſe prędixit,
Mat.25.d Quamdiu feciſtis vni de his minimis meis, mihi feciſtis.

h *Erudi filium tuum, & non deſperes: ad interfectionem autem eius ne ponas animam tuam.*] Subiectum tibi quemlibet,ſi errare conſpicis, diligenter caſtigare curato: quod ſi curari renuit,ita erga illum circumſpecte & temperanter age: ne quid omnino in tuis verbis vel actibus,vnde amplius peccet, inueniat. Cui ſenſui opitulatur illud quod ſequitur.

i *Qui impatiens eſt, ſuſtinebit damnum, & cum rapuerit aliud apponet &c.*] Si enim duritia cōtradicentis fratris, quē erudire cœpiſti, prouocatus ipſe in impatientiæ vitium labaris, damnū profecto tuę virtutis incurris: & cum illi durius forte increpando ſpē promerendæ ſalutis agendęque pænitentiæ quā habuerat, rapueris: rationē pro eo
E quod fratrem ſcandalizaſti, diſtricto iudici reddes. Patet litteræ ſenſus: quia qui per impatientiam inopiæ, furto ſeruit, aut rapinis, damnum ſuæ animæ facit: & cum rem proximi tollit, & ſi non homini pro hoc, certe æterno iudici rationem reddere habet. Vnde alia editio ita hūc verſum tranſtulit. Male cogitans homo, multo damno affligetur: & ſi pernitioſus fuerit, animam ſuam apponet: quia nimirum cum pecuniam violentus abſtulerit, pro hac animam inuitus dabit.

k *Homo indigēs miſericors eſt.*] Indigentem dicit humilem, qui ſe perpetuis bonis egere ſine ceſſatione recolit: talis namque vt miſericordiam
F conſequatur a domino, nūquam proximo miſereri recuſat. De quo & ſubſequenter annectit.

l *Et melior eſt pauper quam vir mendax &c.*] Melior eſt namque humilis corde,qui nihil fidit ſuis operibus, quā qui ſe præ excellentia virtutū viri nomine dignū ducens fallitur, neſcius dum ſuperbiēdo perdit bona quæ geſſit.

m *Abſcondit piger manum ſuam ſub aſcella, nec ad os ſuum applicat &c.*] Nemo ita piger eſt,vt ad os manū vel comedendo reducere laborem putet: ſed pigro labor eſt,manū ad os porrigere: quia deſidioſus quiſque prædicator, ne hæc vult operari quæ dicit. Manum quippe ad os porrigere,eſt voci opere concordare.

n *Teſtis iniquus deridet iudiciū.*] Illud videlicet de quo di-
Exo.20.b citur. Non falſum teſtimonium dices: vel certe venturū, de quo ſupra dicitur. Teſtis falſus non erit impunitus: & qui loquitur mendacia,peribit.

o *Et os impiorum deuorat iniquitatem.*] Sicut famelicus re-
Sup.eo.a fici cibis deſiderat: ita impius vt inquitatis executione ſatietur, ardenter exquirit.

p *Parata ſunt &c.*] Et ſi reprobi, ſicut prædictum eſt, vel iuſſionis vel comminationis diuinę iudiciū derident: parata tamen eos expectant iudicia damnationis: quæ

viri per patientiam noſcitur. [a] Et gloria eius eſt iniqua prætergredi. [b] Sicut fremitus leonis, ita & regis ira: & ſicut ros ſuper herbam, ita & hilaritas eius. [c] Dolor patris filius ſtultus: [d] Et tecta iugiter perſtillātia litigioſa mulier. Domus & diuitiæ dantur a parentibus: a domino autem proprie vxor prudēs. [e] Pigredo immittit ſoporem: [f] Et anima diſſoluta eſuriet. Qui cuſtodit mandatum, cuſtodit animam ſuam: qui autē negligit viam ſuā, mortificabitur. [g] Fœneratur domino qui miſeretur pauperis, & viciſſitudinem ſuā reddet ei. [h] Erudi filium tuum, & nō deſperes: ad interfectionem autem eius ne ponas animā tuam. [i] Qui impatiens eſt, ſuſtinebit damnum: & cū rapuerit, aliud apponet. Audi conſiliū, & ſuſcipe diſciplinam: vt ſis ſapiens in nouiſſimis tuis. Multæ cogitationes in corde viri: voluntas autem domini in æternum permanebit. [k] Homo indigēs miſericors eſt: Et melior eſt pauper quam vir mendax. Timor domini ad vitam, & in plenitudine commorabitur abſq; viſitatione peſſimi. [m] Abſcondit piger manum ſuam ſub aſcella: nec ad os ſuum applicat eam. Peſtilente flagellato, ſtultus ſapientior erit: ſi autem corripueris ſapientem, intelliget ſapientiam. Qui affligit patrem & fugit matrem, ignominioſus erit & infelix. Nō ceſſes fili audire doctrinam: nec ignores ſermones ſciētiæ. [n] Teſtis iniquus deridet iudicium: [o] Et os impiorum deuorat iniquitatem. [p] Parata ſunt deriſoribus iudicia, & mallei percutientes ſtultorum corporibus. Luxurioſa rex vinum, & tumultuoſa ebrietas. Quicunque his delectatur, non erit ſapiens. Sicut rugitus leonis, ita & terror regis: qui prouocat eum, peccat in animam ſuam. Honor eſt homini qui ſeparat ſe a contentionibus: omnes autem ſtulti miſcentur contumeliis.

Cap.

A vt mallei ferrum candens, ita eos in fornace gehennæ ſine fine verberent.

## CAP. XX.

[a] PRopter frigus piger arare noluit: mendicabit ergo æſtate, & non dabitur ei. Sicut aqua profunda, ſic conſilium in corde viri: ſed homo ſapiens exhauriet illud. [b] Multi homines miſericordes vocantur: virum autem fidelem quis inueniet? [c] Iuſtus qui ambulat in ſimplicitate ſua: beatos poſt ſe filios derelinquet. [d] Rex qui ſedet in ſolio iudicij, diſſipat omne malum intuitu ſuo. [e] Quis poteſt dicere: mūdum eſt cor meum, purus ſum a peccato? [f] Pondus & pondus, menſura & menſura: vtrunque abominabile eſt apud deum. [g] Ex ſtudiis ſuis intelligitur puer, ſi mūda & recta ſint opera eius. [h] Aurem audientē & oculum vidētem, dominus fecit vtrunque.

[a] Noli

### CAP. XX.

a *PRopter frigus piger arare noluit: mendicabit ergo æſtate, & non dabitur ei &c.*] Qui nunc propter deſidiam in dei ſeruitio laborare neglexerit, venturo die regni mēdicabit, & non dabitur ei: quia quæcunque ſeminauerit homo, hæc & metet. Gal. 6.b Bene ergo regnum dei æſtati comparatur: quia tunc mœroris noſtri nubila trāſeunt, & vitæ dies æterni ſolis claritate fulgeſcunt.

b *Multi homines miſericordes vocantur: virum autem fidelem quis inueniet?*] Multi quidem miſericordes præſenti in ſæculo apud homines videntur: virum autem fidelē, hoc eſt, qui recta intentione bonū opus faciat, inueniri difficile eſt.

c *Iuſtus qui ambulat in ſimplicitate ſua &c.*] B Non hoc ſecundum literā ſemper ſtare poteſt. 1.Reg.8.a Nam & beatus Samuel vir iuſtus ac ſimplex, diſſimiles ſui filios reliquit, & 4.Reg.18.a Achaz iniuſtus ac reprobus, beatum poſt ſe filium reliquit Ezechiam: ſed filios iuſti dicit eos, qui exempla iuſti ſequuntur. Vnde nunc omnes electi propter fidem, filij dicuntur Abrahæ: teſte Apoſtolo qui ait: Rom.4. Si autem vos Chriſti, ergo ſemen Abrahæ eſtis: quibus beatitudo nō huius ſæculi, ſed futura promittitur. Vnde recte ſubiungitur.

d *Rex qui ſedet in ſolio iudicij, diſſipat omne malum intuitu ſuo.*] Et ſi enim in hac vita electi mala patiantur reproborum, vbi vniuerſalis iudicij dies apparuerit, omnia mala diſſipantur: & coronatis cum domino iuſtis, ſoli pœnas ſubibunt iniuſti. Quod etiam nunc per partes agitur, cum quis ſanctorum victor exierit de ſæculo, & ille qui eum tribulabat perſecutor digna factis perceperit. Poteſt hic verſus & de electis accipi, qui habent aliquando latentia in mente mala, quæ ab aliis videri non poſſunt hominibus: quæ tamen dominus cernit, quando ea occulto reſpectu gratiæ deſtruit. Denique conuerſus dominus reſpexit Petrum, & recordatus eſt Petrus verbi do- Luc.22.g C mini, & cætera.

e *Qui poteſt dicere, mundum eſt cor meum: purus ſum a peccato?*] Notandum quod non ait. Quis poteſt mundum habere cor, & purus eſſe a peccato? ſed: quis poteſt dicere, inquit, mundum eſt cor meum, purus ſum a peccato: quia ſunt qui largiente diuina gratia, poſſunt iuxta humanum modum & cordis & operis munditiam habere: Matth.5.a vnde eſt illud dominicum. Beati mundo corde: quoniam Pſal.23.a ipſi deum videbunt. Et in pſalmo. Quis aſcendet in mōtem domini: aut quis ſtabit in loco ſancto eius? Innocens manibus & mundo corde. Si enim nemo mundum habet cor, neque vllus purus eſt a peccato, conſequens eſt profecto, vt nullus aſcendat in montem domini: nullus hominum ſtet in loco ſancto eius. Quia vero conſtat multos aſcenſuros in montem domini, ſtaturoſque in loco ſancto eius: reſtat vtique vt ſint multi mundo corde, & iuxta humanæ poſſibilitatis modum puri a peccato: nec tamen ſeipſum quiſquam mundum corde & immunem eſſe a peccato abſque temeritate pronuntiat. Stulta eſt nanque propriæ laudis iactantia, temerarium de ſua quemque innocentia, vel iuſtitia gloriari. Et quia ſunt qui ſua laudare quaſi fortia: proximorum vero facta velut vilia ſolent improbare, recte ſubiungitur:

f *Pondus & pondus: menſura & menſura: vtrunque abominabile eſt apud deum.*] Pondus & pondus: hoc eſt, maius D & minus: menſura & menſura, ſimiliter maior & minor, vtrunque eſt abominabile apud deum. Præpoſiti enim in eccleſia praue viuentes, has duplices menſuras in domibus, hoc eſt, conſcientiis ſuis habent: quia bonum quod aliis imperant, ipſi minime faciunt: & malū quod in ſubditis damnāt, ipſi perpetrare non deſinunt. Pondus & pondus, menſuram & menſuram, hypocritę atque hæretici in domibus, hoc eſt, in ſenſibus ſuis habent, in eo quod ſe mundos in cogitatione & puros in actione ſua eſſe mentiuntur: cæteros vero velut ſordidos atque peccatores reſpuunt & contemnunt: quaſi ſtatera doloſa & menſura duplici, aliter ſua, & aliter facta proximorum pēſant, ac per hoc in vtroque abominabiles apud deum exiſtunt. Diuerſum nanque pondus in E domo ſua, diuerſam habet menſuram, vt aliter videlicet in ſemetipſo, aliter metiatur in proximo: qui in ſuis ſemper actibus quæ laudari, in aliorū vero quæ vituperari poſſint, rimatur. Et ideo talem iuſte abominatur dominus: quia nimirum quantū ſibimetipſi abſq; meritis placet, tanto ſuperno inſpectori merito diſplicet. Verum quia periculoſum eſt cuiquam de aliena conſcientia iudicare, cuius intentionem ſcire nequit, dat conſilium quibus indiciis iudiciū noſtri cordis erga proximum dirigere debeamus. Nam ſequitur:

g *Ex ſtudiis ſuis intelligitur puer, ſi munda & recta ſint opera eius.*] Quemcunque enim virtutibus ſtudere, modeſtiæ, continentiæ, auditioni ſapientium, & obſeruantiæ mandatorum dei, maximeque humilitati ac ſimplicitati videris: huius munda eſſe & recta opera intellige. Quem vero his contrarium iter tenere deprehēdis, hunc velut immundi ac diſtorti cordis hominem, aut corrigere & caſtigare: aut ſi hoc non vales, vitare ac declinare ne ab eo ipſe corrumparis, curato. Nec videri contrariū debet, quod hic ſtudioſi pueri munda eſſe & recta opera teſtatur: ſupra vero ait. Quis poteſt dicere: mundum eſt cor meum, purus ſum a peccato? In hoc enim verſu ſtudiū recte viuendi ſuadet: in illo præſumptionem propriæ puritatis diſſuadet. In iſto munditiam & rectitudinē qualis in hac F vita eſſe iuſtorum poteſt, docet habendā: in illo ſubtilitatem diuini examinis, qua hominum facta & intentiones diiudicat, monet ſemper ante oculos habendā. Vnde & illum locū antiqui interpretes ita trāſtulerunt. Cum ſederit rex iuſtus in ſolio iudicij, quis gloriabitur caſtum ſe habere cor? aut quis gloriabitur mundum ſe eſſe a peccato? qui & hunc quem exponimus verſiculum, manifeſtius poſuere dicentes: Iuuenis qui cum iuſto eſt, directa Sup.13.a erit via illius. Qui enim cum ſapiētibus graditur, ſapiens erit. Sicut econtra, amicus ſtultorum efficietur ſimilis.

h *Aurem audientem, & oculum videntem, dominus fecit vtrunque.*] Aurem audientem, dicit auditorem verbi obedientem. Oculum videntem, doctorem eruditum. Nemo ergo cum ſe ſcripturarum ſcientia inſtitutum, & ad dicendum verbum dei viderit idoneum, deſpiciat ſimplicitatem fratris, qui & ſi minus doctus ad prædicandum, non tamē minus eſt promptus ad diſcendum, vel ad implendum bona quæ didicit: ſed recolat quia qui ſibi maiorem ſcientiæ gratiam dedit, ipſe fratri quæ habet ſpiritualia dona tribuit: nec ſibi propter ſe ſolummodo, ſed etiam propter fratris commoda tribuit dona quę voluit: dans vnicuique gratiam ſecundum menſuram donationis ſuæ.

a *Noli*



[a] Noli diligere ſomnum, ne te egeſtas opprimat: aperi oculos tuos, & ſaturare panibus. [b] Malum eſt, malum eſt, dicit omnis emptor: & cum receſſerit, tunc gloriabitur. [c] Eſt aurum & multitudo gemmarum, & vas pretioſum labia ſcientiæ. Tolle veſtimentum eius qui fideiuſſor extitit alieni, & pro extraneis aufer pignus ab eo. [d] Suauis eſt homini panis mendacij: & poſtea implebitur os eius calculo. Cogitationes conſiliis roborantur: & gubernaculis tractanda ſunt bella. [e] Ei qui reuelat myſteria, & ambulat fraudulenter, & dilatat labia ſua, ne commiſcearis. Qui maledicit patri ſuo & matri, extinguetur lumen eius in mediis tenebris. [f] Hæreditas ad quam feſtinatur in principio, in nouiſſimo benedictione carebit. [g] Ne dicas, reddam malum: expecta dominum, & liberabit te. [h] Abominatio eſt apud dominum pondus & pōdus: ſtatera doloſa non eſt bona. [i] A domino diriguntur greſſus viri. [k] Quis autē hominum intelligere poteſt viam ſuā? [l] Ruina eſt homini deuotare ſanctos: & poſt vota retractare. Diſſipat [m] impios rex ſapiens, & incuruat ſuper eos fornicem. [n] Lucerna domini ſpiraculum hominis, quæ inueſtigat omnia ſecreta ventris. Miſericordia & veritas cuſtodiunt regem, & roboratur clementia thronus eius. [o] Exultatio iuuenum fortitudo eorum, & dignitas ſenum canities.

A a *Noli diligere ſomnum, ne te egeſtas opprimat &c.*] Noli diligere ſomnum peccati & inertiæ: de quo Apoſtolus ait. Rom.13.c Hora eſt iam nos de ſomno ſurgere: ne te ſi non bene vigilare noueris, egeſtas in futuro, illa grauiſſima, vbi nec ſtillam aquæ vnam ſitiens inuenire queas, occupet. Aperi oculos tui cordis ad vigilias ſanctas, & ſaturitatē tibi gaudiorum cæleſtium bene viuendo conquire.

b *Malum eſt, malum eſt, dicit omnis emptor: & cum receſſerit, tunc gloriabitur.*] Ergo & is qui æterna in cælis præmia comparare deſiderat, malū eſt ei quod in præſenti debet ſuſtinere, vt cum receſſerit de mundo, tunc glorietur aperte perſpiciens: Ibid.8.d Quia non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.

c *Eſt aurum & multitudo gēmarum, & vas pretioſum labia ſcientiæ &c.*] Hæc eſt gloriatio ſapiētis emptoris, qui B quamdiu emerit, malum eſſe dicit quod ſecum agitur: cum autem receſſerit, lætabitur ſe ſapienter emiſſe: ſic etenim etiam cæleſtis regni emptor vbi hinc receſſerit exultabit, comperiens labia ſcientiæ, id eſt, doctrinæ ſpiritualis qua vſus eſt in comparatione cæleſtium, auro, gemmis & vaſis eſſe aſſimilanda pretioſis.

d *Suauis eſt homini panis mēdacij: & poſtea implebitur os eius calculo. &c.*] In quocunque membro quis amplius peccauerit, in eo ampliora in vltione patietur tormenta. Vnde recte qui in lingua magis delinquit, in ea plus arſurus eſſe perhibetur: dum os eius calculo, qui eſt lapis ignitus, implendum eſſe refertur: quod accidiſſe conſtat diuiti illi, qui epulabatur quotidie ſpiēdide: cum in inferno ardēs, refrigerari ſibi a Lazaro linguam petebat. Luc.16.c Nam quia in verbis ſuperuacuis in epulando defluxerat, in lingua amplius ardebat.

e *Ei qui reuelat myſteria, & ambulat fraudulenter, & dilatat labia ſua, ne commiſcearis &c*] Si quis voluerit tuis miſ- C ceri amicitiis, & hunc videris prioris amici pandentem ſecreta, hunc veluti perfidum caue.

f *Hæreditas ad quam feſtinatur in principio, in nouiſſimo benedictione carebit.*] Qui per auaritiæ nequitiam in hac vita multiplicari appetunt, in futuro ab æterno patrimonio exhæredes fiunt. Aliter: Hæreditas ad quam feſtinatur in principio, in nouiſſimo benedictione carebit. Qui gradum regiminis priuſquam ſubeſſe didicerit, id eſt, ante tempus feſtinans præpoſterus accipit: in nouiſſimo mercede benedictionis, quæ bonis rectoribus debetur, carebit: qui ad myſterium altaris indoctus & temerarius acceſſit, & ipſe in die nouiſſimo gratiam remunerationis, quæ bene miniſtrantibus repromittitur, perdet. Poteſt & ita accipi, quod qui in præſenti ſuas vlciſci vult iniurias, hic corona patientiæ in futuro carebit. Cui ſenſui potiſſimum videtur conuenire quod ſequitur:

g *Ne dicas, reddam malum: expecta dominum, & liberabit te.*] Quod etiam verſiculo ſequenti aſtruit, cum dicit:

h *Abominatio eſt apud dominum pondus & pondus: ſtatera doloſa non eſt bona.*] Duplex nanque pondus & ſtateram D habet ſuo in corde doloſam: qui dum peccauerit, ipſe veniam petit a domino: & nihilominus peccanti in ſe homini ac pænitenti, quod peccauit dimittere non vult: eū qui deus eſt flectere ad miſerādum precibus ſatagit, cum ipſe homo exiſtēs, nullis hominum precibus flecti ad miſericordiam poſſit. Qui iure quaſi iniquus ponderator abominatur a domino: quia ſuas iniurias grauiores quā domini menſurat. Verbi gratia: nolens indulgere ei qui ſuam vxorem polluit, & poſtulans ſibi indulgere, cum forte deſpōſatā Chriſti virginem maculauerit: vel certe animā ſuā deo in baptiſmate cōſecratam, aliqua vitiorum ſorde fœdauerit.

i *A domino diriguntur greſſus viri.*] Quicunque hominū greſſus rectum iter incedūt, non fit hoc libertate humani arbitrij: ſed gubernatione illius, cui dicit Eſaias: Omnia enim opera noſtra operatus es nobis. Eſa.26.c

k *Quis autem hominum intelligere poteſt viam ſuam?*] E In hoc, inquit, manifeſte claret: quia quicquid boni habet quiſque, a ſeipſo non habet, ſed per gratiā dei: quod nec per ſui libertatem arbitrij, qualis futurus ſit, qualiter, vel quamdiu victurus intelligere poterit.

l *Ruina eſt homini deuotare ſāctos: et poſt vota retractare.*] Cū peccatū ſit vlli hominū nocere, quāto maius eſt cū quis ſanctos dei offenderit, que læſerit, & quaſi vile mācipiū pro libito ſuæ voluntatis eos tractare non timuerit. Quo modo quadraginta viri in Actibus apoſtolorū deuouerunt ſe nō manducaturos neq; bibituros, donec occiderēt Paulū. Act.25.c Et pagani ſæpe, vt legimus, diis ſuis Chriſtianorū deuouere ſanguinē. Hūc verſiculū antiqua editio, iuxta aliū ſenſum poſuit, dicēs: Muſcipula eſt viro citato aliquid de ſuis cōſecrare: poſtea autē quā votum fecit, pænitentiam agit. Et quia vtroſque, & eos videlicet qui ſua contemnunt, & eos qui vt ſua vota compleant ſanctos perſequuntur, damnatio reſtat æterna, recte ſubditur:

m *Diſſipat impios rex ſapiens &c.*] F Moris autem fuit antiquorum, vt adepta de hoſte victoria, fornices ſibi erigerent, in quibus virtutum ſuarum laudes deſcriberent: vt in Saulis opere legimus. 1.Reg.15.c Dominus ergo rex noſter, nō ſolum impiorum deſtruet in fine malitiam: ſed & magnā cum electis ſuis eiuſdem triumphi gloriam perpetuo celebrat. Hunc verſum antiqua tranſlatio ſic habet: Ventilator impiorum rex ſapiens, & immittet illis rotam malorum: id eſt, pœnam nullo fine conſummandam. Cui videlicet rotæ contraria eſt corona vitæ æternæ: quam repromiſit deus diligentibus ſe.

n *Lucerna domini ſpiraculum hominis, &c.*] Diuini afflatus illuminatio, cum in mentem hominis venerit, eam ſibimetipſi illuminans oſtendit: quæ ante ſpiritus ſancti aduentum cogitationes prauas & portare poterat, & penſare neſciebat.

o *Exultatio iuuenū fortitudo etc.*] Canitiem ſapientiā dicit. Tunc etenim ciuitatis cuiuſq; bene ordinatæ, tūc res ſanctæ eccleſię recte aguntur: cū & fortiores quique viribus neceſſariis inſiſtunt operibus, & ſeniores maiore prudētia prædití, de his quæ agenda ſunt, ſalubriter conſulunt.

canities. [a] Liuor vulneris abſterget mala: & plagæ in ſecretioribus ventris.

## CAP. XXI.

[b] SIcut diuiſiones aquarum, ita cor regis in manu domini: quocunque voluerit inclinabit illud. Omnis via viri recta ſibi videtur: appendit autem corda dominus. Facere miſericordiam & iudicium, magis placet domino quam victimæ. Exaltatio oculorum, eſt dilatatio cordis: lucerna impiorum, peccatum. Cogitationes robuſti ſemper in abũdantia: omnis autem piger in egeſtate eſt. Qui congregat theſauros lingua mendacij, vanus & excors eſt: & impingetur ad laqueos mortis. Rapinæ impiorum detrahent eos: quia noluerunt facere iudicium. [c] Peruerſa via viri aliena eſt: qui autem mundus eſt, rectum opus eius. [d] Melius eſt ſedere in angulo domatis, quam cum muliere litigioſa, & in domo communi. Anima impij deſiderat malum: non miſerebitur proximo ſuo. Mulctato peſtilente, ſapientior erit paruulus: & ſi ſectetur ſapientem, ſumet ſcientiam. Excogitat iuſtus de domo impij, vt detrahat impios a malo. [e] Qui obturat aurem ſuam ad clamorem pauperis: & ipſe clamabit, & non exaudietur. [f] Munus abſconditum extinguet iras: & donum in ſinu indignationem maximam. [g] Gaudium iuſto eſt facere iudicium, & pauor operãtibus iniquitatem. [h] Vir qui errauerit a via doctrinæ, in cœtu gigantium commorabitur. Qui diligit epulas, in egeſtate erit: qui amat vinum & pinguia, non ditabitur. [i] Pro iuſto datur impius: & pro recto iniquus. Melius eſt habitare in terra deſerta: quam cum muliere rixoſa & iracunda.

[a] Theſaurus

A a *Liuor vulneris abſterget mala: & plagæ in ſecretioribus ventris.*] Cum enim exterius percutimur ad peccatorum noſtrorum memoriam, taciti afflictique reuocamur: & per hoc quod foris patimur, magis intus quod fecimus dolemus: ſicq; fit vt inter aperta vulnera corporis, magis nos abluat plaga ſecreta ventris: quia ſanat nequitias praui operis occultum vulnus doloris. Solet quippe ventris appellatione mens accipi: quia ſicut venter conſumit eſcas: ita mens pertractando excoquit curas.

### CAP. XXI.

b *SIcut diuiſiones aquarum, ita cor regis in manu domini: quocunque voluerit &c.*] Quare cor regis & non potius omnium hominum in manu dei eſſe perhibet, cum ſcriptum ſit: Quia in manu eius ſunt omnes fines terræ: (Pſal.94.a) niſi forte regem, ſanctũ quemque appellat, qui vitiorum bella in ſe ipſo vincere, virtutum militiam nouit ſtipare. B Sicut enim domin⁹ multifidis aquarũ diuiſionibus terrarum fines late ſimul & aeris implet, tegit quoque aquis ſuperiora cælorum: ita cor regis quocunque voluerit inclinabit illud: quia ſicut diuiſiones gratiarum, iuxta ſuam voluntatem, & angelis & hominibus tribuit: ita & corda ſanctorum quibuſcunque voluerit digna donationibus reddit. Neque vllum habet Pelagianiſta locum, quo vſque dei gratia quis ſaluus fieri poſſit.

c *Peruerſa via viri aliena eſt: qui autem mundus eſt, rectum opus eius.*] Iuſte coram domino viuere, proprium eſt humanæ conditionis. Vnde alibi dicit: Deũ time, & mandata eius obſerua, hoc eſt, (Eccleſ.12.d) omnis homo. At qui peruerſe viuit, alienã profecto a natura humana viã incedit. C Peruerſa ergo actio, aliena eſt & contra naturam. Qui autem mundus eſt in opere, hic recte quod per naturam originaliter ſumpſit, exequitur.

d *Melius eſt ſedere in angulo domatis, quam cum muliere litigioſa &c.*] Adeo verum eſt, melius eſſe ſedere in angulo domatis: id eſt, in ſecreta altitudine vitæ continentioris, quam cum muliere mala in domo, quæ tibi ſit cum illa communis: vt etiam ſi optima tibi mulier ducenda offeratur, melius ſit contempto connubio propter comitatum agni, cælibem ducere vitam. Aliter: Quid per angulum domatis, niſi vita religioſa, ab omni actione terrena remota, & a turbationibus vitæ præſentis quieta? Quid per mulierem litigioſam, niſi perturbati ſæculi actio deſignatur: quæ amatoribus ſuis inceſſanter tentationes mouet, iurgia atque ſcandala ſeminat, immittit lites, concitat bella, diuidit vnitatem, pacem violat, amicitias diſſipat: eoſque dum variis cupiditatibus inflammat, nec in ſemetipſis quieſcere ſinit: nec in fraterna dilectione connexos eſſe permittit?

e *Qui obturat aurem ſuam ad clamorem pauperis: & ipſe clamabit, & non exaudietur.*] Generaliter hæc accipienda ſententia: & non egeno tantum vel corporaliter infirmo. Nam & qui criminibus alienis non affectu miſericordiæ D condolere, ſed iudicantis mauult tenere cenſuram: oſtendit ſe necdum vitiorum fecibus eliquatum, neque auditu diuinæ miſerationis exiſtere dignum.

f *Munus abſconditum extinguet iras: & donum in ſinu indignationem maximam.*] Qui iram diſtricti iudicis, quã peccando meruit, placare deſiderat, eleemoſynas det pauperibus: & hoc nulla delectatione fauoris humani, ſed tantum amore conditoris, qui cordium occulta reſpicit. Sic enim fit munus abſconditum, ſic ad mitigandum conditoris iram proficuum, ſi nullo extraneæ retributionis intuitu porrigatur, ſic implebitur quod ipſe præcepit: Te autem faciẽte eleemoſynam, neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua. (Matth.6.a)

g *Gaudium iuſto eſt facere iudicium: & pauor operãtibus iniquitatem.*] Gaudet iuſtus cũ bonis deſudat operib⁹: quia ſperat ſe propter hæc bonis remunerandum eſſe perennibus. E At vero reprobi dum mala, quæ dominum prohibuiſſe norunt, faciũt: quamuis ſuæ luxuriæ perpetratione carnaliter delectentur, mentis tamen pauore interno carere nequeunt: quia ſe mala perpetua paſſuros pro his quæ temporaliter malefecerint, non ambigunt.

h *Vir qui errauerit a via doctrinæ, in cœtu gigantium commorabitur &c.*] Gigantes dicit immundos ſpiritus: de quibus beatus Iob: Ecce gigantes, inquit, gemunt ſub aquis: (Iob.26.b) & qui habitant cum eis, id eſt, ſuperbi & malefactores ſpiritus dæmoniorũ cũ his quos deceperint hominibus pœnis ſubacti torquẽtur: horũ enim cœtui ſociabuntur, qui a via veritatis errauerunt, ipſo iudice atteſtante, qui ſe illis dicturum eſſe prædixit: (Matth.25.d) F Diſcedite a me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius.

i *Pro iuſto datur impius, & pro recto iniquus etc.*] Iuſti & recti idem eſſe videntur: ſed diſtat inter impios & iniquos, quod iniqui ſunt omnes reprobi: impij vero qui maioribus implicati ſceleribus, vel nunquam ſanctę myſteria fidei perceperũt, vel poſt accepta ad apoſtaſiam redierunt. Vnde poteſt hoc loco impius omnis fidelium perſecutor dictus accipi: Porro iniquorũ vocabulo, generaliter omnes mali ſignari. Et pro iuſto datur impius, cum pro martyre perſecutor, qui eum morti dederit, punitur: pro rectis iniqui, qui eorum iuſtitiã videntes imitari nolebant. Damnatur Herodes, non tantum pro innocẽtibus, quos impie neci tradidit, ſed & augmentum damnationis accipit: quia fidem magorũ ſequi ad quærendum dominum noluit, cũ eſſet Iudæus, & propheratũ dicta cognoſceret. hinc enim domin⁹ ait: Regina auſtri ſurget in iudicio cũ generatione iſta, & condemnabit eam &c. (Matth.12.d) Nõn quia ipſa ſua virtute ac potentia condemnabit: ſed quia in eius cõparatione condemnabuntur, qui deuotionem eius ſcientes, cum multo facilius poſſent, ſapientiæ curam quam diſſimulabant habere.

a *Theſaurus*



[a] Theſaurus deſiderabilis & oleum in habitaculo iuſti, & imprudens homo diſſipabit illud. Qui ſequitur iuſtitiam & miſericordiam: inueniet vitam, iuſtitiam & gloriam. [b] Ciuitatem fortium aſcendit ſapiens, & deſtruxit robur fiduciæ eius. Qui cuſtodit os ſuum & linguam ſuam, cuſtodit ab anguſtiis animam ſuã. Superbus & arrogans vocatur indoctus: qui in ira operatur ſuperbiam. Deſideria occidunt pigrum: noluerunt enim quicquam manus eius operari. Tota die concupiſcit & deſiderat: qui autem iuſtus eſt, tribuet & non ceſſabit. Hoſtiæ impiorum abominabiles, quæ offeruntur ex ſcelere. [c] Teſtis mendax peribit: vir obediens loquetur victoriam. [d] Vir impius procaciter obfirmat vultum ſuũ: qui autem rectus eſt, corrigit viam ſuam. [e] Non eſt ſapientia, non eſt prudentia, non eſt conſilium contra dominum. [f] Equus paratur ad diem belli: dominus autem ſalutem tribuet.

## CAP. XXII.

[g] MElius eſt nomen bonum, quam diuitię multę. [h] Super argentum & aurum gratia bona. [i] Diues & pauper obuiauerunt ſibi, vtriuſque operator eſt dominus. [k] Callidus videt malum, & abſcondit ſe: innocens pertranſit, & afflictus eſt damno. [l] Finis modeſtiæ timor domini: diuitię & gloria, & vita. [m] Arma & gladij in via peruerſi: cuſtos autẽ animæ ſuæ longe recedit ab eis. Prouerbiũ eſt: adoleſcens

A a *Theſaurus deſiderabilis, & oleum in habitaculo iuſti &c.*] Claritas bonorum operum deo ſemper amabilis, & pinguedo dilectionis in ſanctorum eccleſia refulget. Verum reprobi non tantum virtutes ſe non aſſequi, ſed & perſequi & quantum valent in bonis obruere feſtinant. Poteſt ſane hic verſus & de quolibet martyrum accipi: in cuius habitaculo, id eſt, corpore, anima ſancta, dei videlicet theſaurus ſeruetur, abũdat & vnctio gratiæ ſpiritualis: at perſecutor imprudens huiuſmodi habitaculum diſrumpere poteſt: theſaurum vero qui habitaculo tenebatur & oleũ, nequaquam tãgere poteſt. Vnde dominus docet: (Matth. 10.c) Non timere eos qui occidunt corpus, & poſt hęc non habent amplius quid faciant.

b *Ciuitatem fortium aſcendit ſapiens &c.*] Ciuitatem fortium, mundum dicit, qui B quondam malignorum ſpirituum & tyrannidi ſtultæ ſubactus ſeruiebat: habens fiduciam vitæ in cultu eorũ qui non ſunt dij, ſed opera manuum hominum. Hanc ciuitatem intrauit ille natus in carne, qui eſt dei virtus & dei ſapientia: deſtruxitque per ſuos prædicatores cultũ deorum, in quibus fuere cõfiſi, veritatis ignari: atque in fide cæleſtium docuit habendam eſſe fiduciam, quæ nũquam poſſet deſtrui. Sed & quotidie ciuitatem fortiũ aſcendit ſapiens, & deſtruit robur fiduciæ eius, cum aliquis fidelis doctor argumẽta philoſophorum, vel hæreticorum, vel etiam contumaces carnalium frattum contradictiones, quibus ſcelera ſua defendere & alleuiare nituntur aſperſione fidei eccleſiaſticæ, caſtigationis diſciplina redarguit atque euiſcerans annullat.

C c *Teſtis mendax peribit: vir obediens &c.*] Qui ſe deõ ſeruire teſtatur, nec factis dicta exequitur, peribit: qui autẽ fideliter vt promittit, iuſſis ſubditur diuinis: huius loquela ad victoriam perueniet: quia dum per obediẽtiam ſuam deſideria vincere ſatagit per iuſtitiam iudicis poſtmodum victoriæ palmam percipit.

d *Vir impius procaciter obfirmat vultum ſuum &c.*] Iudas quia impius corde erat, quãuis ipſo domino ſe redarguẽte, noluit mala cœpta reſtringere. Porro Petrus quia rect⁹ (Luc. 22.g) erat corde, id eſt, rectitudinis amator, reſpiciẽte ſe domino mox pænitendo correxit quod negando deliquit.

e *Non eſt ſapientia, non eſt prudentia, &c.*] Quæcunque cõſiliãtur & ſapiunt hæretici, nihil eſt & vanum & inutile.

f *Equus paratur ad diem belli: dominus autem ſalutem tribuet.*] Hominum quidem eſt deo deuote tempore perſecutionis animum præpãrare, corpus offerre diſcrimini, ſed diuini eſt adiutorij, vt cœpto labori, agonis victoria ſaluſque ſuccedat.

### CAP. XXII.

g *MElius eſt nomen bonum, quam diuitiæ multæ.*] Nomen bonum dicit, non quod a turbis vulgi imperiti, ſed quod a fidelium quamuis paucorum teſtimonio laudatur. Neque enim bonus habere nomẽ bonum refugit, ſed a bonis ſolum quærebat laudari qui ait: (Galat. 1.b) Si adhuc hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem. D Nomẽ ergo bonum eſt nomen religionis, quod diuitiis mundialibus iure præfertur. Nam & ſi mundum quis lucraretur vniuerſum, merito hunc contemneret, (Matth.16.d) tantum vt nomen eius ſcriberetur in cælo, eiuſque memoria & inter angelos, & inter homines ſanctos figeretur æterna.

h *Super argentum & aurum gratia bona.*] Illam ſignificat gratiam, cum quis pro bono opere laudatur a bonis, imo pro collatis ei donis meritorum, glorificatur pater qui in cælis eſt.

i *Diues & pauper obuiauerunt ſibi: vtriuſque operator eſt dominus.*] Neque diuitem propter diuitias honores: neq; pro inopia pauperem deſpicias, ſed hoc in vtroque merito venerare: quia opus ſunt diuinum, & ad imaginem dei facti ſunt.

k *Callidus videt malum, & abſcõdit ſe etc.*] Multi ex principib⁹ credidere in dominũ, (Ioan.12.f) ſed propter phariſæos non cõfitebantur, vt de ſynagoga non eiicerẽtur: E quia enim erant callidi, videbant malum perſecutionis quod imminebat, & abſconderunt fidem pietatis quam parumper conceperant. Innocentes vero apoſtoli pertranſierunt itinere recto profeſſionis quo cœperunt, & afflicti ſunt verbere, vinculis, carcere, & ipſa etiam morte mulctati. Vtrorunque autem exemplũ multi vſque nunc, & in certamine fidei, & in communibus ſequuntur actibus. Hũc verſum antiqui interpretes manifeſtius, ſed in alium ſenſum tranſtulerunt: Nequam puniri valde ipſe diſciplinam accipit: inſipientes autem prætereuntes damno afflicti ſunt.

l *Finis modeſtiæ timor domini &c.*] F Modeſtiam dicit conſtantiã operum bonorum: timorẽ vero domini illum qui permanet in ſæculũ ſæculi: quia nimirũ perfectio virtutũ eſt, ad hunc animi ſtatũ conſcendere, quo gratiam conditoris, vel in modico timeamus offendere: nihil prorſus eius memoriæ præponentes, quæ alibi charitas vocatur perfecta, foras mittentes timorẽ, ſeruilem videlicet & inſipientem: quo metuit quiſque, ne forte peccãdo pœnis mereatur ſubigi. (1.Ioan.4.d) Quod autem ſubiungit: Diuitiæ & gloria & vita, in futuro ſignificat. Finis ergo modeſtiæ timor domini, diuitiæ & gloria & vita. Quia nimirum perfectio virtutum eſt in hac vita, vt timeamus dominum timore ſancto, hoc eſt, ſyncera illum dilectione colamus: finis virtutum in futuro, vt diuitiis hæreditatis promiſſæ, regni cæleſtis gloriam & vitam ſine fine percipiamus a domino. Vnde Petrus: (1.Pet.1.b) Itaque cum videritis, exultabitis lætitia inenarrabili & glorificata reportantes finem fidei veſtræ ſalutem animarum veſtrarum.

m *Arma & gladij &c.*] Dupliciter intelligendũ: qa peruerſi & armati ſemper ad nocẽdũ ꝓximis verbo vel opere ſceleſto, & ipſos parata ſemp expectat vltio diuini examinis. Qui vero animã ſuã in æternũ ſaluari ꝓcurat, lõge refugit ab huiuſmodi armis & gladiis: quia & mentẽ manumq; ſuã a ꝓximorũ læſione refrenat, & ne animaduerſione diſtricti iudicis ipſe feriatur, intẽta mẽte præcauet.

A [a] adoleſcēs iuxta viā ſuā, etiā cū ſenuerit, non recedet ab ea. [b] Diues pauperibus imperat: & q accipit mutuū, ſeruus eſt fœnerantis. [c] Qui ſeminat iniquitatē, metet mala: [d] Et virga iræ ſuæ conſummabitur. [e] Qui pronus eſt ad miſericordiam, benedicetur: de panibus enim ſuis dedit pauperi. Victoriam & honorem acquiret qui dat munera, animam autem aufert accipientium. [f] Eiice deriſorem, & exibit cū eo iurgium: ceſſabuntque cauſæ & contumeliæ. [g] Qui diligit cordis munditiam propter gratiam labiorum ſuorum, habebit amicum regem. [h] Oculi domini cuſtodiunt ſcientiam, & ſupplantantur verba iniqui. [i] Dicit piger: leo eſt foris, in medio platearum occidendus ſum. [k] Fouea profunda os alienæ: cui iratus eſt dominus incidet in illā. [l] Stultitia colligata in corde pueri, & virga diſciplinæ fugabit eam. [m] Qui calumniatur pauperem, vt augeat diuitias ſuas, dabit ipſe ditiori & egebit. [n] Inclina

a *Prouerbium eſt: adoleſcens &c.*] Conſtat pleroſque in ſenectute domino donante mutari a vitiis, quæ adoleſcētes habuerāt: & econtra nonnullos illo ſe deſerente circa ſenium virtutes, quibus ab adoleſcentia videbantur illuſtrari. Sed quia multo ſæpius quiſque mores, quibus ab adoleſcentia imbutus eſt, in reliquum vitæ tempus exequi conſueuit, prouerbium eſſe dicit: quia quod adoleſcens quiſque cœperit, in ſenecta non mutauerit: non tamen ipſum ſemper ita venire confirmat. Idcirco autē huiuſmodi prouerbium ponit, vt auditores ſuos a prima ætate virtutibus ſtudere perſuadeat: ne forte in ſenectute nō poſſint diſcere ſtudia, quibus in tenera ætate mancipari deſpexerāt. Nam & quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem Teſta diu. Et Græca narrat hiſtoria, Alexandrum potentiſſimum regem orbiſque domitorem, B & in moribus & inceſſu Leonidis pædagogi ſui nō potuiſſe carere vitiis, quibus paruulus adhuc fuerat infectus.

b *Diues pauperibus imperat, & qui accip. &c.*] Patet iuxta literam. Sed & diuites virtutibus in iudicio occulte inſpectoris principantur eis, imo eorum in futuro iudices exiſtunt, qui virtutum diuitiis caruerūt. Et qui verbum doctrinæ ſalutaris accipit a doctore, ſeruus eſt eiuſdem doctoris, id eſt, debitor implendi omnia, quæ illi magiſterij cæleſtis iure præcipit.

c *Qui ſeminat iniquitatem, metet mala.*] Certum eſt quod is qui vel verbo vel exemplo docet iniquitatem, recipiet vindictam. Sed quod ſequitur:

d *Et virga iræ ſuæ conſummabitur.*] Illam maxime iniquitatem videtur dicere, quæ immiti & impia mente peragitur, vt eſt latrocinia exercere, homines ſeruitio premere, tormentis laniare, morte perimere, bouem viduæ pro pignore auferre: ipſam de aduerſario, cum poſſit, vindicare non velle. Talis etenim merito virga iræ ſuæ con- (Matth. 26. d) ſummabitur, quia ſicut dominus ait: Omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt, id eſt, qui iniuſte in alios ſæuiunt, ipſa ſæuitia ſibimetipſis interitum conciſcunt. Verum quia dixerat de impio, ſequitur econtra de pio.

e *Qui pronus eſt ad miſericordiam, benedicetur &c.*] Huic ſi- C mile eſt illud iudicis eiuſdem, qui miſericordes ab im- (Matth. 25. c) piis diſcernens ait: Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnum a conſtitutione mundi. Quia eſuriui, & didiſtis mihi manducare &c. Poſſunt autem panes qui pauperi dantur, non ſolum alimenti carnalis, ſed & doctrinæ ſpiritualis, quibus anima recreatur, intelligi.

f *Eiice deriſorem, & exibit cum eo iurgium &c.*] Eiice hæreticum, quem corrigere non potes de eccleſia: & cum illi libertatem prædicādi abſtuleris, catholicæ paci auxilium præſtabis.

g *Qui diligit cordis munditiam &c.*] Qui mundo corde recta prædicat, inter illos annumerabitur, de quibus eidem regi & conditori ſæculorum propheta dicebat: Mi- (Pſal. 138. c) hi autē nimis honorati ſunt amici tui deus. Nam ſi quis gratiam labiorum recta prædicando præmonſtrat: cordis autem munditiam cuſtodire diſſimulat, nequaquam talis æterni regis amicitia frui poſſe putandus eſt.

h *Oculi domini cuſtodiunt ſcientiam &c.*] Superna conſpectio cuſtodit ſemper in eccleſia ſcientiam veritatis quam docuit. Verba autem hæreticorum: imo omnis ſermo pietati & iuſtitiæ contrarius, qui a domino rege non ſeruatur, cum ſuo auctore ſubuertitur. D

i *Dicit piger, leo eſt foris, in medio plat. &c.*] Dicit ſæpe in animo ſuo is qui ad agenda bona opera piger eſt, ad confitendam fidem quam corde tenet timidus: non audeo fidem quam noui, foras profiteri: ne me perſecutor impius, quia fidelem audit, perimat. Timeo ad exercendas virtutum actiones in publicum progredi, ne forte me vel antiqui hoſtis aduerſitas grauior tentet: vel etiam homo quilibet peruerſus cum ſuorum turba derideat, conuitiis confundat, iniuriis afficiat: aut ſicut multos iuſtorum, qui ab eius vita diſcordant, tormētis & morte cōſumat. Leo, inquit, foris, in medio platearum occidendus ſum: quod eſt aperte dicere, & verba & opera virtutum, vbi oſtendi foris cœperint, ſtatim perſecutio vel hominum, vel ſpirituū comitatur immundorum: nec E valeo tentationibus reſiſtere, ſed in ipſis boni propoſiti vincor inceptis.

k *Fouea profunda os alienæ: cui iratus eſt dominus, incidet in illam.*] Qui verba vel oſcula meretricis libenter amplectitur, quaſi ianuam iam gehennalis pulſat abyſſi: citoque mergetur, ſi pedem cautus non retrahit, ſi non membra cætera a vicinia cohibet foueæ pœnalis: quam nullus omnino niſi filius iræ illabitur.

l *Stultitia colligata eſt in corde pueri &c.*] Multos nouimus pueros ſapientia præditos. Nam & Hieremias puer pro- (Hier. 1. a) phetiæ miniſterium ſuſcepit, & Daniel ſcribit quod de- (Dan. 2. e) dit deus pueris abſtinentibus ſcientiam & diſciplinam in omni verbo & ſapientia. Vnde reſtat intelligere, quod pueros hoc loco non ætate ſed ſenſu, paruulos ſignificet: quales vetabat Apoſtolus eſſe eos, quib⁹ ait: Nolite pue- (1. Cor. 14. d) ri effici ſenſibus, ſed malitia paruuli eſtote. Huiuſmodi enim pueros, id eſt, animos ſtultitiæ vel laſciuiæ vel inertiæ deditos, neceſſe eſt iuuenili diſciplina caſtigari, & ad iuſtum vitæ tramitem prudentium vigore perduci.

m *Qui calumniatur pauperem vt augeat diuitias ſuas &c.*] Cōſtat quia rapaces, & quæ pauperibus auferunt, & quę iuſte videntur poſſidere, pariter omnia perdent, cum in examine diſtricti iudicis pœnas pro his quæ geſſere, recipient. Sed & is qui pauperem ſpiritu fratrem calumniatur, virtutibus eius detrahendo, vt per hanc vituperationem ipſe diuitias quas deſiderat augeat, id eſt, gloriam F laudis humanæ maiorem, quaſi ſanctior accipiat: merito talis calumniator quicquid bonæ actionis habere videbatur, amittet: & a fructu virtutum vacuus in fine manebit. Hucuſque pertingit titulus parabolarum Salomonis, qui ſupra poſitus eſt: ex quo nouū locutionis genus probatur aſſumpſiſſe, vt ea quæ diceret non quaſi ad alium quem doceret loquendo, ſed velut ſolus ſecum ratiocinando videatur effari, quarum videlicet parabolarum primus eſt verſiculus: Filius ſapiens lætificat pa- (Prou. 10. a) trem, filius vero ſtultus mœſtitia eſt matris ſuæ: Vltimus vero eſt iſte, ad quem vſque explanando peruenimus. Hinc ad priorem loquendi modum reuertitur, vt ſpecialiter ad eum quem inſtruit verbum faciat: quod ita incipit.

n *Inclina aurem tuam, & audi verba ſapientium, appone autem cor ad doctrinam meam.*] Pulchrum initium ponit nouæ locutionis, vt aurem pariter ad audiendum, & cor apponere ad intelligendum, quæ ſibi ſapientes loquantur eum quem erudit, iubeat.

a *Quæ*



clina aurem tuam, & audi verba ſapientium: appone autē cor ad doctrinā meā. [a] Quæ pulchra erit tibi cū ſeruaueris eā in ventre tuo: & redundabit in labiis tuis, vt ſit in domino fiducia tua, vnde & oſtendam eam tibi hodie. [b] Ecce deſcripſi eam tibi tripliciter in cogitationibus & ſcientia, vt oſtenderem tibi firmitatem & eloquia veritatis reſpondere ex his illis qui miſerunt te. [c] Non facias violentiam pauperi, quia pauper eſt, neque conteras egenū in porta: quia dominus iudicabit cauſam eius. [d] Et configet eos, qui confixere animam eius. [e] Noli eſſe amicus homini iracundo, neque ambules cum viro furioſo, ne forte diſcas ſemitas eius, & ſumas ſcandalum animæ ſuæ. [f] Noli eſſe cum his qui defigunt manus ſuas, & qui vades ſe offerunt pro debitis. Si enim nō habet vnde reſtituat, quid cauſæ eſt vt tollat operimentum de cubili tuo? [g] Ne trāſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerūt patres tui. [h] Vidiſti virum velocē in opere ſuo: coram regibus ſtabit, nec erit ante ignobiles.

## Caput XXIII.

[i] QVando ſederis vt comedas cum principe, diligenter attende quæ poſita ſunt ante faciem tuam, & ſtatue cultrū in gutture tuo, ſi tamen habes animam tuam in poteſtate. [k] Ne deſideres de cibis eius, in quo eſt panis mendacij. [l] Noli laborare vt diteris. [m] Sed prudentiæ tuæ pone modum: [n] Ne erigas oculos tuos ad opes, quas non potes habere: quia facient ſibi pennas quaſi aquilæ, & volabunt in cælum. [o] Ne comedas cum homine inuido, & ne deſideres cibos eius: Quoniam in ſimilitudinem harioli & coniectoris

A a *Quæ pulchra erit tibi, cum ſeruaueris eam in ventre tuo, & redundabit in labiis tuis &c.*] Aſpera ſæpe videtur incipientibus & inſuauis doctrina ſapientiæ: ſed cum eius virtutem intimo corde perceperint & operibus ſeruare, cum hanc quoque labiis propinare fratribus didicerint, pulchriorem hanc cæteris dogmatibus eſſe deprehendent.

b *Ecce deſcripſi eam tibi tripliciter in cogitationibus & ſcientia, vt oſtenderem tibi firmitatem & eloquia veritatis &c.*] Tripliciter auditori doctrinam deſcripſit ſuam, quia cogitare, loqui & operibus hanc exercere præcepit, qua deſcriptione triplici, totus iſte libellus, ſi quis bene cōſiderat, plenus refulget.

c *Non facias violentiam pauperi, quia pauper eſt, neque conteras egenum in porta: quia dominus iudicabit cauſam eius.*] Poteſt de quolibet paupere vel egeno accipi, de quo dictū eſt: B Tibi derelictus eſt pauper, (Pſal. 9. g) pupillo tu eris adiutor. Verum quia ſequitur:

d *Et configet eos qui confixere animam eius.*] (1. Cor. 8. b) Melius de illo intelligitur, qui cum diues eſſet, pauper pro nobis factus eſt: & non ſolum pauper vt nos ditaret, ſed & vt nos redimeret, crucifigi dignatus eſt. Prohibet ergo ſapientia ſuos auditores domino in carne prædicanti violentiam mortemque inferre: quia nimirum certus reſtat interitus eis, qui in auctorem vitæ manum mittere non timuerunt.

e *Noli eſſe amicus homini iracundo, neque ambules cum viro furioſo, ne forte diſcas ſemitas eius, & ſumas ſcandalum animæ tuæ.*] Et cum hæc de omni iracundo, vel furioſo poſſint generaliter accipi: tamen ni- C hil prohibet ſpecialiter accipi de illis qui contra Saluatorem & diſcipulos eius veſana mente furebant. A quorum amicitia & comitatu prohibētur quicunque in eum credentes, curam ſuæ ſalutis agebant, ne ex vicinia prauorum & ipſi perirent: quod ex Iudæ Iſcariothis caſu fieri poſſe probatum eſt. Generaliter autem dicendum: quia ſicut perfecti viri peruerſos proximos non debent fugere, qui illos ſæpe ad rectitudinem trahunt, & ipſi ad peruerſitatem nunquam trahuntur: ita infirmi quique ſocietatem debent declinare prauorum, ne mala quæ frequenter aſpiciunt, & corrigere non valent, delectentur imitari.

f *Noli eſſe cum his qui defigunt manus ſuas, & qui vades ſe offerunt pro debitis. Si enim non habet vnde reſtituat &c.*] Noli eſſe cum his qui ſe, cum eſſent liberi ac ſibi vacantes, defigunt manus in curas ſalutis malorum, ſpondentes ſe rationem pro eorum animabus domino reddituros. Si enim ille pro quo ſpopondiſti, non habet bona opera, quibus te liberum ac ſecurum reddat tuæ ſponſionis: quæ tibi vtilitas eſt vt in die iudicij pro eius anima iudiceris, amittaſque habitum iuſtitiæ, quo indutus eſſe videbaris, ac nudus ab ornamento virtutum exiſtere comprobaris, quia quod domino teſte pollicitus es, implere nequiueras. Hoc autem dictum eſt, non quod curam regendarum animarum, cum tibi regulariter impoſita fuerit, ſuſcipere D non debeas: ſed ne paſſim nullo iubente doctoris tibi ac præſulis officium temerarius vſurpes.

g *Ne tranſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt patres tui.*] Ne tranſgrediaris terminos fidei, quos catholici ab initio ſtatuere doctores.

h *Vidiſti virum velocem in opere ſuo: coram regibus ſtabit, nec erit ante ignobiles &c.*] Quencunque velocem videris in opere ſuo, vel in opere bono quod erat ei facere ſtrennuum atque ſolicitum: ſcito hunc in die nouiſſimi examinis coram apoſtolis, qui cum Chriſto mundum iudicantes ſedebunt, eſſe ſtaturum: quia videlicet eorum iuſſa ſeruauerit, neque in parte ignobilium doctorū, quorum cauere fecit errorem, ideſt, ad ſiniſtram iudicis eſſe ponendum.

Caput XXIII.

i *QVando ſederis vt comedas cum principe, diligenter attende, quæ poſita ſunt ante faciem tuam &c.*] E Per allegoriam cuncta dicuntur: Quādo ſederis ad legendum cum magiſtro, vt vero pane verbi reficiaris: diligenter intellige quæ ſcripta ſunt, & diſcretionem ſacræ lectionis in tua locutione conſerua: ſi tamen talis es tantumque eruditus, qui in poteſtate habeas animam tuam: nec quaſi indoctus mente tua circunferaris omni vento doctrinæ. Guttur nanque pro loquela poſuit: quia vox in gutture eſt. Cultrum pro diſcretione: quia cibo cum reficimur, cultro ſecante præparamus. Et ſedens vt comedat cultrum in gutture ſuo ſtatuit, quando is qui diuina ſedulus meditatur eloquia, diſcreta ex ore verba depromit: nec alia ſæpius in F lingua quam cæleſtis oraculi dicta reuoluit. Hoc autem eius eſt facere, qui in poteſtate habet animam ſuam, ideſt, immobilem inter errores fallentium ſapientis animæ ſtatum ſeruare didicit. Vnde & recte ſubiungit:

k *Ne deſideres de cibis eius, in quo eſt panis mendacij.*] Quod eſt aperte dicere: Ne deſideres eius auſcultare ſermones, qui dulcedine mendacium dogmatum auditores ſuos fallere conſueuit.

l *Noli laborare vt diteris.*] Diuitias ſcientiæ ſignificat, quas vltra menſuram capacitatis noſtræ quærere prohibemur.

m *Sed prudentiæ tuæ pone modum.*] Illum videlicet, de quo ſupra dictum eſt: Ne tranſgrediaris terminos antiquos, (Sup. 22. d) quos poſuere patres tui, hoceſt, terminos datos a patribus veritatis & fidei.

n *Ne erigas oculos tuos ad opes &c.*] Ne erigas mentem tuā ad perſcrutanda diuinitatis arcana, quæ penetrare non potes: hæc enim cæleſtibus ſolum ciuibus patent.

o *Ne comedas cum homine inuido, &c.*] De ſcripturis cum heretico nō loquaris: qui inuidet humanę ſaluti, & mallet decipere quam corrigi. Quoniā ſicut hariolus & cōiector ſomniorū æſtimat quod ignorat: ita hæreticus, quæ non intelligit in ſcripturis, prout libet, interpretari præſumit.

ris æſtimat quod ignorat. [a] Comede & bibe dicet tibi, & mens eius non eſt tecum. [b] Cibos quos comederas, euomes: & perdes pulchros ſermones tuos. [c] In auribus inſipientium ne loquaris: quia deſpicient doctrinam eloquij tui. [d] Ne attingas paruulorum terminos, & agrum pupillorũ ne introeas. Propinquus enim eorum fortis eſt, & ipſe iudicabit contra te cauſam illorum. Ingrediatur ad doctrinam cor tuum, & aures tuæ ad verba ſciẽtiæ. Noli ſubtrahere a puero diſciplinam: ſi enim percuſſeris eum virga, non morietur. In virga percuties eum, & animam eius de inferno liberabis. Fili mi, ſi ſapiens fuerit animus tuus, gaudebit tecum cor meum, & exultabunt renes mei cum locuta fuerint recta labia tua. [e] Non æmuletur cor tuum peccatores: ſed in timore domini eſto tota die. Quia habebis ſpem in nouiſſimo, & præſtolatio tua non auferetur. Audi fili mi, & eſto ſapiens, & dirige in via animum tuum. [f] Noli eſſe in cõuiuiis potatorum: neque in comeſſationibus eorum, qui carnes ad veſcendum conferunt. [g] Quia vacantes, potibus & dantes ſymbola conſumentur, & veſtietur pannis dormitatio. Audi patrem tuum qui genuit te, & ne contemnas cum ſenuerit mater tua. Veritatem eme, & noli vendere ſapiẽtiam, & doctrinam, & intelligentiam. Exultat gaudio pater iuſti: & qui ſapientẽ genuit, lætabitur in eo. [h] Gaudeat pater tuus & mater tua, & exultet quæ genuit te. Præbe fili mi, cor tuum mihi, & oculi tui vias meas cuſtodiãt. Fouea enim profunda eſt meretrix, & puteus anguſtus aliena. Inſidiatur in via quaſi latro: & quos incautos inuenerit, interficiet. [i] Cui væ, cuius patri væ? [k] Cui rixæ, cui foueæ? [l] Cui ſine cauſa vulnera? [m] Cui ſuffuſio oculorum? [n] Nonne his qui morantur in vino, & ſtudent calicibus epotandis? Ne intuearis vinum quando flaueſcit, cum ſplenduerit in vitro color eius. Ingreditur blande, ſed in nouiſſimo mordebit vt coluber, & ſicut regulus venena diffundet. [o] Oculi tui videbunt extraneas: & cor tuum loquetur

A a *Comede & bibe dicet tibi, & mens eius non eſt tecum.*] Securus, inquit, diſce quæ dico, & age quæ doceo: cum in his quæ docet, ipſe fidem certam non habeat, ſciens finxiſſe quæ docet.

b *Cibos quos comederas, euomes: & perdes pulchros &c.*] Senſus peruerſos, quos ab hæreticis didiceras, neceſſe eſt vt vel per pænitentiam corrigẽdus deſeras: vel poſt mortem pro his pœnas luere cogaris, perdaſque ſermones confeſſionis, quibus eis prædicantibus humiliter fauendum eſſe putaueras.

c *In auribus inſipientium ne loquaris: quia deſpicient doctrinam eloquij tui.*] Huic ſimile Matth.7.a eſt illud euangelij: Nolite ſanctum dare canibus, neq; mittatis margaritas ante porcos. Sicut ergo ſupra admonuit ne hæreticorum doctrinis auſcultares: ita nunc cohortatur ne amore vanę gloriæ ſeductus, immundis B hominibus paſſim arcana veritatis ingeras.

d *Ne attingas paruulorum terminos, & agrum pupillorum ne introeas. Propinquus enim eorum fortis eſt, &c.*] Propinquum paruulorum & pupillorum, dominum appellat: qui cum eſſet in carne, pauperum magis quam diuitum conſors fieri dignatus eſt. Alioquin Rom.10.e idem dominus eſt omnium, diues in omnes qui inuocãt illum. Poſſunt autem congruenter pupillorum ac paruulorum nomine illi deſignari, de quibus dominus ait: Videte ne contemnatis Matth.18.b vnũ ex his puſillis qui in me credunt. Dico enim vobis: quia angeli eorum in cælis ſemper vident faciem patris mei, qui in cælis eſt. Quorũ agros & terminos qui attigerit, hoc eſt, qui conuerſationem eorum bonam in C quietando læſerit, iudicium domini non euadit.

e *Non æmuletur cor tuum peccatores &c.*] Si tota die, ideſt, toto tempore quo in ſæculi huius luce conſiſtis, & peccatorum exempla vitaueris, & dominum timere ſategeris, habebis ſpem beatæ retributionis in nouiſſimo, hoc eſt, cum ad vitæ finem perueneris, ipſo atteſtante qui ait: Apoc.2.e Eſto fidelis vſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitę.

f *Noli eſſe in conuiuiis potatorum, neque in comeſſationibus &c.*] Carnes ad veſcendum conferre, eſt in collocutione derogationis, viciſſim proximorum vitia dicere, de quorum pœna mox ſubditur:

g *Quia vacantes potibus & dantes ſymbola conſumentur &c.*] Symbolum Græcum nomen eſt, & interpretatur collatio. Eſt autem collatio ſermonum, ſicut in conſiliis ſolet: eſt & pecuniarum ſiue aliarum rerum, vt præſens locus docet. Potibus ergo vacat, qui de opprobrio alienæ vitæ ſe inebriat. Symbolum vero dare, eſt ſicut vnuſquiſque ſolet pro parte ſua cibos ad veſcendum, ita in confabulatione detractionis verba conferre. Sed vacantes potibus D & dantes ſymbola, ſicut ſcriptum eſt, conſumentur: quia omnis detractor eradicabitur. Veſtietur autem pannis dormitatio: quia deſpectum & inopem a cunctis bonis operibus, mors ſua inueniet, quem hic alienæ vitæ exquirendo crimina, detractionis ſuæ langor præoccupauit.

h *Gaudeat pater tuus & mater tua, & exultet quæ genuit te, &c.*] Gaudeat deus pater de tua iuſtitia, gaudeat & eccleſia mater tua: ſed & ſacerdos qui te per gratiam baptiſmi regenerauit, qui te erudiuit a paruulo, de tuis bonis gratuletur operibus.

i *Cui væ? cuius patri væ?*] Quærit diſputando quibus hominum ſceleribus maxima a domino pœna ſeruetur. Et reſpondet ipſe ratiocinando: quia his abſque omni dubietate, qui per ebrioſitatem deuoluuntur ad E luxuriam: Cui, inquit, væ? cuius patri væ? Væ æternum interitum nominat. De quo Matth.18.a dominus: Væ, inquit, homini illi per quem ſcandalum venit. Patrem autem cui væ immineat, vel hominem dicit a quo exempla praui operis foras quiſque vt peccaret, accepit: vel certe diabolum, qui intus in corde virus peſtiferæ ſuggeſtionis infundit. De quo Iudæis dictum eſt: Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria patris Ioan.8.f veſtri vultis facere.

k *Cui rixæ, cui foueæ.*] Rixæ, quod concordiam ſeruare & pacem neſcit, quem ebrietas ſenſus impotem reddidit. Foueæ: quia paſſim in volutabro vitiorum omniũ cadere non trepidat, qui inter bona malaque diſcernere quaſi mente captus ignorat. Illamque ſæpiſſime foueam ebrioſus incidit, de F qua præfatum eſt: Fouea enim profunda eſt meretrix, & puteus anguſtus aliena.

l *Cui ſine cauſa vulnera?*] Quia multi nimis potati, vulnera per tumorem in membris acceperunt, quæ nulla ferri cauſa pertulerũt.

m *Cui ſuffiſio oculorum?*] Quia immoderatus vini hauſtus, & caliginem viſus corporalis, & cæcitatem ingerit ſenſus interioris.

n *Nonne his qui morantur in vino, & ſtudent calicibus epotandis? Ne intuearis vinum quando flaueſcit, cum ſplenduerit in vitro color eius. Ingreditur blande &c.*] Non vetat bibere vinum ad neceſſitatem, ſed morari vltra tempus & vtilitatem in vino, & euacuandis alterutrum certare calicibus. Iuxta illud Eſaiæ: Væ qui potentes eſtis ab bibendum vinum, & Eſa.5.e viri fortes ad miſcendam ebrietatem.

o *Oculi tui videbunt extraneas, & cor tuum loquetur peruerſa.*] Conſuetum & pene naturale eſt vitium poſt ebrietatis venena diffuſa in corde, muliebrem ſequi concupiſcentiam, comitante prauitate ac turpitudine verborum.

a Et



loquetur peruerſa. [a] Et eris ſicut dormiens in medio mari, & quaſi ſopitus gubernator amiſſo clauo. [b] Et dices: verberauerunt me, ſed non dolui: traxerunt me, & non ſenſi. Quando euigilabo & rurſus vina reperiam?

## Caput XXIIII.

[c] NE æmuleris viros malos, nec deſideres eſſe cum eis. Quia rapinas meditatur mens eorum, & fraudes labia eorum loquuntur. Sapientia ædificabitur domus, & prudentia roborabitur. [d] In doctrina replebuntur cellaria vniuerſa, ſubſtantia pretioſa & pulcherrima. [e] Vir ſapiens fortis eſt, & vir doctus, robuſtus & validus: quia cum diſpoſitione initur bellum, & erit ſalus vbi multa conſilia ſunt. [f] Excelſa ſtulto ſapientia, in porta nõ aperiet os ſuum. [g] Qui cogitat mala facere, ſtultus vocabitur. Cogitatio ſtulti, peccatum eſt, & abominatio hominum detractor. [h] Si deſperaueris laſſus in die anguſtiæ, imminuetur fortitudo tua. [i] Erue eos qui ducuntur ad mortem: & qui trahuntur ad interitum, liberare ne ceſſes. Si dixeris: vires non ſuppetunt: qui inſpector eſt cordis, ipſe intelligit: & ſeruatorem animæ tuæ nihil fallit, redditque homini iuxta opera ſua. [k] Comede fili mi, mel: quia bonum eſt, & fauum dulciſſimum gutturi tuo: ſic & doctrina ſapientiæ animæ tuæ, quam cũ inueneris, habebis in nouiſſimis ſpem, & ſpes tua non peribit. [l] Ne inſidieris, & quæras impietatem in domo iuſti: neq; vaſtes requiẽ eius. [m] Septies enim cadit iuſtus & reſurgit: impij autẽ corruent in malum. [n] Cũ ceciderit

A a *Et eris ſicut dormiens in medio mari, & quaſi ſopitus gubernator amiſſo clauo.*] In medio mari dormit, qui in huius mũdi tentationibus poſitus, præuidere motus irruentium vitiorum quaſi imminentes vndarum cumulos negligit. Et quaſi ſopitus gubernator clauum amittit, quando mens ad regendam nauem corporis, ſtudium ſolicitudinis perdit.

b *Et dices: verberauerunt me, ſed non dolui: traxerunt me, & non ſenſi. Quando euigilabo & rurſus vina reperiam?*] Vox percuſſi & dormientis exprimitur. Mens quippe a cura ſolicitudinis dormiens verberatur & non dolet, quæ ſicut imminentia mala non proſpicit, ſic nec quæ perpetrauerat, agnoſcit. Trahitur & nequaquam ſentit: qui per illecebras vitiorum ducitur: nec tamen ad ſui cuſtodiam ſuſcitatur. Qui quidem euigilare optat, vt vina B rurſum reperiat: quia quamuis ſomno ſtuporis a ſui cuſtodia prematur: vigilare tamen ad curas ſæculi nititur, vt ſemper voluptatibus deebrietur. Et cum ad illud dormiat in quo ſolerter vigilare debuiſſet, illud appetit, ad quod laudabiliter dormire potuiſſet.

Cap. XXIIII.

c *NE æmuleris viros malos: nec deſideres eſſe cum eis. Quia rapinas meditatur &c.*] Ne deſideres eos imitari, quos cernis vitiis illis, de quibus commemoraui, implicari: ſed potius ſapientiæ operam dare curato.

d *In doctrina replebuntur cellaria vniuerſa ſubſtantia pretioſa & pulcherrima.*] Cellaria ſunt corda iuſtorum, quæ non niſi per doctrinam ſapientiæ, donariis virtutum replentur.

C e *Vir ſapiens, fortis eſt: & vir doctus, robuſtus & validus &c.*] Non omnis qui fortis, etiam ſapiens eſt. Omnis autem ſapiens & fortis eſſe dicendus eſt: quia & ſi corpore imbecillis eſt, ſi adſit ſapientia, omnia fortis aduerſarij, ideſt, diaboli certamina vincit.

f *Excelſa ſtulto ſapientia: in porta non aperiet os ſuum.*] Non poteſt ſtultus ad ſapientiam attingere, adeo alta eſt: quia in infimis iacet vitiorum. Qui & ſi in præſenti ſe aliquid ſapere putat: in porta tamen ciuitatis, ideſt, in exitu huius vitæ, inueniet nihil fuiſſe quod ſapuit.

g *Qui cogitat mala facere, ſtultus vocabitur &c.*] Ne putares ſtultum æſtimandum fuiſſe eum quem hebetem tardumque ingenio videres, palam oſtendit: quia ille ſtultus ſit vocandus, qui vel in cogitatione peccati ſuggeſtioni conſentit, tametſi acer ingenio videtur exiſtere: non autem ille qui hebes ſenſu apparet, dei tamen imperiis quæ diſcere potuit, obtemperare diſpoſuit.

h *Si deſperaueris laſſus in die anguſtiæ, imminuetur fortitudo tua.*] Nihil execrabilius deſperatione: quam qui habuerit, & generales huius vitæ labores, & quod maxime nocet in fidei certamine, conſtantiam fortitudinis perdit.

i *Erue eos qui ducuntur ad mortem: & qui trahuntur ad interitum, liberare ne ceſſes &c.*] Poteſt myſtice accipi: Erue eos qui ab hæreticis decipiuntur rectam fidem prædicando, libera bonorum operum exempla monſtrando, eos qui a D male viuentibus catholicis trahuntur ad interitum. Sed & ſi quos in certamine perſecutionis lapſos vel lapſuros aſpexeris, ſolicita hos exhortatione ad vitam reſtaurare ſatage. Si quos fame perituros, ſi quos algore videris, illis dato victu & veſtitu recrea.

k *Comede fili mi, mel: quia bonum eſt, & fauum dulciſſimum gutturi tuo: ſic & doctrina ſapientiæ animæ tuæ &c.*] Patet facillime quare doctrinam ſapientiæ melli comperet & fauo: quia nimirum ſicut illud cibis: ita hæc doctrinis cæteris dulcedinem præſtat. Sed hoc inter vtriuſque ſignificantiam diſtat: quia mel quod in promptu eſt ad comedendum, moralem litteræ ſuperficiem inſinuat. Fauus autem, in quo mel de cera exprimitur, allegoricam locutionem figurate denuntiat, vt ſubducto litteræ velamine ſuauitas ſenſus ſpiritualis, aliquanto cum la- E bore vel mora percipiatur.

l *Ne inſidieris & quæras impietatem in domo iuſti: neque vaſtes requiem eius.*] Ne quæras aliquam occaſionem, qua deroges homini iuſto. Ille enim ſi ceciderit, cito admouet pedem ſuum vt careat vitio: quod quidem non iteratur in facto: impij autem ſic corruunt, vt vlterius non reſurgant, ſicut ſubſequenter addit dicens:

m *Septies enim cadit iuſtus, & reſurgit: impij autem corruẽt in malum.*] Quomodo autem iuſtus appellatur, qui cadere, ideſt, peccare memoratur? niſi quia de leuibus quotidianiſq; loquitur peccatis, ſine quibus nec iuſtorum quiſquam eſſe in hac vita potuit. Quia nimirum per ignorantiam, per obliuionem, per cogitationem, per ſermonem, per ſubreptionem, per neceſſitatem, per fragilitatem carnis, ſingulis F diebus, vel inuiti, vel volentes frequenter reatum incurrimus: & tamen reſurgit iuſtus, videlicet quia iuſtus eſt: nec iuſtitiæ eius præiudicat lapſus humanæ fragilitatis. Vnde bene cum de iuſti caſu loqueretur, non addit, in malum: quia & ſi malum eſt quod cadunt, ne tamen malo in quod ceciderant, hærere poſſint, citius reſurgendo procurant. At contra de reprobis: Impij autem inquit, corruent in malum. Quia videlicet impij cum ceciderint, vel (quod eſt grauius) corruerint, vt ſcriptura dicit, ideſt, cum capitalia crimina perpetrauerint: ita ſuo caſui delectando aſſentiunt, vt ab hoc pænitendo releuari deſpiciant.

n *Cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas: & in ruina eius ne exultet cor tuum, ne forte videat dominus, & diſpliceat ei: & auferat ab eo iram ſuam. Ne contendas cum peſſimis, ne æmuleris impios, quoniam non habent futurorum ſpem mali, & lucerna impiorum extinguetur.*] Supra iuſto inſidias tendere vetuit: nunc autem vt perfectum te reddat in omnibus, etiam inimicis cum peccauerint, aut aliquid aduerſitatis incurrerint, inſultare prohibet. Ne forte ſi miſerante domino ad pænitentiam ſalutemque animæ redierint, ac tecum amicitias fideles habere cœperint, tunc erubeſcas: quia illos ali-

ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, & in ruina eius ne exultet cor tuum: ne forte videat dominus, & diſpliceat ei, & auferat ab eo iram ſuam. Ne contendas cum peſſimis, ne æmuleris impios, quoniam non habent futurorum ſpem mali, & lucerna impiorum extinguetur. [a] Time dominum fili mi, & regem. [b] Et cum detractoribus ne commiſcearis. [c] Quoniam repente conſurget perditio eorum: & ruinam vtriuſque quis nouit? [d] Hæc quoque ſapientibus. [e] Cognoſcere perſonam in iudicio non eſt bonum. Qui dicunt impio, iuſtus es: maledicent eis populi, & deteſtabuntur eos tribus. Qui arguunt, laudabuntur: & ſuper ipſos veniet benedictio. [f] Labia deoſculabitur, qui recta verba reſpondet. [g] Præpara foris opus tuum, & diligenter exerce agrum tuum: & poſtea ædifices domum tuam. [h] Ne ſis teſtis fruſtra contra proximum tuum: nec lactes quemquam labiis tuis. Ne dicas: quomodo fecit mihi, ſic faciam ei: & reddam vnicuique ſecundum opus ſuum. [i] Per agrum hominis pigri tranſiui, & per vineam viri ſtulti, & ecce totum repleuerant vrticæ: operuerunt ſuperficiem eius ſpinæ, & maceria lapidum deſtructa erat. Quod cum vidiſſem, poſui in corde meo, & exemplo didici diſciplinam. Vſquequo piger dormies: vſquequo de ſomno conſurges? Parum inquam dormies: modicum dormitabis. Pauxillum manus conſeres vt quieſcas, & veniet tibi quaſi curſor egeſtas tua: & mendicitas quaſi vir armatus.

CAP.

A quando deſpexeris, quos diuina gratia ad vitam reſeruauerat: ſed quantum potes iacentibus condole, eoſque vt reſurgere debeãt, adiuua. Et ſi votum conatumque tuum ſequitur effectus, gaudebis de ſanato quem male habentem dolueras. Sin alias, tuæ tamen beneuolentiæ apud dominum fructu non carebis. Vel certe ita dicendum eſt: Ne gaudeas de caſu inimici: ne forte dominus ſuperbiam tuam, quæ illi abſque dubio diſplicet, hoc ordine deiiciens, humiliet, vt te cadente in peccatum, ille reſipiſcens ſanetur.

a *Time dominum fili mi, & regem.*] Iuxta quod dominus ait: Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt dei, deo. Neque aliquid obſtat in domino, vt regem, patrem & filium intelligas deſignari, qui vno eodemque ſunt diuinitatis honore colendi. Qui enim non hono- Luc.20.c Ioan.5.d

B rificat filium, non honorificat patrem qui miſit illum.

b *Et cum detractoribus ne commiſcearis.*] Illis videlicet, qui dicentes ſe deum patrem noſſe, filium dei in carne apparentem noluerunt recipere.

c *Quoniam repente conſurget &c.*] Vtriuſque dicit, & detrahentis, & eius qui illi fauendo commixtus eſt, derogantium Chriſto principum, & decepti ab eis populi, & lacerantium fidem hæreſiarcharum, & auſcultantium illis auditorum.

d *Hæc quoque ſapientibus.*] Subauditur, ignota ſunt: quando reproborum quiſque quam repentino interi-

C tu rapiatur a ſæculo. Vel hæc quoque ſapiẽtibus ſunt obſeruanda quæ docui, ne detractoribus commiſceantur: quia hoc ſpecialiter vitio totum pene genus periclitatur humanum. Vnde eidem vitio mederi volens beatus pater Auguſtinus, hos in ſua menſa fecit verſiculos deſcribi: Quiſquis amat dictis abſentum carpere vitam: Hanc mẽſam indignam nouerit eſſe ſibi. Hunc verſiculum antiqua editio manifeſtius dicit. Hæc dico vobis ſapientiam agnoſcentibus. Quod ſequentis ſententiæ non incongrue poteſt eſſe principium.

e *Cognoſcere perſonam &c.*] Supra regem timere docuit, & nunc perſonam in iudicio cognoſcere vetat. Vnde colligitur: quia ita principibus debitum obſequij temporalis ſubiectos oportet impendere, vt nunquam reuerentiæ vel timoris eorum reſpectu a via veritatis exorbitent.

f *Labia deoſculabitur &c.*] Oſculum pacis & amoris eſt ſignum. Qui ergo reſpondet recta, labia deoſculabitur: quia quicunque neglecta acceptione perſonarum ſola iuſtitiæ verba ſequitur, iſte & inſipientibus grauis forte videtur, & auſterus: multos tamen cum quibus pacem habent prudentes, multos qui ſua dicta cum amore amplectantur inueniet. Sæpe & illos quos aduerſantes ſuis rectis aſſertionibus tolerauerat, conuerſos poſtmodum ad meliora amicos recipiet & ſocios. D

g *Præpara foris &c.*] Quid eſt præparato opere agrum diligẽter exercere, niſi euulſis iniquitatis ſentibus, actionem noſtram ad frugem retributionis excolere? Et quid eſt poſt agri exercitium ad ædificium domus redire, niſi quod plerumque ex bonis operibus diſcimus quantum vitæ munditiam & in cogitatione conſtruamus? Ille E quippe bonæ mentis domum ædificat, qui primum agrum corporis a ſpinis vitiorum purgat: ne ſi deſideriorum ſentes in carnis agro proficiant, intus tota virtutum fabrica, fame boni decreſcente deſtruatur.

h *Ne ſis teſtis fruſtra contra &c.*] Hæc ad exercitium agri noſtri, ideſt, ad cultum bonæ actionis pertinent: Innocentem videlicet proximum falſo teſtimonio non lædere, peccanti cuilibet fiduciam amplius peccandi adulando nõ tribuere, & malum pro malo non reddere. Sic enim fit, vt cum primo actus exterius bene compoſueris, poſtmodum ad inte- F rioris quoque hominis excolendam munditiam pertingas: & quaſi poſt exercitium agri & mentis, hoc habitaculum piis cogitationibus ornare, altiuſque conſtruere incipias. Quod quia reprobi facere diſſimulant, recte ſubditur.

i *Per agrum hominis pigri tranſiui, &c.*] Per agrum, vineamque pigri ac ſtulti tranſire, eſt cuiuſlibet vitam negligentis inſpicere, quam vrticæ vel ſpinę replent: quia in corde negligentium prurientia terrena deſideria, & punctiones pullulant vitiorum: iuxta quod ſcriptum eſt: In Supra.21.d deſideriis eſt omnis otioſus. Et maceria lapidum, in vinea vel agro ſtulti deſtructa iacet, cum cœpta virtutum munimina, vel improbitate hominum malorum deceptus: vel immundorum ſpirituum perſuaſione callida quiſque negligens perdit.

*Commentariorum libri ſecundi finis.*

COMMENT.



A COMMENT. BEDAE PRESBYT. IN D

# PARABOLAS SALOMONIS, liber tertius,

## Chap. XXV.

Chap. XXV.

[a] HÆ quoque parabolæ Salomonis, quas tranſtulerunt viri Ezechiæ regis Iuda. [b] Gloria dei eſt cælare verbum, & gloria regum inueſtigare ſermonem. [c] Cælum ſurſum, & terra deorſum, & cor regum inſcrutabile. [d] Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas puriſſimum. [e] Aufer impietatem de vultu regis, & firmabitur iuſtitia thronus eius. [f] Ne glorioſus appareas coram rege, & in loco magnorum ne ſteteris. Melius eſt enim vt dicatur tibi: aſcende huc, quam vt humilieris coram principe. [g] Quæ viderunt oculi tui, ne proferas in iurgio cito: ne poſtea emendare non poſſis, cum dehoneſtaueris amicum tuũ. Cauſam tuam tracta cum amico tuo, & ſecretum extraneo ne reueles: ne forte inſultet tibi cum audierit, & exprobrare non ceſſet. Gratia & amicitia liberant: quas tibi ſerua, ne exprobrabilis fias. [h] Mala aurea in lectis argenteis, qui loquitur verbum in tempore ſuo. [i] Inauris aurea, & margaritum fulgens: qui arguit ſapientem, & aurem obedientem. [k] Sicut frigus niuis in die meſſis: ita

a HAEc quoque parabolæ Salomonis &c.] Hinc nouo ordine loqui incipit, vt non ſicut prius quaſi ad audientem verbum faciat: ſed ſecum ipſe quid ratio veritatis habeat diſputando pertractet: in quibus tamen legens quiſque vel audiens quid appetere, quid cauere debeat, apertiſſime dinoſcat. Quas quidem parabolas viri Ezechiæ tranſtuliſſe referuntur: quia fortaſſis ad eius vſque tempora, diſperſæ habebantur a pluribus: prout ex ore ſapientiſſimi regis ſemel dictas exceperant: ſed per induſtriam illius collectæ in vnum, & in huius libelli ſunt corpus inſertæ.

B Notandum ſane, quia in his parabolis multo ſunt plura, quam in cæteris per allegoriam dicta ex collatione videlicet rerum, quæ figuris apertæ eſſe videntur.

b *Gloria dei eſt cælare verbum & glo. &c.*] Gloria domini eſt in carne apparentis humanitatis ſuæ infirmitatem, magis quam diuinitatis ęternitatem mortalium oculis oſtendere: & ſe potius operum miraculis ac myſticis locutionibus, quam apertis aſſertionibus verbum, ideſt, dei filium fateri. Vnde multo ſæpius in euangelio filiũ ſe hominis, quam filium dei appellare conſueuit. Et gloria fidelium eius diſcipulorum, eſt diligenter eius inueſtigare ſermonem: quo ſe deum etiam vbi patenter non Ioan.10.f dicit, myſtice ſignificat: quale eſt illud: Ego & pater vnũ ſumus, & cætera huiuſmodi. Denique cælans verbi æter- Matth.16.d nitatem, & prætendens carnis infirmitatem, ait: Quem di-

C cunt homines eſſe filium hominis? Cui rei eximius inueſtigator eius ſermonis, quem antea ſæpius audierat, reſpondit: Tu es Chriſtus filius dei viui. Nec paruam hac inueſtigatione meruit gloriam: nam protinus audiuit: Beatus es Simon Bariona, & cætera.

c *Cælum ſurſum, & terra deorſum, & cor regum inſcrutabile.*] Sicut altitudo cæli, & profunditas terræ coniici ab hominibus non poteſt: ita ſcientia prophetarum & apoſtolorum, qui arcana diuinitatis ſpiritusſancto reuelante cognouerunt, noſtræ fragilitatis capacitatem tranſcendit.

d *Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas puriſſimum.*] Aufer litteræ ſuperficiem de ſacro eloquio, & inuenies ſenſum puriſſimum ſub vilitate litteræ recõditum: & ſub carnalium figuris ceremoniarum, ſpiritualia latuiſſe myſteria.

e *Aufer impietatem de vultu regis, & firmabitur iuſtitia thronus eius.*] Aufer impietatem perſequendi Chriſtianos de Act.9.a animo Sauli, vel alterius cuiuſlibet æmulatorum legis: & cum Chriſtum prædicare cœperint firmabitur iuſtitia cathedræ doctrinæ eorum, quam prius ad ruinam ſua impellebat impietas, quam diu iuſtitiæ dei repugnantes, ſuã præponere certabant. Iterũ: Aufer impietatem de vultu regis, & firmabitur iuſtitia thronus eius. Qui enim præſunt populis, ſi volunt firmum eſſe ſolium ſuum, ſemper hilaritate & gratia plenos vultus exhibeant: ne per arrogantiam rigidiores effecti, in muſſitationẽ incidãt plebis.

f *Ne glorioſus appareas coram rege, & in loco magnorum ne ſteteris. Melius eſt &c.*] Superius præſulem monuit, nunc ſubditum: nam ſicut illi dixit, vt hilarem vultum oſtẽdat ſubiectis: ita hunc admonet, ne in conſpectu maiorum arrogans appareat: ſed potius in mediocri loco poſitus ſuperius euocari mereatur: cui ſimile eſt illud dominicum: Luc.14.b Cum inuitatus fueris ad nuptias, non diſcumbas in primo loco, &c. Poſſumus autem in rege & principe, dominum ſignificatum intelligere, in cuius conſpectu nos ſemper humiliari neceſſe eſt, monente Apoſtolo Petro, E qui ait: Humiliamini igitur 1.Pet.5.b ſub potenti manu dei, vt vos exaltet in tempore viſitationis.

g *Quæ viderunt oculi tui, ne proferas in iurgio cito: ne poſtea emendare non poſſis, cum dehoneſtaueris amicum tuum. Cauſam tuam &c.*] Et in euangelio dominus ait: Si peccauerit Matth.18.b in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipſum ſolum, & cætera.

h *Mala aurea in lectis argenteis, qui loquitur verbum in tempore ſuo.*] Sacra eloquia rectiſſime lectis comparantur argenteis, lectis videlicet: quia requiem præſtant animabus audientium. Argenteis autem: quia ſplendida fulgent virtutibus patrum. Vnde ſcriptum eſt: Eloquia domini, eloquia caſta, argentum i- Pſal.11.b gne examinatum. Quorum ornatui lectorũ, mala ſuperaddit aurea, quiſquis eadem diuina eloquia, & ſpiritualibus plena ſenſibus & myſteriis exponendo demonſtrat. Qui nimirum ſenſus apte mala vocantur: quia de arbore vitæ, ideſt, dei ſapientia ſunt orti. Apte aurea mala: quia notitiam amoremque perpetuæ claritatis, mentibus infundunt. Mala ergo aurea in lectis argenteis, qui loqui- F tur verbum in tempore ſuo: quia qui verbum dei opportune nouit iuxta audientium capacitatẽ prædicare, modo exempla ac dicta patrum, per quorum cuſtodiã ad requiẽ perueniatur æternam, iuxta litteram replicat: modo ſuauiores in his ſenſuum ſpiritualium fructus, quibus pia audictium deſideria paſcat, remoto litterę velamine pandit.

i *Inauris aurea, & margaritum fulgens &c.*] Recte humilis auditor inauri comparatur aureæ: quia dum libenter increpanti ac docenti aurem accommodat, iam ſeſe ad recipiendum claritatem ſapientiæ cæleſtis præparat: iam ſupernæ lucis viſioni appropiat. Recte magiſter eruditus, margarito fulgenti aſſimilatur: quia dum emendationem morum, dum ſupernorum ſcientiam deſiderantibus, ac pie quęrentibus animis oſtendit, quaſi aureo ornatui maiorem inſuper gratioremque fulgorem gemmæ ardentis annectit.

k *Sicut frigus niuis in die meſſis: ita leg. &c.*] Importunum videtur omnimodis tempore meſſis ningere. Nam & in- Infr.26.a fra legimus: Quomodo nix in æſtate, & pluuia in meſſe:

ita legatus fidelis ei qui miſit eum, animam illius requieſcere facit. [a] Nubes & ventus, & pluuiæ non ſequentes, vir glorioſus & promiſſa nō complens. [b] Patientia lenietur princeps, & lingua mollis confringet duritiam. [c] Mel inueniſti, comede quod ſufficit tibi, ne forte ſatiatus, euomas illud. [d] Subtrahe pedē tuum de domo proximi tui: ne quando ſatiatus, oderit te. Iaculum & gladius, & ſagitta acuta, homo qui loquitur contra proximum ſuum falſum teſtimonium. [e] Dens putridus, & pes laſſus, qui ſperat ſuper infideli in die anguſtiæ, & amittit pallium in die frigoris. [f] Acetum in nitro, qui cantat carmina cordi peſſimo. Sicut tinea veſtimento, & vermis ligno: ita triſtitia viri nocet cordi. [g] Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum: ſi ſitierit, da ei aquam bibere. [h] Prunas enim congregabis ſuper caput eius: & dominus reddet tibi. [i] Ventus aquilo diſſipat pluuias: & facies triſtis, linguam detrahentem. [k] Melius eſt ſedere in angulo domatis, quam cum muliere litigioſa & in domo communi. [l] Aqua frigida animæ

ſic indecens eſt ſtulto gloria. Sed tamen in feruentiſſimis Palæſtinæ regionibus non parum delectabile eſt metentibus, ſi ſubito frigus quomodo in niue ſolet, adueniat: quod incendia ſolis aliquantum refrigeret, ſudorem laborantium tergat, ardentes temperet anhelitus. Cui recte frigori legatus aſſimulatur fidelis: qui mentem eius qui ſe miſit, prudenter agendo repauſat. Myſtice autem, legatus fidelis, doctor eſt catholicus: qui autem mittit eum, dominus. Porro dies meſſis in æſtu, tempus eſt prædicationis inter furores perſequentium. De quo dictum eſt: Meſſis quidē multa, operarij autem pauci. (Matth.9.d) Frigus niuis in meſſe, aliquantula eſt quies prædicantium a perſecutione repugnantium. Recte ergo dicitur: Sicut frigus niuis in die meſſis: ita legatus fidelis ei qui miſit eum, animam illius requieſcere facit: quia ſicut optabile eſt prædicatoribus verbi, cum ab infidelium rabie forte aliquid refrigerij accipiunt, nec facultas docendi negatur: ita ipſi qui ad prædicandum eos miſit domino gratum eſſe conſtat, cum ſuſceptam ab eo legationem, etiam inter aduerſa obſiſtentium fideliter complent. Denique vt Lucas refert: (Luc.10.d) Reuerſis a prædicationis officio diſcipulis, exultans ſpirituſancto, patri gratias obtulit dicens: Confiteor tibi domine pater cæli & terræ, & cætera.

a *Nubes & ventus, & pluuiæ non ſequentes &c.*] Huic ſimile videtur quod ſuperius ait: (Sup.4.d) Ne lactes quenquam labiis tuis. Sed ille verſiculus ſpecialiter hoc continet, ne promittendo hominem ſuſcipias, & non complendo decipias. Iſte vero verſiculus & hoc continere poteſt, & illud quod dicit Apoſtolus: (1.Tim.3.a) Habentes ſpeciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes.

b *Patientia lenietur princeps, & ling. &c.*] Quamuis dominum peccando offendiſti, potes tamen eius mereri clementiam, ſi patienter aduerſa, quæ tibi pro peccatis irrogantur, pertuleris, humilique ſatisfactione duritiam domaueris contumaciæ prioris.

c *Mel inueniſti, comede quod ſufficit tibi, ne forte ſatiatus, euomas illud.*] Dulcedinem inueniſti cæleſtis intellectus, quæ ſpiritualium patrum officio, quaſi prudentiſſimarum apium tibi labore miniſtratur: vide ergo ne in eas plus ſapere appetas, quam oportet ſapere, ne dum ſumma intelligere vltra vires quæris, etiam quæ bene intellexeras, amittas. Poteſt autem in hoc verſiculo typice dictum intelligi, quod in ſequenti aperte ſubiicitur.

d *Subtrahe pedem tuum de domo prox. &c.*] Et ſi etiam proximi cuiuſlibet allocutionem vel viſitationem melle dulciorem inueniſti: melius tamen eſt vt rarius veniendo facias eum ſemper tuum diligere aduentum: quam vt vel vna vice, tam diu cum illo maneas, vel totiens ad eum venias, donec te videre faſtidiat, & ne redeas quærat.

e *Dens putridus, & pes laſſus, qui ſperat ſuper infideli in die anguſtiæ, & amittit &c.*] Et Hieremias ait: (Hier.17.a) Maledictus qui ſpem ſuam ponit in homine, & ponit carnem brachium ſuum. Qui recte denti putrido, & pedi laſſo comparatur: quia qui illud vnicum hominis bonum, hoc eſt, adhærere deo, & ponere in deo ſpem ſuam neſcit: iſte nec vitæ percipere cibum, nec ad manſionem poteſt deſideratæ ſalutis pertingere. Et talis amittit pallium in die frigoris: quia & ſi in ſerenitate vitæ præſentis, habitu religionis videtur indutus: vbi tamen diſtrictio iuſti iudicij ingruerit, nudus omnimodis ab ornatu iuſtitiæ patebit: nec eorum cōſortio dignus, de quibus ſcriptum eſt: Beatus qui vigilat & cuſtodit veſtimenta ſua, ne nudus ambulet, & videant turpitudinem eius.

f *Acetum in nitro, &c.*] Nitrum a Nitria prouincia, vbi maxime naſci ſolet, nomen accepit. Nec multum a ſalis Amoniaci ſpecie diſtat: nam ſicut ſalem in littore maris feruor conficit ſolis, durando in petram aquas marinas, quas maior vis ventorum, vel ipſius maris feruor in littoris vlteriora proiecerit: ita in Nitria. Vbi æſtate pluuiæ prolixiores tellurem infundunt, adeſt ardor ſideris tantus, quod ipſas aquas pluuiales per latitudinem arenarū concoquat in petram: ſalis quidem vel glaciei aſpectui ſimillimam: ſed nil gelidi rigoris, nil ſalſi ſaporis habentem: quæ tamen iuxta naturam ſalis, in caumate durare, & in nubiloſo aere fluere ac liquefieri ſolet: Hanc indigenæ ſumentes ſeruant, & vbi opus extiterit, pro lomēto vtūtur. Vnde Iudææ peccanti dicit propheta: (Hier.2.e) Si laueris te nitro, & multiplicaueris tibi herbam borith, maculata es iniquitate tua, dicit dominus deus. Crepitat autem in aqua quomodo calx viua: & ipſum quidem diſperit, ſed aquam lauationi habilem reddit, cuius natura cui ſit apta figuræ, cernens Salomon ait: Acetum in nitro, & qui cantat carmina cordi peſſimo. Acetum quippe, ſi mittatur, in nitrum, ferueſcit nitrum protinus & ebullit: & peruerſa mens, quando per increpationem corripitur, aut per prædicationis dulcedinem bona ſuadentur, de correptione fit deterior, & inde in murmurationis iniquitatem ſuccenditur, vnde debuit ab iniquitate compeſci.

g *Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum: ſi ſitierit, &c.*] Et de corporalibus alimētis, & de ſpiritualibus poteſt intelligi.

h *Prunas enim congregabis ſuper caput eius: &c.*] Non de incendiis pœnarum dicit: neque enim doceret ſapientia, vt bona faciendo inimico, perditionis eius cauſam miniſtrares: ſed per prunas ſuper caput eius, ardorem charitatis in corde eius ſignificat. Fit enim nonnunquam, vt inimicus crebris victus beneficiis, odiorum rigore emollito, calorem in mentem charitatis excipiat: ac de inimico amicus fieri, & eum quem iniuſte oderit, redamare incipiat.

i *Ventus aquilo diſſipat pluuias: &c.*] Si hilari vultu audieris detrahentem, tu illi das fomitem detrahendi: ſi vero triſti vultu hæc audias, vt dixit quidam vir dei: Diſcit non libenter dicere, quod didicerit non libenter audiri.

k *Melius eſt ſedere in angulo domatis, quam cum muliere litigioſa, & in domo communi.*] Doma, excelſus & ſecretus eſt locus: quod enim δῶμα Græce, Latine dicitur tectum. (Act.10.a) Denique in actibus apoſtolorum, vbi Petrus in ſuperiora ad orandum aſcendit, pro ſuperioribus, in Græco δῶμα ſcriptum eſt. Melius eſt ergo in altitudine virtutum manere quempiam liberum a vinculis vxoriis, & a ſæculi huius ſecretum deſideriis, quam cum carnali vſu voluptatis quotidianis nefariæ mulieris contumeliis affici.

l *Aqua frigida animæ ſitienti: & nuntius bonus de terra longinqua.*] Dicit pſalmiſta: (Pſal.41.a) Sicut ceruus deſiderat ad fontes aquarum: ita deſiderat anima mea ad te deus. Aqua ergo frigida quæ ſitiēti ardorem reſtringuit, & nuntius qui de longe



animæ ſitienti: & nuntius bonus de terra longinqua. [a] Fons turbatus pede, & vena corrupta, iuſtus cadens coram impio. [b] Sicut qui mel comedit multum, nō eſt ei bonū: ſic qui ſcrutator eſt maieſtatis, opprimetur à gloria. [c] Sicut vrbs patēs, & abſque murorū ambitu: ita vir qui non poteſt in loquendo cohibere ſpiritum ſuum.

## Caput XXVI.

[d] Qvomodo nix in æſtate, & pluuia in meſſe: ſic indecens eſt ſtulto gloria. Nā ſicut auis ad alta trāſuolans, & paſſer quò liber vadēs: ſic maledictū fruſtra prolatū in quempiā ſuperueniet. [e] Flagellū equo, & chamus aſino, & virga in dorſo imprudentium. [f] Ne reſpondeas ſtulto iuxta ſtultitiā ſuā, ne efficiaris ei ſimilis. [g] Reſpōde ſtulto iuxta ſtultitiā ſuam, ne ſibi ſapiēs eſſe videatur: [h] Claudus pedibus, & iniquitatē bibēs, qui mittit verba per nuntiū ſtultū. [i] Quomodo fruſtra claudus pulchras habet tibias: ſic indecēs eſt in ore ſtultorū parabola. [k] Sicut qui mittit lapidē in aceruum Mercurij: ita qui tribuit inſipienti honorem. [l] Quomodo ſi ſpina naſcatur in manu temulenti:

longe veniens, noua quælibet & inopinata gaudia portat, aſſimilantur: quia & dulcedo diuinæ viſionis animam diu deſiderantem conſolatur, atque ab æſtu præſentium tribulationum liberam reddit. Et angeli quotidie de terra longinqua, hoc eſt, a ſuperna patria deſcendentes in mūdum, iuſtos vel inter tentationes ſpe cæleſtium roborant: vel finitis tentationum certaminibus, ad palmā perpetuæ retributionis inducunt.

a *Fons turbatus pede, & vena corrupta, iuſtus cadens coram impio.*] Fons & vena vitæ, eſt os & lingua iuſti qui meditatur ſapientiam, & loquitur iudicium. Et ſi hunc a diabolo ſuperari atque in caſſum redigi contigerit, merito fons turbatus, aduerſario conculcante, & vena dicitur eſſe corrupta. Euenit enim ſæpe vt qui maiori ſciētia præditi fulgebant, ad vltimum plus volentes ſapere, quam fragilitati humanæ conceſſum eſt, in inſipientiæ foueam decidant. Vnde conſequenter adiungitur.

b *Sicut qui mel comedit multum, non eſt ei bonum: ſic qui ſcrutator eſt maieſtatis, opprimetur a gloria.*] Dulcedo enim mellis ſi pluſquam neceſſe eſt, ſumitur: vnde delectatur os, inde vita comedentis necatur. Dulcis quoque eſt requiſitio maieſtatis: ſed qui plus hanc ſcrutari appetit quam humanitatis agnitio permittit, hunc ipſa eius gloria opprimit: quia velut mel ſumptum immoderate, perſcrutantis ſenſum, dum non capitur, rumpit. Non hoc autem ſolum quiſque ſapiens attendere debet, ne altiora ſe quærat: & ne fortiora ſe ſcrutatus ſit: verumetiam ne ea quæ recte atque vtiliter ſcire potuit, immoderatis ſermonibus ſibimet minus vtilia reddat. Vnde adhuc apte ſubnectitur.

c *Sicut vrbs patens, & abſque murorum &c.*] Si enim murum ſilentij non habet, patet inimici iaculis ciuitas mentis: & cum ſe per verba extra ſemetipſam iacit, apertam ſe aduerſario oſtendit: quam tanto ille ſine labore ſuperat, quanto & ipſa quæ vincitur, contra ſemetipſam per multiloquium pugnat.

Caput XXVI.

d Q*vomodo nix in æſtate, & pluuia in meſſe: ſic indecens eſt ſtulto gloria.*] Hic verſiculus, ne indoctis honor docendi committatur, præmonet. Nix nanque æſtate, & pluuiæ in meſſe, ſunt perſecutiones infidelium in tempore prædicationis euangelicæ: quæ dum grauiores forte inſiſtunt, & calorem in multis impediunt dilectionis, & fruges bonæ operationis fœdant. Quibus recte gloria, quæ ſtulto confertur, eſſe ſimilis aſſeueratur: quia ſi indocto cathedra docendi tribuitur: æque ſimiliter per hoc eccleſia vt infidelium perſecutione læditur: quod eſſe veriſſimum Arianæ tempeſtatis calamitas probauit.

e *Nam ſicut auis ad alta tranſuolans, & paſſer quò libet vadens &c.*] Verba quidem recte auibus comparantur, quod ſonando per aera tranſuolent, ab ore videlicet loquentis, ad aures vſque audientis. Sed diſtant in eo: quia poteſt fieri, vt auis quò libet volans, eo loco reſideat: vbi nil ei certe neceſſitatis, aut vtilitatis ſuppetat: Verba autem quæ loquimur, non quo libet, diſperſa in ventum defluunt atque euaneſcunt: ſed in auctorem ſuum cuncta reuertuntur, & vel bene prolata iuuant loquentem: vel male ædita grauant. Itaque ſi pro omni verbo etiam otioſo rationem in die iudicij reddere cogamur: quanto magis autem maledicta, non ſolum ea quæ malitioſa mente in inſontem iaculantur: verumetiam illa quæ negligentium conſuetudine paſſim in quoſlibet proferuntur: non alium, ſed ipſum maledicum opprimunt? Neque enim maledici regnum dei poſſidebunt. (1.Cor.6.b) Non autem ſine cauſa dicit maledictum fruſtra prolatum: Eſt enim maledictum iuxta diuinæ diſtrictionis iram in impios emiſſum, vt eſt illud beati Petri in Simonem magum: (Act.8.d) Pecunia tua tecum ſit in perditionem: & ea quæ in apoſtatas & hæreticos eccleſiaſtica animaduerſione proferuntur anathemata. De quibus dominus eidem eccleſiæ dicit: (Matth.16.b) Quæcunque alligaueris ſuper terram, erunt ligata & in cælis.

f *Flagellum equo, & chamus aſino &c.*] Et quid per equū, niſi ſuperbum? & quid per aſinum, niſi luxurioſum quemlibet figurat? Et ideo neceſſe eſt vt per diuinum flagellum, elatio humilietur ſuperborum, vt per infirmitatem carnis velut per chamum cohibeatur voluntas lubricorum, vt qui ſponte conuerti nolunt, coacti flagellis conuertantur a vitiis, ſicut ait propheta: (Pſal.31.e) In camo & freno maxillas eorum conſtringe: qui non approximant ad te.

g *Ne reſpondeas ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, ne efficiaris ei ſimilis. Reſponde ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, ne ſibi ſapiens eſſe.*] Nō hæc inuicem ſibimet contraria debent videri: non reſpōdere ſtulto iuxta ſtultitiam eius, & reſpondere ſtulto iuxta ſtultitiam eius: vtrunque enim pro temporum & perſonarum diuerſitate concordat: dum & ſtultus contemnitur, quia non percipit ſapientiam: & ſtulta ſuperbia alia decutitur ſtultitia: iuxta quod Apoſtolus dicit: (2.Cor.12.d) Factus ſum inſipiens, vos me coegiſtis.

h *Claudus pedibus, & iniquitatem bibens, qui mittit verba per nuntium ſtultum.*] Poteſt forte euenire, vt ſapiens quilibet ſtultum in legationem mittat, neſciens quia ſtultus eſt: nec tamen ipſe ſapientiæ ſuæ gloriam perdat, in eo quod de ignoto bonum quod audierat, credidit. Sed qui hæreticum ſciens mittit ad prædicandum populis, claudus eſt pedibus, & iniquitatem bibens: quia & operis boni foris inceſſum amiſit, & interiora ſui ſenſus hauſtu ſtultitiæ deebriat.

i *Quomodo fruſtra claudus pulchras habet tibias: ſic indecens eſt in ore ſtultorum parabola.*] Sicut enim fruſtra claudus habet tibias, cum ambulare non valet: ita indecens eſt in ore cuiuſlibet qui indigne ſe agit, ſermo compoſitus: dum per degenerem vitam ſtultus potius quam ſapiens eſſe approbetur.

k *Sicut qui mittit lapidem in aceruum Mercurij: ita qui tribuit inſipienti honorem.*] Qui inſipienti, ideſt, hæretico, honorem docendi confert: non minus delinquit, quam qui deos ac delubra gentilium cultu veneratur inani.

l *Quomodo ſi ſpina naſcatur in manu temulenti: ſic parabola in ore ſtultorum. Iud. &c.*] Spina in manu naſcitur temulenti, cum in operibus qui carnalibus ſeruit illecebris, punctiones oriuntur ſcelerum. Quibus recte parabola quam ſtultùs proponit aſſimilatur: quia & ſi verba prudentiæ ſtultus dicere nouit: in his tamen vitiorum punctiones, qui-

mulenti: ſic parabola in ore ſtultorum. Iudicium determinat cauſas: & qui imponit ſtulto ſilentium, iras mitigat. [a] Sicut canis qui reuertitur ad vomitum ſuum: ſic imprudens qui iterat ſtultitiam ſuam. [b] Vidiſti hominem ſapientem ſibi videri, magis illo ſpem habebit ſtultus. [c] Dicit piger: leo eſt in via, & leæna in itineribus. Sicut oſtium vertitur in cardine ſuo: ita piger in lectulo ſuo. [d] Abſcondit piger manus ſub aſcella, & laborat ſi ad os ſuũ eas conuerterit. [e] Sapientior ſibi piger videtur ſeptem viris loquentibus ſententias. [f] Sicut qui apprehendit auribus canem: ſic qui tranſit impatiens, & commiſcetur rixæ alterius. Sicut noxius eſt qui mittit lanceas & ſagittas in mortem: ita vir qui fraudulenter nocet amico ſuo, & cum fuerit deprehenſus, dicit: ludens feci. Cum defecerint ligna, extinguetur ignis: & ſuſurrone ſubtracto, iurgia conqueſcunt. Sicut carbones ad prunas, & ligna ad ignem: ſic homo iracundus ſuſcitat rixas. [g] Verba ſuſurronis quaſi ſimplicia: & ipſa perueniunt ad interiora ventris. [h] Quomodo ſi argento ſordido ornare velis vas fictile: ſic labia tumentia cum peſſimo corde ſociata. [i] Labiis ſuis intelligitur inimicus, cum in corde tractauerit dolos. Quando ſubmiſerit vocem ſuam, ne crediderís ei: quoniam ſeptem nequitiæ ſunt in corde illius. Qui operit odium fraudulenter, reuelabitur malitia eius in concilio. Qui fodit foueam, incidet in eam: & qui voluit lapidem, reuertetur ad eum. [k] Lingua fallax non amat veritatem, & os lubricum operatur ruinas.

## Cap. XXVII.

1 NE glorieris in craſtinum, ignorans quid ſuperuentura pariat dies. Laudet te alienus, & non os tuum: extraneus, & non labia tua. [m] Graue eſt ſaxum, & oneroſa arena: ſed ira ſtulti vtroque grauior. [n] Ira non habet miſericordiam, nec erumpens furor: & impetum concitati ferre quis poterit?

[a] Melior

A bus vel ſeipſum, vel proximum lacerat, vitare non nouit. Sæpe namque doctor imprudens in eo quod bona dicit aut ſancta, occulte ſuam laudem ab hominibus, aut vituperationem quærit aliorum.

a *Sicut canis qui reuertitur ad vomitum ſuum: &c.*] Canis cum vomit, profecto cibum qui pectus deprimebat, eiicit: ſed cum ad vomitum reuertitur quo leuatus fuerat, rurſus oneratur. Et qui admiſſa plangunt, profecto nequitiam de qua male ſatiati fuerant, & quæ mentis intima deprimebat, confitendo proiiciunt: quam poſt confeſſionem, dum appetunt, reſumunt.

b *Vidiſti hominem ſapientem ſibi videri, &c.*] Hoc exponens dominus ait: In iudicium ego in hunc mundum veni, vt qui non vident, videant; & qui vident, cæci fiant. Ioan.9.g

B c *Dicit piger, leo eſt in via, & leæna in itineribus. Sicut oſtium vertitur in cardine ſuo: ita piger in lectulo ſuo.*] Multi cum verbum exhortationis audiunt, cauſantur de diabolo: dicentes velle quidem ſe viam iuſtitiæ incipere, ſed impediri a ſatana, ne hanc perficere poſſint. Sicque huiuſmodi excuſationis ſermonib⁹ ſemper in lecto ſui corporis, ſicut oſtium in cardine vertuntur: & modo exire ad operandum, modo ad quieſcendum redire proponentes, in ſuis iacere prauitatibus nunquam deſiſtunt.

d *Abſcondit piger manus ſub aſcella: & laborat, &c.*] Per manum quippe operatio: per os vero locutio deſignatur. Pigro labor eſt ad os ſuũ manum ſuã porrigere: quia deſidioſus quiſque prædicator non vult hoc operari C quod docet. Manum quippe ad os porrigere, eſt voci ſuę prędicationis opera concordare.

e *Sapientior ſibi piger videtur, ſeptem viris loquentibus ſententias.*] Septem viros loquentes ſentẽtias, illos dicit, q̃ ſeptiformis ſpirit⁹ gratia pleni ſanctæ ſcripturæ nobis ſciẽtiam miniſtrauerũt. Quibus a ſe ſapientiorẽ ſtultus arbitratur: quia ſæpe nonnulli adeo mentem ab agendis his quæ dominus præcepit, deſpicientes auertunt, vt ne hæc quidem omnia, vel poſſe ab homine, vel debere impleri contendant: & quaſi ſapientiores his qui diuina eloquia ſcripſerunt, ea hominem facere non poſſe autumant: quæ illi dictante ſpiritu ſancto, hominem facere iuſſerunt: imo etiam quæ multos homines iuuante ſpiritus eiuſdem gratia, perfeciſſe monſtrauerunt.

f *Sicut qui apprehendit auribus canem: ſic qui tranſit impatiens, & commiſcetur rixæ alterius &c.*] Dicit Apoſtolus: Noli verbis contendere: ad nihil enim vtile eſt, niſi ad ſubuerſionem audientium. Quicunque ergo duplex ſenſu eſt, & duobus inter ſe iurgantibus, mordaci ſermone capta fue- 2.Theſſ.2.4

rit auricula eius, cito incipit & ipſe quaſi canis latrare, & contentiones generare: ſed hoc ſapiens omnimodo vitat. D

g *Verba ſuſurronis quaſi ſimplicia, & ipſa perueniunt ad &c.*] Suſurronem, incentorem litis, & bilinguem appellat: qui ſimulat laudem verborum, & quærit audire vnde iurgia ſeminet.

h *Quomodo ſi argento ſordido ornare velis vas fictile &c.*] Quid per argentum ſordidum, niſi ſcientia corrupta: & quid per vas fictile, niſi cor carneum deſignatur? Quod dum de ipſa falſa ſciẽtia ſe ornare ſatagit, in ſua locutione contra veritatem tumet atque per elationem magiſter erroris fit.

i *Labiis ſuis intelligitur inimicus, cum in corde tractauerit dolos. Quando ſubmiſerit vocem ſuam, nec &c.*] Inimicus iſte poteſt hæreticus non incongrue accipi: qui cum verba E prædicationis ſuæ ficta humilitate ſubmittit, corda innocentium & minus intelligentium demulcendo ſeducit.

k *Lingua fallax non amat veritatem, & os lubricum operatur ruinas.*] Lingua fallax, prædicatio eſt mendax. Os lubricum, ſermo fucatus, atque a luce iuſtitiæ alienus.

Cap. XXVII.

1 *NE glorieris in craſtinum, ignorans quid ſuperuentura pariat dies &c.*] Ne ſecurus ſis aliquando de futuro tempore: quia & ſi hodie te domino ſeruire conſpicis, qualis eſſe in futuro poſſis, & quomodo vitã finire, prorſus præuidere non vales. Beatus enim homo qui ſemper eſt pauidus.

m *Graue eſt ſaxum, & oneroſa arena: ſed ira ſtulti vtroque grauior.*] Graue quidem ſatis F eſt, quenquam vel vno aliquo crimine capitali quaſi pondere ſaxi deprimi: vel quaſi glareis arenæ, innumeris peccatis leuioribus onerari: ſed vtroque grauior ira eſt ſtulti. Quia nimirum hæc quo certius quam ſint mala, pateſcunt: eo acrius animum vt caſtigetur, compungunt. Ira vero quia non corporale, ſed ſpirituale eſt vitium: quo minus deprehenditur, eo amplius grauat. Vnde non abſolute iram, ſed iram ſtulti dicit ſaxo & arena grauiorem. Nam ſapientes quomodo actus ſuos ac ſermones: ita mentis quoque motus ſolerter examinare & caſtigare ſatagunt.

n *Ira non habet miſericordiam, nec erumpens furor: & impetum concitati ferre quis poterit?*] Non de omni ira dicit: nam de mitiſſimo ac modeſto viro ſcriptum eſt. Quia exiit a Pharaone iratus nimis: ſed de ira ſtulti, cuius in priori verſiculo meminerat: quæ vbi excanduerit, mox viſcera pietatis amittit, & furori tantum ſuo nouit frena laxare. Alioquin de vtili ac neceſſaria ira dictũ eſt: Melior eſt ira riſu: quia per triſtitiam vultus corrigitur animus delinquẽtis. Exod.11.e Eccl.7.4

a *Melior*



[a] Melior eſt manifeſta correctio, quam amor abſconditus. [b] Meliora ſunt vulnera diligentis, quam fraudulenta odientis oſcula. [c] Anima ſaturata calcabit fauum: & anima eſuriens, etiam amarum pro dulci ſumet. [d] Sicut auis tranſmigrans de nido ſuo, ſic vir derelinquit locum ſuum. [e] Vnguento & variis odoribus delectatur cor, & bonis amici conſiliis anima dulcoratur. [f] Amicum tuum, & amicum patris tui ne dimiſeris, & domum fratris tui ne ingrediaris in die afflictionis tuæ. [g] Melior eſt vicinus iuxta, quam frater procul. Stude ſapientiæ fili mi, & lætifica cor meum, vt poſſis exprobranti reſpondere ſermonem. Aſtutus videns malum, abſconditus eſt: paruuli tranſeuntes ſuſtinuerunt diſpendia. Tolle veſtimentum eius qui ſpopondit pro extraneo: & pro alienis aufer ei pignus. [h] Qui benedicit proximo ſuo voce grandi de nocte conſurgens, maledicenti ſimilis erit. Tecta perſtillantia in die frigoris, & litigioſa mulier comparantur. Qui retinet eam, quaſi qui ventum teneat, & oleum dexteræ ſuæ euacuet. [i] Ferrum ferro acuitur, & homo exacuit faciem amici ſui. [k] Qui ſeruat ficum, comedet fructus eius: & qui cuſtos eſt domini ſui, glorificabitur. [l] Quomodo in aquis reſplendent vultus proſpicientium: ſic corda hominum manifeſta ſunt prudentibus. [m] Infernus & perditio non replebuntur: ſimiliter & oculi hominum inſatiabiles. [n] Quomodo probatur in conflatorio argentum, & in fornace aurum: ſic probatur homo ore laudantis. Cor iniqui exquirit mala: cor autem rectum exquirit ſcientiam. Si contuderis ſtultum in pila quaſi ptiſanas ferientе deſuper pilo, non auferetur ab eo ſtultitia eius. [o] Diligenter agnoſce vultum pecoris tui, tuoſque greges conſidera: non enim habebis iugiter poteſtatem, ſed corona tribuetur tibi in generatione & generatione.

A a *Melior eſt manifeſta correctio, quam amor abſconditus.*] Amorem abſconditum, hoc loco amorem dicit illicitum, vt eſt amor adulterinus: qui ob ſui turpitudinem merito ſapientibus ne redarguatur, abſconditur. Cui iure manifeſta correctio præfertur: quia abſque vlla contradictione melius eſt quempiam deſiderio corrigendi palam corripere, quam ſtudio ſimul peccandi clanculo diligere.

b *Meliora ſunt vulnera diligentis, quam fraudulenta odientis oſcula.*] Melius eſt a domino, qui nos vt filios pater erudire conſueuit, vulnera afflictionum perpeti, quam diaboli blandimentis decipi: qui vt nos cæleſti hæreditate priuet, noſtris fauere ſolet errantibus, quaſi leue ſit malum quod agimus: & vltra modum peccatorum noſtrorum ſæuiens tribulatio, quam domino diſpenſante toleramus.

B c *Anima ſaturata calcabit fauum: & anima eſuriens, etiam amarum pro dulci ſumet.*] Anima diuitum, qui habent cõſolationem ſuam, & quibus dicitur a domino: Væ vobis qui ſaturati eſtis, quia eſurietis: ſpernit auditam cæleſtis regni dulcedinem. Anima autem eorum qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, etiam aduerſa ſæculi pro domino, imo etiam ipſam mortem perpeti, dulce habet: ſciens ſe per poculum amaritudinis ad gaudia perpetuæ ſalutis eſſe venturam. Luc.6.d

d *Sicut auis tranſmigrans de nido ſuo &c.*] Sicut auis quæ negligit oua, ſiue pullos quos fouerat, aliarum auium vel animantium raptui dimittit: ſic nimirum ille qui cuſtodiam virtutum C in quibus proficiebat, deſerit: earundem virtutum quas habere videbatur, immundis ſpiritibus, ipſe proditor exiſtit. Vnde alias dicit: Si ſpiritus poteſtatem habentis aſcenderit ſuper te, locum tuum ne dimiſeris. Quod eſt aperte dicere: Si principis mundi, ideſt, diaboli tentatio tibi forte inſtiterit, caueto ſolicitus, ne a bona operatione cui inſudabas, deſiſtas. Eccl.10.4

e *Vnguento & variis odoribus delectatur cor, & bonis amici conſiliis anima dulcoratur.*] Vnguentum eſt nitor gloriæ de conſcientia pura, ſiue charitas diuinitus in corda electorum diffuſa. Varij vero odores, opinio optima ex diuerſitate virtutum fragrans.

f *Amicum tuum, & amicum patris tui ne dimiſeris: & domum fratris tui ne ingrediaris in die afflictionis tuæ.*] Amicus cuiuſque electi monachi, pater eſt ſpiritualis: qui ob hoc quod ei conſilium bene viuendi præbet, amicus eius non incongrue dicitur. Ob id vero quod in his præceptis eiſdem ſpiritualis doctor paret, amicus domini, qui pater eſt omnium electorum, recte appellatur. Sed ſicut pernitioſum eſt eidem monacho a conſortio ſancti patris diſcedere: ita deterius illi eſt in die afflictionis ſuæ, qua ſe in conſpectu dei mortificare ſtudet, domum fratris ſui ingredi, ideſt, propinquorum ſuorum ſæculariter viuentium ſocietatem appetere. D

g *Melior eſt vicinus iuxta, quam frater procul. Stude ſapientiæ fili mi, & lætifica cor meum, vt poſſis exprobranti reſpondere ſermonem. Aſtutus videns malum, &c.*] Melior tibi eſt vicinus aliquis, qui tibi animum fraterna ſocietate cõnectit: quam germanus frater, qui iura fidei & pietatis communia tecum habere neglexerit. Quod dominus in parabola vulnerati a latronibus, eius qui deſcendebat ab Hieruſalem in Hiericho, & Samaritani qui curam egit illius, manifeſte probauit. Luc.10.f

h *Qui benedicit proximo ſuo voce grandi de nocte conſurgens, maledicenti ſimilis erit. Tecta perſtillantia in die frigoris, &c.*] E Voce grandi proximo benedicit, qui eum fauore ſuperfluæ laudis extollit: vel malis videlicet actibus eius cõtra iuſtitiam fauendo; vel bona plus iuſto laudando. Sed hic maledicenti aſſimilatur: quia plurimum lædit eum, cui laudando ſiue in mala actione confidentiam tribuit: ſeu in opere recto ſimplicitatem puri cordis minuit, vt videlicet bonum quod ſupernæ mercedis intuitu inchoarat, tranſitoriæ laudis amore conſumat.

i *Ferrum ferro acuitur, & homo exacuit faciem amici ſui.*] Satis bona eſt collatio, & conſilium ſapientium: vbicunque ſe inuicem conſulendo inſtruunt, ferrum ferro acuitur.

k *Qui ſeruat ficum, comedet fructus &c.*] Ficum ſeruare, F eſt legem diuinitus conſtitutam, inoffenſo pedis opere cuſtodire: quod qui fecerit, comedet fructus eius, dum æternam obedientiæ ſuæ recipiet mercedem.

l *Quomodo in aquis reſplendent &c.*] Aquæ dicuntur ſanctorum dogmata: in quibus doctores vel auditores, velut in ſpeculo vultus ſuos proſpiciunt: dum non ſolum in actione, ſed etiam in cogitatione fœditatem ſuam recognoſcunt.

m *Infernus & perditio non replebuntur: ſimiliter &c.*] Inferni tormenta non replebuntur, terminum accipiendo: ſimiliter & intentiones eorum qui humana ſapiunt, inſatiabiles ſunt in deſiderio peccandi. Qui & ideo ſine fine pœnas luunt: quia voluntatem habuerant ſine fine peccandi, ſi naturam haberent ſine fine viuendi.

n *Quomodo probatur in conflatorio arg. &c.*] Laus quippe iuſtos cruciat, iniquos exaltat: ſed iuſtos dum cruciat, purgat: iniquos dum lætificat, reprobos monſtrat.

o *Diligenter agnoſce &c.*] Paſtori dicitur eccleſiæ: Diligẽter adhibe curã eis, quibus te præeſſe cõtingerit: agnoſce animos actuſque ſingulorum, & ſi quid in eis vitij ſordi-

generatione.[a] Aperta ſunt prata,& apparuerunt herbæ virentes,& collecta ſunt fœna de montibus. [b] Agni ſunt ad veſtimentum tuũ, & hœdi ad agri pretium. [c] Sufficiat tibi lac caprarum in cibos tuos, & in neceſſaria domus tuæ,& ad victum ancillis tuis.

## Caput XXVIII.

[d] FVgit impius nemine perſequente: Iuſtus [e] autem quaſi leo confidens, abſque terrore erit. Propter peccata terræ multi principes eius,&propter hominis ſapientiam & horum ſcientiam quæ dicuntur, vita ducis longior erit. Vir pauper calumnians pauperes, ſimilis eſt imbri vehementi in quo paratur fames. Qui derelinquunt legem, laudant impium: qui cuſtodiunt, ſuccenduntur contra eum. [f] Viri mali non cogitant iudicium: qui autem requirunt dominum, animaduertunt omnia. Melior eſt pauper ambulans in ſimplicitate ſua,quã diues in prauis itineribus. Qui cuſtodit legem, filius ſapiens eſt: qui autem paſcit comeſſatores,confundit patrem ſuum. Qui coaceruat diuitias vſuris & fœnore liberali,in pauperes congregat eas. Qui declinat aurem ſuam ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. [g] Qui decipit iuſtos in via mala, in interitu ſuo corruet, & ſimplices poſſidebunt bona eius.Sapiens ſibi videtur vir diues: pauper autem prudens ſcrutabitur eum. [h] In exultatione iuſtorum multa gloria eſt. [i] Regnantibus impiis, ruinæ hominum. Qui abſcondit ſcelera ſua,non dirigetur: qui autẽ cõfeſſus fuerit & reliquerit ea, miſericordiam conſequetur. [k] Beatus homo qui ſemper eſt pauidus:qui vero mentis eſt duræ, corruet in malũ. [l] Leo rugiẽs,& vrſus eſuriens, princeps impius ſuper populũ pauperẽ. Dux indigens prudẽtia,multos opprimet per calumniã: qui autẽ odit auaritiã,lõgi fiet dies eius.[m] Hominẽ qui

A dantis inueneris,citius caſtigare memento. Non enim tu ſemper oues dominicas paſcendi poteſtatem habebis:ſed æterna eſt corona quam percipies,ſi commiſſum tibi gradum tuo tempore bene miniſtraueris.

a *Aperta ſunt prata,& apparuerunt &c.*] Aperta ſunt modo paſcua ſacramentorum cæleſtium, quæ diu fuerant typis præcluſa legalibus. Apparuit nouus viror euangelicæ veritatis & gratiæ,collecta ſunt in pabulum gregis dominici ſcripta patrum veterum, ablata quidem Iudæis ſuperbientibus falce diuinę animaduerſionis,& humilibus eccleſiæ populis ad ſpirituale ſubſidium data. Iuxta quod dominus ait illis: Auferetur, inquit, a vobis regnum dei, & dabitur genti facienti fructus eius. *Matth.21.d*

b *Agni ſunt veſtimentũ tuũ, & hœdi ad agri pretium.*] Agnos innocẽtes, hœdos pænitentes nuncupat. Agnorum ergo vellere veſtieris, dum bonis obedientium diſcipulorum moribus paſtor ipſe profeceris, eorumque laudabilia facta cernens, & in ornatu virtutum,& in calore dilectionis ipſe glorioſior extiteris. Hœdis agrum comparabis: dum peccatores ad pænitentiam vocando, ſublimiorem tibi in terra viuentium locum acquires. B

c *Sufficiat tibi lac caprarum in cibos tuos, & in neceſſ. &c.*] Tanta inſtantia pecus tibi commiſſum paſce,ne tibi lac æſtate nouum, nec frigore deſit:ſed tibi ſemper tuiſque ſufficiat, ideſt, tam ſedulo doctrinæ inſta, vt etiã quoſdam pænitentes ad officium

C docẽdi prouehas: quatenus per illos qui pridem pro fœditate vitiorum ad ſiniſtram iudicis videbantur eſſe ponendi,modo rationabiles & ſine dolo, lac verbi paruulis ſenſu miniſtretur. Fit autem lac caprarum ad victum ancillis, quando hi qui nondum amore perfecto:ſed adhuc timore ſeruili domino deſeruiunt per exemplum,vel verba eorum qui per pænitentiam ſalui facti ſunt, viuificis verbis reficiuntur: atque vt ad maiora virtutum proficiant, incrementa iuuantur. Quidam hoc quod dictum eſt: Aperta ſunt prata, & apparuerunt herbæ virentes & collecta ſunt fœna de montibus: agni ad veſtimentum tuum,& hœdi ad agri pretium: ita expoſuit: Aperta ſunt monumenta, apparuerunt corpora rediuiua: ſequeſtrati ſunt peccatores a ſanctis: fœnum ad comburẽdum de locis excelſis. Sequeſtrati ſunt agni ad dexteram, hœdi ad ſiniſtram:agni ad veſtimentum regis, quia ipſe dixit: Inhabitabo in eis.Hœdi pro pretio ſanctorum, quibus nocuerunt,ignibus venundantur.

*Supra eodem.* *Matth.27.f* *Ibid.25.c*

### Cap. XXVIII.

d *FVgit impius nemine perſequente.*] Qui nõ eſt in fide fortis,etiam ſi nullus perſecutor inſiſtat, nonnunquam ſpontẽ fidem deſerit:quando vel latrociniis,vel periuriis,

D vel fornicationibus, vel veneficiis, aliiſque huius mundi ſceleribus ſe infideli ſimilem reddit.

e *Iuſtus autem quaſi leo confidens, abſque terrore erit &c.*] In occurſu beſtiarum idcirco leo non trepidat: quia præualere ſe omnibus non ignorat. Vnde viri iuſti ſecuritas leoni recte cõparatur: quia contra ſe cũ quoſlibet inſurgere ſuſpicit, ad mentis ſuæ confidentiam reddit,& ſcit quia cũctos aduerſantes ſuperat: quia illum ſolum diligit,quẽ inuitus nullo modo amittit.

f *Viri mali non cogitant iudicium: qui autem requirunt dominum, animaduertunt omnia &c.*] Omnia animaduertũt electi,hoceſt,& futurum eſſe diſcrimen vniuerſalis iudicij,& quibus operibus requies,quibus pœna retribuatur æterna.

g *Qui decipit iuſtos in via mala,in interitu ſuo corruet, &c.*] Qui per doctrinam hæreticam decipit amatores iuſtitiæ vt a veritate deuient,ipſe quidem pro malis ſuis pœnã quam meretur,incurrit: bona autem ſi qua gerebat, vel vtilia ſcribendo,vel continẽter viuendo, aliis in adiutorium cedunt: eis nimirũ qui hæc legentes ſiue audientes, exempla ſibi ſalutis etiam ab eo quem periiſſe norunt, aſſumunt. E

h *In exultatione iuſtorum,multa gloria eſt.*] Quia videlicet non de præſentibus diuitiis, ſed de æternis in futuro bonis exultant: non de rebus mundi quæ vident, ſed de creatore mundi,cuius viſionem ſperant,lætantur: dicẽte pſalmographo: Lætamini in domino, & exultate iuſti. *Pſal.31.c* Vel certe in exultatione iuſtorum multa fit gloria: quia quotiens electos in hac vita pro euentibus eccleſiæ proſperis exultare contigerit,multa domino gloria explurimorum fide ac piis operibus datur. F

i *Regnantibus impiis, &c.*] Sicut multi gloriam deo dare incipiũt,cum iuſtos in profectu virtutum gaudere conſpiciunt: ita quotiens reprobi regnum tenent, multos ſuæ perfidiæ complices exhibent. Quod & de paganis & hæreticis,& de malis catholicis recte poteſt accipi.

k *Beatus homo qui ſemper &c.*] Sequentis ira iudicij, tanto tunc diſtrictior portabitur, quanto nunc inter culpas minime timetur. Vnde alibi ſcriptum eſt: In die bonorum ne immemor ſis malorum: & in die malorum ne immemor ſis bonorum. *Eccl.11.c* Sic ergo vtraque iungenda ſunt, vt vnum ſemper ex altero fulciatur.

l *Leo rugiens,& vrſus eſuriens, &c.*] Et de principibus paganis,& de hęreticis poteſt intelligi:qui populi pauperis, ideſt,ſanctæ eccleſiæ,vel patientiam,vel ſapientiam, ferina ſæpe ſæuitia tentant.

m *Hominem qui calumniatur animæ &c.*] Siue terram agri, ſiue terrã corpuſculi qui exercet,ſaturabitur: ille frumento,iſte virtutibus:qui vtraq; ſpernit, replebitur egeſtate.

a *Vir*



qui calumniatur animæ ſanguinem, ſi vſque ad lacum fugerit,nemo ſuſtinet. Qui ambulat ſimpliciter, ſaluus erit: qui peruerſis graditur viis,concidet ſemel. Qui operatur terram ſuã, ſaturabitur panibus: qui autẽ ſectatur otium, replebitur egeſtate. Vir fidelis multum laudabitur:qui autem feſtinat ditari,non erit innocens. Qui cognoſcit in iudicio faciem, non bene facit: iſte & pro buccella panis deſerit veritatem. [a] Vir qui feſtinat ditari & aliis inuidet, ignorat quod egeſtas ſuperueniat ei. Qui corripit hominem,gratiam poſtea inueniet apud eũ, magis quam ille qui per linguæ blandimenta decipit. Qui ſubtrahit aliquid a patre ſuo & a matre, & dicit hoc nõ eſſe peccatum,particeps homicidæ eſt. Qui ſe iactat & dilatat,iurgia cõcitat:qui vero ſperat in domino, ſaluabitur. Qui confidit in corde ſuo, ſtultus eſt: qui autem graditur ſapienter, ipſe laudabitur. Qui dat pauperi, non indigebit: qui deſpicit deprecantem, ſuſtinebit penuriam. [b] Cum ſurrexerint impij,abſcondentur homines:cum illi perierint,multiplicabuntur iuſti. Viro qui corripientem dura ceruice cõtemnit,repentinus ei ſuperueniet interitus,& eum ſanitas non ſequetur. In multiplicatione iuſtorum lætabitur vulgus: cum impij ſumpſerint principatum, gemet populus. Vir qui amat ſapientiam, lætificat patrem ſuum: qui autem nutrit ſcortum, perdet ſubſtantiam. Rex iuſtus eriget terram, vir auarus deſtruet eam.

## Cap. XXIX.

[c] HOmo qui blandis fictiſque ſermonibus loquitur amico ſuo,rete expandit greſſibus eius. [d] Peccantem virum iniquum inuoluet laqueus, & iuſtus laudabitur atque gaudebit. Nouit iuſtus cauſam pauperum,impius ignorat ſcientiam. Homines peſtilentes diſſipant ciuitatem, ſapientes vero auertunt furorem. [e] Vir ſapiens, ſi cum ſtulto contenderit, ſiue iraſcatur, ſiue rideat, non inueniet requiem. Viri ſanguinum oderunt ſimplicem: iuſti autem quærunt animam eius.

[f] Totum ſpiritum ſuum profert ſtultus: [g] Sapiens autem differt, & reſeruat in poſterum. Princeps qui libenter audit verba mendacij, omnes miniſtros habet impios. [h] Pauper & creditor obuiauerunt ſibi, vtriuſque illuminator eſt dominus. [i] Rex qui iudicat pauperes in veritate,thronus eius in æternum firmabitur. [k] Virga atque correctio tribuet ſapientiam: puer autem qui dimittitur volũtati ſuæ, confundet matrem ſuam. In multiplicatione impiorum multiplicabuntur ſcelera, & iuſti ruinas eorum videbunt. Erudi filium tuum,& refrigerabit te,& dabit delitias animæ tuæ.

[a] Cum

A a *Vir qui feſtinat ditari,& aliis inuidet, ignorat quod egeſtas ſuperueniat &c.*] Profecto enim qui augere opes ambit, & peccatum negligit, more auium captus, cum eſcam terrenarum rerum auidus inſpicit: cum quælibet præſentis mundi bona deſiderat,& quæ de futuro damna patiatur, ignorat.

b *Cum ſurrexerint impij, abſcondentur homines: cum illi perierint, multiplicabuntur &c.*] Eos homines iuſtos appellat, qui videlicet iuſtum ſtatutumque a domino humanæ conditionis ordinem ſeruãt. Vnde in libro beati Iob de pænitente quolibet peruerſo dicitur. *Iob.33.d* Reſpiciet homines, & dicet, peccaui. Quod eſt aperte dicere: Reſpiciet eos qui naturam hu-

B manæ creationis recte cuſtodiunt, & ſe peccando iumentis aſſimilatos eſſe cognoſcunt.Patet ergo ſenſus: quia feruẽte impiorum perſecutione,abſcondentur ſæpe fideles: vel non auſi, vel non permiſſi ad publicum procedere,dicente domino: Si vos perſecuti fuerint in ciuitate iſta, fugite ad aliam. *Matth.10.c* Vbi autem perditis auctoribus perſecutio ceſſauerit,auguſtior poſt preſſuras fidelium gloria clareſcit. Sed & infidelium plurimi vlſa infidelitatis damnatione, fidei gratiam ſuſcipient: iuxta id quod ſcriptum eſt: Peſtilente flagellato, ſapientior erit paruulus. *Prou.19.d*

### Caput XXIX.

c *HOmo qui blandis fictiſque ſermonibus loquitur amic. &c.*] Qui fictis ſermonibus proximum laudat, illi

C quidem parat inſidias, quibus in periculũ incauti operis aut verbi ſecurior factus incidat. Sed videamus vtrũ retia fraudulentia eum cuius greſſibus expanduntur, an potius illũ a quo expanduntur,inuoluant. Sequitur:

d *Peccantem virum iniquum inuoluet laqueus, & iuſtus laudabitur atque gaudebit. Nouit iuſtus cauſam pauperum, impius &c.*] Nõ ergo iuſto laqueus peccantium,etiam ſi corporaliter perimat, nocet: ipſos autẽ reprobos inſidiæ quas proximis parant, in perpetuum damnant, gaudentibus iuſtis, ac rectum conditoris iudicium laudantibus, vel de ſua ereptione, vel de perditione prauorum. Denique clauſulam prioris verſiculi, antiqua editio manifeſte poſuit: Retia circundat ſuis pedibus. Ex ambiguo enim Græco quod eſt περιβάλλει vtrunque interpretari poteſt. Nam qui fodit foueam proximo ſuo, incidet in eam ipſe,vt alibi dictũ eſt. *Sup.16.d* D

e *Vir ſapiens, ſi cum ſtulto contenderit,ſiue iraſcatur,ſiue &c.*] Doctor ſapiens, ſi cum infideli & contumace contenderit, ſiue tormenta reproborum, ſiue gaudia narret bonorum,fruſtra erga inſenſatum laborat: Siue lamenta pænitẽtiæ ſuadeat,ſeu bonæ operationis quę ſint pręmia dicat,non auditur a ſtulto. Hinc & Apoſtoli Iudæis dicebant: Lamẽtauimus vobis,& non planxiſtis:cecinimus vobis,& non ſaltaſtis. *Matth.11.b*

E f *Totum ſpiritum ſuum profert ſtultus.*] Impatientia impellente agitur, vt totus foras ſpiritus proferatur. Quem idcirco citius perturbatio eiicit: quia nulla interius diſciplina ſapientiæ circuncludit.

g *Sapiens autem differt, &c.*] Læſus enim in præſens,ſe vlciſci non deſiderat: quia etiam tolerãs parci optat, ſed tamen vindicari omnia extremo iudicio non ignorat. Hunc locum antiqua tranſlatio ſic habet: Totam iram ſuam profert impius: ſapiẽs autem diſpenſat per partes: quia nimirum ſtultus ad vltionem ſui iræ perturbatione ſuccenditur: ſapiens autem paulatim eam maturitate conſilij ac moderationis extenuat & expellit.

h *Pauper & creditor obuiauerunt ſibi, vtriuſque illuminator eſt dominus.*] Pauper eſt humilis verbi dei auditor: creditor autem, qui ei verbi eiuſdem pecuniam prædicando committit. F Qui obuiãt ſibi, cum in vnam eamdemque pietatis gratiam conueniunt. Et vtriuſque illuminator eſt dominus: quia neque ille ſine diuinæ munere pietatis prædicare, nec iſte potuit credere. Veridica namq; manet veritatis ſententia, quæ dicit: Quia ſine me nihil poteſtis facere. *Ioan.15.a*

i *Rex qui iudicat pauperes in veritate,thronus eius in æternum firmabitur.*] Et Pſalmiſta de Chriſto rege: Sedes tua deus in ſæculum ſæculi, virga æquitatis,virga regni tui. *Pſal.44.b*

k *Virga atque correctio tribuet*

A *ſapientiam: puer autem &c.*] De hac virga Apoſtolus ad Corinthios ait: An vultis in virga veniam ad vos, an in ſpiritu manſuetudinis? *1.Cor.4.d* Puer namque quem frequentiſſime corripiendum & erudiendum admonet, populus dei eſt, qui ſi non aſſiduis monitis & increpationibus ſacerdotum fuerit caſtigatus, cōfuſionem generat eccleſiæ, detrahentibus his qui foris ſunt religioni fidei Chriſtianæ. Vnde recte ſubiungitur:

a *Cum prophetia defecerit, diſſipabitur popul. &c.*] Quia nimirum cum ceſſauerit ſacerdotalis eruditio, ſoluetur cōtinua diſciplina diuinę legis, qua populus ad beatitudinis præmia pertingere debuerat.

b *Seruus verbis non poteſt erudiri, quia &c.*] Seruus eſt quilibet peccator: recte quidem intelligens, ſed in opere veritatis abſque flagelli diſciplina reſpondere contemnens. B De talibus ait veritas: *Luc.12.f* Seruus ſciens voluntatem domini ſui & non faciens, digne plagis vapulabit multis.

c *Vidiſti hominem velocem ad loquendum &c.*] Graue quidem vitium ſtultitiæ, ſed nō leuius eſt verboſitatis. Nam ſæpe contingit vt idiota aliquis; & ipſarum quoque neſcius litterarum citius verba ſalutiferæ correctionis accipiat, quam is qui affluentia præditus ſermonis, magis ſua quæ nouit, vel quæ ſe noſſe autumat, iactāter proferre, quam dicta ſapientiū audire contendit.

d *Qui delicate a puer. &c.*] Qui delicate a pueritia nutrit corpus ſuū, quod animo debuerat ſubiugare: is vbi ad annos adoleſcentiæ peruenerit, laſciuioſum hoc & indomabile ſentiet. Hunc verſiculum alia tranſlatio pulchre C habet: Qui delitiatur a pueritia, ſeruus erit, nouiſſime autem contriſtabitur. Namque ſero malorum pænitet, qui ſe meminit noluiſſe in tenera adhuc ætate a ſuis voluptatibus ad regulam continere prudentium.

e *Vir iracundus prouocat rixas, & qui &c.*] Ianua vitiorum omnium, iracundia eſt: qua clauſa, virtutibus intrinſecus dabitur quies, aperta vero ad omne facinus armabitur animus.

f *Qui cum fure partic. &c.*] Auditorem ſuum ſapientia nō ſolum a peccatis abſtinere, ſed & a peccantium ſe contubernio docet cohibere, ne forte a diſtricto iudice mereatur audire: *Pſal.49.b* Si videbas furem ſimul currebas cum adulteris portionem tuam ponebas. Non enim fur ſolummodo, ſed etiam ille reus tenetur, qui conſcius furti, quærenti poſſeſſori pecuniam qui perdidit, nō vult indicare cum valet. Verum ne quis cauſetur metu ſe perſonæ potentioris, neque a furum conſortio ſeparari: neque prodere poſſe quod nouit, apte ſubditur.

g *Qui timet hominem, cito corruet: qui ſperat in domino, &c.*] Cui congruit illud euangelicum: *Matth.10.c* Nolite timere eos qui occidunt corpus: animam autem non poſſunt occidere.

Caput XXX.

h *Verba congregantis, filij vomentis.*] Hucuſque parabolæ Salomonis, quas tranſtulerunt viri Ezechiæ regis Iuda. Hinc rurſum verba Salomonis, ab ipſo quod Græce ἐκκλησιαστὴς dicitur: nunc interpretato in Latinum nomine illo congregans appellatur: eccleſia enim congregatio vocatur. D

[a] Cum prophetia defecerit, diſſipabitur populus: qui vero cuſtodit legem, beatus eſt. [b] Seruus verbis non poteſt erudiri: quia quod dicis intelligit, & reſpondere contemnit. [c] Vidiſti hominem velocem ad loquendum, ſtultitia magis ſperanda eſt, quam illius correctio. [d] Qui delicate a pueritia nutrit ſeruum ſuum, poſtea ſentiet illum cōtumacem. [e] Vir iracundus, prouocat rixas: & qui ad indignādum facilis eſt, erit ad peccata procliuior. Superbum ſequitur humilitas, & humilem ſpiritu ſuſcipiet gloria. [f] Qui cum fure participat, odit animam ſuam: adiurantem audit, & non indicat. [g] Qui timet hominem, cito corruet: qui ſperat in domino, ſubleuabitur. Multi requirunt faciem principis, & iudicium a domino egreditur ſingulorum. Abominantur iuſti virum impium, & abominantur impij eos qui in recta ſunt via. Verbum cuſtodiens filius, extra perditionem erit.

## Caput XXX.

[h] Verba congregantis, filij vomentis. [i] Viſio quam locutus eſt vir cum quo eſt deus: & qui deo ſecum morante confortatus ait: [k] Stultiſſimus ſum virorum: & ſapientia hominum non eſt mecum. [l] Non didici ſapientiam: & noui ſanctorum ſcientiā. [m] Quis aſcendit in cælum, atq; deſcendit? [n] Quis cōtinuit ſpiritū in manibus ſuis? [o] Quis colligauit aquas quaſi in veſtimēto? [p] Quis ſuſcitauit oēs terminos terræ. [q] Quod nomē eſt eius: & qđ nomē filij eius ſi noſti? [r] Omnis ſermo dei ignitus,

i *Viſio quam locutus eſt vir cum quo eſt deus, &c.*] Viſio, inquit, quam locutus eſt vir: quia quod vidit apud deum ſecretiora contemplando, patefecit hominibus foras loquendo. Quiſquis enim dei ſpiritu confortatur, hęc quę ſequūtur humili corde profatur.

k *Stultiſſimus ſum virorum, & ſapientia &c.*] Fili enim ſæculi huius prudentiores filiis lucis in generatione ſua ſunt. *Luc.16.c* Et Apoſtolus: Si quis, inquit, videtur ſapiens eſſe in hoc ſæculo, ſtultus fiat, vt ſit ſapiens. *1.Cor.3.d* Et ipſe de ſe ſuiſque ſimilibus, in quibus eſt deus: Nos autem prædicamus Chriſtum crucifixum, Iudæis quidem ſcandalum: gentibus autem ſtultitiam. *1.Cor.1.d*

E l *Non didici ſapientiam, & noui ſanctorum ſcientiam.*] Nō didicit Salomon ab homine ſapientiam, ſed deo gratis offerēte percepit, vt ſanctorum ſcientiam noſſet. Sed & Apoſtolus qui ait: Nos ſtulti propter Chriſtum: *1.Cor.4.c* ipſe iterum dicit: *Ibid.2.b* Sapientiam autem loquimur inter perfectos. Sapientiam vero non huius ſæculi, neque principum huius ſæculi qui deſtruuntur.

m *Quis aſcendit in cælum, atque deſcendit?*] Hæc eſt ſanctorum ſcientia, quæ a ſapiētibus ſæculi ſtultitia putatur quia videlicet dei filius in aſſumpta carne, poſt mortem & reſurrectionem ſuam aſcendit in cælum, ac noſtræ reſurrectionis tempore deſcenſurus eſt de cælo ad iudicandos viuos & mortuos.

n *Quis continuit ſpiritum in manibus ſuis?*] Omnis ſpiritus & humanus & angelicus, & animalium & procellarum ne deficiat, dei potentia continetur. F

o *Quis colligauit aquas quaſi in veſtimento?*] De ipſo etiam pſalmiſta: *Pſal.32.b* Congregans ſicut in vtre aquas maris.

p *Quis ſuſcitauit omnes terminos terræ?*] Terminos terræ a torpore infidelitatis, velut e ſomno ad credendum in ſe ſuſcitauit. Et nunc omnia quæ per orbem viuunt & creſcunt, homines, animantia, germina, dominus vt ſua quæque vita ſubſiſtant, excitat: & in die iudicij cunctū a quattuor ventis cæli genus humanum a morte ſuſcitabit. *Apoc.7.a*

q *Quod nomen eſt eius: & quod nomen filij eius ſi noſti.*] De dei patris & filij nomine dicit: cuius myſterium, ſæcularis ſapientia naturaliter ſcire non poteſt: quamuis vnum eſſe deum qui omnia fecerit, per ea quæ mirabiliter facta videt, intelligere poteſt. Si noſti, inquit, ſubauditur, tu qui de tua te iactas ſapientia, noſtræ fidei myſteria, ſtultitiam nuncupare præſumis?

r *Omnis ſermo dei ignitus, clypeus eſt ſperantibus in ſe.*] Hæc & tota Chriſti eccleſia nouit: & illi maxime ſentiunt qui deo ſecum morante, terrenæ ſapientiæ faſtum contemnunt: quia nimirum omnis ſermo diuinæ auctoritatis, corda electorum & igne charitatis accendit, & ſcientia veritatis illuſtrat, & vitiorum ſordes, ſi quas in eis inuenerit, conſumit: & ab hoſtium inſidiis ſperantes in ſe, cunctiſque defendit aduerſis. Verum ſolertius intuendum:



ignitus, clypeus eſt ſperantibus in ſe. [a] Ne addas quicquam verbis illius, & arguaris inueniariſque mendax. [b] Duo rogaui te, ne deneges mihi antequam moriar: Vanitatem & verba mendacia longe fac a me. Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi: tribue tantum victui meo neceſſaria, ne forte ſatiatus illiciar ad negandum, & dicam: Quis eſt dominus? aut egeſtate compulſus furer, & periurem nomen dei mei. [c] Ne tradas ſeruum ad dominum ſuum: ne forte maledicat tibi & corruas. [d] Generatio quæ patri ſuo maledicit, & matri ſuæ non benedicit. [e] Generatio quæ ſibi mūda videtur: & tamen non eſt lota a ſordibus ſuis. [f] Generatio cuius excelſi ſunt oculi, & palpebræ eius in alta ſurrectæ. [g] Generatio quæ pro dentibus gladios habet, & commandit molaribus ſuis. [h] Vt comedat inopes de terra, & pauperes ex hominibus. [i] Sanguiſugæ duæ ſunt filiæ dicentes: Affer, affer. [k] Tria ſunt inſatiabilia, & quartum quod nunquam dicit, ſufficit: Infernus, & os vuluæ, & terra quæ non ſatiatur aqua: ignis vero non dicit, ſufficit. [l] Oculum qui ſubſannat patrem, & deſpicit partum matris ſuæ, effodiant eum corui de torrentibus: & comedant eum filij aquilæ. [m] Tria ſunt difficilia mihi, & quartum quod penitus ignoro: Viā aquilę in cęlo, viam colubri

A tuendum: quia proprietatem Græci ſermonis, quod eſt πεπυρωμένον, Latina tranſlatio vno verbo non explicat. Vnde aliquando ignitum, aliquando igne examinatum transfertur, vt: Ignitum eloquium tuum vehementer. Et: *Pſal.118.* Argētum igne examinatum: quod vtrunque in Græco vno verbo dicitur πεπυρωμένον. Et quod huic Salomonis ſententiæ ſimillimum ſonat: *Pſal.11.b* Eloquia domini igne examinata, ideſt, πεπυρωμένα, protector eſt omnium ſperantium in ſe, πεπυρωμένον ergo ſignificat, quod tanquam conflatum igne purgatum ſit. Sicut enim quæcunque metalla igne conflata, ſordem in ſe alienam atque inutilem non continēt: totum quicquid in his reſidet, verum & perfectum, & omni vitiorum ſorde purgatum eſt: ita eloquium dei æternorum in ſe bonorum fidem teſtās. B Hinc illud eſt domini: *Matth.5.* Iota vnum, aut vnus apex nō præteribit a lege, donec omnia fiant. Vera enim omnia ſunt, & extra omnem ambiguitatem, ſuperfluæ inanitatis ignita.

a *Ne addas quicquam verbis illius: &c.*] Non corrumpas eloquia ſanctarum ſcripturum: quod quidem hæretici ne his conuincerentur, feciſſe noſcuntur.

b *Duo rogaui te, ne deneges mihi antequam moriar: Vanitatem & verba mendacia longe fac a me. Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi: &c.*] Hęc adhuc vir cum quo eſt deus, ſermonis eius igne radiatus, ad ipſum dominum conuerſa voce profatur, obſecrans ne vanitatem ſæculi vnquam vel verba mendacia, veritati cæleſtium præponat ſcripturarum: nec rurſum vel copia vel inopia tranſeuntium rerum, in obliuionem decidat æternorum.

c *Ne tradas ſeruum ad dominum ſuum: ne forte maledicat tibi & corruas.*] *Ioan.8.d* Omnis qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. C Hunc ſeruum ille domino ſuo tradit, qui quemlibet delinquentem, & a prauis actionibus ſe conuertere volentem, ſua exhortatione, vel exemplo prauæ actionis, ad id quod renuntiauerat, redire ſuadet: quod plerique ſacerdotes praui in eccleſia facere conſueuerunt.

d *Generatio quæ patri ſuo maledicit &c.*] Cum ſuperius puritatem ſibi vitæ a domino dari peteret: conuertens ſubito intuitum ad contemplandam prauorum nequitiam: quantis hæc ſit inuoluta miſeriis, quam longe a veritate diſtet, inſinuat. Eſt, inquiens, generatio nefandorum, quæ & ſi bona quælibet agit, perdit hæc in eo quod honorem parentibus non defert.

e *Generatio quæ ſibi munda videtur &c.*] De hac generatione loquitur pſalmiſta: *Pſal.52.b* Quoniam deus diſſipat oſſa hominum ſibi placentium.

f *Generatio cuius excelſi ſunt oculi: & palpebræ &c.*] Huius conſortium generationis vitabat pſalmiſta, cum dicebat: *Pſal.130.a* Domine non eſt exaltatum cor meum: neque elati ſunt oculi mei, &c.

g *Generatio quæ pro dentibus gladios habet &c.*] *Pſal.56.a* De hac pſalmiſta: Filij hominum, dentes eorum arma & ſagittæ: & lingua eorum machæra acuta.

h *Vt comedat inopes de terra, &c.*] Ad hoc linguam armant perſecutores eccleſiæ, vt innocentes Chriſti, & humiles trucident. D Quod ſi diligenter conſiderare volueris, inuenies has generationes, congregationes eſſe nequiſſimas Iudæorum & hæreticorum. Iudæorum ergo generatio patri ſuo maledixit, illi videlicet qui ait: Filius meus primogenitus Iſrael: *Exod.4.f* quando filium eius venientem in carne negauit. Et matri ſuæ non benedixit, ſynagogæ videlicet: cuius fidei priſtinæ quā in patribus ac prophetis de Chriſto habuerat, detraxit. Nouatianorum generatio munda ſibi videtur, dicens ſe pænitentia opus non habere: & tamē nō poteſt mūda eſſe a ſordibus peccatorū, quæ fontem pænitētiæ peccantibus veniam negando pręcludit. Item generatio Arianorum excelſos habet oculos, & palpebras ſuper deū erectas, inquirens quid fuit antea, & dicens: Si natus eſt, fuit tempus quando nō fuit filius: vel quę eſt ſpiritus ſancti poteſtas, æqualis an inæqualis? E Item generatio quæ pro dentibus gladios habet, illa eſt congregatio prauorum, quæ ſuam perfidiam etiam aliis intimare ſatagit, & ſicut corpora ſolēt gladiis ſterni, ita animas audientiū veneno prauæ allocutionis morti perpetuæ ſubiugare contendit.

i *Sanguiſugæ duæ ſunt &c.*] Sanguiſuga, diabolus eſt, qui ſiti peccandi, ac peccata ſuadendi inceſſanter accēditur. Huic duæ ſunt filiæ: quia duæ ſpecialiter humani generis illecebræ. Hunc antiqui hoſtis imitantur ardorem, luxuria videlicet & philargyria. Nā & luxuriæ quo liberius frena laxantur, eo noxius delectatur. Et ſicut quidam ait poetarum: Creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit.

k *Tria ſunt inſatiabilia, &c.*] Infernus nunquā redundat: meretrix ſimiliter habet, eius corpus non ſatiatur delitiis, & auarus nunquam dicit, ſufficit. Quidam infernum interpretantur diabolum: quia inſatiabilis ſit ſeductione humana. F Os vuluæ, & terra quæ non ſatiatur aqua, vt ſupra: & ignem qui non dicit, ſufficit: incendium gehennæ, quod nunquam deſinat: ſed eos qui peccatis finem ponere noluerunt, infinito ardore comburat.

l *Oculum, qui ſubſannat patrem, &c.*] Peruerſi dum diuina iudicia reprehendunt, ſubſannant patrem: & quilibet hęretici dum prædicationē ſanctæ eccleſiæ deridendo contemnūt, partum matris deſpiciūt: quia de ipſa exeunt qui contra ipſam loquuntur: Ex nobis exierūt, inquit, ſed nō erāt ex nobis. Quorum intentionē dum prædicatores catholici de ſcripturarū diuinarum fluentis procedentes increpando reuincūt, quaſi oculum nefandū corui de torrentibus effodiūt, & filij aquilæ comedūt. Corui etenim vocātur doctores ſancti: quia per humilitatis gratiā, peccati in ſe nigredinē confitētur. Filij autē aquilæ: quia per gratiā eius ſunt renati: qui in habitu aſſumptæ humanitatis, ad cæleſtia tranſuolāt. Vnde & alibi filij ſpōſi appellāt. *Matth.9.b*

m *Tria ſunt difficilia mihi, &c.*] Quantū ad hiſtoriā pertinet ita eſt, vt ſcriptū eſt: ſed quia per parabolas loquitur: Via aquilæ in cælo difficile inuenitur: hoc eſt, ſubtilitas inimici, quæ circa cæleſtiū virorū corda volitat, magno cū labore deprehēditur. Similiter & via colubri ſuper petrā, ideſt, aſtutia hoſtis venenati, inſidiari nō deſinit eis, quos

colubri ſuper petram, viam nauis in medio mari, & viam viri in adoleſcentia. a Talis eſt via mulieris adulteræ, quæ comedit, & tergit os ſuum, & dicit: Non ſum operata malum. Per tria mouetur terra: & quartum non poteſt ſuſtinere. Per ſeruum cum regnauerit, per ſtultum cū ſaturatus fuerit cibo, & per odioſam mulierem cum in matrimonio fuerit aſſumpta, & per ancillam cum fuerit hæres dominæ ſuæ. b Quattuor ſunt minima terræ, & ipſa ſunt ſapientiora ſapientibus: c Formicæ populus infirmus, qui præparat in meſſe cibū ſibi. d Lepuſculus plebs inualida, quæ collocat in petra cubile ſuum. e Regem locuſta nō habet: & egreditur vniuerſa per turmas ſuas. f Stellio manibus nititur, & moratur in ædibus regis. g Tria ſunt quæ bene gradiūtur, & quartū quod incedit feliciter. Leo fortiſſimus beſtiarum, ad nullius pauebit occurſum. Gallus ſuccinctꝰ lūbos: & aries, nec eſt rex qui reſiſtat ei. h Et qui ſtultus apparuerit, poſtquam eleuatus

A in petra fidei fundatos eſſe conſpicit. Necnon & via nauis in medio maris, hoc eſt, via iniquitatis: quæ per amaras ſæculi huius vndas, immundorum ſpirituum flatibus agitatas, tanta ſublimitate diſcurrit, vt vel vix, vel nullatenus eius poſſit iter deprehendi. Nam quod aquila malignum hoſtem ſignificet, teſtatur propheta, qui ait: Velociores fuerunt perſecutores noſtri aquilis cæli: ideſt, homines qui nos perſecuti ſunt, tam ſæui fuerunt, vt ipſis dæmonibus crudeliores eſſe viderentur. *Eſa.30.b* Quod coluber diabolum ſæpe inſinuet, & in primi hominis tranſgreſſione probatum eſt, & cum vir ſapiens aiebat: Quaſi a facie colubri fuge peccatum. *Eccl.21.a* Nauis quoque, quod leuitatem deſignet eorum qui circunferuntur omni vento doctrinæ, demonſtrat propheta, qui ait: Et Chaldæos in nauibus ſuis gloriātes: *Eccl.43.a* B hoc eſt, immundos ſpiritus de fragilitate atque inſtabilitate mentis humanæ ſeſe extollentes, & de illius ruina quaſi victores lætantes. Sicut ergo illa tam callida ſunt, vt inueniri nequeāt: ſic adoleſcens qui viam veritatis deſerit, difficile eſt cogitatu, quo ſe per omnes horas, & in quot cogitamenta vecors vaga mente declinet.

a *Talis eſt via mulieris adulteræ &c.*] Adulteræ quoque mens in ſimilitudinem eorum quæ commemorauit ſuperius, inſtabilis ſemper & vaga eſt, quæ vbi admiſſum turpitudinis ſuæ celare potuerit, negat ſe aliquid patraſſe facinoris.

b *Quattuor ſunt minima terræ, & ipſa &c.*] Minores videntur in terra ſæpe iuſti, quam reprobi, ideſt, humiliores, & huic mundo abiectiores: ſed tamen ſapientiores ſunt ſapientibus mundi, in eo quod æterna & cæleſtia bona ſapiunt: ac pro his appetendis quæ illi non norunt, aduerſa quoque ſæculi fortiter pati deſiderant.

c *Formicæ populus infirmus, qui præpa. &c.*] Et eccleſiæ populus, vt fortitudinem mētis cuſtodiat, infirmum ſe temporaliter aduerſariis ſæuientibus oſtendit: domino per euangelium dicente: Ego autem dico vobis non reſiſtere malo: ſed ſi quis te percuſſerit in dexteram maxillam, tu præbe illi & alteram. *Matth.5.f* C Qui in hac vita præparat ſibi fructus bonorum operum, quibus vitam mereatur habere perennem.

d *Lepuſculus, plebs inualida &c.*] Et hic plebem eccleſiæ deſignat, quæ inualida dicitur: vel quia, vt ſupra diximus, ſuas iniurias vlciſci ipſa non quærit: vel quia ſuis viribus nil fidere, ſed in auxilio redemptoris ſui ſalutem ſperare didicit: & hoc eſt illam cubile in petra collocare, cuius præſidio aduerſos vitet incurſus, domino dicente cum pſalmiſta: Eſto mihi in lapidem fortiſſimum, & in domum munitam, vt ſalues me: quia petra mea & munitio mea tu es. *Pſal.70.a Sec.hebr.* Pro lepuſculo, antiqua tranſlatio chœrogylium poſuit. Eſt autem animal non maius hericio, habens ſimilitudinem muris & vrſi: cuius in Palæſtinæ regionibus magna eſt abundantia, ſemperque in cauernis petrarum, & terræ foueis habitare conſueuit. Notandumque quod in pſalmo vbi nos canimus: Petra refugium herinaciis: *Pſal.103.c* in quibuſdam codicibus, leporibus: in quibuſdam chœrogyliis inuenitur. Sed & in hac Salomonis ſententia, quædam exemplaria pro lepuſculo, herinacium habent. Nam in libro Hebræorum nominum inuenimus idem verbum Hebrēum שפן Saphan, in Hieremia, & chœrogylium, & leporem, & hericium a ſancto Hieronymo interpretatum.

D e *Regem locuſta non habet, & egreditur vniuerſa per turmas ſuas &c.*] Locuſtam quidam gentium plebem interpretantur: quæ quondam ſine rege, ideſt, ſine Chriſto, ſine propheta, ſine doctore exiſtens: nunc in vnitatem fidei congregata, ad ſpiritualem pugnam contra diabolum præparatur. Poteſt autem in locuſta, anachoritarum concors vnitas accipi, quæ cum homine præceptore nullo in ſuis latibulis regatur: infatigabili tamen inſtātia, in ſuis quæque locis Chriſto militare, & male pullulantia carnalium voluptatum germina conſueuit abſumere.

f *Stellio manibus nititur, &c.*] Stellio qui manibus nititur (quia nimirum alas quibus feratur, non habet) & moratur in ædibus regis, illorum ſignificat humilitatem, qui cum non ſint iuxta naturam ingenioſi: ſolertia tamen induſtriæ ſuæ, vel ad diuinarum notitiam ſcripturarum, vel ad virtutum gratiā, E quibus ingreſſum regni cæleſtis mereantur, attingunt. Plerunq; etenim aues, quas ad volandum penna ſubleuat, in vepribus reſident: & ſtellio qui ad volatum pennas non habet, nitens manibus, regni ædificium tenet: quia nimirum ſæpe ingenioſi quique dum per negligentiam torpent, in prauis actibus remanent: & ſimplices, quos ingenij penna non adiuuat, ad obtinenda æterni regni mœnia, virtus operationis leuat.

g *Tria ſunt quæ bene gradiuntur: & quartum quod incedit feliciter. Leo fortiſſimus beſtiarum: ad nullius pauebit occurſum. Gallus ſucc. &c.*] Ipſe hoc loco leo ponitur, de quo ſcriptum eſt: Vicit leo de tribu Iuda. *Apoc.5.b* Qui fortiſſimus beſtiarum dicitur: quia in illo hoc quod infirmum eſt dei, fortius eſt hominibus. *1.Cor.1.d* Qui ad nullius pauebit occurſum. Dicit enim: Venit princeps huius mundi, & in me non habet quicquam. *Ioan.14.d* Gallus ſuccinctus lumbos: ideſt, prædicatores ſancti inter huius noctis tenebras, verum mane nuntiantes: qui ſuccincti lumbis ſunt, quia a membris ſuis luxuriæ fluxa reſtinguunt. Et aries, nec eſt rex qui reſiſtat ei. Quem alium hoc loco arietem accipimus, niſi primum intra eccleſiam ordinem ſacerdotum? De quibus ſcriptum eſt: Afferte domino filios arietum. *Pſal.28.a* F Qui per exempla ſua gradientem populum, quaſi ſubſequentem ouium gregem trahunt. Quibus ſpiritualiter recteque viuentibus, nullus rex ſufficit omnino reſiſtere: quia quilibet perſecutor obuiet, intentionem eorum non valet præpedire. Et quia poſt hæc etiam antichriſtus apparebit, hoc quartum ſubdidit dicens:

h *Et qui ſtultus apparuerit, &c.*] Ipſe quippe in ſublime eleuabitur, cum deū ſe eſſe mentietur: ſed erectus in ſublime, ſtultus apparebit: quia in ipſa eleuatione ſua per aduentū veri iudicis deficiet. Quod ſi intellexiſſet, ori impoſuiſſet manū: ideſt, ſi ſuppliciū ſuum cū ſuperbire exorſus eſt, præuidiſſet: bene aliquando conditus in tantæ iactationē ſuperbiæ non fuiſſet eleuatus. De quo nequaquam moueat, quod ſuperius dictū eſt: quartum quod incedit feliciter. Tria quippe incedere bene dixit: & quartū feliciter: Non enim omne quod feliciter, bene: neq; in hac vita omne quod bene, feliciter. Nam leo, gallus & aries, bene incedunt: ſed non feliciter: quia perſecutionum bella patiuntur. Quartum vero feliciter, & nō bene incedit: quia in fallacia ſua antichriſtus graditur, ſed iuxta breue tempus vitæ præſentis, ipſa illi fallacia proſperatur.

a *Qui*



eleuatus eſt in ſublime: ſi enim intellixiſſet, ori impoſuiſſet manum. a Qui autem premit fortiter vbera ad eliciendum lac, exprimit butyrum. Et qui vehementer emulget, elicit ſanguinem. b Et qui prouocat iras, producit diſcordias.

## Cap. XXXI.

c VErba Lamuelis regis. Viſio qua erudiuit eum mater ſua. d Quid dilecte mi: quid dilecte vteri mei: Quid e dilecte votorum meorum? f Ne dederis mulieribus ſubſtantiam tuam. g Et diuitias tuas ad delendos reges. h Noli regibus o Lamuel, noli regibus dare vinum. i Quia nullum ſecretum eſt vbi regnat ebrietas. k Ne forte bibat, & obliuiſcatur iudiciorum: & mutet cauſam filiorū pauperis. l Date ſiceram mœrentibus: & vinum his qui amaro ſunt animo. Bibāt & obliuiſcātur egeſtatis ſuæ, & doloris ſui non recordentur amplius. m Aperi os tuum muto, & cauſis omnium filiorū qui pertranſeunt. n Aperi os tuum: decerne quod iuſtū eſt, & iudica inopem & pauperē. Aleph. o Mulierē fortē quis inueniet?

A a *Qui autem premit fortiter vbera ad eliciendum lac. &c.*] Vbera fortiter premimus, cum verba ſacri eloquij ſubtili intellectu penſamus. Qua preſſione dum lac quærimus, butyrum inuenimus: quia dum nutriri vel tenui intellectu quærimus, vbertate internæ pinguedinis vngimur. Quod nec nimie nec ſemper agendum eſt, ne dum lac quæritur ab vberibus, ſanguis ſequatur: quia dum verba ſacri eloquij pluſquam debent diſcutiuntur, in carnalem intellectum cadunt. Sanguinem enim elicit, qui vehementer emulget: quia carnale efficitur hoc quod ex nimia ſpiritus diſcuſſione ſentitur.

b *Et qui prouocat iras, producit diſcordias.*] Quid præcedente parabola iuxta litteram ſignificarit, aperit: quia qui modeſto ſermone proximū allocutus, gratum accipit reſponſum, quaſi de vberibus B in quibus lac quærebat, butyrum exprimit. At qui inepto verbo iram diſcordiamque fraterno ex corde prouocat, quaſi vltra modum emulgens vbera, ſanguinem pro lacte reperit.

## Cap. XXXI.

c *Verba Lamuelis regis: viſio qua erudiuit eum &c.*] *למואל Sup.30.* Lamuel interpretatur, in quo deus, & ipſe eſt de quo ſupra eodem nomine in Latinum verſo dicitur: Viſio quam locutus eſt vir cum quo eſt deus. Mater autem, quæ hanc eum viſionem edocuit, non alia melius, quam diuina gratia intelligitur, quæ illum in corde inuiſibiliter erudiuit intellectu ſapientiæ, quam foris hominibus ipſe miniſtraret. Quāmuis & ipſa carnalis mater Salomonis, hæc eum paruulum docuiſſe recte poſſit intelligi, quæ quidē ipſe, quia ſapienter dicta cognouit, operi parabolarum ſuarū inſerere voluit. Et ideo recte, poſtquam dictum eſt in titulo, verba Lamuelis regis: additum eſt continuo, viſio qua erudiuit eum mater ſua: quia cum in regnum vnctus ſpiritum ſapientiæ percepit, vidit in eodem ſpiritu, quam prudenter ſe mater bona docuerit.

d *Quid dilecte mi: quid dilecte vteri mei.*] Subaudias, quid tibi dicam fili, qui de vtero meo natus, electus es in regno C meo?

e *Quid dilecte votorum meorum.*] Ideſt qui electus es in hoc, quod tota deuotione deſiderabam.

f *Ne dederis mulieribus ſubſtantiam tuam.*] Patet litteræ ſenſus. Sed & virtutum noſtrarum ſubſtantias corruptionibus vitiorum contaminare prohibemur.

g *Et diuitias tuas ad delendos reges.*] Diuitias ſuas dat ad delendos reges, qui terrenis delitiis hominum corda corrumpit, ne cæleſtia bona requirant, in quibus perpetuo poſſint regnare cum domino. Delentur enim reges per diuitias, quando ſummi regis corpori adunati per fidem: nihilominus per illecebras ſæculi merentur eradicari de terra viuentium.

h *Noli regibus o Lamuel, noli regibus dare vinum.*] Et hæc ſequentia patent iuxta litteram. Allegorice autem præcipit, ne vino, in quo eſt luxuria, inebrientur mentes fidelium, qui ſunt membra regis æterni.

i *Quia nullum ſecretum eſt &c.*] Nihil de ſecretis cæleſtibus cogitatur, vbi regnat voluptas carnalis: ſed ea tantum carnales, quæ ſunt viſibilia ſcrutantur.

k *Ne forte bibat, & obliuiſcatur iudiciorum, &c.*] Ne terrenis deebriatus illecebris, obliuiſcatur pauperum Chriſti, qui & ipſe pauper factus eſt pro nobis.

D l *Date ſiceram mœrentibus, & vinum &c.*] Siceram & vinū hoc loco, ſupernam diuinæ ſapientiæ conſolationem dicit: quæ illis eſt exhibenda cordibus, quæ in infimis conſolari refugiunt: & quicquid occurrit in præſenti, amaro ſuſcipiunt animo: ſolis quæ nondum vident gaudiis cæleſtibus tota mente inhærentes, iuxta eum qui dixit: Negauit conſolari anima mea: memor fui dei, & delectatus ſum. *Pſal.76.a* Item date ſiceram mœrentibus, & vinum bibere his, qui amaro ſunt animo &c. His qui pro pænitudine actuum priſtinorum mœrore atque triſtitia deprimuntur, ſpiritualis ſcientiæ iocunditatem velut vinum, quod lætificat cor hominis, affluenter infundite, eoſque ſalutaris verbi crapula reſouete: ne forte iugitate mœroris de tali deſperatione demerſi, abundantiore triſtitia abſorbeantur, qui eiuſmodi ſunt. E

m *Aperi os tuum muto, & cauſis omnium filiorum qui pertranſeunt.*] Pro cauſa pauperum, qui per ſe eloqui in iudicio non valent, ipſe loqui memento: & eos defenſare curato, qui patriæ cæleſtis intuitu, huius vitæ viam ocius tranſire ſatagunt. Aliter: Os aperire muto præcipit, populo ſcilicet gentium, fidei verbum prædicare, qui diuina eloquia prius perſonare neſciebat: & non tantum Iudæis, ſed & cunctis per orbem nationibus curam ſalutis impendere.

n *Aperi os tuum: decerne quod iuſtum eſt, &c.*] Sicut in verſu ſuperiori pro cauſa & ereptione pauperis, os aperire præcipit: ita in iſto ipſum pauperem vbi errauerit, iuſte caſtigare, ac iudicare admonet. Iuxta quod Moyſes ait: Et pauperis in iudicio non miſereberis. *Exod.23.a* Quod vtrunque dominum facere propheta inſinuat, dicens: Sed iudicabit in iuſtitia pauperes, & arguet in æquitate manſuetos terræ. *Eſa.11.a* Huc uſque verba Lamuel: Hinc ſapientiſſimus regum Salomon, laudes ſanctæ eccleſiæ verſibus paucis, ſed pleniſſima veritate decantat. Conſtat nanque idem carmen verſibus viginti & duobus, iuxta ordinē videlicet ac Hebræarum numerum litterarum, ita vt ſinguli verſus a ſingulis litteris incipiant: F cuius ordine perfectiſſimo alphabeti, typice innuitur: quam pleniſſime hic vel animæ cuiuſque fidelis, vel totius ſanctæ eccleſiæ, quæ ex omnibus electis animabus vna perficitur catholica, virtutes ac præmia deſcribantur. אלף Aleph, doctrina, ideſt, ſacra ſcriptura.

o *Mulierem fortem quis inueniet? procul &c.*] Mulier fortis, eccleſia catholica vocatur. Mulier videlicet: quia ſpirituales deo filios ex aqua & ſpiritu ſancto gignere conſueuit. Fortis, quia cuncta ſæculi aduerſa ſimul & proſpera pro conditoris ſui fide contemnit: quam ipſe in carne apparens, infirmam quidem inuenit: ſed inuentione ſua, hoc eſt pia viſitatione, fortem reddidit. Vnde poſt eius redemptionem ad cælos rediens, ſupernis ciuibus gaudens aiebat: Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam, quæ perierat. *Luc.15.b* Videns ergo Salomon genus humanum innumeris implicatum erroribus: quodque ad eius ſaluationem nullus patriarcha, nullus propheta, nullus omnino electorum, præter ſolum mediatorem dei & hominum ſufficeret, ait: Mulierem fortem quis inueniet? procul & de vltimis finibus pretium eius: Ac ſi aperte futuram domini gloriam admirando proteſtetur: Quis tantæ virtutis? quis talis eſt meriti: qui

A de tot incredulis ac ſceleſtis mundi nationibus,vnam ſi-
bi electorum eccleſiam congreget: quam ſua gratia for-
tem atque inſuperabilem aduerſantibus cunctis efficiat?
Non hic certe noſtri ſimilis,non noſtro eſt tempore ven-
turus, ſed in fine ſæculorum eſt de cælo deus homo de-
ſcenſurus,qui nos ſua paſſio-
ne ac morte redimat. Hoc
eſt enim quod ait: Procul &
de vltimis finibus pretium
eius. Procul videlicet ſtatu
temporis,quod a diebus Sa-
lomonis vſque ad partum
Pſal.18.b Virginis intererat. De vlti-
mis autem finibus: Quia a
ſummo cælo egreſſio eius:
qui non aliud pro noſtra re-
demptione pretium, quam ſe ipſum obtulit. Vnde Apo-
Gal.2.d ſtolus: Qui dilexit,inquit nos,& tradidit ſemetipſum pro
nobis, oblationem & hoſtiam deo in odorem ſuauitatis.
Quamuis & ita recte poſſit intelligi, pretium ſanctæ ec-
cleſiæ procul poſitum fuiſſe: quia incarnatio verbi dei,
conuerſatio inter homines, paſſio ac reſurrectio longe a
noſtræ eſſet naturæ conditione diſcreta: quoniam videli-
cet ille,& quãdo voluit, & de qua voluit matre natus eſt,
& ſine peccato vixit in mundo: & quando voluit,& qua
B voluit morte,diſceſſit a mundo, tempuſque reſurrectio-
nis & aſcenſionis ſuæ in poteſtate habuit, & cætera hu-
iuſmodi: in quibus tam procul eſt a nobis, quam cælum
diſtat a terra. Quia vero eccleſiam, quam redemit domi-
nus,non ſolum verbum ſalutis ſuſcipere, ſed & conſtan-
ter pro illo certare, & hoc ipſum per mundum prædicare
donauit, merito ſubiungitur: בַּיִת Beth, domus, hoc eſt,
eccleſia.

inueniet ? procul & de vltimis finibus pre-
tium eius. Beth. [a] Confidit in ea cor viri ſui:
& ſpoliis non indigebit. Gimel. [b] Reddet
ei bonum, & non malum omnibus diebus
vitæ ſuæ. Daleth. [c] Quæſiuit lanam & li-
num, & operata eſt conſilio manuum ſua-
rum. He. [d] Facta eſt quaſi nauis inſtitoris,
de longe

a *Confidit in ea cor viri ſui, & ſpoliis non indigebit.*] Virum
ſanctæ eccleſiæ,dominum ac redemptorem eius, qui etiã
pretium eius fieri dignatus eſt,dicit: Vnde Apoſtolus cre-
dentibus ait: Deſpondi enim vos vni viro, virginem ca-
ſtam exhibere Chriſto. Quod ergo dicitur: Confidit in
ea cor viri ſui: ab humana nimirum conſuetudine tra-
2.Cor.11.a ctum eſt. Sicut enim is qui fortem fidelemque & caſtam
habet coniugem, confidit in ea certiſſime: quia nil con-
tra ſuam voluntatem agere, nulla adulterina ſaltem
cogitatione poſſit contaminari: cuncta pro ſuo amore e-
tiam aduerſa libenter tolerat, & quoſcunque valet ad ſuã
amicitiam conuertere deſiderat: ſic nimirum, ſic domi-
nus & redemptor noſter in eccleſia confidit. Nouit enim
ſpiritum gratiæ, quem dedit: nouit virtutem charitatis,
quam eius præcordiis infudit. Ideoque non dubitat eam
non ſolum a ſuæ fidei integritate nequaquam poſſe cor-
C rumpi,ſed etiam perſeueranter inſiſtere,vt plures ad eiuſ-
dem fidei congreget vnitatem. Hoc eſt enim quod ſequi-
tur: Et ſpoliis non indigebit. Spoliat enim diabolum ec-
cleſia,cum per prædicatores ſuos, eos quos ipſe decepe-
rat,ad veritatis iter reuocat. Et bene dicitur: Et ſpoliis nõ
indigebit: quia nunquam ceſſabit eccleſia liberatas a dia-
bolica fraude animas Chriſti fidei reſtituere: donec com-
pleto mundi curſu, ſuorum quoque præfinita complea-
tur ſumma membrorum. Verum, quia quidquid boni
ſancta eccleſia,vel anima quęque fidelis agit,hoc deſuper
accipit,recte ſubditur: גִּימֶל Gimel,plenitudo,ideſt legis.

b *Reddet ei bonum, & non malum omnibus diebus vitæ ſuæ.*]
Reddet quippe anima Chriſto bonum,cum perceptis ab
eo vitæ muneribus recte viuendo reſpondet: cum ea quæ
ipſa ſcire vel facere ab illo adiuta potuit, etiam aliis inti-
mare ſatagit. Bene autem cum dixiſſet, reddet ei bonum,
protinus addidit,& non malum: quia ſunt profecto qui
acceptis a domino bonis mala rependunt: vel fidei my-
ſteria, quæ perceperunt, hæretica fece fœdando: vel
Tit.1.d fidem quam profeſſione ſeruant, prauis operibus blaſ-
phemando: vel mores bonos, quibus cum fide recta de-
ſeruiunt, per colloquia mala corrumpendo. Sed nec
illi bona, quæ acceperunt, domino reddunt: qui non
in his, quæ bene inchoant, vſque ad finem vitæ præſen-
tis perſiſtere curant. Vnde merito cum dixiſſet, reddet ei D
bonum & non malum, vt perſeuerantiam boni neceſſa-
riam demonſtraret, adiunxit: omnibus diebus vitæ ſuæ.
Cui ſimile eſt illud euangelicum: Seruiamus illi in ſancti- Luc.1.g
tate & iuſtitia coram ipſo,omnibus diebus noſtris. Qui-
bus ſane operibus, quibus
iuſtitiæ vel ſanctitatis fructi-
bus potiſſimum inſiſtẽdum,
ei qui bonũ quod accepit a
domino gratis, rependere
ſatagit, ſubſequenter inſi-
nuatur cum dicitur: דָּלִית
Daleth, tabularum, hoc eſt
veteri teſtamento.

c *Quæſiuit lanam & linum,
& operata eſt conſilio manuum
ſuarum.*] Huius principium verſiculi, fortis mulier, hoc
eſt ſancta eccleſia, etiam iuxta litteram accipere & obſer-
uare conſueuit, iuxta illud propheticum: Cum videris Eſa.58.e
nudum,operi eum: & carnem tuam ne deſpexeris. Ope-
ratur autem non ſuperuacuo & cæco labore, ſed eo vti-
que conſilio,vt ab ipſo ſuo vero domino,videlicet Chri- Matth.25.c
ſto in iudicio mereatur audire: Nudus fui, & operuiſtis
me: & quamdiu feciſtis vni de his minimis meis, mihi fe-
ciſtis. Operatur autem conſilio manuum ſuarum: hoc eſt,
earum perſonarum per quas eleemoſynam pauperibus
tribuit: in quorum opere de voto, illo ſaluberrimo vti- E
tur conſilio,vt cum diſpergit & dat pauperibus, non ipſa
ab hominibus laudetur ad tempus: ſed vt iuſtitia eius ma- Pſal.111.a
neat in ſæculum ſæculi, & cornu eius exaltetur in gloria.
Poſſunt autem myſtice in lana, qui ouinus eſt habitus,
omnia pietatis & ſimplicitatis opera, quæ proximis im-
pendimus,accipi. Poteſt in lino,quod ex terra virens ori-
tur, ſed longo ac multiplici exercitio amittit humorem
natiuum,atque ad gratiam noui candoris peruenit, caſti-
gatio noſtræ carnis intimari: cuius dum ingenitas vitio-
rum ſordes per continentiam excoquimus: dignam pro-
fecto eam,qua Chriſtum induamus, efficimus,iuxta illud
Apoſtoli: Quotquot ergo in Chriſto baptizati eſtis,Chri- Gal.3.d
ſtum induiſtis. Quærit ergo mulier fortis lanam & linum,
& operata eſt conſilio manuum ſuarum, cum eccleſia
ſancta ſolicite perquirit,quibus ſe pietatis fructibus exer-
ceat: quomodo a carnalibus emundet illecebris. Et hoc
vtranque conſilio prudentiſſimo, hoc eſt, ſupernæ ſo-
lummodo retributionis facit intuitu: cuius retributionis
ſequens quoque verſiculus apertius meminit, dum ſub-
ditur.

d *Facta eſt quaſi nauis inſtitoris, de longe portans panem ſuum.*]
Inſtitorem negotiatorem dicit: qui pro eo ſic vocatur ab
antiquis, quod acquirendis multiplicandiſque mercibus
ſedulus inſiſtat. Facta eſt ergo fortis mulier, quaſi nauis F
inſtitoris: quia ſicut nauis inſtitoris onuſta mercimoniis,
quæ in ſua patria magis abundant, porro per mare petit
peregrina, vt illic venditis quæ attulerat, cariora ad do-
mum reportet. Sic nimirum ſancta eccleſia, ſic anima
quæque perfecta, virtutum diuitiis gaudet onuſtari,
quibus maiora diuinæ gratiæ dona mercetur. Optimum
eſt nanque commercium, cum bona quæ valemus ope-
rantes, primo hanc a domino mercedem recipimus, vt
ad maiora ſemper agenda proficiamus: dehinc vitam
percipiamus ſempiternam. Facta eſt ergo anima ſan-
cta, quaſi nauis inſtitoris, quæ tranſit deſiderio flu-
ctus ſæculi præſentis: ſolaque ſe in cælis accipere ſpe-
rat æterna gaudia, & pro his abundantius adiſpiſcen-
dis, quidquid valet inſtanter agere, quidquid aduer-
ſum occurrit, fortiter ſuperare contendit. De qua re-
cte dicitur: Quia de longe portat panem ſuum, quia
in cunctis quæ temporaliter bona agit, æternam ſolum-
modo retributionem expectat, ſolam viui panis ſatu-
ritatem deſiderat: eius nimirum, qui ſuis auditoribus
pie potenterque promittit: Venite ad me omnes qui la- Matth.11.d
boratis,& onerati eſtis: & ego reficiam vos. At contra in
proximo panem ſuum recipit, & non hunc de longe trãs
maria



A maria portat,qui in eo quod iuſte viuere videtur, huma-
ni tantũ fauoris præmia expetit: neque vllo vitæ perma-
nentis intuitu,ea quæ in imis labuntur,ſuperare,& calca-
Matth.6.b re ſatagit. De qualibus ipſe terribiliter tonat: Amen dico
vobis,receperunt mercedem ſuam.

de longe portans panem ſuum. Vau. [a] Et de
nocte ſurrexit, deditque prædam domeſticis
ſuis: & cibaria ancillis ſuis. Zain. [b] Conſide-
rauit,agrum & emit eum: de fructu manuum
ſuarũ plãtauit vineã. Heth. [c] Accinxit forti-
tudine lũbos ſuos, & roborauit brachiũ ſuũ.
Teth. [d] Guſtauit & vidit, quia bona eſt nego-
tiatio eius: non extinguetur in nocte lucerna
eius. Iod. [e] Manũ ſuã miſit ad fortia: & digiti
eius

a *Et de nocte ſurrexit, deditque
prædam domeſticis ſuis, & ciba-
ria ancillis ſuis.*] Sicut totus
labentis ſæculi curſus perẽ-
nis diei ac noctis alteratio-
ne variatur, & dies quidem
ad operãdum, nox ad quieſ-
cendum naturaliter condita
eſt: ſic totũ præſentis eccle-
ſiæ tempus, gemino quodã
quietis & operis ſtatu diſcer-
nitur. Quaſi enim nocte
quieſcit, cum aliqui fideliũ
eius, intermiſſa ad tempus ſolicitudine externa, ſibimet
vacare, ſeque ipſos ſpiritualiter incipiunt curare: vel le-
ctionibus videlicet ſacris, vel orationibus ac lacrymis ſe-
ſe, vel aliis huiuſmodi ſtudiis ſecretius exercendo. Surgit
autem de nocte,cum in eiſdem ſuis fidelibus ad agẽdam
etiam proximorum curam ſe ſolicite accingit. Quod fra-
ternæ adminiſtrationis opus,duobus modis exercere cõ-
ſueuit: quia & eos qui foris errabant, ad fidei gratiã con-
B uocat: & illos qui fidei ſacramentis iam ſunt imbuti, vt
bonis operibus amplius inſiſtant, excitare non deſinit.
Vnde bene dicitur: Deditque prædam domeſticis ſuis,&
cibaria ancillis ſuis. Dat namq; prædam domeſticis ſuis,
cum eos quos ab antiquo hoſte docendo eripere potuit,
ſocietati illorum,qui in fide præceſſere,conciliat. Dat &
ancillis cibaria, cum humiles quoſque & debito timore
ſua iuſſa ſeruantes,ne pio labore laſſeſcant,ſupernæ mer-
cedis commemoratione reficit.

b *Conſiderauit agrum, & emit eum: de fructu manuum ſuarum
plantauit vineam.*] Agrum dicit poſſeſſionem ſupernæ
hæreditatis: de qua benedicens filium patriarcha loqui-
Gen.27.a tur: Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni, cui benedi-
xit dominus. Odor quippe ſanctorum eſt ſicut odor agri
pleni,cui benedixit dominus: quia tota mentis intentio-
ne contuentur quæ ſit plenitudo benedictionis in patria
regni cæleſtis. Conſiderauit ergo eccleſia agrum, & emit
eum: quia ſtudioſe didicit quæ ſunt gaudia vitæ perẽnis:
& pro eorũ perceptione quidquid potuit, laborare con-
tendit. Quæ eiam de fructu manuum ſuarum plantauit
vineam: quia de fructiferis fidelium ſuorum factis ſiue
verbis, ſcripturam ſanctam condidit, per quam mentes
audientium in fide & dilectione deebriaret ſui redem-
ptoris. Nec ab re eſſe credimus, ſi vineæ nomine,ipſam
C eccleſiam,quæ per mulierem fortem eſt deſignata, ſen-
tiamus eſſe figuratam: & eos eſſe propagines vineæ, qui
ſunt filij mulieris. Mulier autem vineam plantauit, cum
eccleſia primitiua latius per orbem miſſis prædicatori-
bus fidei ſemina diſperſit. Conſiderauit namque agrum,
cum orbem vniuerſum vitiorum ſpinetis horrẽtem, cul-
tore ſpirituali opus habere perſpexit. Emit vero eum, cũ
miſſis vbique doctoribus, talentũ verbi audientibus cõ-
tulit,vt eos credentes feliciſſimo Chriſti mancipatui ſub-
deret. Plãtauit autem in eodem agro vineam,cum in no-
uis credentium populis, eccleſiam plena euangelicæ ve-
ritatis inſtitutione firmauit. Quam quidem vineam de
fructu manuum ſuarum plantauit: quia nõ ſolum verbo
inſtruebant apoſtoli apoſtolorumque ſucceſſores popu-
los quos erudiebant: verum & in teſtimonium bonæ o-
perationis,miraculorum quoque ſigna verbis doctrinæ
iungebant. Sed & vſque hodie, imo vſque ad finem ſæ-
culi, mulier fortis conſiderat agrum & emit eum, ac de
fructu manuum ſuarum plantat vineam: quia ſancta ec-
cleſia ſemper ſolicite perquirit,quos ad fidem conuerte-
re poſſit: & quoſcunque dociles inuenerit, hos data ver-
bi pecunia in ſeruitium Chriſti emit,atque in eis vineam
Chriſti plantare,vel potius eos vineam Chriſti facere ſat-
agit. Et quia, qui alterum docere deſiderat, primo ipſe D
& a malis abſtinere, & bonis ſe debet actibus exercere,
recte ſubiungitur.

c *Accinxit fortitudine lumbos ſuos, & roborauit brachium
ſuum.*] Accinxit ergo eccleſia lumbos ſuos fortitudine,
cum ſupernorum deſideriis
intenta,carnalibus illecebris
ſuccumbere deſpexit. Ro-
borauit brachium ſuum, cũ
ſe ad agenda virtutum ope-
ra præparauit. Et bene pri-
mo lumbos fortitudine ac-
cingere, ac poſtmodum ro-
borare brachiũ dicitur: quia
nimirum actio boni operis
acceptabilis eſſe domino
minime valet, ſi non fluxa
luxuriæ quis prius a carne ſi-
mul & mente reſtringat. Vnde propheta: Quieſcite, Eſa.1.e
inquit, agere peruerſe: diſcite benefacere. Et do- Luc.12.d
minus ipſe: Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ
ardentes. Lumbi videlicet præcincti, ne luxuriæ ſub-
damini. Lucernæ vero ardentes, vt bonis fulgeatis o-
peribus.

d *Guſtauit & vidit, quia bona eſt negotiatio &c.*] Quod ait,
negotiatio eius: agri vtique ſignificauit illius, de quo
ſupra ait: Conſiderauit agrum,& emit eum. Guſtauit igi- E
tur eccleſia ſancta, guſtauit quæque anima perfecta, id
eſt,intimo mentis deſiderio cognouit: quia bona eſt ne-
gotiatio vitæ immarceſſibilis, quam relictis illecebris tẽ-
poralibus,æternam mercemur in cælis. Guſtauit autem,
id eſt, aperte didicit: quia bonum eſt per inſtantiam præ-
dicandi quoſcunque valet ad viam veritatis adducere: at-
que ideo nullis tribulationum tenebris, nec ipſa morte,
poteſt lucerna nocte deuotionis eius extingui. Eorum
namque lucerna extinguitur, quamuis in die videa- Luc.8.b
tur ardere,qui ſicut dominus ait: Ad tempus credunt, & Mat.25.a
in tempore tentationis recedunt. Sed & illorum nocte
media extinguitur lucerna,qui veniente iudice,oleũ cha-
ritatis in vaſis præcordiorum ſuorum non habuiſſe pro-
bantur: dum perdito falſarum rumore virtutum,vera te-
nebroſorum luunt tormenta factorum. Quod ſi noctem
hoc loco pro quiete volumus accipere, iuxta hoc quod
ſupra dicitur: Et de nocte ſurrexit, id eſt, ad operãdum ſe
poſt quietem præparauit,apte dicitur,quod lucerna ſan-
ctæ eccleſiæ non extinguatur in nocte: quia & cum a ne-
gotio quieſcit actionis, vacat liberius luci ſupernæ con-
templationis. Cumque a publicis ceſſat operibus, curat
ſe ardẽtius,vel auditui ſanctæ lectionis, vel laudibus mã-
cipare diuinis: iuxta exemplum videlicet mulieris indu-
ſtriæ, quæ non ſolum interdiu neceſſariis ſolet inſtare la-
boribus,ſed & nocte ſæpius accenſo lumine lucernæ,pa- F
rilem rei familiaris agere curam.

e *Manum ſuam miſit ad fortia: & digiti eius apprehenderunt
fuſum.*] Fortia dicit perfecta in Chriſti charitate opera:
quibus ſe gaudens eccleſia, certa ſupernæ retributionis
expectatione ſubdit. Verbi gratia: Audiſtis quia dictum
eſt: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum Mat.5.g
tuum. Ego autem dixi vobis: Diligite inimicos veſtros:
benefacite his qui oderunt vos &c. Et de virginitate ſer-
uanda: Qui poteſt capere,capiat. Et de contemnendis di- Ibid.19.b
uitiis,inquit: Si perfectus vis eſſe: vade, vẽde quæ habes, Mat.19.c
& da pauperibus &c. Nam populus ſynagogæ, cui di-
ctum eſt: Si volueritis, & audieritis me, bona terræ co- Eſa.1.e
medetis: tanto infirmior erit in opere iuſtitiæ, quãto mi-
nus ſpe perpetuæ remunerationis erectus. At eccleſia,
quæ audit a domino: Pænitentiam agite, appropinqua- Mat.3.a
bit enim regnum cælorum: merito pro huius rei perce-
ptione, dura quæque longanimiter ſuffert. Vnde rurſum
de eius fortitudine dicit: Regnum cælorum vim patitur, Mat.11.b
& violenti rapiunt illud. Et digiti, inquit, eius apprehen-
derunt fuſum. Solent feminæ nentes fuſum in dextera,
colum tenere in ſiniſtra: in colo enim lana inuoluta eſt,

eius apprehenderunt fuſum. Caph. [a] Manum ſuam aperuit inopi, & palmas ſuas extēdit ad pauperem. Lamed. [b] Non timebit domui ſuę a frigoribus niuis. [c] Omnes enim domeſtici eius veſtiti ſunt duplicib⁹. Mem. [d] Stragulatā veſtē fecit ſibi. [e] Byſſus quoq; & purpura indumētū eius. Nun. [f] Nobilis in portis vir ei⁹: quādo ſederit cū ſenatoribus terræ. Samech. [g] Sindonē fecit & vendidit: & cingulum tradidit

A quæ filo ducenda & nenda, tranſeat in fuſum. Sæpe autem in ſcripturis dextera, vitam perpetuam: læua, præſentia dei dona ſignificat, opulentiam videlicet rerum, pacem temporum, ſoſpitatem corporum, ſcientiam quoque ſcripturarum, & cæleſtium perceptionem ſacramentorum: hæc & huiuſmodi bona, cum domino largiente perceperimus, quaſi lanā colo inuolutam in læua geſtamus. At cum ea pro amore cæleſtium ſalubriter exercere incipimus, iam lanam agni immaculati de colo in fuſum, de læua in dexteram traiicim⁹: quia de donis noſtri redemptoris, de exemplis operum eius, ſtolam nobis gloriæ cæleſtis ac veſtē charitatis nuptialem facimus. Digiti namque, quibus apprehendere fuſum dicitur, ipſam intentionem diſcretionis, qua quiſque operatur, inſinuant: ea nimirum ratione, quia nulla corporis noſtri membra pluribus ſunt diſtincta articulis ac flexibus apta quam digiti. Quicunque ergo veraciter dicere cum Apoſtolo poteſt: Noſtra autē conuerſatio in cælis eſt: vnde etiam Saluatorem expecta- Phil.3.d mus dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, huius profe-

B cto digiti dextri apprehenderunt fuſum: quia diſcretione ſedula pro æternis bonis laborare didicit. Et bene dicitur apprehenderunt, vt viuacius commendetur, quanto ſtudio, quanta feſtinatione in huius vitæ incerto, pro certis apud dominum præmiis agere debeamus. Quid autem mulier fortis, id eſt, eccleſia ſancta vel anima quæq; perfecta per fuſum intellectualem ſit operata, ſubſequēter aperitur.

a *Manum ſuam aperuit inopi, & palmas ſuas extendit ad pauperem.*] Quod & de pauperibus eleemoſynarum, quæ generaliter fiunt in pauperes, accipi poteſt: ſed melius de verbo dei, quod indumentum ſalutis animabus confert, intelligitur: de quo beatus Iob gloriatur, dicens: Iuſtitia Iob.29.e indutus ſum, & veſtiui me ſicut veſtimento, & diademate iudicio meo. Aperuit autem eccleſia manum inopi: cū myſteria fidei ignorantibus per operarios veritatis reuelauit. Palmas extendit ad pauperem, cum longe lateque prædicatores ad imbuendas æternæ ſalutis indigenas nationes diſperſit.

b *Non timebit domui ſuæ a frigoribus niuis.*] Frigora niuis, corda ſunt reproborum perfidiæ ſuæ torpore rigētia: de quibus ait dominus: Et quoniam abundabit iniquitas, Mat.24.a refrigeſcet charitas multorum. Quæ illa vtique niue peſſime deprimuntur, quæ ob primæ ſuperbiæ meritum de

C cælo corruens in profunda tenebrarum, nihilominus ſe velut angelum lucis adhuc ſtultis oſtentare præſumit: habitumque meritorum ſuorum candori niueo ſimilem, fraudum ſuarum neſciis præfert. Quod quidem domini & angelorum eius eſt proprium, in habitu niueo claritatem ſuæ deſignare virtutis. Non timebit autem eccleſia domui ſuæ a frigoribus memoratæ niuis: quia domino pollicente credit, quod portæ inferi non præualebūt Mat.16.e aduerſus eam.

c *Omnes enim domeſtici eius veſtiti ſunt duplicibus.*] Et ſapiētia videlicet, ad repellendas hæreticas falſorum fratrum doctrinas, & patientia ad tolerandas apertorum hoſtium pugnas. Vel certe, veſtiti ſunt duplicibus: quia promiſſionem habent vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ. Nunc in peregrinatione temporali, diuino auxilio ne deficiāt adiuti: tunc in patriæ perpetis habitatione diuinæ gratiæ viſione, vt felices ſemper viuant alleuati. Item domeſtici eius induti veſte ſunt duplici: vna operis, altera mētis: fidei habētes factorumque velamina, ſacramētis videlicet ſui redemptoris imbuti & informati exemplis. Sic enim fit illud Apoſtoli: Quicunque in Chriſto baptizati eſtis, Gal.3.d Chriſtum induiſtis. Poſſunt autem frigora niuis etiam tormenta æterna intelligi, quæ igne & frigore mixta eſſe

legimus, cum dicitur: Ibi erit fletus, & ſtridor dentium. D Fletum quippe oculis, ignis & fumus: ſtridorem vero dētibus ſolet frigus gignere. Luc.13.f Vnde & beatus Iob de pœnis reproborum loquēs æternis: Ad calorem, inquit, nimiū, tranſibunt ab aquis niuium. Iob.24.e Sed ab his eccleſia domui ſuæ non timebit: quia quicunque pereunt, ad domum illius non pertinebunt: nec veſte ipſius ſpirituali erant induti, tametſi myſteriis eius ad tempus videbātur inſtituti. Denique legimus in euangeliis: eiectum de domo conuiuij illius hominē, Mat.22.b qui veſtibus operum non mundis hanc intrare præſumpſerat: & in tenebras exteriores, vbi eſſet fletus & ſtridor dentium eſſe proiectum, merito vtique in frigora pœnæ religatum: quia indumentum pietatis habere neglexerat.

d *Stragulatam veſtem fecit ſibi.*] Stragulata veſtis, quæ variante textura ſolet firmiſſima confici, fortia eccleſiæ opera, & diuerſa virtutum eius ornamenta ſignificat: de quibus propheta in ſummi regis, viri videlicet illius laude cecinit: Aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deaura- E to, circumamicta varietate. Pſal.44.c

e *Byſſus quoque & purpura indumentum eius.*] Byſſus in conuerſatione: purpura in effuſione pretioſi ſanguinis. Byſſus namque candidi coloris eſt: purpureus autē color, & de ſanguine animantis, quod purpura vocatur, conficitur: & ipſe ſanguinis habet ſpeciem. Vnde pulchre dictum eſt a patribus, quia ſancta eccleſia electorum floribus vernans, in pace habet lilia, in bello roſas. Item, quia byſſus de terra virens oritur: ſed per exercitationes longas ac multifarias, amiſſo humore ac virore natiuo, ad decorem candidæ veſtis perducitur. Purpura autem regalis eſt habitus. Byſſo induitur eccleſia, cum caſtigant corpora ſua electi, & ſeruituti ſubiiciunt: purpura autem cum eandem continentiam, non ob fauorem vulgi, ſed ad acquirendam beatitudinem regni perennis exercent. Sed hic virtutum habitus in præſenti quidem neſciētibus videtur contemptibilis: ſed in futuro qualis fuerit, manifeſte patebit. Vnde pulchre in Apocalypſi ſua Ioannes ſanctorum ſe voces audiſſe refert dicentiū: Gaudeamus, & exultemus, quia venerunt nuptiæ agni, & vxor eius Apoc.19.a præparauit ſe, & datū eſt ei vt cooperiat ſe byſſino ſplendenti & candido. Byſſinum enim iuſtificationes ſunt ſanctorum.

f *Nobilis in portis vir &c.*] Vir ſanctæ eccleſiæ, vir cuiuſque fidelis animæ, dominus eſt: qui videbatur ignobilis, F cum ante tribunal præſidis ſtaret iudicandus: Mat.25.e cum probra, flagella, ſputa, & ipſam crucis mortem ſuſciperet: ſed nobilis apparebit, cum venerit iudicaturus orbē in æquitate, & omnes angeli cum eo. Tunc ſedebit, inquit, in ſede maieſtatis ſuæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes; & ſeparabit eos abinuicem &c.] Nobilis, inquit, in portis vir eius: quia veteres in portis ſedere ad iudicādum ſolebant, vt venientes ad ciuitatem aliūde, paratum continuo reſponſum iudicantis acciperent: & nec ruſticos vel paſtores inſolita vrbis ædificia ſtupefacerent: nec rurſum pacem vrbis intrinſecus, frequens litigantiū controuerſia fœdaret. Nobilis ergo erit dominus in portis ſuæ ciuitatis: quia qui etiam nunc contemnendus putatur a multis, vbi ſæculi finis affuerit, vbi ingreſſum patrię cæleſtis aperuerit electis, iam cunctis parebit ſublimis. Sedebit autem cum ſenatoribus terræ. Amen dico vobis, quod vos qui ſecuti eſtis me, in regeneratione, cum Ibid.19.d ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael.

g *Sindonem fecit & vendidit, & cingulū tradidit Chananæo.*] In linteo ſindonis, ſubtilis intextio ſignatur ſanctæ prædicationis,



didit Chananæo. Ain. [a] Fortitudo & decor indumentum eius: & ridebit in die nouiſſimo. Phe. [b] Os ſuum aperuit ſapientiæ: [c] & lex clementiæ in lingua eius. Zadik. [d] Conſiderauit ſemitas domus ſuæ: & panem otioſa non comedit. Coph. [e] Surrexerunt filij eius, & beatiſſimam prædicauerunt: vir eius & laudauit eam. Res. [f] Multæ filiæ congregauerunt

A dicationis, in qua molliter quieſcitur: quia mens in illa fidelium ſpe ſuperna refouetur. Act.10.b Vnde & Petro animalia in linteo demonſtrantur: quia peccatorū animæ miſericorditer aggregatæ, in blanda fidei quiete continentur. Hāc ergo ſindonem eccleſia fecit & vendidit: quia fidem, quā credendo texuerat, loquēdo dedit, & ab infidelibus vitam rectæ cōuerſationis accepit. Quæ & Chananæo cingulum tradidit: quia per vigorem demonſtratæ iuſtitiæ, fluxa opera gentilitatis aſtrinxit: vt hoc quod recipitur, viuendo teneatur: Sint lumbi veſtri præcincti. Luc.12.c Bene etenim nomine Chanaan, כנען qui & gentilem populum procreauit, & interpretatur commutatus, conuerſa ad fidem gentilitas deſignatur: quæ feliciſſima commutatione, a vitiis ad virtutes, a diabolo tranſmigrauit ad Chriſtum. Vnde & in eius laude pſalmus quadrageſimusquartus ſcribitur, cuius titulus eſt: In finem pro his qui commutabuntur filiis Chore, canticum pro delicto. Filij autem Chore, filij caluarię interpretatur, qui ſunt filij dominicæ crucis, dicentes: Gal.6.d Mihi autem abſit gloriari, niſi in

B cruce domini noſtri Ieſu Chriſti. Quomodo autem cōmutentur, ſequentia pſalmi eiuſdem docent: vbi dilectus ipſe, id eſt dominus, eccleſiæ dicit: Pſal.70.b Audi filia & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui. Commutari namque illam deſiderat, quā vt filiam habere valeat, domum patris prioris, id eſt, hoſtis antiqui, iubet obliuiſci.

a *Fortitudo & decor indumentum eius, & ridebit in die nouiſſimo.*] Fortitudo, ad tolerandam peruerſorum improbitatem: decor, ad exercendam virtutum gratiam. Decor, quia operatur iuſtitiam: fortitudo, quia perſecutionem patitur propter iuſtitiam. Et ideo ridebit in die nouiſſimo, id eſt, gaudebit in retributione regni cæleſtis, quæ dolebat in certamine vitæ pręſentis. Mos etenim ſcripturæ eſt, pro gaudio riſum ponere: ſicut & dominus ait: Beati qui nunc fletis, quia ridebitis. Luc.6.d Et beatus Iob: Os autem veracium replebitur riſu. Iob.8.d Similem ſane huic ſententiam propheta de domino ac Saluatore huius fortiſſimæ mulieris poſuit, dicens: Pſal.92. Dominus regnauit, decorem induit: induit dominus fortitudinem. Cum enim prædicaret euangelium regni, aliis placebat, aliis diſplicebat: alij bene loquebantur, alij detrahebant, lacerabant, mordebant, conuitiabantur. Ad eos ergo quibus placebat, decorem induit: ad eos quibus diſplicebat, fortitudinem. Imitare ergo & tu dominum tuum, vt poſſis eſſe veſtis ipſius: eſto cum decore ad eos quibus placent bona opera tua: eſto fortis aduerſus detractores.

C b *Os ſuum aperuit ſapientiæ.*] Ad hoc tantum loquēs os aperuit, vt ſapientiam doceret: iuxta illud Apoſtoli: Ephes.4.g Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat: ſed ſi quis bonus, ad ædificationem fidei, vt det gratiam audientibus. Vel certe os cordis aperuit ad diſcendam ab ipſa ſapientia interius veritatem, quam alios foris doceret. Vtrique autem ſenſui, quia vtrunque fecit eccleſia, concinit apte quod ſequitur:

c *Et lex clementiæ in lingua eius.*] Illa videlicet, vt non ſtatim more legis Moſaycæ peccantes puniret, ſed miſericorditer ad pænitentiæ remedia vocaret. Cuius exemplū clementiæ ab ipſo deo & Saluatore noſtro manifeſte percepit, cū oblata ei peccatrice muliere: Ioan.8.a Si quis, inquit, ſine peccato eſt, primus mittat in illam lapidem. Et ſic eā a crimine quod patrarat, ſub conditione amplius non peccandi miſeratus abſoluit.

d *Conſiderauit ſemitas &c.*] Semitas domus ſuæ conſiderat: quia cuncta ſuæ conſcientiæ cogitationes ſubtiliter inueſtigat. Panem otioſa non comedit: quia hoc quod de ſacro eloquio intelligendo perceperat, ante æterni iudicis oculos exhibendo operibus oſtēdit. Item domus fortis mulieris habitatio eſt patriæ cæleſtis. Semitæ domus D illius, præcepta iuſtitiæ, quibus ad æternæ vitæ manſionem peruenitur. Quas profecto ſemitas anima bene cōſiderat, cum & diligenter quibus actibus ad ſuperna peruenire debeat, inſpicit: & quæ agenda didicit, ſedula exercere non deſinit. Panem quoque otioſa nō comedit, cum ſacrificiū dominici corporis percipiens, ſtudet imitari actu quod in myſterio celebrat: multum ſolicita ne indigne panem domini comedendo, 1.Cor.11.f & calicem bibendo, iudicium ſibi manducet & bibat: ſed vt patiēdo pro Chriſto ac lachrymas fundendo, bonis quoque actibus inſiſtendo, paſſionum exempla ipſius, quātum valet, ſequatur. Poteſt & ſimpliciter accipi, quod panem otioſa non comedat mulier fortis: iuxta illud Apoſtoli: 2.Theſ.2.c Qui nō operatur, non manducet, & ipſe de ſe: Act.20.g Quoniā ad ea, quæ mihi opus erant, & his qui mecum ſunt, miniſtrauerunt manus iſtæ. Vnde merito luxuriantes viduas arguens adiungit: 1.Tim.5.b Simul autem & otioſæ, diſcunt circuire domus: E non ſolum otioſæ, ſed & verboſæ & curioſæ.

e *Surrexerunt filij eius, & beatiſſimam prædicauerunt, vir eius & laudauit eam.*] Quod futurum pro certo nouerat, more prophetico quaſi iam factum refert. Surgent enim filij eccleſiæ, videlicet omnes electi in nouiſſimo, carnis immortalitate donati: & tunc matrem ſuā, quæ eos ex aqua & ſpiritu ſancto deo genuit, beatiſſimam prædicant, quæ nunc ab infidelibus quaſi miſera contemnitur. Et reuera, ſicut Apoſtolus ait: 1.Cor.15.b Si in hac vita tantum ſperātes ſumus in Chriſto, miſerabiliores ſumus omnibus hominibus. Quia vero pro vita alia in præſenti militamus, merito cum apparuerit quod erimus, matrem noſtram, quæ ex omnibus iuſtis collecta, vna Chriſti columba, ſponſa & amica vocatur, beatiſſimam prædicabimus. Surget vir eius, & laudabit eam, dicens in iudicio: Matth.25.c Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnum a conſtitutione mundi. Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare &c. Qui quidem ipſe primitiæ dormientium reſurrexit 1.Cor.15.c a mortuis: ſed in die iudicij manifeſtius omnibus, quos ſua laude dignos iudicauerit, quanta ſit eiuſdem ſuæ reſurrectionis gloria, demonſtrabit. Poteſt hoc quod dicitur: ſurrexerunt filij eius, & beatiſſimam prædicauerunt, etiam in hoc tempore conuenienter accipi, cum quilibet fidelium tranſcēſis ſæculi ærumnis, ad cęleſtia regna perducitur. Sedere nanque ad humiliationem, aliquādo ſurgere ad gloriam pertinet. Vnde & de Niniuitis dicitur in Matth.12.d euangelio: Olim in cinere ſedentes pæniterent, id eſt, in humilitate. Et propheta: Hier.15.d A facie manus tuæ ſolus ſedebā: quia comminatione repleſti me. Sed & pſalmiſta. Vanum eſt vobis ante lucem ſurgere: Pſal.126.a ſurgite poſtquam ſederitis, F qui manducatis panem doloris. Quod eſt aperte dicere: Quid in præſenti quæritis gaudere, quod electis in futuro reſeruatur? Non enim poteſtis in hac vita, id eſt ante lucem ſupernæ retributionis, gloriam verę felicitatis habere: quin potius poſtquam hic humiliati fueritis ad tēpus, illic vos in perpetuum veraciter exaltandos ſperate: vos quibus amarum eſt omne quod ſæculi amatoribus iocundum videtur & dulce. Surgunt ergo filij eccleſiæ, & beatiſſimam eam prædicant, cum cæleſtibus bonis ſublimati, quanta ſit illius patriæ beatitas, cuius participes eſſe meruerunt, aſpiciunt: & hanc debita laudatione in diuina viſione concelebrant. Laudat eam vir eius, cum bona quæ ipſe donauit, remunerat. Quibus autem verbis eam laudet, conſequenter oſtenditur, cum dicitur:

f *Multæ filiæ congregauerunt diuitias: tu ſupergreſſa es vniuerſas.*] Multas filias, eccleſias dicit hæreticorum, & malorum turbas catholicorum: quæ filiæ dicuntur, vel Chriſti vel eccleſiæ: quia & ipſæ ſunt dominicis renatæ ſacramentis, & adoptionem filiorum, quam non cuſtodiere,

runt diuitias, tu ſupergreſſa es vniuerſas. Sin.

[a] Fallax gratia, & vana eſt pulchritudo: mulier timens dominum ipſa laudabitur. Thau.

[b] Date ei de fructu manuum ſuarum, & laudent eam in portis opera eius.

A perceperunt. Vnde & Ioannes ait: De nobis exierunt, ſed non erant ex nobis. (1.Ioan. 2.c) Quæ congregauerunt diuitias, videlicet bonorum operum, orationes, ieiunia, eleemoſynas, afflictionem & caſtimoniam carnis: continētiam linguę, meditationem ſcripturarum, & cætera huiuſmodi, quæ veræ ſunt diuitiæ ſpiritus, vbi pura mentis ſynceritate geruntur. Vbi autem ſine fide, quæ per dilectionem operatur, fiunt, nihil agentibus proſunt. Sed & illæ filię fruſtra congregarunt diuitias: de quibus dominus ait: (Matth.7.c) Multi dicent mihi in illa die: Domine, domine, nonne in nomine tuo prophetauimus: & in tuo nomine dæmonia eiecimus, & in tuo nomine virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis, quia nunquam noui vos. Sed omnes iſtiuſmodi filias, eccleſia catholica ſupergreditur, quę fide caſta & opere perfecto, redemptoris ſui veſtigia ſectatur.

a *Fallax gratia & vana eſt pulchritudo: mulier timens dominū ipſa laudabitur.*] Fallax eſt gratia laudis, quam ab homine accepit: vana pulchritudo charitatis vel operationis bonæ, quam hominibus oſtentat anima quæ timore caret diuino. At illa conſcientia vera eſt laude digna, quæ timorem dei in omnibus ſeruat. B Ipſa eſt principium cunctarum cuſtoſque virtutum, ſcriptura dicēte: (Eccleſ.1.b) Timor domini principium ſapientiæ. Et iterum: (Ibid.7.c) Qui timet deum, nihil negligit. Hinc eſt enim quod idem beatus Iob, (Iob.31.c) & in proſperitate virtutibus incomparabiliter floruit: & in aduerſitatibus inſuperabilis hoſtis permāſit: quia veraciter dicere potuit: D Semper enim quaſi tumētes ſuper me fluctus, timui deum: & pondus eius ferre non potui. Fallax ergo eſt ſimulatorum gratia: vanus decor, opera ſtultorum. Eccleſia autem quæ in timore incolatus ſui tempore conuerſatur: quoniam ardentes virtutum lampadas venienti ad iudiciū ſuo ſpōſo offert: iure ab eo laudata, ianuam cum eo regni cæleſtis intrabit. Qualiter autem eam laudet, terminali verſu docetur.

b *Date ei de fructu manuum ſuarum, & laudent eam in portis opera eius.*] Hæc ſunt enim verba viri illius, de quo dictum eſt: Vir eius & laudabit eam, id eſt, domini & Saluatoris noſtri: qui angelis in fine præcepturus eſt, vt eccleſiam poſt huius vitæ certamē, triturationem, afflictionem terreſtrium, ad cæleſtis regis regni gaudia introducant, ac vitæ immortalitatis ſibi ſociam aggregent: iuxta illud euangelicum: (Marc.3.e) Triticum autem congregate in horreum meum. Date, inquit, ei de fructu manuum ſuarum: quia fructum ſpiritus ferre curauit, (Gal.5.d) charitatem, gaudium, pacem, benignitatem, bonitatem, modeſtiam, continentiam, fidem, patientiam, pro hoc illi debitam rependite mercedem. E Et laudent eam in portis, hoc eſt, in iudicio, ſiue in ingreſſu patriæ cæleſtis: non hominum fauores ſuperuacui, ſed opera ipſa quæ fecit: examinante, probante ac remunerante illo, cuius hæc donante gratia perfecit. A quo vt laudari mereamur in futuro, concedat ipſe propitius, nos eum dignis in præſenti vita collaudare ſeruitiis.

*Commentariorum in Prouerbia Salomonis finis.*

ORIGENIS



# A ORIGENIS IN CANTICA D
## CANTICORVM HOMILIÆ QVATVOR.

EPITHALAMIVM libellus, id eſt, nuptiale carmē, in modum mihi videtur dramatis a Salomone cōſcriptus: quem cecinit inſtar nubentis ſponſæ, & erga ſponſum ſuum, qui eſt ſermo dei, cęleſti amore flagrantis. Adamauit enim eum, ſiue anima quæ ad imaginem eius facta eſt, ſiue eccleſia. Sed & magnificus hic ipſe atque perfectus ſponſus, quibus verbis vſus ſit ad coniunctam ſibi animam vel eccleſiam, hæc ipſa ſcriptura nos docet. Sodales quoque ſponſæ adoleſcentulæ, cum ipſa ſponſa poſitæ, quæ dixerint, quæque etiam amici ac ſodales ſpōſi, ex eodem nihilominus libro, qui Cantica canticorum B intitulatur, cognoſcimus. Poſſibilitas enim data eſt etiā ipſis amicis ſponſi aliqua dicere: ea duntaxat quæ audierant ab ipſo ſponſo, lætantes de coniūctione ſponſæ. Fit ergo ſermo ab ipſa ſpōſa, non ſolum ad ſponſum, ſed etiam ad adoleſcentulas: & rurſum ſponſi ſermo, non tātummodo ad ſponſam, ſed etiam ad amicos dirigitur ſponſi. Et hoc eſt quod ſupra diximus, carmen nuptiale in modum dramatis eſſe conſcriptum. Drama enim dicitur multarum perſonarum cātilena, vt in ſcenis agi fabula ſolet, vbi diuerſæ perſonæ introducuntur, & aliis accedentibus, aliis etiam diſcedētibus, a diuerſis, & ad diuerſos, textus narrationis expletur. Quæ ſingula ſuo ordine ſcriptura hæc continet: totumque corpus eius, myſticis formatur eloquiis. Sed primo ſcire nos oportet, quoniam ſicut puerilis ætas non mouetur ad amorem poſſibilium: ita nec ad capiendum quidem verba hæc, paruula & infantilis interioris hominis ætas admittitur: (1.Cor.3.a & Hebr.5.d 1.Petr.2.a) illorum ſcilicet qui lacte in Chriſto alūtur, non cibo forti: & qui nunc primum rationabile & ſine dolo C lac concupiſcunt. In verbis enim Cantici canticorum ille cibus eſt, de quo dicit Apoſtolus: (Hebr.5.d) Perfectorum autem eſt ſolidus cibus. Et tales requirit auditores, qui pro poſſibilitate ſumēdi, exercitatos habeant ſenſus ad diſcretionem boni & mali. Et quidem paruuli quos diximus, ſi veniāt ad hæc loca, poteſt fieri vt nihil quidem ex hac ſcriptura proficiant: nec tamen valde lædantur, vel ipſa quę ſcripta ſunt, legentes: vel quæ ad explanationem eorum dicenda ſunt, recenſentes. Si vero aliquis acceſſerit, qui ſecundum carnem tantummodo vir eſt: huic tali non parum ex hac ſcriptura diſcriminis periculique naſcetur. Audire enim puræ, & caſtis auribus amoris nomina neſciens, ab interiori homine ad exteriorem & carnalem virum, omnem deflectet auditum, & a ſpiritu conuertetur ad carnem: nutrietque in ſemetipſo concupiſcentias carnales, & occaſione diuinæ ſcripturæ commoueri & incitari videbitur ad libidinem carnis. Ob hoc ergo moneo & conſilium do, omni qui nondum carnis & ſanguinis moleſtiis caret, neque ab affectu naturæ materialis abſcedit, vt a lectione libelli hui⁹, eorumque quæ in eo dicentur, penitus temperet. Aiunt enim obſeruari etiā apud Hebræos, quod niſi quis ad ætatē perfectam, maturamque peruenerit, libellum hūc ne quidem in manibus tenere permittatur. Sed & illud ab eis accepimus cuſtodiri. Quandoquidem moris eſt apud eos: omnes ſcripturas a doctoribus & a ſapientibus tradi pueris: ſimul & eas quas δευτερώσεις appellant: ad vltimū quatuor iſta reſeruari, id eſt, principium Geneſis, in quo mundi creatura deſcribitur: & Ezechielis prophetæ principia, in quibus de Cherubim refertur: & finem, in quo templi ædificatio continetur: & hunc Cantici canti- E corum librum. Igitur neceſſarium mihi videtur, antequam ad ea quæ in hoc libello ſcripta ſunt diſcutienda veniamus, de amore prius ipſo, qui eſt ſcripturæ huius cauſa præcipua, pauca diſſerere: & poſt hęc de ordine librorum Salomonis, in quibus hic liber tertio loco poſitus videtur. Tum etiam de attitulatione libelli ipſius: cur cāticum canticorum ſuperſcriptus ſit, atque etiam quomodo dramatis in modum, & tanquam fabula, quæ in ſcenis perſonarum immutatione agi ſolet, videatur eſſe compoſitus. Apud Græcos quidem plurimi eruditorum virorum volentes inueſtigare veritatis indaginem, de amoris natura, multa ac diuerſa etiam dialogorum ſtylo ſcripta protulerunt: conantes oſtendere non aliud eſſe amoris vim, niſi quæ animam de terris ad faſtigia cæli celſa perducat: nec ad ſummam poſſe beatitudinē perueniri, niſi amoris deſiderio prouocante. Sed & quæſtiones de hoc quaſi in conuiuiis propoſitæ referuntur: inter eos puto, inter quos, non ciborum, ſed verborum conuiuiū gerebatur. Alij vero etiam artes quaſdam, F quibus amor hic in anima gigni vel augeri poſſe videatur, conſcriptas reliquerunt. Sed has artes, carnales homines, ad vitioſa deſideria, & culpabilis amoris miniſteria traxerunt. Non ergo mirum ſit, ſi & apud nos, vbi quanto plures ſimpliciores, tanto plures & imperitiores vidētur, difficilem diximus & periculo proximam de amoris natura diſputationem: cum apud Græcos, qui eruditi & ſapientes videntur, fuerint tamen aliqui, qui de his non ita acceperint, vt ſcriptum eſt: ſed occaſione eorum quæ de amore dicta ſunt, in lapſus carnis & in impudicitiæ præcipitia corruerunt: ſiue ex his quæ ſcripta erant, vt ſupra memorauimus, admonitiones quaſdam & incitamenta ſumentes: ſiue incontinentiæ ſuę velamen, ſcriptis veterum præferentes. Ne ergo & nos tale aliquid incurramus, ea quæ a veteribus bene & ſpiritualiter ſcripta ſunt, vitioſe & carnaliter aduertentes, tam corporis quam ani-

A mæ noſtræ palmas protẽdamus ad deum: vt dominus, qui dedit verbum euangelizantibus *Pſal.67.c* virtute multa, donet & nobis in virtute ſua verbũ, quo poſſimus ex his quæ ſcripta ſunt, intellectum ſanum, & ad ædificationem pudicitiæ aptum, vel nomini ipſi vel naturæ amoris oſtendere. In principio verborum Moyſi, *Gen.1.c & 9.a* vbi de mundi conditione conſcribitur, duos inuenimus homines creatos referri: Primum ad imaginem & ſimilitudinem dei factum: Secundum è limo terræ factum. Hoc Paulus apoſtolus bene ſciens, & ad liquidum in his eruditus, in ſuis literis apertius & euidentius binos eſſe, & per ſingulos quoſque homines ſcripſit. *2.Cor.4.d* Sic enim dixit: Nam ſi is qui foris eſt homo noſter corrumpitur: ſed ille qui intus eſt renouatur de die in diem. Et iterum: *Rom.7.d* Cõdelector enim legi dei ſecundum interiorem hominem: & his ſimilia quanta conſcribit? Vnde puto neminem iam debere dubitare, quod Moyſes de duorum hominum factura vel figmẽto ſcripſerit in principio Geneſis: cum videat Paulum, qui melius vtique quam nos intelligebat B ea quæ a Moyſe ſcripta ſunt, duos homines eſſe per ſingulos quoſque dicentem: quorum vnum, id eſt, interiorem, renouari per ſingulos dies memorat. Alium vero, id eſt, exteriorem, in quibuſdam ſanctis, & talibus qualis erat Paulus, corrumpi perhibet & infirmari. Quod ſi alicui videbitur de hoc adhuc aliquid dubitandum, in locis propriis melius explanabitur. Nũc autem propter quid memoriam fecerimus interioris & exterioris hominis, proſequamur. Oſtẽdere enim ex his volumus, quod in ſcripturis diuinis per homonymias, id eſt, per ſimiles appellationes, imo per eadẽ vocabula, & exterioris hominis membra, & illius interioris hominis partes affectuſque nominantur: eaque non ſolum vocabulis, ſed & rebus ipſis ſibiinuicem comparãtur. Verbi gratia: Vetatur aliquis eſſe puer ſecundum interiorem hominem, quem poſſibile eſt creſcere, & ad ætatem iuuenis adduci: atque inde ſuccedẽtibus incrementis, peruenire ad virum perfectum, & effici patrem. His autem nominibus C vti voluimus, vt conſona diuinæ ſcripturæ, illi ſcilicet quæ ab Ioãne ſcripta eſt, vocabula poneremus. *1.Ioan.2.b* Ait enim ille: Scripſi vobis pueri: quoniã *Ibidem.* cognouiſtis patrem. Scripſi vobis patres: quoniam cognouiſtis eum, qui ab initio eſt. Scripſi vobis iuuenes, quoniam fortes eſtis, & per verbum dei quod manet in cælo, viciſtis malignum. Euidens vtique eſt, nec ab vllo arbitror omnino dubitari, quod pueros hic Ioannes vel adoleſcentes vel iuuenes, vel etiam patres, ſecundum animæ, nõ ſecundum corporis appellet ętatem. Sed & Paulus dicit in quodam loco: *1.Cor.3.a* Non potui vobis loqui quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus: tanquam paruulis in Chriſto, lac vobis potum dedi, non eſcam. In Chriſto autem paruuli, proculdubio ſecundum animæ, non ſecundum carnis nominantur ætatem. *2.Cor.13.d* Denique idem Paulus etiam in alio loco ait: Cum eſſem paruulus, loquebar ſicut paruulus: ſicut paruulus ſapiebam, ſicut paruulus cogitabam. Cum autẽ factus ſum D vir, deſtruxi quę erant paruuli. Et iterum alibi dicit: *Epheſ.4.c* Donec occurramus omnes in virũ perfectũ, in menſurã ætatis plenitudinis Chriſti. Scit enim occurſuros eſſe omnes qui credũt, in virum perfectum, & in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti. Igitur ſicut hæc quæ memorauimus ætatum nomina, eiſdem vocabulis, & exteriori homini aſſcribuntur & interiori: ita inuenies etiam membrorum nomina corporalium transferri ad animæ mẽbra: ſeu potius efficientiæ hæc animæ, affectuſque dicendi ſunt. Dicitur ergo in Eccleſiaſte: *Eccleſ.2.b* Sapientis oculi in capite eius. Item in euãgelio: *Luc.8.a* Qui habet aures audiendi audiat. In prophetis quoq; *Aggei 1.b*, ſermo domini qui factus eſt in manu prophetæ Hieremiæ, ſiue alterius cuiuſlibet. Simile eſt etiam illud quod ait ille: *Pſal.90.c* Pes autẽ tuus non offendit. Et iterum: *Pſal.72.a* Mei autem paulominus moti ſunt pedes. Euidenter quoque & venter animæ deſignatur, vbi dicitur: Domine a timore tuo in vtero cõcepimus. E Nam inde quis dubitet cum dicitur: *Pſal.5.e* Sepulcrũ patens eſt guttur eorũ? Et iterũ: *Pſal.54.b* Pręcipita domine, & diuide linguas eorum. Sed & id quod ſcriptum eſt: *Pſal.3.b* Dẽtes peccatorum contriuiſti. Et iterum: *Pſal.10.* Contere brachium peccatoris, & maligni. Et quid opus eſt me de his plura colligere, cum abundãtiſſimis teſtimoniis ſcripturæ diuinæ repletæ ſint. Ex quibus euidenter oſtenditur, membrorum hæc nomina, nequaquã corpori viſibili aptari poſſe, ſed ad inuiſibilis animæ partem, virtuteſque debere reuocari: quoniã & vocabula quidem habent ſimilia. Aperte autẽ & ſine vlla ambiguitate, non exterioris, ſed interioris hominis ſignificãtias gerunt. Eſt ergo materialis huius hominis, qui & exterior appellatur, cibus potuſque naturæ ſuæ cognatus, corporeus iſte ſcilicet & terrenus. Similiter autẽ & ſpiritualis hominis ipſius, qui & interior dicitur, eſt proprius cibus, vt panis ille viuus, qui de cælo deſcẽdit. *Ioan.6.d* Sed & potus ille eſt, ex illa quam promittit Ieſus, dicens: *Ioan.4.a* Quicunque biberit ex hac aqua, quam ego do ei, non ſitiet in æternum. Sic ergo per omnia ſimilitudo quidem vocabulorum F ſecundum vtrunque hominem ponitur: rerum vero proprietas vnicuique diſcreta ſeruatur, & corruptibili corruptibilia præbentur: incorruptibili vero, incorruptibilia proponũtur. Vnde accidit, vt ſimpliciores quidam neſciẽtes diſtinguere ac ſecernere, quæ ſint, quæ in ſcripturis diuinis interiori homini, quæ vero exteriori deputanda ſint, vocabulorũ ſimilitudinibꝰ falſi, ad ineptas quaſdam fabulas & figmenta inania ſe contulerint: vt etiam poſt reſurrectionem cibis corporalibus vtendum crederent, potumque ſumendum, nõ ſolum ex illa vite vera & viuente in ſæcula, verum & ex his vitibus ligni: ſed de his alias videbimus. Nũc ergo vt præcedẽti obſeruatione diſtinximꝰ. Eſt quidẽ ſecundũ interiorem hominẽ alius ſine filiis & ſterilis: alius vero abundãs in filiis, ſecundũ quod & illud aduertimus dictũ: *1.Reg.2.a* Sterilis peperit ſeptẽ, & fœcũda in filiis infirmata eſt. Et vt in benedictionibus dicitur: *Sec.70. Exod.23.d & Deut.7.c* Nõ erit in vobis ſine filiis & ſterilis. Igitur ſi hæc ita ſe habẽt, ſicut dicitur aliquis carnalis amor, quẽ & Cupidinem appellauerunt poetæ: ſecundũ quem, qui amat, in carne ſeminat: ita eſt & quidã ſpiritualis amor, ſecũdum quẽ ille interior homo amãs in ſpiritu ſeminat.



A Et vt euidẽtius dicã: Si quis eſt qui portat adhuc imaginẽ terreni, ſecundũ exteriorem hominẽ agitur cupidine & amore terreno: qui vero portat imaginẽ cæleſtis ſecundũ interiorem hominem, agitur cupidine & amore cæleſti. Amore autẽ & cupidine cæleſti agitur anima, cũ perſpecta pulchritudine & decore verbi dei, ſpeciẽ eius adamauerit, & ex ipſo telum quoddã, & vulnus amoris acceperit. *Hebr.1.a Coloſſ.1.c* Eſt enim verbũ hoc imago & ſplẽdor dei inuiſibilis, primogenitus omnis creaturę: in quo creata ſunt omnia, quę in cælis ſunt, & quæ in terris, ſiue viſibilia, ſiue inuiſibilia. Igitur ſi quis potuerit capaci mẽte coniicere, & cõſiderare horũ omnium, quæ in ipſo creata ſunt, decus & ſpeciẽ: ipſa rerũ venuſtate percuſſus, & ſplẽdoris magnificẽtia ceu iaculo, vt ait propheta, *Eſa.49.a* electo terebratus: ſalutare ab ipſo vulnus accipiet, & beato igne amoris eius ardebit. Oportet etiã nos illud ſcire, quod illicitus amor & contra legẽ, ſicut accidere poteſt homini exteriori: B verbi gratia, vt nõ ſpõſam vel coniugẽ amet, ſed aut meretricẽ aut adulteram: ita & interiori homini, hoc eſt, animæ accidere poteſt amor nõ in legitimũ ſponſum, quẽ diximus eſſe verbũ dei, ſed in adulterũ aliquem & corruptorẽ. Quod ſub hac eadẽ figura euidenter declarat Ezechiel propheta *Ezech.33.a* vbi Oollã & Oolibã introducit ſub ſpecie Samariæ & Hieruſalẽ, adulterino amore corruptas: ſicut locus ipſe ſcripturæ propheticæ oſtẽdit volẽtibus plenius ſcire. Exardeſcit autẽ etiã hic ſpiritualis amor animæ aliquando quidẽ, vt edocuimus, erga aliquos ſpiritus nequitiæ: aliquãdo erga ſpiritũ ſanctum & verbũ dei, qui eſt ſponſus fidelis, & eruditæ animæ vir dicitur: & cuius ipſa ſpõſa in hac præcipue ſcriptura, quæ habetur in manibus, nominatur, ſicut præſtãte domino plenius oſtendemus, cũ verba ipſius libelli explanare cœperimus. Videtur autem mihi quod diuina ſcriptura volens cauere ne lapſus aliquis legentibus ſub amoris nomine naſceretur, pro infirmioribus quibuſq; eum qui apud ſapiẽtes ſæculi Cu- C pido, ſeu amor dicitur, honeſtiori vocabulo charitatem vel dilectionẽ nominaſſe. Verbi gratia, vt cum dixit de Iſaac: *Geneſ.24.* Et accepit Rebeccã, & facta eſt ei vxor, & dilexit eã. Et iterũ de Iacob & Rachel ſimiliter dicit ſcriptura: *Geneſ.29.* Rachel autẽ erat decora oculis, & pulchra facie: & dilexit Iacob Rachel, & dixit: ſeruiã tibi ſeptẽ annis pro Rachel filia tua iuniore. Euidentius autẽ immutatus vſus vocabuli huius apparet in Amnõ, qui adamauit ſororem ſuã Thamar. *2.Reg.13.* Scriptum eſt enim: Et factũ eſt poſt hæc, & erat Abſalõ filio Dauid ſoror, decora facie valde, & nomen ei Thamar, & dilexit eã Amnon filius Dauid. Dilexit poſuit pro adamauit. Et tribulabatur, inquit, Amnõ, ita vt infirmaretur propter Thamar ſororẽ ſuã: quoniã virgo erat, & graue videbatur in oculis Amnon facere ei aliquid. Et poſt pauca de violẽtia, quam intulit Amnon Thamar ſorori ſuæ, ita dicit ſcriptura: *Ibidem.* Et noluit Amnon audire vocẽ eius, ſed inualuit ſuper eam, D & humiliauit eã, & dormiuit cũ ea, & odiuit eã odio Amnon magno valde: quoniam maius erat odium, quo oderat eam, quã dilectio, qua dilexerat eam. Et in his ergo & in pluribus aliis locis, inuenies ſcripturã diuinam refugiſſe amoris vocabulũ, & charitatis dilectioniſq; poſuiſſe. Interdum (licet raro) proprio tamen vocabulo amorẽ nominat, & inuitat ad eum atque incitat animas, vt cum dicit in Prouerbiis de ſapiẽtia: *Prou.4.a* Adama eã, & ſeruabit te: circunda eam, & exaltabit te: honora eam, & cõplectetur te. Sed & in eo libello, qui dicitur ſapientia Salomonis, ita ſcriptũ eſt de ipſa ſapiẽtia: *Sap.8.a* Amator factus ſum decoris eius. Arbitror autẽ quod vbi nulla lapſus videbatur occaſio, ibi tantum nomen amoris inſeruit. Quid enim paſſibile, aut quid indecorum poſſit aliquis aduertere in amore ſapiẽtiæ: vel in eo qui ſe amatorẽ profiteatur eſſe ſapientiæ? Nã ſi dixiſſet, quia adamauit vel Iſaac Rebeccã, vel Iacob Rachel, paſſio vtique aliqua indecora per hęc verba erga ſanctos dei homines potuiſſet intelligi: apud eos præcipue, qui neſciunt a litera cõſcendere ad ſpiritum. Apertiſſime autẽ in hoc *Cant.3.b* E ipſo libello, qui habetur in manibus, amoris nomẽ, charitatis vocabulo permutatum eſt, in eo vbi dixit: Adiuraui vos filiæ Hieruſalẽ, ſi inueneritis fratruelẽ meum, vt annuntietis ei, quia vulneratæ charitatis ego ſum, pro eo vtique vt diceret: Amoris eius telo percuſſa ſum. Nihil ergo intereſt in ſcripturis diuinis, vtrũ charitas dicatur, an amor vel dilectio: niſi quod intantũ nomen charitatis extollitur, vt etiã ipſe deus charitas appelletur, ſicut Ioannes dixit: *1.Ioan.4.b* Chariſſimi, diligamus inuicẽ, quia charitas ex deo eſt: & omnis qui diligit, ex deo natus eſt, & cognoſcit deũ: qui autẽ non diligit, nõ cognoſcit deum: quia deus charitas eſt. Et quamuis alterius temporis ſit dicere aliquid de his, quæ exempli cauſa ex Ioannis epiſtola protulimus: tamẽ breuiter etiã aliqua perſtringere, non eſt viſum abſurdum. Diligamus, inquit, inuicem: quia charitas ex deo eſt. Et poſt pauca: *Ibidem.* Deus charitas eſt: in quo oſtẽdit, & ipſum deum charitatem eſſe, & iterum eum qui ex deo eſt, charitatẽ eſſe. Quis autem ex deo eſt, niſi ille qui dicit: *Ioan.16.d* Ego ex deo exiui, & veni in hunc mundũ? F Quod ſi deus pater charitas eſt, & filius charitas eſt: charitas autẽ & charitas vnum eſt, & in nullo differt: conſequẽter ergo pater & filius vnũ bene dicuntur: & ideo cõuenienter Chriſtus, ſicut ſapientia, & virtus, & iuſtitia, & verbũ, & veritas: ita & charitas dicitur. Et ideo dicit ſcriptura: *1.Ioan.4.d* Quia ſi charitas manet in vobis, deꝰ in vobis manet. Deus autẽ, id eſt, pater & filius, qui & veniũt ad eũ qui perfectus in charitate eſt, ſecundũ verbũ domini & Saluatoris dicẽtis: *Ioan.14.c* Ego & pater veniemus ad eũ, & manſionẽ faciemus apud eum. Sciendum ergo eſt, quod hæc charitas, quæ deus eſt, cũ in aliquo fuerit, nihil terrenũ, nihil materiale, nihil corruptibile diligit. Cõtra naturã nãq; eſt ei corruptibile aliquid diligere, cũ ipſa ſit incorruptionis fons. Ipſa eſt enim ſola quæ habet immortalitatẽ. *1.Tim.6.c* Siquidẽ deus charitas eſt, qui ſolus habet immortalitatẽ, lucẽ habitans inacceſſi-

A bilē. Quid autem aliud immortalitas, niſi vita æ-
terna eſt, quā daturum ſe promittit deus creden-
tibus in ipſum, ſolũ verum deum, & quē miſit Ie-
ſum Chriſtũ filium eius? Propterea ergo in primis
& ante omnia hoc amabile & placidũ dicitur eſ-
ſe deo: vt quis diligat dominũ deum ſuũ, ex toto
corde ſuo, & ex tota anima ſua, & ex totis viribus
Deut.6.a & ſuis. Et quia deus charitas eſt, & filius qui ex deo
Matth.22. eſt, charitas eſt: ſui ſimile aliquid requirit in no-
bis, vt per hanc charitatē quæ eſt in Chriſto Ieſu,
qui eſt charitas, velut cognata quadā per charita-
tis nomē affinitate ſociemur, ſicut & ille qui iam
cōiunctus ei dicebat: Quis nos ſeparabit a chari-
Rom.8.g tate dei quæ eſt in Chriſto Ieſu domino noſtro?
Hæc autē charitas, omnē hominē proximum di-
ligit. Ob hoc enim arguit Saluator quendā, qui
opinabatur quod iuſta anima erga eā quę iniqui-
tatibus inuoluta eſt, propinquitatis iura non ſer-
uet: & iſta de cauſa texuit iſtam parabolā, quæ di-
cit, quod in latrones incidit quidā dum deſcen-
Luc.10.c dit ab Hieruſalē in Hiericho, & culpat quidē ſa-
cerdotē ac Leuitam, qui videntes ſeminecē præ-
B terierũt: amplectitur autē Samaritanũ, qui miſe-
ricordiā fecerit, & hunc fuiſſe ei proximũ, ipſius
qui propoſuerat reſpōſione firmauit, & ait ei: Va-
de & tu fac ſimiliter. Etenim natura omnes no-
bis inuicē proximi ſumus. Operibus vero chari-
tatis fit proxim⁹ ille, qui poteſt benefacere ei qui
non poteſt. Vnde & Saluator noſter factus eſt
proximus nobis, nec pertranſiuit nos, cũ ſemine-
ces ex latronũ vulneribus iaceremus. Igitur ſciē-
dum eſt dei charitatē ſemper ad eũ tēdere, a quo
& originē duxit: & ad proximum reſpicere, cum
quo participiũ gerit, vtpote ſimiliter creatum in
corruptione. Sic ergo quæcunque de charitate
ſcripta ſunt, quaſi de amore dicta ſuſcipe, nihil de
nominibus curans: eadē nanq; in vtroque virtus
oſtenditur. Quod ſi quis dicat: quia & pecuniam
& meretricē & alia ſimiliter mala eodē vocabu-
lo, quod a charitate duci videtur, diligere appel-
lamur: ſciendũ eſt in his non proprie, ſed abuſiue
charitatem nominari. Sicut verbi gratia, & deus,
nomen principaliter in eo eſt, ex quo omnia, &
per quē omnia, & in quo omnia: quod vtique a-
C perte, virtutē & naturā trinę ſingularitatis denũ-
tiat. Secundo vero in loco, & (vt ita dixerim abu-
ſiue) deos dicit ſcriptura etiā illos, ad quos ſermo
dei fit, ſicut confirmat Saluator in euāgeliis. Sed
& cæleſtes virtutes ſub hoc nomine appellari vi-
Pſal.81.b dētur, dũ dicitur: Deus ſtetit in ſynagoga deorũ:
in medio autē deus diiudicat. Tertio vero in lo-
co, iā non abuſiue, ſed falſo dij gentiũ dæmones
Pſal.95.b appellātur, cum dicit ſcriptura: Omnes dij gen-
Deut.6.a tiũ dæmonia. Itaque & primũ charitatis nomen
in deo eſt: propter quod iubemur diligere deum
ex toto corde noſtro, ex tota anima noſtra, & ex
totis viribus noſtris: vtpote eum a quo habemus
hoc ipſum, vt diligere poſſimus. In ipſo iam ſine
dubio cōtinetur, vt & ſapientiā, & iuſtitiā, & pie-
tatē, & veritatē, omneſq; virtutes pariter diliga-
mus. Vnũ enim, atque idē eſt diligere deũ, & dili-
gere bona. Secũdo in loco quaſi abuſiuo & inde
deriuato nomine, etiā proximum diligere iube-

mur, tanquā noſipſos. Tertiũ vero eſt, quod falſo D
ſub charitatis titulo nominatur, diligere vel pe-
cuniā, vel voluptates, vel omne quidquid ad cor-
ruptelā pertinet & errorē. Nō ergo intereſt: vtrũ
amari dicatur deus, an diligi. Nec puto quod cul-
pari poſſit, ſi quis deũ, ſicut Ioannes charitatē, ita
ipſe amorē nominet. Deniq; memini aliquē ſan-
ctorũ dixiſſe, Ignatiũ nomine, de Chriſto: Meus 1.Ioan.4.c
autē amor crucifixus eſt: nec reprehendi eũ pro
hoc dignũ iudico. Sciendũ autē quod omnis qui
vel pecuniā diligit, vel ea quę in mundo ſunt ma-
teriæ corruptibilis, virtutē charitatis, quę ex deo
eſt, ad terrena & ad caduca deducit: & rebus dei
abutitur ad ea quæ nō vult deus. Non enim deus
dilectionē horũ, ſed vſum hominibus dedit. Hęc
autē paulo latius diſcuſſimus, volentes de natura
charitatis & amoris apertius attentiuſque diſtin-
guere: ne forte, quoniā ſcriptura dicit: Quia deus
charitas eſt: omne quod diligitur, etiam ſi corru-
ptibile ſit, ex deo eſſe, & hoc charitas & dilectio
putaretur: Sed oſtēditur, res quidē dei & munus
eius eſſe charitas: nō tamē ſemper ab hominibus
ad ea quæ dei ſunt, & quę deus vult, opus eius aſ- E
ſumi. Sed & hoc ſcire oportet, quod impoſſibile
eſt, vt non ſemper humana natura aliquid amet.
Omnis nāq; qui ad id ætatis venerit, quā puber-
tatē vocāt, amat aliquid, ſeu minus recte, cũ amat
quæ nō oportet: ſeu recte & vtiliter, cũ amat quæ
oportet. Verũ nonnulli hunc amoris affectũ, qui
animę rationabili inſitus eſt, beneficio cōditoris,
aut ad amorē pecuniæ trahũt & auaritiæ ſtudiũ:
aut erga gloriā captandam, & fiunt inanis gloriæ
cupidi: aut erga ſcorta ſectāda, & inueniũtur im-
pudicitiæ libidiniſq; captiui: aut ad alia his ſimi-
lia, virtutē tanti boni huius effundũt. Sed & cum
erga diuerſas artes amor iſte ducitur, quæ manu
miniſtrātur, aut per ſtudia præſentis vitæ nō ſolũ
neceſſaria, vt verbi gratia dixerim, erga artē palę-
ſtricā, vel curſus exercitia: aut certe etiā erga geo-
metricā vel muſicā vel arithmeticā cōfertur, atq;
ad alias vel huiuſmodi diſciplinas: nec ſic quidē
mihi videtur vſus eius probabiliter ſumi. Si enim
quod bonum eſt, hoc & probabile eſt: bonum
autem proprie non erga vſus corporeos, ſed in
deo primum & animi virtutibus intelligitur: F
conſequenter ille amor probabilis eſt, qui deo
& animæ virtutibus coaptatur. Et hoc ita ſe ha-
bere, definitione ipſius Saluatoris oſtenditur: v-
bi interrogatus a quodam, quod eſſet mādatum
omnium maius & primum in lege, reſpondit:
Diliges dominũ deũ tuum ex toto corde tuo, &
ex tota anima tua, & ex totis viribus tuis. Secun- Matth.22.&
dũ vero ſimile eſt illi: Diliges proximũ tuũ ſicut Mar.12.&
teipſum. Et adiecit: In his duobus mandatis om- Luc.10.c
nis lex pēdet & prophetæ, oſtēdens per hæc duo
iuſtũ amorē legitimumq; cōſtare: atq; in his vni-
uerſam legē prophetaſq; pēdere. Sed & quod ait:
Nō adulterabis: nō occides: nō furtũ facies: non
falſum teſtimoniũ dices, & ſi quod aliud manda- Matth.19.
tum, in hoc verbo inſtauratur, in quo ait: Diliges
ges proximũ tuũ ſicut teipſum: quod hoc modo
facilius explanabitur. Ponamus, verbi gratia, mu-
lierem amore alicuius viri ardentē, cupientemq;
in



A in conſortium eius aſciſci: nōne omnia ita aget,
& omnes motus ſuos ita temperabit, vt ſciat illi
placere quem diligit: ne forte ſi in aliquo contra
voluntatē illius egerit, cōſortia eius vir ille opti-
mus refutet atq; ſpernat? Poteritne hæc mulier,
quæ erga amorem viri illius toto corde, tota ani-
ma, totiſque viribus feruet, aut adulteriũ cōmit-
tere, quę eum nouerit amare pudicitiam? aut ho-
micidiũ, quæ eum nouerit mitem? aut furtũ, quæ
ei ſciat liberalitatem placere? aut cōcupiſcet alie-
na, quę omnes ſuas cōcupiſcentias erga amorem
viri illius habeat occupatas? Sic ergo in charita-
tis perfectione, & omne mandatũ inſtaurari di-
citur, & legis virtus prophetarumq; pēdere. Pro-
2.Cor.4. pter iſtud charitatis vel amoris bonũ, ſancti nec
in tribulatione anguſtiantur, nec aporiati exapo-
riantur, nec deiecti pereunt: ſed quod in præſenti
eſt momentaneũ & leue tribulationis eorum, ſu-
pra modũ æternum gloriæ pōdus operatur illis.
Non enim omnibus, ſed Paulo & his qui ei ſimi-
les ſunt, præſens hæc & momentanea ac leuis di-
citur tribulatio: quia perfectā charitatem dei in
B Chriſto Ieſu per ſpiritum ſanctũ habent in corde
ſuo diffuſam. Sic denique & Iacob patriarcham
Gen.29. & amor Rachel per ſeptē annos continuos in labo-
ſeq. ribus poſitum, diurni æſtus, & nocturni frigoris
1.Cor.13.b vſtionē ſentire non ſiuit. Sic ipſum Paulũ, vi amo-
re huius incenſum, audito dicentē: Charitas om-
nia patitur, omnia credit, omnia ſperat, omnia
tolerat: charitas nũquā cadit. Nihil ergo eſt quod
non toleret, qui perfecte diligit. Plura autē quā-
do non toleramus, certum quod ob hoc, quia
charitatem, quę omnia tolerat, non habemus. Et
ſi non ferimus aliqua patienter, idcirco eſt: quia
charitas nobis deeſt, quę omnia patitur. In lucta-
mine quoque eo, quod eſt nobis aduerſus diabo-
lum, quod frequenter cadimus, non dubium eſt,
quin ob hoc fiat, quod non eſt in nobis charitas
illa, quę nunquam cadit. Hunc ergo amorem lo-
quitur præſens ſcriptura, quo ergo verbum dei,
anima beata vtitur & inflammatur: & iſtud epi-
thalamij carmen per ſpiritum canit, quo eccleſia
ſponſo cæleſti Chriſto coniungitur ac ſociatur,
deſiderans miſceri ei per verbum: vt cōcipiat ex
eo, & ſaluare poſſit per hanc caſtam filiorum ge-
C nerationē, cum permāſerint in fide & ſanctitate
1.Tim.2.d cum ſobrietate, vtpote concepti ex ſemine qui-
dem verbi dei, editi vero genitique vel ab imma-
culata eccleſia, vel ab anima, nihil corporeum, ni-
hil materiale requirēte: ſed ſolo verbi dei amore
flagrāte. Hæc interim nobis ad præſens de amo-
re vel charitate, quæ in epithalamio hoc Cantici
canticorum refertur, occurrere potuerunt. Sed
ſciendum eſt, tam multa eſſe, quæ dici debeāt de
charitate hac, quanta & de deo: ſiquidem ipſe eſt
charitas. Scit enim nemo patrem, niſi filius, & cui
1.Ioan.4.b voluerit filius reuelare. Similiter autē etiā ipſum
Ioan.10.c filium, quoniā & ipſe charitas eſt, nemo ſcit, niſi
pater, & ſecũdum hoc quod charitas dicitur. So-
lus autem ſpiritusſanctus eſt, qui ex patre proce-
dit, & ideo ſcit quæ in deo ſunt; ſicut ſpiritus ho-
1.Cor.2.c minis ſcit, quæ in homine ſunt. Hic ergo paracle-
tus ſpiritus veritatis, qui de patre procedit, cir-



cuit quærens, ſi quas inueniat dignas & capaces D
animas, quibus reuelet magnitudinem charitatis
huius, quæ ex deo eſt. Nunc ergo iam ipſum deũ
patrem, qui charitas eſt inuocantes, per eam quę
ex ipſo eſt charitatem, etiam ad reliqua diſcutiē-
da veniamus: & tentemus primum de eo requi-
rere, quid illud ſit, quod cum tria volumina ec-
cleſia dei a Salomone ſcripta ſuſceperit: Primus
ex ipſis Prouerbiorum liber poſitus ſit: Secundus
is qui Eccleſiaſtes appellatur: Tertio vero in loco
Cantici canticorum volumē habeatur. Quæ er-
go nobis occurrere poſsũt in hoc loco, iſta ſunt.
Generales diſciplinę, quibus ad rerum ſcientiam
peruenitur, tres ſunt: quas Græci ethicam, phyſi-
cam, & theoricen appellauerunt: nos dicere poſ-
ſumus moralem, naturalem, & inſpectiuam. Nō-
nulli ſane apud Græcos, etiā logicen, quam nos
rationalē poſſumus dicere, quarto in numero po-
ſuere. Alij non extrinſecus eam: ſed per has tres,
quas ſupra memorauimus diſciplinas, innexam
conſertamq; per omne corpus, eſſe dixerunt. Eſt
enim logice, & velut nos dicimus rationalis, quę
verborum dictorumq; videtur continere ratio- E
nes, proprietateſque & improprietates, generaq;
& ſpecies & figuras ſingulorum quoque edoce-
re dictorũ: quam vtique diſciplinam non tam ſe-
parari, quā inſeri cæteris conuenit & intexi. Mo-
ralis autē dicitur, per quā mos viuendi honeſtus
aptatur, & inſtituta ad virtutē tendentia præpa-
rātur. Naturalis dicitur, vbi vniuſcuiuſque rei na-
tura diſcutitur: quo nihil contra naturā genera-
tur in vita, ſed vnumquodque his vſibus depute-
tur, in quos a creatore productum eſt. Inſpectiua
dicitur, qua ſupergreſſi viſibilia, de diuinis ali-
quid & cæleſtibus cōtemplamur, eaque ſola mē-
te intuemur: quoniam corporeum ſupergrediũ-
tur aſpectum. Hæc ergo vt mihi videtur, ſapien-
tes quique Gręcorũ ſumpta a Salomone, vtpote
qui ætate & tempore lōge ante ipſos prior, ea per
dei ſpiritum didiciſſet, tanquam propria inuenta
protulerunt: & inſtitutionũ ſuarum voluminibus
comprehēſa, poſteris tradēda reliquere. Sed hęc,
vt diximus, Salomon ante omnes inuenit & do-
cuit per ſapientiam, quam accepit a deo; ſicut
ſcriptum eſt: Et dedit deus prudētiam Salomo- 3.Reg.4.d.
ni, & ſapientiam multam valde, & latitudinem F
cordis, ſicut arenam, quæ eſt ad oram maris, &
multiplicata eſt in eo ſapientia ſuper omnes anti-
quos filios hominum, & ſuper omnes ſapientes
Ægypti. Salomon ergo tres iſtas, quas ſupra di-
ximus, generales eſſe diſciplinas, id eſt, mora-
lem, naturalem & inſpectiuam, diſtinguere abin-
uicem ac ſecernere volens, tribus eas libellis edi-
dit: ſuo quoque ordine ſingulis conſequēter ap-
tatis. Primo ergo in Prouerbiis moralem docuit
locum, ſuccinctis vt decuit, breuibuſque ſenten-
tiis vitæ inſtituta componens. Secundam vero,
quæ naturalis appellatur, comprehendit in Ec-
cleſiaſte: in quo multa de rebus naturalibus diſ-
ſerens, & inania ac vana ab vtilibus neceſſariiſ-
que ſecernens, relinquēdam vanitatem monet,
& vtilia rectaque ſectanda. Inſpectiuum quo-
que locum in hoc libello tradidit, qui habetur in

A manibus, ideſt, in Cãtico canticorũ, in quo amorẽ cæleſtium diuinorumque deſiderium incutit animæ, ſub ſpecie ſpõſæ ac ſponſi, charitatis & amoris viis perueniendũ docẽs ad cõſortium dei. Hoc vero cum veræ philoſophiæ fundamentum ponentẽ, & ordinem diſciplinarum iuſtitutionũque condentem, quod non latuerit, neque ab eo abiectus ſit, etiã rationalis locus euidenter oſtendit in principio ſtatim Prouerbiorũ ſuorũ. Primo omniũ per hoc ipſum, quod Prouerbia attitulauit libellum ſuũ: quod vtiq; nomen ſignificat aliud quidẽ palam dici, aliud vero intrinſecus indicari. Hoc enim & cõmunis vſus prouerbiorum docet, & Ioannes in euangelio Saluatorẽ ita ſcribit dicẽtem: Hæc in prouerbiis locutus ſum vobis: veniet hora, cum iam non in prouerbiis loquar vobis: ſed manifeſte de patre annuntiẽ vobis. *Ioan.16.f Prou.1. Sec.70.* Hæc interim in ipſa tituli inſcriptione. In ſequenti vero ſtatim ſubiungit diſcretionẽ ſermonis, & diſtinguit ſcientiã a ſapientia, & a ſapientia diſciplinam: & intellectũ verborum aliud ponit, & prudentiã dicit in eo eſſe vt excipere quis poſſit verborum verſutiam. B Diſtinguit etiã iuſtitiam veram a directione iudici: ſed & aſtutiã nominat quandã his quos imbuit neceſſariã: illam credo, per quã ſophiſmatum intelligi ac declinari poſſit argutia. Et ideo dicit innocentibus per ſapientiã dare aſtutiã, ſine dubio, ne in verbo dei decipiantur fraude ſophiſtica. Sed in hoc mihi videtur rationalis diſciplinæ meminiſſe, per quã doctrina verborũ dictorumque ſignificãtiæ diſcernuntur, & vniuſcuiuſque ſermonis proprietas, certa cum ratione diſtinguitur, in qua præcipue erudiri cõuenit pueros: hoc enim hortatur, cũ dicit: Vt det puero iuniori ſenſum, & cogitationem. *Ibidem.* Et quia, qui in his eruditur, neceſſario rationabiliter per ea quæ didicit, ſemetipſum gubernat, & vitã ſuã moderatius librat, propterea dicit: Intelligẽs autẽ gubernacula acquiret. Poſt hæc vero cognoſcẽs in verbis diuinis, quibus per prophetas humano generi traditus eſt ordo viuendi, diuerſos eſſe eloquij tropos, & varias dicendi ſpecies: ac ſciẽs haberi in eis aliquã figurã, quæ parabola appelletur, & aliã quæ obſcura dictio vocetur: aliaſque quæ ænigmata nominentur, & alias quæ dicta ſapientũ dicantur, ſcribit: *Ibidem.* C Intelliges quoque parabolã & obſcurũ ſermonem, dictaque ſapientum & ænigmata. Per hæc ergo ſingula, rationalẽ locũ manifeſte & euidenter exponit, ac more veterũ ſuccinctis breuibuſq; ſententiis, ingentes & perfectos explicat ſenſus. Quę ſi quis eſt qui in lege domini meditetur die ac nocte, & ſi quis eſt ſicut iuſti os, quod meditatur domini ſapientiã, *Pſal.1.a Prou.10.d* inueſtigare diligẽtius poterit & inuenire: ſi tamẽ recte quis ierit, & quærẽs pulſauerit oſtiũ ſapientiæ, petẽs a deo, vt aperiatur ſibi, & mereatur accipere per ſpiritum ſanctũ verbum ſapiẽtiæ, verbũ ſciẽtiæ, fierique particeps illius ſapiẽtiæ, quæ dicebat: Extendebam enim verba mea, & nõ audiebatis. Et merito extendere ſe dixit verba in eius corde: cui dederit deus, ſicut ſupra diximus, latitudinẽ cordis. Dilatatur nãque illius cor, qui poteſt ea quæ breuiter in myſteriis dicta ſunt, latiore doctrina, ſumptis ex voluminibus diuinis D aſſertionibus, explanare. Oportet igitur ſecundũ hanc eandẽ ſapientiſſimi Salomonis doctrinam, eum qui ſapiẽtiam ſcire deſiderat, incipere ab eruditione morali, & intelligere illud quod ſcriptũ eſt: Cõcupiſti ſapientiã: ſerua mãdata, & dominus dabit eam tibi. *Eccleſ.1.d* Ob hoc magiſter hic, qui primos homines diuinã philoſophiã docet, operis ſui exordium Prouerbiorũ poſuit libellum: in quo, vt diximus, moralis traditur locus, vt cũ intellectu moribuſque quis profecerit, veniat etiã ad naturalis intelligẽtiæ diſciplinam: atq; ibi rerum cauſas naturaſque diſtinguẽs, agnoſcat vanitatẽ vanitatum relinquẽdam, ad æterna autem & perpetua properandũ: & ideo poſt Prouerbia ad Eccleſiaſten venitur: qui docet, vt diximus, viſibilia omnia & corporea, caduca eſſe & fragilia. Quæ vtique cum ita eſſe deprehenderit is qui ſapiẽtiæ ſtudet, ſine dubio contemnet ea ac deſpiciet: & vniuerſo, vt ita dicã, ſæculo renuntians, tendet ad inuiſibilia & æterna, quæ ſpiritualibus quidẽ ſenſibus, ſed adopertis amorũ quibuſdã figuris docẽtur in Canticis canticorũ. E Ideo enim nouiſſimũ locum tenet hic liber: vt tunc ad eum veniatur, cum & moribus quis fuerit defæcatis, & rerũ corruptibilium atque incorruptibilium ſciẽtiã diſtinctionemq; didicerit: per quæ in nullo poſſit ex his figuris, quibus ſponſę ad ſponſum cæleſtis, ideſt, animæ perfectę amor ad verbũ dei deſcribitur ac formatur, offendere. Præmiſſis nãque his, quibus purificatur anima per act⁹ ac mores, & in rerũ diſcretionẽ naturalium perducitur, cõpetenter ad domeſtica venitur, & ad myſtica, atque ad diuinitatis contemplationem, ſyncero & ſpirituali amore conſcenditur. Hanc ergo triplicem diuinæ philoſophiæ formã, etiam in illis ſanctis ac beatis viris arbitror præſignatam, pro quorũ ſanctiſſimis inſtitutionibus, deus ſummus dici voluit, deus Abrahã, deus Iſaac, deus Iacob. Abraham tanquã moralem declarat philoſophiã per obedientiam. Tanta enim eius fuit obedientia & obſeruatio mandatorũ, vt cum audiret: Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, nõ ſit cunctatus: ſed ſtatim fecerit, imo & aliquid amplius fecerit. *Gen.12.a* Audiens enim vt immolaret filium ſuum: nec inde quidem dubitat, *Gen.22.* F ſed obtemperat præcepto, & ad exemplum obedientiæ, quæ eſt moralis philoſophiæ, poſteris dandum, nec filio ſuo vnico pepercit. Iſaac quoque naturalem philoſophiã tenet, & cum puteos fodit, & rerum profunda rimatur. *Gen.26.d & ſeq.* Sed & Iacob inſpectiuum tenet locum, quippe qui & Iſrael ob diuinorum contemplationem nominatus ſit, & qui caſtra cæli viderit, & domũ dei, atq; angelorum vias, id eſt, ſcalas a terris in cælum porrectas proſpexit. *Gen.32.f Ibidem a & 28.c Geneſ.22.b & 35.b* Vnde & merito inuenimus tres iſtos beatos viros altaria fixiſſe deo, hoc eſt philoſophię ſuę cõſecraſſe profectus: quo ſcilicet edocerẽt, nõ hæc ad artes humanas, ſed ad dei gratiam referẽda. Sed & in tabernaculis degũt, vt per hęc oſtendant, neque in terris habẽdum eſſe aliquid proprium huic, qui diuinæ philoſophiæ ſtudet: ſed ſemper promouendum, non tam de loco ad locum,



A quam de ſcientia inferiorum ad ſciẽtiam perfectorũ. Sed & alia multa in ſcripturis diuinis inuenies, quæ ordinẽ hunc, quẽ in libellis Salomonis contineri diximus, ſecundũ hanc eandem formã deſignant: ſed ea nunc nobis proſequi aliud in manibus habẽtibus longũ eſt. Si quis ergo primũ locum in emendãdis moribus mandatiſq; ſeruãdis, qui per prouerbia deſignatur, impleuit: poſt hæc autẽ deprehenſa vanitate mundi, & rerum caducarũ fragilitate perſpecta venit in hoc, vt renuntiet mundo & omnibus quæ in mundo ſunt: cõſequenter veniet etiã ad cõtemplanda & deſideranda ea, quæ non videtur, & æterna ſunt. Ad quæ tamẽ vt peruenire poſſimus, indigemus diuina miſericordia, ſi forte valeamus perſpecta pulchritudine verbi dei, ſalutari in eũ amore ſuccendi, vt & ipſe dignetur huiuſmodi animã diligere, quã deſiderium ſui habere perſpexerit. Poſt hæc exigit nos conſequentia ſermonis, dicere etiã de ſuperſcriptione ipſa Cantici canticorum. Simile enim eſt hoc illis, quæ in tabernaculo teſtimonij appellantur ſancta ſanctorũ, & illis quæ B in libro Numerorum memorantur, opera operũ, quęque apud Paulũ dicuntur ſæcula ſæculorum. *Exod.26.c 1.Cor.1.b & Coloſ.1.d* Sed quomodo differant a ſanctis ſancta ſanctorũ in Exodo: & quomodo differant opera ab operibus operũ in Numerorũ libro, tractantibus prout potuimus, dictũ eſt a nobis. Sed & de ſæculo ſæculorum in locis, quibus occurrit, non omiſſum eſt: & ne eadẽ repetamus, illa ſufficiant. Nunc ergo requiramus primo, quæ ſint cantica, quorum canticorũ hoc eſſe canticum dicitur. Puto ergo quod cantica ſint illa, quæ dudũ per prophetas vel per angelos canebãtur. Lex enim dicitur per angelos miniſtrata in manu mediatoris. *Gal.3.c & Act.7.g* Illa ergo omnia, quæ per illos annuntiabantur, cantica erant per amicos ſponſi præcedentia. Iſtud vero vnũ canticũ eſt, quod ipſi iã ſponſo ſponſam ſuã ſuſcepturo, epithalamij ſpecie erat canẽdum. In quo ſponſã non adhuc per amicos ſponſi cantari ſibi vult: ſed ipſius iã ſponſi præſentis audire verba deſiderat, dicẽs: Oſculetur me oſculo oris ſui: vnde & omnibus canticis merito præfertur. Videntur enim cætera cãtica, quæ lex & prophetæ C cecinerũt, paruulæ adhuc ſpõſæ, & quæ nondum veſtibula maturæ ætatis ingreſſa ſit, decantata. Hoc vero canticũ adultæ, & iã valde robuſtæ, & quæ capax ſit iam virilis potẽtiæ, perfectiq; myſterij, decãtari videtur, ſecundũ quod dicitur de ipſa: quia vna ſit perfecta columba, quæ ſi perfecta, ergo & perfecti viri ſponſa, perfectæ ſuſcepit verba doctrinæ. *Cant.6.c* Primũ ergo canticũ cecinit deo Moyſes & filij Iſrael, quando viderunt Ægyptios mortuos ad littus maris, & quãdo viderũt manũ fortẽ & brachium excelſum domini, & crediderunt deo & famulo eius Moyſi. Tunc cantauerũt dicentes: Cantemus domino: glorioſe enim honorificatus eſt. *Exod.15.a* Ego autẽ arbitror, quod nõ poſſit ad iſtud perfectum quis & myſticum canticum peruenire, & ad iſtã perfectionẽ ſponſæ, quæ in hac ſcriptura cõtinetur, niſi pri⁹ ambulet per ſiccũ in medio mari, & fiat ei aqua murus a dextera lęuaque: & ſic euadat de manibus Ægyptiorũ, ita *Ibidem 14.c & ſeq.* D vt videat eos mortuos ad litt⁹ maris: atq; intuẽs manum fortẽ domini, qua interfecit Ægyptios, credat domino & famulo eius Moyſi. Moyſi autẽ dico, legi atque euangeliis, omnibuſq; diuinis ſcripturis: tunc enim merito cantabit, & dicet: Cantemus domino, glorioſe enim honorificatus eſt. *Exod.15.a* Sed iſtud canticũ canet quis, cum primum liberatus fuerit a ſeruitute Ægyptiorum. Poſt hæc autẽ cum tranſierit per hæc omnia, quæ in Exodo, & quæ in Leuitico ſcripta ſunt, & venerit ad hoc vt in diuinos numeros aſſumatur: tunc iterũ ſecundũ cãticum canet, cum exierit de valle Zareth, quod interpretatur aliena deſcenſio, & venerit ad puteũ, de quo ſcriptum eſt: Et dixit dominus ad Moyſen: Congrega populũ, & dabo eis aquã de puteo bibere. Ibi enim cantabit & dicet: initiate ei puteũ. *Num.20.c Num.21. Sec.70.d* Foderũt illum principes, excuderunt eum reges gentiũ in regno ſuo, cum dominantur eorũ. Sed de his plenius in Numerorũ libro, ſecundum quod dedit nobis dominus, dictum eſt. Oportet igitur venire ad puteum, qui a principibus foſſus eſt, & a regibus excuſus eſt. E In quo opere nemo plebeius operatur: ſed omnes principes, omne reges, regales ſcilicet & principales animæ, quæ altitudinem putei, aquam viuã continentis inquirunt. Poſt illud canticũ venitur ad Deuteronomij canticũ, de quo dicit domin⁹: Et nunc ſcribite vobis verba cãtici huius, & docete illud filios Iſrael, & iniicite illud in os eorũ, vt fiat mihi cãticum iſtud ad teſtimoniũ in filiis Iſrael. *Deut.31.e* Et vide quãtum & quale ſit canticũ iſtud: cui ad audiendũ terra non ſufficit, ſed conuocatur & cælum. Ait enim: Attẽde cælũ quæ loquar, & audiat terra verba ex ore meo. *Deut.32. Sec.70.a* Vide quã magna ſint, quam ingentia quæ dicuntur. Expectetur, ait, ſicut pluuia eloquium meum, & deſcẽdat ſicut ros ſuper gramen, & ſicut nix ſuper fœnum, quia nomen domini inuocaui, & reliqua. Quartũ canticum eſt in libro Iudicum, de quo ſcriptũ eſt: Et cãtauit Debbora & Barac filius Abinoem in die illa dicentes, incipiendo: Principales in Iſrael in propoſito populi benedicite dominum. *Iud.5. Sec.70.a* Audite reges auribus, percipite ſatrapæ, & reliqua. Hæc autem quæ canit, apis eſſe debet: cuius opus tale eſt, vt eo reges & mediocres vtantur ad ſanitatem. F Debbora nanq; apis interpretatur, quæ iſtud canticum canit: ſed & Barac cum ipſa. *דברה ברק* Interpretatur autem Barac coruſcatio. Et canitur iſtud canticum poſt victoriam: quia nec ante quis poteſt quæ perfecta ſunt canere, niſi vbi aduerſarios vicerit. Sic denique & in ipſo cantico dicitur: Exurge, exurge Debbora, exuſcita millia populi. Exurge, exurge, cane cãticum: exurge Barac. Verum & de his plenius in illis oratiunculis, quas de libello Iudicum edidimus, diſerta reperies. Quintum poſt hæc canticũ eſt in ſecundo libro Regnorum, cum locutus eſt Dauid ad dominũ verba cãtici huius, in die qua liberauit eum dominus de manu omnium inimicorum ſuorum, & de manu Saul, & dixit: *2.Reg.22. Sec.70.a* Dominus mihi petra, & munitio mea: liberator dominus deus meus, cuſtos erit mihi. Si ergo & tu potueris conſiderare qui ſunt inimici Da-

A uid, quos in primo & ſecundo Regnorum libro ſuperat ac proſternit, & quomodo dignus factus eſt, vt domini adiutorium mereretur, & liberaretur ab huiuſmodi inimicis: tũc poteris & tu quintum iſtud canticum canere. Sextum eſt cãticum in primo Paralipomenon libro, vbi cõſtituit Dauid in principio ad laudandum dominum Aſaph & fratres eius, & eſt initiũ cantici iſtius tale: Laudate dominum, & confitemini, & inuocate eum in nomine eius, notas facite in populis voluntates eius: canite ei, & hymnum dicite: narrate omnes adinuentiones eius, quas fecit dominus &c. Sciendum tamen eſt, quod canticum quidem, quod eſt in ſecundo Regnorum libro, valde ſimile eſt pſalmo decimoſeptimo. Quod autẽ eſt in primo libro Paralipomenon, in initiis quidem vſque ad eum locum vbi dicit: Et in prophetis meis nolite malignari: ſimile eſt centeſimoquarto pſalmo. Poſteriora vero ab hoc loco, ſimilitudinem gerunt primarum partium nonageſimiquinti pſalmi, vbi dicitur: Cantate domino omnis terra: B vſque ad eum locum, vbi ait: Quia venit iudicare terram. Igitur ſi in his cõcludendus eſt numerus Canticorum, ſeptimo in loco ponẽdus videbitur liber hic Cantici canticorum. Si quis vero etiam Eſaiæ canticum cum cęteris numerandum putet, licet non valde conuenire videatur, vt præceſſiſſe putetur Eſaiæ canticum, quod lõge poſterioribus temporibus Eſaias ſcripſerit: tamen ſi quis putet, quod prophetica dicta non temporibus, ſed ratione penſanda ſint, adiunget etiam illud cãticum, & dicet hoc quod Salomon cecinit Canticum eſſe canticorum, nõ tantum eorum quæ prius, ſed & eorum quę poſtmodum cauenda videbantur. Si quis vero putet etiam ex libro pſalmorum debere aſſumi, ſicubi in eo vel canticum ſcribitur, vel canticum pſalmi, multitudinem congregabit præcedentium canticorum. Iunget enim cæteris etiam quindecim ſimul graduum cantica, & requirens ſingulorum virtutes canticorum, atque ex his proficientis animæ gradus colligens, ac ſpiritualis intelligentiæ ordinem iterum conſequentiamque C componens: oſtendere poterit, quam magnificis greſſibus incedens ſpõſa, per hæc omnia perueniat vſque ad thalamum ſponſi, digrediens in locum tabernaculi admirabilis vſque ad domũ dei, in voce exultationis & confeſſionis ſonus epulantis: & perueniens vſque ad ipſum, vt diximus, thalamum ſponſi: vt audiat & loquatur cũcta hæc quę continentur in Cantico cãticorum. Adhuc autem poſſumus & hæc inquirere prius quam ad ipſum corpus libelli venimus: cur Salomon, qui videtur obtemperare in his tribus libellis voluntati ſpirituſſancti, in prouerbiis quidem dicatur Salomon filius Dauid, qui regnauit in Iſrael: in ſecundo vero libello non Salomon ſcribitur: ſed verba, inquit Eccleſiaſtes, filij Dauid regis Iſrael in Hieruſalem, & filium quidem ſe eſſe Dauid, ſimiliter vt in primo, & regem Iſrael ſcribit. Sed ibi prouerbia, hic verba ponit, & ſeipſum quem ibi Salomonem, hic Eccleſiaſten nominat. Et cum ibi gentẽ ſolam, in qua regnauerat poſuiſſet: hic & gentẽ poſuit, & locum regni Hieruſalem deſignat. D In Cãtico canticorum vero, neq; gẽtis nomẽ, neq; locũ in quo regnet, neque omnino quod rex ſit, neque quod patrem Dauid habeat, ſcribit: ſed tantũmodo Canticum ait canticorũ, quod eſt ipſi Salomoni. Et quamuis difficile mihi videatur, aut perſcrutari, aut pertingere poſſe horũ differẽtias, aut vtcumque inueſtigatas palam proferre & chartulis credere: tamen inquantũ capere vel ſenſus noſter vel auditus legentium poteſt, paucis aperire tentabimus. In plurimis Salomonẽ Chriſti typum ferre: vel ſecundum hoc, quod pacificus dicitur: vel ſecundum hoc, quod regina auſtri venit a finibus terræ audire ſapientiã Salomonis, non puto dubitãdum. Hic ergo & ſecundum quod filius Dauid dicitur, regnat in Iſrael: & ſecundũ quod ſupra eos reges, pro quibus ipſe rex regum dicitur, regnat. Et rurſus verus Eccleſiaſtes ipſe eſt, qui cũ in forma dei eſſet, ſemetipſum exinaniuit, formã ſerui accipiens, vt cõgregaret eccleſiam. E A congregando enim eccleſiã, Eccleſiaſtes appellatur. Tum vero quis ita Salomon, id eſt, pacificus, ſicut dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui factus eſt nobis ſapientia a deo & iuſtitia & pax? Igitur in primo Prouerbiorũ libro, cum nos moralibus inſtituit diſciplinis, rex eſſe dicitur in Iſrael, necdũ in Hieruſalem: quia & ſi Iſrael dicamur propter fidem, nõ tamen in hoc peruentũ eſt, vt ad Hieruſalem cæleſtem perueniſſe videamur. Vbi vero profecerimus, & in hoc vẽtum fuerit, vt eccleſiæ primitiuorum, quæ in cælis eſt, ſociemur, atque Hieruſalem cęleſtem, diſcuſſis diligentius priſcis & naturalibus cauſis, matrẽ noſtrã noſcimus cæleſtem: tunc iam nobis etiam ipſe Chriſtus Eccleſiaſtes efficitur: & nõ ſolum in Iſrael, ſed & in Hieruſalem regnare dicitur. Cum vero ad perfectionẽ omnium ventũ fuerit, & ſponſa ei perfecta, omnis duntaxat rationalis creatura iũgetur: quia pacificauit per ſanguinem ſuum, non ſolum quæ in terris ſunt, ſed & quæ in cælis: Tunc Salomon tantũmodo dicetur, cũ tradiderit regnum deo & patri, cũ euacuauerit omnẽ principatũ & poteſtatẽ. F Oportet enim eũ regnare, donec ponat inimicos ſuos ſub pedibus ſuis, & nouiſſimus inimicus deſtruatur mors. Et ita pacificatis omnibus, patriq; ſubiectis, cũ erit iã deus omnia in omnibus, Salomõ tantũmodo, ideſt, ſolus pacificus nominabitur. Cõpetẽter ergo in hoc libello, qui de amore ſpõſæ & ſponſi erat ſcribẽdus, etiã pro hoc neq; filius Dauid, neq; rex, neque aliud horũ quod ad corporeũ pertinere poſſit intellectũ, ſcribitur, vt merito de eo perfecta iã ſpõſa dicat: Quia & ſi aliquãdo cognouimus Chriſtũ ſecundũ carnẽ: ſed nunc iã non nouimus: ne quis putet eã corporeũ aliquid amare, aut in carne poſitũ, & macula aliqua amori eius credatur induci. Propterea Canticũ canticorũ Salomoni tantummodo eſt, & neque filio Dauid, neque regi Iſrael, neque aliqua in his prorſus miſcetur carnalis nominis intelligentia. Et ne mireris, quod cum vnus atque idem ſit dominus atque Saluator noſter, dicamus eum velut minorem primo in

1. Par. 16. Sec. 70. b — Eſa. 26. a & 42. b — Pſal. 41. — Prouer. 1. Eccleſ. 1. — 3. Reg. 10. & 2. Par. 9. & Matth. 12. d Philip. 2. a — 1. Cor. 1. d — Coloſ. 1. c — 1. Cor. 15. c. d — Ibidem 5. c



A mo in Prouerbiis, & deinde proficientem in Eccleſiaſten, & poſt hæc habere perfectionẽ in Cãtico canticorũ, cum hæc etiã in euangeliis videas ſcripta, vbi propter nos & ipſe in nobis dicitur proficere. Sic enim refertur: Quia Ieſus proficiebat ętate & ſapiẽtia apud deum & homines. Puto ergo quod pro his omnibus neque filius Dauid, neq; rex Iſrael ſcribitur: ſed & pro eo adhuc quod in Cantico canticorũ ſponſa iam intãtum profecerat, vt maius aliquid eſſet quàm eſt regnũ Hieruſalẽ. Nam Hieruſalem cęleſtem dicit Apoſtolus eſſe, atque ad eam memorat credentes accedere. Hunc ergo ſponſum, ad quem nunc ſpõſa feſtinat, idem Paulus cum eum pontificẽ maximum dicit: ita de eo ſcribit, quaſi qui nõ in cælis ſit, ſed penetrarit & pertrãſierit omnes cælos, & illuc quoq; eum hæc ſua perfecta ſponſa ſectetur, imo illuc adhærens ei & coniuncta conſcẽderit: eſt enim facta cum eo vnus ſpiritus. Vnde videtur mihi & ad Petrum, qui non poterat eũ primo ſequi, cum diceret: Quo ego vado, vos B nõ poteſtis venire modo, dixiſſe: ſequeris autem poſtea. Quod autẽ ſit aliquid maius & ab Iſrael, inde colligimus, quod in Numerorum libro omnis quidẽ Iſrael numeratur, & duodecim tribus Iſrael certo ſub numero cenſentur. Tribus vero Leuitica, vtpote cæteris eminentior, ſupra hunc numerũ habetur, & nequaquã in Iſraelitico numero deputatur. Dicit enim ita: Hæc eſt viſitatio, in qua recẽſiti ſunt filij Iſrael, ſecundũ domos familiarũ ſuarum. Omnis viſitatio eorũ cum virtute ſua, ſexcẽta tria millia quingẽti quinquaginta. Leuitæ autẽ non ſunt numerati cum eis, ſicut præcepit dominus Moyſi. Vides quomodo vt eminẽtiores a filiis Iſrael ſequeſtrãtur Leuitæ, nec in eorũ numero ſociãtur. Et rurſum Leuitis eminentiores ſcribuntur ſacerdotes. Sic enim in eadẽ ſcriptura cõtinetur. Et locutus eſt, inquit, dominus ad Moyſen, dicens: Accipe ſummã Leuitarum, & conſtitues eos in conſpectu Aaron ſacerdotis, & miniſtrent ei. Vides & in hoc quomodo ſuperiores Leuitis nominet ſacerdotes, & rurſus Leuitas eminentiores ponit filiis Iſrael? Hęc autẽ viſi ſumus diſcutere paulo curioſius, volẽtes etiã C per hæc oſtẽdere rationem: quia in ipſis quoque attitulationibus librorũ ſuorum Salomon differẽtiis vſus eſt neceſſariis. Sed aliud in Prouerbiis, aliud in Eccleſiaſte, aliud etiã in Canticorum cãtico ex ipſa inſcriptione tituli deſignauit, & adhuc quod in Cantico canticorum, vbi iam perfectio oſtenditur, neq; filius Dauid, neque rex ſcribitur. Poteſt etiã hoc dici: quia cum factus fuerit ſeruus ſicut dominus, & diſcipul⁹ ſicut magiſter: videtur iam neque ſeruus eſſe ſeruus, factus videlicet ſicut dominus: neque diſcipulus eſſe diſcipulus, quippe qui ſicut magiſter effectus eſt: ſed fuiſſe quidem aliquãdo diſcipulus, nunc vero eſſe ſicut magiſter, & fuiſſe quidem ſeruus aliquãdo, nũc vero eſſe ſicut dominus. Simili igitur ratione etiã de rege, & in his in quos regnat, aduerti poſſe videbitur, cum regnũ iam tradetur deo & patri. Sed & hoc nõ lateat, nonnullos attitulationẽ libelli huius Cantica canticorum ſcribere, D quod nõ recte ſcribitur. Nõ enim pluraliter, ſed ſingulariter canticũ hic dicitur canticorum. Hęc quaſi in præfatione dicta ſunt a nobis de ſuperſcriptione ipſa vel attitulatione libelli. Iam nunc domino noſtro nos adiuuante, ipſius operis adoriamur exordia: & tamen ne illud quidem remaneat in nobis omiſſum, quod quibuſdã requirendum viſum eſt, adhuc de ipſa attitulatione a ſuperſcriptione libri quę ita habetur, Canticũ canticorum, quod eſt ipſi Salomoni. Sic enim accipiunt quaſi canticum hoc eſſe dixerit cãticorum Salomonis, vt ex plurimis ſuis cãticis hoc vnum eſſe ſignauerit. Sed nos quomodo recipiem⁹ huiuſmodi intelligentiã, cum neque eccleſia dei vlla extrinſecus Salomonis cantica legenda ſuſceperit: neque apud Hebræos, a quibus eloquia dei ad nos videntur eſſe trãſlata, aliquid præter hos tres libellos Salomonis, qui & apud nos ſunt, amplius habeatur in canone. Volunt tamen qui hoc aſſerunt inde cõfirmare ſententiam ſuã; quod in Regnorũ tertio libro ſcriptũ eſt multa fuiſſe Salomonis cãtica, vt vnũ ex multis eſſe cõnfirmẽt. E Hoc ibi ergo refertur: Et deus dedit prudẽtiam Salomoni, & ſapientiã multã valde, & latitudinẽ cordis ſicut arenã, quæ eſt ad orã maris, & factus eſt ſapiens Salomon valde ſuper ſapientiam omniũ antiquorũ, & ſuper omnes ſapiẽtes Ægypti, & ſuper Ethan Ezraiten, & Hemã, & Chalcal, & Dorda filiis Mahol, & erat nominatus in vniuerſis gentibus per circumitum, & locutus eſt Salomon tria millia parabolarũ, & erant cantica eius quinque millia. Ex his ergo quinq; millibus canticis volunt videre hoc vnum eſſe canticũ quod habemus. Sed vſque quo, vel vbi cantata ſint, nõ ſolum ad vſum, ſed ne ad notitiam quidẽ peruenit eccleſiarũ dei. Operoſum eſt autẽ, & procul ab opere propoſito, ſi velimus nunc inquirere, quã multorũ librorum cõmemoratio fiat in ſcripturis diuinis, quorũ lectio nulla nobis omnino eſt tradita. Sed neq; apud Iudæos haberi quidem vſum huiuſmodi reperimus lectionum, quæ ſiue pro eo quod aliqua ſupra humanam intelligentiam continebant, placuit ſpirituiſancto auferri de medio: ſiue quod eſſent de ſcripturis his quæ F appellantur apocryphæ (pro eo quod multa in eis corrupta, & contra fidem veram inueniuntur a maioribus tradita) non placuit eis dari locum, nec admitti ad auctoritatem: ſupra nos eſt pronuntiare de talibus. Illud tamen palam eſt, multa vel ab apoſtolis vel ab euangeliſtis exempla eſſe prolata, & nouo teſtamento inſerta, quæ in his ſcripturis, quas canonicas habemus, nũquã legimus: in apocryphis tamẽ inueniuntur, & euidenter ex ipſis oſtẽduntur aſſumpta. Sed ne ſic quidẽ locus apocryphis dãdus eſt: non enim trãſeundi ſunt termini, quos ſtatuerũt patres noſtri. Potuit enim fieri, vt apoſtoli vel euãgeliſtæ ſancto ſpiritu repleti, ſciuerint, quid aſſumendũ ex illis eſſet ſcripturis, quidve refutandũ. Nobis autem non eſt abſque periculo aliquid tale præſumere, quibus non eſt tanta ſpiritus abundantia. Et ideo de præſenti verſiculo nos eam tenemus editionem, quã ſupra expoſuimus, maxime cum euidẽs

Luc. 2. a — Gal. 4. d — Ioan. 13. d — Num. 1. & 26. a & ſeq. — Num. 3. c — שיר השירים — אשר לשלמה — 3. Reg. 4. d — Prou. 22. d

A in eo habeatur diſtinctio,vbi ait Canticum canticorum quod eſt ipſi Salomoni. Si enim voluiſſet intelligi canticorum Salomonis hoc eſſe canticum, dixiſſet vtique Canticum canticorũ, quæ ſunt Salomoni,vel cãticum ex canticis Salomonis. Nunc autem quia dixit, quod eſt Salomoni, oſtenditur iſtud canticum quod eſt in manibus, & quod erat ei canẽdum,eſſe Salomonis: & hoc de attitulatione quàm propoſuit continere. Videamus ergo iam & quæ ſequuntur.

## HOMILIA PRIMA.

φιλησάτω με ἀπὸ φιλημάτων σόματος αὐτοῦ.

*OSculetur me ab oſculis oris ſui.*) Meminiſſe oportet illud quod in præfatione pręmonuimus: quia libellus hic epithalamij habẽs ſpeciem,dramatis in modum conſcribitur. Drama autem eſſe diximus,vbi certæ perſonæ introducũtur,quæ loquuntur,& aliæ interdum ſuperueniũt,aliæ recedunt aut accedunt: & ſic totum in mutationibus agitur perſonarum. Hæc ergo erit totius libelli ſpecies, & ſecundum hãc pro viribus hiſtorica a nobis aptabitur expoſitio. Spiritualis vero intelligentia, ſecundũ hoc nihilominus quod in B præfatione ſignauimus, vel de eccleſiæ ad Chriſtũ ſub ſponſæ vel ſpõſi titulo, vel de animæ cum verbi dei cõiunctione dirigitur. Introducitur ergo nunc per hiſtoriæ ſpeciẽ ſponſa quædam, quę ſuſcepit quædam ſponſaliorum & dotis titulo digniſſima munera ab ſponſo nobiliſſimo. Sed plurimo tempore moram faciente ſponſo, ſolicitari eam deſiderio amoris ſui, & confici iacẽtem domi ſuę,& agentẽ omnia,quatenus poſſit aliquando videre ſponſum ſuum, atque oſculis eius perfrui. Quæ quoniam nec differri amorem ſuũ, nec adipiſci ſe poſſe quod deſiderat videt, conuertat ſe ad orationem,& ſupplicet deo,ſciens eum patrem eſſe ſponſi ſui. Cõſideremus ergo eam leuãtem ſanctas manus ſine ira, & diſceptatione, in habitu ornato,cum verecundia & ſobrietate,ornatam digniſſimis ornamentis,quibus ornari decet nobilem ſponſam, æſtuantem vero deſiderio ſponſi: & interno vulnere amoris agitatam, orationem, vt diximus, fundere ad deum,dicere de ſponſo ſuo: Oſculetur me ab oſculis oris ſui. Hæc ſunt quæ dramatis in modum compoſita, hiſto-C rica continet explanatio. Interior vero intellectus, videamus ſi hoc modo poterit competẽter aptari. Eccleſia ſit deſiderans Chriſto coniungi. Eccleſiã autẽ cœtum omnium aduerte ſanctorũ. Hęc ergo eccleſia ſit quaſi omnium vna perſona quę loquatur & dicat: Omnia habeo,repleta ſum muneribus,quæ ſponſaliorũ vel dotis titulo ante nuptias ſumpſi. Dudum enim cum prępararer ad cõiugium filij regis, & primogeniti omnis creaturæ,obſecuti ſunt,& miniſtrauerunt mihi angeli ſancti eius: deferentes ad me legem, ſponſalis muneris loco. Lex nanque per angelos diſpoſita dicitur in manu mediatoris. Miniſtrauerunt mihi etiã prophetæ. Locuti ſunt enim omnia & ipſi,per quę non ſolum oſtẽderẽt & indicarent mihi de filio dei,cui me delatis his quę appellantur arris & muneribus dotalibus ſpõdere cupiebant: verũ vt & in amorẽ me eius deſideriumque

Gal.3.e

ſuccenderent, pronuntiauerũt mihi propheticis D vocibus de aduẽtu eius, & de innumeris virtutibus operibuſq; eius immenſis,repleti ſpiritu ſancto prædicauerũt. Pulchritudinẽ quoque eius & ſpeciẽ ac manſuetudinẽ deſcripſerunt,ita vt omnibus his ad amorẽ eius integraliter inflãmarer. Sed quoniã ſæculũ iam pene finitum eſt, & ipſius quidẽ præſentia non datur mihi: ſolos autẽ miniſtros eius video aſcẽdentes & deſcẽdẽtes ad me: propter hoc ad te patrẽ ſponſi mei precẽ fundo, & obſecro, vt tãdẽ miſeratus amorẽ noſtrũ, mittas eum, vt iã non mihi per miniſtros ſuos angelos duntaxat & prophetas loquatur: ſed ipſe per ſemetipſum veniat, & oſculetur me ab oſculis oris ſui, verba ſcilicet in os meũ ſui oris infundat: Ipſum audiã loquentẽ,ipſum videã docẽtẽ. Hæc enim ſunt Chriſti oſcula, quæ porrexit eccleſiæ, cum in aduẽtu ſuo ipſe Chriſtus in carne poſitus, euãgelizauit ei verba fidei, & charitatis,& pacis, ſecundũ quod Eſaias promiſerat,& præmiſſus ad ſpõſam dixerat: Nõ legatus,neq; angelus,ſed ipſe dominus ſaluabit nos. Tertio vero expoſitionis loco introducamus animã, cuius omne ſtudium ſit cõiungi & cõſociari verbo dei,& intra myſteria ſapientiæ eius ac ſciẽtiæ velut ſponſi cæleſtis thalamos intrare: cuiq; animę præſentia eius etiã munera data ſunt,dotis ſcilicet nomine. Sicut enim eccleſiæ dos fuit legis & prophetarũ volumina: ita huic lex naturę & rationalis ſenſus ac libertas arbitrij,dotalia munera deputẽtur. Habẽs autẽ hæc dotis ſuę munera,ſit ei primo eruditionis doctrina a monitoribus doctoribuſq; deſcẽdẽs. Sed quoniã in his nõ eſt ei plana atq; perfecta deſiderij ſui & amoris expletio: deprecetur vt mẽs eius pura & virginalis, ipſius verbi dei illuminationibus & viſitationibus illuſtretur. Cũ enim nullo hominis vel angeli miniſterio diuinis ſenſibus & intellectibus mẽs impletur, tũc ipſius oſcula verbi dei ſuſcipere ſeſe credat. Propter hæc ergo & huiuſmodi oſcula, dicat anima orãs ad deũ: Oſculetur me ab oſculis oris ſui. Dũ enim inde capax fuerit,vt ipſius verbi dei caperet verã ſolidamq; doctrinã,neceſſaria ſuſcepit oſcula, id eſt, ſenſus ab ore doctorũ. Vbi vero ſpõte iã cœperit obſcura cernere, enodare perplexa, inuoluta diſſoluere, parabolas & ænigmata dictaque ſapientiũ, cõpetentibus intelligẽtiæ lineis explicare: tunc iam oſcula ipſius ſponſi ſui,id eſt,verbi dei,ſuſcepiſſe ſe credat. Ideo autẽ oſcula pluraliter poſuit,vt intelligam⁹ vniuſcuiuſq; obſcuri ſẽſus illuminationẽ, oſculũ eſſe verbi dei ad animã perfectã delatũ: & ſecũdũ hoc forte dicebat prophetica & perfecta mẽs: Os meũ aperui,& attraxi ſpiritũ. Os autẽ ſpõſi intelligamus virtutẽ dei, qua illuminat mentẽ, & velut ſermone quodã amoris ad eã facto (ſi tamẽ capere mereatur tantæ virtutis præſentiã) incognita quęq; ſibi & obſcura manifeſtat. Et hoc eſt verius propiuſq; & ſanctius oſculũ, quod a ſponſo dei verbo porrigi dicitur ſpõſę, purę ſcilicet animę & perfectę. Cuius rei imago eſt illud oſculum, quod in eccleſia ſub tẽpore myſteriorum nobis inuicẽ damus. Quoties ergo in corde noſtro aliquid quod de diuinis dogmatibus

Eſa.63.b
Sec.70.
E

Prou.1.
נשיקות
φιλημάτων.
F

Pſal.118.e



A dogmatibus ſenſibuſque quęritur,abſque monitoribus inuenimus, toties oſcula nobis data eſſe a ſpõſo,dei verbo,credamus. Vbi vero quærẽtes aliquid de diuinis ſenſibus inuenire nõ poſſum⁹, tunc affectu huius orationis aſſumpto, petamus a deo viſitationẽ verbi eius,& dicamus: Oſculetur me ab oſculis oris ſui. Scit autẽ pater vniuſcuiuſque animæ capacitatẽ,& nouit quo tempore, cui animæ, quæ oſcula verbi ſui porrigere in intellectibus duntaxat,& ſenſibus debeat. (*Quia bona ſunt vbera tua ſuper vinum, & odor vnguentorũ tuorum ſuper omnia aromata.*) Intellige prius quaſi in hiſtorię dramate,ſponſam eleuatis ad deum manibus orationẽ fudiſſe ad patrẽ, & oraſſe, vt iam veniret ad eam ſpõſus, & ipſe ei oſculum proprij oris infunderet. Dumque hæc oraret ad patrem, in ipſa oratione qua dixit: Oſculetur me ab oſculis oris ſui: parat etiam alia orationis verba ſubiũgere ac dicere: quia in hoc principio ſermonis affuiſſet ſponſus,& oranti ei aſtitiſſet, ac reuelaſſet verba ſua,ipſumque ſpõſum vnguentis mirificis,& quibus ſponſum fragrare decebat, conſti-B tuiſſet delibutum. Sponſa vero vbi adeſſe vidit eum,pro quo orabat vt adeſſet,& adhuc loquenti ſibi præſtitum quod orabat,ac data ſibi ab ipſo oſcula quæ popoſcerat: læta pro hoc reddita, & decore vberum ac fragrantiæ ipſius odore permota,propoſitæ orationis ſermonẽ conuertit ad præſentiam ſpõſi,qui aderat,& cum dixiſſet: Oſculetur me ab oſculis oris ſui: ſubiungit poſt hæc ad præſentem iam ſponſum, dicens: Bona vbera tua ſuper vinum,& odor vnguentorũ tuorum ſuper omnia aromata. Hæc interim ſecundum hiſtoricam intelligẽtiam, quã dramatis in modum prædiximus textam: Nunc vero quid intellectus interior habeat,requiramus. Diuerſis vocabulis principale cordis appellari, in ſcripturis diuinis inuenimus: quæ vocabula pro cauſis ac rebus de quibus agitur,aptari ſolent. Interdum enim cor dicitur,vt: Beati mundo corde: Et, Corde creditur ad iuſtitiã. Si vero conuiuij tẽpus ſit, pro ſpecie & ordine diſcumbẽtium, vel ſinus vel pectus appellatur: ſicut Ioannes in euangelio refert de C quodam diſcipulo,quẽ amabat Ieſus, quod in ſinu eius, vel ſupra pectus eius recũberet. Ille profecto cui innuens Simõ Petrus dicebat: Interroga quis eſt hic,de quo dicit: Poſt hæc vero recũbens ſuper pectus Ieſu, dicit ei: Domine quis eſt? In his enim certum eſt quod Ioannes in principali cordis Ieſu,atque internis doctrinę eius ſenſibus requieuiſſe dicatur, ibi requirẽs & perſcrutans theſauros ſapientiæ & ſcientię,qui reconditi erant in Chriſto Ieſu. Sed quod ſinus Chriſti in loco dogmatum ſanctorum accipiatur, puto indecens non videri. Diuerſis ergo modis vt dicere cœperamus principale cordis in ſcripturis ſanctis deſignatur, ſicut & in Leuitico nihilominus vbi de ſacrificiis pectuſculum ſeparationis,& brachium ſacerdotibus ſequeſtratur: & in hoc ſequeſtratum ac ſeparatũ pectuſculum & brachiũ, præcellens cæteros homines principale cordis & operum decus vult eſſe in ſacerdotibus. De quo plenius in libro Leuitico, prout domin⁹ da-

ὅτι ἀγαθοὶ μασοὶ σου ὑπὲρ οἶνον: καὶ ὀσμὴ μήρων σου ὑπὲρ πάντα τὰ ἀρώματα.

Matth.5.a
Rom.10.c

Ioan.13.c

Leuit.7.S.& 10.



re dignatus eſt,expoſuimus. Secundum hęc ergo D etiam in præſenti loco, quandoquidem amatoriũ videtur drama quod agitur, in vberibus principale cordis intelligamus, vt tale videatur eſſe quod dicitur: Cor tuum o ſponſa & mens,id eſt, dogmata, quæ intra te ſunt, vel doctrinæ gratia, ſuperat omne vinũ quod cor hominis lætificare ſolet. Sicut enim in his de quibus dicit: Quia deũ videbunt: cor competenter dictum eſſe videtur, & inter diſcumbẽtes ſinus ac pectus ponitur pro habitu ſine dubio diſcumbentiũ,formaque conuiuij: & rurſus vt apud ſacerdotes pectuſculum & brachiũ myſticis deſignatur eloquiis, ita etiã arbitror in præſenti loco,vbi amantium habitus & colloquia deſcribũtur,gratiſſime hoc ipſum principale cordis in vberibus appellatum. Bona ergo ſunt vbera ſponſi: quandoquidẽ theſauri ſunt in eis ſapientiæ & ſcientiæ reconditi. Vbera autem hæc vino comparat ſponſa: ſed ita comparat, vt præferat. Vinum autẽ illa intelligenda ſunt dogmata & doctrinæ,quæ per legẽ & prophetas, ante aduentum ſponſi, ſumere ſponſa conſueuerat. Sed nunc cõſiderans hanc doctrinam,quæ ex vberibus profluit ſponſi,miratur & ſtupet, videns eam longe præſtantiorẽ, quam illam ex qua ante aduentum ſponſi lætificata fuerat: tãquam ex vino ſpirituali, quod miniſtrabant ſancti patres & prophetæ, qui etiam huius generis plantauerunt vineas,vt Noe primus,& Eſaias in cornu in loco vberi,& coluerunt eas. Vidẽs ergo nunc multam eſſe eminentiã dogmatum & ſcientiæ apud ſpõſum: & lõge ex eo perfectiorem, quam fuit apud antiquos emanare doctrinã,dicit: Bona ſunt vbera tua ſuper vinum: ſuper illã ſcilicet doctrinam, qua lætificabar ab antiquis. De hoc enim antiquorum vino intelligendus eſt Eccleſiaſtes dicere,vbi ait: Ego dixi in corde meo: veni & tẽtabo te in lætitia,& videbo in bono. Et iterum de eiſdẽ vineis loquẽs idem Eccleſiaſtes dicit: Magnificaui mihi opus meum, ædificaui mihi domos, plantaui mihi vineas,feci mihi hortos & paradiſos,& reliqua. Sunt autem huius vineæ myſtici etiam miniſtri quidam, qui vini fuſores appellantur. Sic enim idem dicit: Et feci mihi cantores & cantatrices in lætitia filiorum hominum,vini fuſores,& vini fuſitrices. Vide ergo ſi poſſimus tum in cæteris, tum etiam in hoc intelligere Saluatorem,veteri vino,nouella vberum ſuorum fluenta miſcentem, cum Maria & Ioſeph quærentes inuenerunt eum in templo ſedentem in medio doctorum,& audientem atque interrogantem eos, quando & mirabantur omnes ſuper reſponſis eius. Sed & ibi fortaſſis ſpecies formę huius expletur,vbi aſcendens in montẽ docebat populos, & dicebat: Dictũ eſt antiquis: Nõ occides. Ego autẽ dico vobis: Omnis qui iraſcitur fratri ſuo ſine cauſa,reus erit. Et dictum eſt antiquis: Non adulterabis. Ego autem dico vobis: Omnis qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Inquantum ergo doctrina hæc eius præcellit illam antiquam, intantum ſponſa intelligit & pronuntiat bona eſſe vbera eius ſuper vinum. Sed & quod vorax dicitur

Pſal.103.b

E

Gen.9.g
Eſa.5.a

Eccleſ.2.a

Ibidem.

F
Ibidem b.

Luc.2.g

Matth.5.c
Exod.20.&
Deut.5.b

A filius hominis & bibens, & dicunt: Ecce homo vorax & vinum bibēs, ad hoc nihilominus reſpicit, tale & illud vinum fuiſſe in Chana Galilææ, quod bibebatur in conuiuio nuptiali: quo deficiēte fecit & aliud vinū: cui teſtimonium reddit architriclinius, quod ſit valde bonum, & eo vino quod expēſum fuerat, multo præſtātius, cum dicit: Omnis homo primo bonum vinum ponit: & cum inebriati fuerint, id quod deterius eſt: tu autē ſeruaſti vinū bonum vſque nunc. Sed & Salomonē, qui pro accepta dei ſapientia in admiratione fuit reginæ Saba, quæ venerat tentare eum in quęſtionibus, in quibus eum eadē regina ſcrutetur & miretur: audi ſcripturā referētem: Et vidit, inquit, regina Saba omnē ſapientiā Salomonis, & domū quam ædificauit, & apparatum cōuiuij eius, & ſedem puerorū eius, & ordinē miniſtrorum eius, & veſtes eius, & vini fuſores eius, & holocauſta eius, quæ offerebat in domo dei: & ſtupefacta eſt, & reliqua. In his ergo aduerte, quomodo hęc quę venit a finibus terræ audire ſapiētiā Salomonis, inter cætera miratur & cibos cōuiuij eius, vel vini fuſores eius: & ſuper his dicitur obſtupuiſſe.

*Matth.11.c Ioan.2.a.b* — *3.Reg.10.a et 2.Par.9.a.b*

B Neſcio autē ſi ita ineptam putemus fuiſſe reginā, quæ ob hoc venerat a finibus terræ, vt audiret ſapientiam Salomonis, vt miretur cibos corporales, & vinū iſtud cōmune, ac pincernas vini in miniſterio regis. Quid enim in his admiratione dignum reginæ videtur, quæ cōmunia pene omnibus ſunt hominibus? Sed mihi videtur miratā eſſe cibos doctrinæ eius, & vinū dogmatum, quæ ab eo per diuinam ſapientiā prædicabātur. Hoc erat vinum & illud, quod per Hieremiam refertur de filiis Ionadab, filij Rechab, qui eo tēpore quo peccata populi inualuerant, & pro iniquitatibus plebis captiuitas imminebat, conuocati ſunt vt biberent vinū: Et dixerūt, quia mandauerat eis pater ſuus Ionadab, ne biberent vinū ipſi & filij ſui in ſæculum: neque domos ædificarent, neque ſeminarēt ſemen, neque plantarent vineas: ſed in tabernaculis habitarent omnibus diebus vitæ ſuæ. Et amplectūtur eos deus, eo quod cuſtodierint præceptū patris ſui, & noluerint bibere vinū. Pro peccatis enim tunc populi, & iniquitatibus eorū, erat vinea eorū ex vinea Sodomorum,

*Hier.35.a & ſeq.* — *Deut.32.c*

C & palmites eorum ex Gomorra. Vua eorum vua fellis, & botrus amaritudinis. Venenū aſpidum, & furor draconū erat vinū corū. Propter hoc ergo laudabiles habentur filij Ionadab, qui tale vinū, venenata ſcilicet dogmata, & aliena a fide dei, bibere & ſuſcipere recuſarūt. Propter hoc ergo fortaſſis percuſſit deus vineas Ægyptiorum, ſicut in pſalmo ſcriptum eſt, ne tale facerēt vinum. Igitur ſic intelleximus vini differentias, eaſq; pro diuerſitate dogmatum cōſtare perſpeximus, quod ait hic ſponſa: Quia bona ſunt vbera tua ſuper vinum: ſuper vinum vtique intelligamus bonum, non malum. Bonis enim, non malis cōparata dogmatibus, ſponſi dogmata præferuntur. Bonū enim vinū guſtauerat prius in lege & prophetis: ex quo velut præmeditata erat ſponſa lætitiam cordis accipere ac præparare, vt capere poſſet etiā illā, quæ affutura erat per

*Pſal.77.e*

D vbera ipſius ſpōſi, excellentiorē cunctis cernens eorū doctrinā. & ideo dicit: Bona ſunt vbera tua ſuper vinum: & vide ſi adhuc formæ huic aptare poſſimus illā euangelij parabolā, quæ dicit: Simile eſt regnū cælorū theſauro abſcondito in agro: quem qui inuenerit, abſcōdit: & præ gaudio eius vadit, & vēdit omnia quæ habet, & emit agrū illū. Eſt ergo theſaurus is non in deſerto aliquo loco, neq; in ſyluis, ſed in agro abſcōditus. Et poſſibile vtique eſt agrū illum habere etiā vineas, quę afferāt vinum: habere etiā theſaurū, propter quē diſtractis omnibus emit agrū illū, is qui inuenerat ibi theſaurū. Poteſt ergo dicere ille qui emit agrum: Quia bonus eſt theſaurus, qui eſt in agro, magis quā vinū quod eſt in eo. Ita ergo & bonus eſt ſpōſus atque vbera ſpōſi, quæ velut theſaurus abſcōditus eſt in lege & prophetis, magis quam vinū quod eſt in eis, illa ſcilicet doctrina, quę palā eſt, & lætificat audientes. Bona ergo ſunt vbera ſpōſi. Theſauri enim ſunt ſapiētiæ & ſcientiæ in eo abſconditi: qui cū aperti & reuelati fuerint oculis ſpōſæ, multo præſtātiores ei videbuntur, quā fuit priꝰ iſtud vinū legis & doctrina prophetica.

*Matth.13.f* — *Coloſ.2.a*

E Sed & ſi tertiā expoſitionē de anima perfecta & verbo dei ſentire debeamus, poſſumus dicere: quia quis donec paruulus eſt, & nōdum ſemetipſum ex integro obtulit deo, bibit vinum quod affert ager ille, qui habet intra ſe etiā theſaurū abſconditū, & bibēs lætificatur ex vino. Cū autē obtulerit & deuouerit ſemetipſum deo, ac Nazaræus fuerit effectus, atq; inuenerit theſaurū abſconditū, & ad ipſa vbera fonteſq; peruenerit verbi dei: vinū & ſyceram iam nō bibet, dicēs ad ipſum dei verbū de his theſauris, qui in ipſo ſciētiæ & ſapientiæ recōditi ſunt. Quia bona ſunt vbera tua ſuper vinū. Sunt autem vnguēta quædā ſponſi, quorū fragrantia delectata eſt ſpōſa, & dicit: (*Odor vnguentorū tuorum ſuper omnia aromata.*) Aromata ſpecies ſunt pigmentorum. Sponſa autē habuit quendā vſum & notitiā aromatum, hoc eſt, verborū legis & prophetarum: quibus ante aduentum ſponſi mediocriter licet, inſtrui tamē videbatur & exerceri ad cultum dei, vtpote paruula adhuc & ſub curatoribus & actoribus agens & pedagogis. Lex enim pædagogus noſter fuit ad Chriſtū. Hæc autē omnia aromata fuerāt, in quibus enutriri viſa eſt, & ſponſo ſuo præparari.

*Num.6.d* — *Gal.4.a Gal 3.d*

F Sed vbi venit plenitudo temporū, & adoleuit, atque vnigenitū ſuum pater ſpiritu ſancto vnctum miſit in hunc mundum, odorata ſpōſa diuini vnguēti fragrantiā: ſentienſq; quod illa omnia aromata, quibus prius vſa videbatur, longe inferiora ſint ad cōparationē ſuauitatis noui huius & cæleſtis vnguēti, ait: Odor vnguētorum tuorum ſuper omnia aromata. Et quoniā Chriſtus idē ſponſus atq; idem pontifex dicitur. Pontifex quidem ſecundum hoc quod mediator eſt dei & hominum, omniſq; creaturę, pro qua & propitiatio factus eſt, ſemetipſum offerendo hoſtiā pro peccato mundi. Spōſus vero ſecundum hoc, quod eccleſiæ iungitur nō habenti maculam, aut rugam, aut aliquid horum, conſidera, ne forte vnguentū illud pontificale, quod in Exodo cōponi iubetur arte

*1.Tim.2.b Hebr.8.9. & 12. 1.Ioan.2.a & 4.b*



A arte pigmentarij, iſtius vnguēti, quod nunc odorata ſpōſa miratur, teneat rationē. Et vidēs quod illa quidē aromata, quibus compoſitū vnguentū videbatur, quo Aaron vnctus eſt: quoniam erant terrena & materiæ corporalis, hoc autē vnguentū quo nunc vnctū vidit ſponſum, ſpirituale eſt & cæleſte, idcirco dicat: Quia odor vnguentorū tuorum ſuper omnia aromata. Videamus ergo quomodo compoſitū ſit illud vnguentū. Et locutus eſt dñs, inquit, ad Moyſen, dicens: accipe tibi florem myrrhę electæ, quingentos ſiclos, & cinamomū ſuauē, ducētos quinquaginta ſiclos: & calamū ſuauē, ducentos quinquaginta ſiclos, & caſiæ quingentos ſiclos, ſecundū ſiclum ſanctū: & oleū ex oliuis hinc, & facies illud oleū chriſmatis ſancti vnguentū arte pigmentarij. Hæc aūt in lege quidē referri audierat ſpōſa, ſed rationē eorum veritatemq; nunc perſpicit. Vide ergo quod iſtæ quattuor ſpecies vnguēti iſtius, formā tenebant incarnationis verbi dei, quod ex quattuor e-

*Ephe.5.f* — *Exod.25.a & 30.c*

B lementis compaginatū corpus aſſumpſit: in quo corpore myrrha illa mortis eius, quā ſiue vt pontifex pro populo, ſiue vt ſpōſus pro ſponſa ſuſcepit, ſeruat indicia. Quod vero nō ſimpliciter myrrha, ſed flos myrrhę & myrrhæ electę ſcriptū eſt: non ſolū mortē eius, ſed & primogenitū eum futurū ex mortuis indicabat, atque eos qui cōplantati fuiſſent, ſimilitudini mortis eius, nō ſolū vocatos, ſed electos futuros. Cinamomū vero immaculatū dicitur, propter eccleſiam ſine dubio, quā purificauit lauacro aquæ, & immaculatā fecit, nō habentē maculā aut rugā, aut aliquid huiuſmodi. Sed & calamus aſſumitur: quia lingua eius etiā eſt calamus ſcribæ velociter ſcribētis, doctrinæ gratiā pigmētis deſignās ſuauitatis. In eis quoque ſpecies adhibet calidiſſimas, vt referātur ad ardentiſſima: in qua vel ſpiritus ſancti feruor, vel futuri per ignem iudicij oſtēditur forma. Numerus vero quingentorum vel ducentorū quinquaginta ſiclorū in eo myſteriū tenet, cētupliciter perfectorū, vt remiſſionē peccatorū per eum datā ſignificet: quinquagenarius enim iubileus

*Ephe.5.f Pſal.44.b* — *Phil.2.b*

C in his eſt quintupliciter poſitus. Sed hæc omnia oleo puro colligūtur, per quod oſtēditur, vel miſericordiæ vel ſalutis cauſa fuiſſe, quod is qui erat in forma dei, formā ſerui ſuſceperit: vel ea quę ex materiali ſubſtātia in Chriſto fuerant aſſumpta, per ſpiritū ſanctū redacta in vnū fuiſſe, atque in vnam ſpeciē, quæ eſt perſona mediatoris effecta. Illud ergo oleū materiale, nullo genere oleū lętitiæ appellari potuit. Iſtud aūt oleū, ideſt, ſpiritus ſancti vnguentū, quo vnctus eſt Chriſtus, & cuiꝰ nūc odorē percipiēs ſpōſa admirata eſt, oleū lætitiæ, quia fructus ſpiritus gaudiū eſt, merito appellatur: quo vnxit eū deꝰ, qui dilexit iuſtitiā, & odio habuit iniquitatē. Propterea enim dicitur: Vnxit eū dominus deus ſuus oleo lętitię prę participibꝰ ſuis. Et ideo odor vnguētorū eius eſt ſuper oīa aromata. Simili autē expoſitione vtimur, etiam ſi ad vnāquamq; animā in amore & deſiderio verbi dei poſitam trāſferatur hic ſermo: cui fuerint omnes doctrinæ per ordinem decurſæ: in quibus ante agnitionē verbi dei, exercitata videtur & e-

*Gal.5.d* — *Pſal.44.b*

D rudita: ſiue ex moralibus deſcendētes, ſiue ex naturalibus ſcholis. Erāt enim ei omnia iſta aromata quædā, pro eo quod in his inſtitutio probabilis, & morū cōquiritur emendatio, quod deprehenditur in his vanitas ſæculi, & caducarū rerum reſpuuntur falſa miracula. Erāt ergo ei hæc omnia velut aromata, & odoramenta quædā animæ pigmēta. Sed vbi ad cognitionē diuinorū myſteriorū, & diuinorū dogmatum ſcientiam ventum eſt: vbi ad ianuas ſapiētiæ ipſius, & ſapientiæ non huius mundi, neque principum huius mundi, qui deſtruuntur acceſſum eſt: ſed ad ipſam dei ſapiētiam, quæ inter perfectos diſſeritur: & vbi myſterium, quod prioribus generationibus nō fuit notum, filiis hominum reuelatū eſt: vbi inquā anima ad tanti cognitionē aſcendit arcani, merito dicit: Odor vnguentorum tuorū, ſpiritualis ſcilicet intelligentia & myſtica, ſuper omnia aromata, moralis naturaliſque philoſophiæ. Non autē lateat nos, quod in quibuſdam exemplaribus pro eo quod legimus: Quia bona ſunt vbera tua ſu-

*1.Cor.2.b Eph.3.a & Coloſſ.1.d*

E per vinum, inuenimus ſcriptum: Quia bonæ ſunt loquelæ tuæ ſuper vinū, quod quamuis videātur ſignificaſſe euidētius ea ipſa, quę a nobis ſpiritualī interpretatione diſſerta ſunt: tamē nos Septuaginta interpretū ſcripta per oīa cuſtodimus: certi quod ſpiritus ſanctus myſteriorum formas obtectas ineſſe voluit in ſcripturis diuinis, & non palam atque in propatulo haberi. (*Vnguentum exinanitum tuum: propterea adoleſcentulæ dilexerunt te, ac traxerunt te poſt ſe. In odore vnguentorum curremus.*) Hiſtorica quidem expoſitio eadem quæ in ſuperioribus, percurrit etiam in præſenti loco, donec fiat aliqua mutatio perſonarum. Ita quippe ordo dramatis, qui a nobis in hac expoſitione receptus eſt, poſcit. Poſſunt ſane in prophetia quædā videri ex perſona ſpōſæ prolata de Chriſto, quod futurum eſſet in aduētu dñi & Saluatoris noſtri, vt nomen eius ita per orbem terræ, & per vniuerſum mundū diffunderetur, vt fieret odor ſuauitatis in omni loco, ſicut & Apoſtolus dixit: Quia

*Μύρον ἐκκενωθὲν ὄνομά σου· διὰ τοῦτο νεάνιδες ἠγάπησάν σε, εἵλκυσάν σε· ὀπίσω σου εἰς ὀσμὴν μύρων σου δραμούμεν.* — *2.Cor.2.d*

F Chriſti bonus odor ſumus, in omni loco. Aliis quidem odor ex morte in mortē: aliis autē odor de vita in vitā. Si enim omnibus fuiſſet odor vitæ in vitam, dixiſſet vtique & hic: Omnes dilexerūt te, & traxerunt te. Sed nunc ait: Vbi nomen tuū eſt factū vnguentū exinanitū, dilexerunt te: non illæ vetulæ, ac veterē hominē indutæ animæ, neque rugas habentes, neq; maculas: ſed adoleſcētulæ, in augmēto ſcilicet ætatis & pulchritudinis poſitæ animæ, quæ ſemper innouantur, & de die in diem renouātur, nouū ſe hominē induētes, qui ſecundū deū creatus eſt. Propter iſtas ergo adoleſcentulas, & in augmentis vitæ & profectibus poſitas, exinaniuit ſe ille, qui erat in forma dei, vt fieret vnguentum exinanitum nomen eius: vt nō iam inacceſſam lucem tantummodo habitaret, & in forma dei permaneret, ſed verbum caro fieret: quo poſſent iſtæ adoleſcentulæ & in augmētis profectuū poſitæ animæ, non ſolum diligere, ſed & trahere eum ad ſe. Trahit enim vnaquæq; anima, & aſſumit ad ſe verbū dei pro capacitatis & fidei ſuæ menſura. Cum autem traxerint ad ſe

A animæ verbū dei, & ſenſibus ſuis atq; intellectibꝰ inſeruerint, & dulcedinis eius & odoris ſenſerint ſuauitatem: vbi vnguentorum eius fragrantiā ceperint, ratiōe duntaxat aduētus eius & redemptionis ac paſſionis cauſas charitatēq; agnouerīt, qua pro ſalute oīm vſq; ad mortē crucis, immortalis acceſſit: & his omnibꝰ velut diuini cuiuſdā & ineffabilis vnguenti odoribus inuitatæ adoleſcētulæ, ideſt, animæ, plenæ vigoris atque alacritatis effectæ, currunt poſt ipſum, atq; ad odorē ſuauitatis eius nō leni gradu, nec tardis paſſibus, ſed rapido curſu, & tota properatione feſtinant: quemadmodum & ille qui dicebat: Sic curro, vt cōprehēdam. Verū quod ait: Vnguentū exinanitū nomen tuū: propterea adoleſcentulæ dilexerunt te, & traxerunt te poſt ſe: In odorē vnguentorū tuorū curremus. Trahunt ad ſe Chriſtū adoleſcentulæ: ſi quidē de eccleſiis intelligatur, quæ vna quidē eſt, cū perfecta eſt. Multæ vero ſunt adoleſcētulæ, cum adhuc inſtruuntur & proficiūt. Iſtæ er-

1.Cor.9.d

B go trahunt ad ſe Chriſtū per fidē: quia Chriſtus vbi viderit congregatos duos vel tres in fide nominis ſui, vadit illuc, & eſt in medio eorum, fide eorum tractus, & vnanimitate prouocatus. Si vero tertia expoſitione, de anima verbum dei ſequēte intelligi hæc oportet, quęcunq; anima fuerit erudita: primo in mortalibus, ſecundo etiā in naturalibus exercitata, per illa omnia quæ in his diſciplinis edoceri ſupra oſtendimus, ipſa morū emendatio, & eruditio rerū, ac probitas diſciplinæ, trahit ad ſe verbū dei. Et libens trahitur. Gratiſſime enim ad eruditas animas venit, & trahi ſe ab his indulgenter accipit, benigneq; concedit. Requiro ſane ſi ſolū nomē quia vnguentū factū eſt exinanitum, tantū operis egerit, & ita ſuſcitarit adoleſcentulas, vt primo traherent eū ad ſe, & habentes eū apud ſe, caperēt vnguentorū eius odorē, & ſtatim currerent poſt eū. Si hæc, inquam, omnia ſolo nomine eius effecta ſunt, quid putas faciet ipſa eius ſubſtātia? Quid ex illa adoleſcentulæ iſtæ virtutis, quid vigoris accipiēt: ſi quo pacto potuerint aliquādo ad ipſam incomprehen-

Matth.18.c

C ſibilem atque ineffabilem ſubſtantiā eius peruenire? Ego puto quod ſi ad hoc aliquando peruenerint, iam nō ambulent, neq; currant: ſed vinculis quibuſdā charitatis eius aſtrictæ, adhæreāt ei: ne vltra mobilitatis alicuius vllus in eis reſideat locus, ſed ſint cum eo vnus ſpiritus, & compleatur in eis illud, quod ſcriptum eſt: Sicut tu pater in me, & ego in te vnū ſumus: ita & iſti in nobis vnum ſint. Sed nunc interim, vt videtur, ſponſa conſociatis ſibi adoleſcentulis multis, quarum in poſterioribus nullus eſſe numerus dicitur, ab vno ſolo ſenſu, ideſt, odoratu tantummodo capta, currere ſe in odorē vnguētorū ſpōſi cōmemorat, ſiue quod ipſa curſu indigeat adhuc & profectu: ſiue quod ipſa quidem perfecta ſit, pro his autem adoleſcentulis, quæ adhuc curſu & profectibus indigent, etiā ipſa ſe currere fateatur: ſicut & ille, qui cum ipſe ſub lege nō eſſet, fit tamen ſub lege, vt eos qui ſub lege ſunt, lucrifaciat. Et iterū cū in lege ſit Chriſti, his tamē qui ſine lege ſunt, fit & ipſe ſine lege, vt eos qui ſub

Ioan.18.b

1.Cor.6.d

lege ſunt, ſaluet. Et hoc fit, vt diximus, ſolo adhuc odoratu eius accepto. Quid putas agēt, cū & auditū earū, & viſum, & tactū, guſtumq; occupauerit verbum dei, & ſingulis quibuſq; ſenſibus, virtutes ex ſe competentes naturæ earū capacitatique prębuerit; ita vt oculus ſi videre potuerit gloriā eius, gloriā tanquā vnigeniti a patre, aliud vltra iam videre nolit: neq; auditus aliud, quā verbū vitæ & ſalutis audire. Sed & cuius manus palpauerit de verbo vitæ, nihil vltra materiale, nihil fragile caducumq; palpabit: nec guſtus cū guſtauerit bonū verbū dei, carnemq; eius & panē, qui de cælo deſcēdit, aliud quid poſt hæc guſtare patietur. Præ dulcedine nanque ipſius & ſuauitate, omnis reliquus ei ſapor aſper videbitur & amarus, & ideo hoc ſolo veſcetur. Omnē nanque ſuauitatē, quācunq; cupierit, in hoc inueniet: ad omnia nanq; aptū ſe reddit & habilē. Deniq; his qui ex incorruptibili ſemine regenerantur, rationabile & ſine dolo efficitur lac. His vero qui infir- D

Ioan.1.b

1.Ioan.1.a

mantur in aliquo, olera ſe præbet ad hoſpitalitatis amicitiā & gratiā. His vero qui pro poſſibilitate ſumendi exercitatos habent ſenſus, ac diſcretionē boni & mali, cibū ſe ſolidū præbet. Si qui vero ſunt qui exierint de Ægypto, & ſecuti colūnam ignis & nubis in eremū venerint, de cælo ad illos deſcēdit, minutū & ſubtilē eis præbens cibū angelico ſimilem, ita vt panē angelorū māducet homo. Habet & alias multas in ſemetipſo atque innumeras ciborū differētias, quas interim pelle quis & carne oſſibuſque indutus & neruis, capere non poteſt. Qui autem dignus fuerit redire, & eſſe cum Chriſto: quique in paruo fidelis inuentus, conſtituetur ſuper multa, ille guſtabit & capiet voluptatē dñi: perductus ad locū quendam, qui pro huiuſmodi ciborū copiis & varietatibus, delitiarū nominatur locus. Propter quod & in Eden poſitus dicitur, quod delitias indicat. Ibi enim dicetur ad eū, delitiare in dño. Delitiabitur autē non in vno ſolo edēdi, guſtandiq; ſenſu: ſed & auditu delitiabitur & viſu, & tactu, odoratuq; delitiabitur: in odorē nanque vnguenti eius cur- E

Exod.15.& 16.

Philip.1. ἀναλῦσαι, καὶ σὺν χριστῷ εἶναι.

Luc.16.& 19.

עדן

Gen.2.b

Psal.36. κατατρύφησον τῷ κυρίῳ.

ret. Et ita omnibus ſenſibus ſuis delitiabitur in verbo dei, is qui ad ſummā perfectionis ac beatitudinis venerit. Vnde & in his poſiti locis, deprecamur auditores horum, vt mortificent carnales ſenſus, ne quid ex his quæ dicuntur, ſecundū corporis motus excipiāt: ſed illos diuiniores interioris hominis ad hæc capiēda ſenſus exhibeant, ſicut Salomon edocet nos, dicens: Senſum autem diuinū inuenies. Et vt Paulus quoq; ad Hebręos ſcribit de perfectis, vt ſupra memorauimus: qui exercitatos habēt ſenſus ad diſcretionē boni vel mali, oſtendēs eſſe in homine præter hos corporeos ſēſus, quīq; alios nihilominꝰ, qui ꝑ exercitia quærūtur, & exercitati dicūtur, cū ſcilicet intelligentiā rerū acumine acriore diſcutiūt. Nō enim perfunctorie, & vt libet audiēdū eſt, ꝗ Apoſtolus de perfectis dicit: Quia exercitatos habēt ſenſus ad diſcretionē boni vel mali. Quod vt clariꝰ eluceſcat: ſumamus, ſi videtur, exēplū ab his corporalibus ſenſibus: & ita demū ſtatim ad illos diuinos, quos ſcriptura nominat ſenſus interioris hominis, F

Heb.5.d

Ibidem.



A minis, veniemus. Si enim corporeus oculus exercitium viſus habeat, nullo impediente obſtaculo, integre, & abſque vlla falſitate vel colores corporum, vel magnitudines qualitateſq; deprehēdet. Nam ſi aut caligine, aut alia qualibet infirmitate impediatur aſpectus, & rubrū pro albo, & viride pro nigro, aut rectum putat eſſe aliquid, cū curuū ſit & tortuoſum, cōturbabitur ſine dubio iudiciū mentis, & aliud pro alio agetur. Ita ergo & interior viſus, niſi eruditione & induſtria fuerit exercitatus, quo per multam peritiā diſcretionē boni habeat ac mali, ſed ignorātia & imperitia tanquā caligo oculis inciderit, aut etiam malitię alicuius languor tanquā lippis oculis acceſſerit, diſcrimē boni aut mali intueri nullatenus poſſit: & inde fier, vt mala pro bonis agat: bona vero pro malis ſpernat. Secundum hanc vero formā, quam de viſu corporis animæque tractauimus, cōſequēter etiā de auditu, & guſtu, & odoratu, tactuque per ſingulas quaſq; ſui generis virtutes ſenſuū corpo-

B raliū, referemꝰ ad animæ ſenſꝰ, quę in ſingulis adhibere debeāt exercitia, quæq; debeat emēdatio parari dilucide recognoſcemꝰ. Hęc autē paulo latiori exceſſu ꝓſequuti ſumꝰ, oſtēdere volētes odoratū ſpōſæ & adoleſcentularū, quo odoratæ ſunt odorē vnguentorū ſponſi, nō corporis ſenſus, ſed diuini odoris illiꝰ & interioris, qui appellatur hominis, dici. Hic ergo odorationis ſenſus, in quo ſanus eſt & integer, odore Chriſti accepto, ex vita adducit ad vitam. Si vero nō ſit ſanus, hoc odore ſuſcepto, de morte in mortē deiicit, ſecundū illū qui dicebat: Quoniā Chriſti bonus odor ſumus, aliis quidē de vita in vitā: aliis autē odor de morte in mortē. Deniq; & hi quibus intellectus herbarū eſt pigmentorumq; peritia, ferunt quædam eſſe pigmenta, quorū ſi odorē ceperint nōnulla animalia, continuo intereunt: alia vero eodē odore recreantur, vitamq; recipiunt. Et nunc ergo in his ipſis expoſitionibus & ſermonibus quos habemus in manibus, videtur aliis eſſe vita ex vita, aliis vero mors ex morte. Nam ſi hæc ex-

2.Cor.2.d

Ibidem.

C poni ita audiat animalis qui dicitur homo, qui non poteſt percipere & intelligere quæ ſunt ſpiritus dei irridebit ſine dubio atque inepta hæc eſſe & inania pronunriabit: dicens, ſomnia potiꝰ quam rerum cauſas & dogmata diuina tractari. His ergo odor hic Cantici canticorum efficitur de morte in mortem, ſcilicet de morte infidelitatis in mortem iudicij & condemnationis. Sequentibus vero ſpiritualem ſenſum & ſubtilem, atque intelligentibus maiorem ineſſe veritatem, in his quæ non videntur, quam in his quæ videntur: & veriora haberi apud deum inuiſibilia, & ſpiritualia magis, quam viſibilia & corporalia, amplectanda ſine dubio huiuſmodi intelligentia videbitur & ſequenda. Agnoſcunt enim tale eſſe intelligendę veritatis iter, quo peruenitur ad deum. Sed ſi quidem alienus a fide ſit is qui hæc ſtulta iudicat & irridenda, nihil mirum. Si vero aliquis ex his ſi qui videntur credere, & ſcripturarum auctoritatem recipere: non tamen recipit expoſitionis huius ſpiritualis formam, ſed irridet & derogat, tentemus ex aliis ſcripturarum

locis inſtruere eum ac perſuadere. Qui ſi forte poterit ſic reſipiſcere, & talia quædā dicamus ad eum, ſcriptū eſt: Præceptum domini lucidum illuminans oculos. Dicat ergo nobis, qui ſunt oculi qui illuminantur luce præcepti. Et iterum: Qui habet aures audiendi, audiat: quæ ſunt aures iſtę quas qui habuerit, ipſe ſolus verba Chriſti audire dicatur. Et iterum: Quoniā Chriſti bonus odor ſumus deo. Et in aliis: Guſtate & videte, quoniā ſuauis eſt dominus. Et quod alius ait: Manus noſtræ palpauerūt de verbo vitę. Putaſne in his omnibus non mouebitur, vt aduertat hæc vniuerſa non de corporeis ſenſibus dicta, ſed de his quos ſecundum interiorem hominem ineſſe vnicuique docuimus, niſi ſi contentionis & iactantiæ vitio agitur, qui eiuſmodi eſt? Quibus vitiis (quoniam & viſus ille interior excæcatur, & odoratus obcluditur, & obturatur auditus) merito, nec videre quæ ſpiritualia ſunt, nec audire poteſt. Sed nec odorem iſtum Chriſti capere: quo nunc recepto, adoleſcentulæ iſtæ, in quibus bene ſanus & vigens erat hic ſenſus, in odorem vnguentorum eius currunt poſt ipſum: nec deficiunt currentes, aut laborant; quia ſuauitate odoris ipſius, qui eſt de vita in vitam refectæ, iugiter inualeſcunt. Poteſt adhuc & hoc modo accipi, quod ait: Vnguentum exinanitum nomen tuum, propterea adoleſcentulæ dilexerunt te. Vnigenitus dei filius cum in forma dei eſſet, exinaniuit ſemetipſum, & formam ſerui accepit. Exinaniuit autē de plenitudine ſine dubio in qua erat. Illi ergo qui dicunt: Quia de plenitudine eius nos omnes accepimus: ipſi ſunt adoleſcētulæ, quæ de ea plenitudine, ex qua ſe ille exinaniuit, & factum eſt vnguentum exinanitum nomen eius, percipientes dicunt: Poſt te in odorem vnguentorum tuorum curremus. Niſi enim exinaniſſet vnguentū, hoc eſt, plenitudinē diuini ſpiritus, & humiliaſſet ſe vſque ad formam ſerui, capere eum nullus in illa diuinitatis plenitudine potuiſſet: niſi ſola fortaſſis ſponſa, pro eo quod videtur indicare: quia vnguentum iſtud exinanitum non ſibi, ſed adoleſcentulis dilectionis dederit cauſam. Sic enim dicit: Vnguentum exinanitum nomen tuū: propterea adoleſcentulæ dilexerūt te. Ac ſi diceret: Adoleſcētulæ quidē propterea dilexerūt te: quia exinaniſti te de forma dei, & factum eſt vnguentum exinanitum nomen tuū: ego autem nō pro exinanito vnguento, ſed pro ipſa vnguentorum plenitudine dilexi te. Hoc enim indicat in eo loco, vbi dicit: Odor vnguentorum tuorum ſuper omnia aromata. Quod vero etiam ipſa cum adoleſcentulis poſt ipſum ſe curſuram dicit: hanc aio eſſe cauſam, quod perfecti quiq; omnia omnibus fiat, vt omnes lucrifaciant: ſicut iam ſupra expoſuimus. [*Introduxit me rex in cubiculum ſuum: exultemus & iocundemur in te.*] Cum indicaſſet ſpōſo ſuo ſponſa, quod adoleſcentulæ odore eius captæ, currerent poſt ipſum, cū quibus etiam ipſa curſura eſſet, vt eis formam præberet in omnibus: nūc quaſi laboris ſui conſecuta iam palmā pro eo, quod concurrerit currentibus, introductam ſe dicit ab ſponſo rege in cubiculum eius,

D

Pſal.18.c

Luc.8.a

2.Cor.2.d

Pſal.33.b

1.Ioan.1.a

E

Philip.2.b

1.Ioan.1.b

F

εἰσήνεγκέ με ὁ βασιλεὺς εἰς τὸ ταμεῖον αὐτοῦ: ἀγαλλιασώμεθα, καὶ εὐφρανθῶμεν ἐν σοί.

A vt ibi videret cunctas opes regias. In quo vtique merito iocūdatur & exultat, vt pote quæ ſecreta iam regis & arcana proſpexerit. Hic eſt ſecundū propoſitū dramatis ordinē, quaſi hiſtoric⁹ intellectus. Sed quoniam cuius res agitur eccleſia eſt ad Chriſtū veniēs, vel anima verbo dei adhærēs: quod aliud cubiculū Chriſti, & prōptuariū dei credendū eſt, in quo vel eccleſiam, vel animā cohærentē ſibi introducat, niſi ipſe arcanus ſenſus eius & recōditus? de quo & Paulus dicebat, 1.Cor.2.d Nos autē ſenſum Chriſti habemus, vt ſciamus quæ a deo donata ſunt nobis. Ibid. Hæc illa ſunt, quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt, quæ præparauit deus his qui diligunt eum. Coloſſ. 2.a Cū igitur Chriſtus animā in intelligētiā ſui ſenſus inducit, in cubiculū regis introducta dicitur: in quo ſunt theſauri ſapientiæ ac ſciētiæ eius abſconditi. Nō mihi autē vacuū videtur, quod cum potuiſſet dicere: Introduxit me ſponſus meus aut fraternus meus, aut aliquid huiuſmodi, vt ei moris eſt: nunc quia cubiculū dictura erat, regis dixerit cubiculū: & non aliud nomen poſuerit, in quo poſſet fortaſſis aliquis etiā mediocris intelligi. Sed ꝓpterea arbitror ī his regē nominarū, vt oſtenderetur per hoc nomē prædiues cubiculum, vt pote regium, & multis atque

B immenſis opibus repletum. Prope hunc omnino mihi videtur fuiſſe & ille, qui dixit raptū ſe eſſe 2.Cor.12.a vſque ad tertiū cælū, & inde in paradiſum, & audiſſe verba ineffabilia, quę nō licet homini loqui. Quid enī putas eſſe illa verba, quæ audiuit: nōne a rege audiuit, & in cubiculo, & prope cubiculū poſitus audiuit? Et erāt credo illa verba talia quędā, quę hortarētur eū ad maiorē profectū, & promitterēt ei, quod ſi perſeueraret vſque in finem, & ipſe poſſet intrare regis cubiculū: ſecūdū illud ꝙ per prophetā quoq; ꝓmittitur: Dabo tibi the- Eſa.45.a ſauros, obſcuros, occultos inuiſibiles. Aperiā tibi vt cognoſcas, quia ego ſum dñs de⁹ tu⁹, qui vocaui nomē tuū Iſrael. Currunt ergo adoleſcentulæ poſt ipſum & in odorē eius, vnaqueque tamē pro viribus: alia quidē velocius, alia paulo tardius: alia etiā inferius cæteris & vltimo, alia primo lo-

C co: veruntamē currunt omnes, ſed vna eſt perfecta quæ cucurrit ſic, vt perueniret, & ſola acciperet palmā. Sola enim eſt quę dicit: Introduxit me rex in cubiculū ſuū: cū prius nō de ſe ſola, ſed de pluribus dixiſſet: quia poſt te in odorē vnguētorū tuorū curremus. Introducitur ergo in cubiculū regis, & efficitur regina, & ipſa eſt de qua dici- Pſal.44.b tur: Regina aſtitit a dextris tuis in veſtitu deaurato, circūdata varietatibus. De his aūt adoleſcentulis, quæ poſt ipſam cucurrerāt, & procul ab ea in ipſis currendi ſpatiis remanſerant, dicitur: Adducentur regi virgines poſt eā, proximæ eius adducentur tibi. Adducentur in lætitia & exultatione, inducentur in templum regis. Sed & illud etiā in hoc aduertere debem⁹, quod ſicut rex habet cubiculū quoddā, in quod reginā ſiue ſpōſam ſuam introducit: ita habet & ſpōſa ſuū cubiculū, in quod monetur per verbū dei ingreſſa claudere oſtiū: & ita cōcluſis illis omnibus diuitiis ſuis, Matth.6.a intra illud cubiculū orare eū qui videt in abſcō-

D dito, & perſpicit quantas opes, animi ſcilicet virtutes intra cubiculū ſuū ſponſa condiderit: & videns eius diuitias, det ei petitiones ſuas. Matth.13.b Omni enim habenti dabitur. Quod aūt ait: exultemus & iocundemur in te, videtur ex perſona adoleſcentularum dici, vel optantium & petentiū a ſponſo, vt quēadmodū ſponſa conſecuta eſt quæ perfecta ſunt & exultat: ita ipſæ etiam ſuū implere curſum & peruenire vſque ad regis cubiculum mereantur, vt perſpectis & intuitis omnibus his, de quibus illa gloriatur, etiam ipſæ exultent ſicut & illa, & iocundentur in eo. Vel etiā ad ſponſam poteſt dictum videri ab adoleſcentulis cōgratulantibus ei, & promittētibus petētibusq;, vt participes fiāt exultationis eius & lætitiæ. (*Diligemus vbera tua ſuper vinum*) ἀγαπήσωμεν μαστούς σου ὑπὲρ οἶνον. Sponſa quidem poſtquam oſcula meruit ab ipſo ſponſi ore ſuſcipere, & vberibus eius perfrui, ait ad eū: Bona ſunt vbera tua ſuper vinum. Adoleſcentulæ vero, quæ nōdū ad id beatitudinis venerant, neq; ſummā perfectionis acceperāt: neque vſu & operibus fructus perfectæ charitatis expleuerāt, vt quaſi expertæ pronuntiarēt de vberibus eius, quia bona ſunt: vidētes tamen ſponſam delectari & refici ex vberib⁹ ſponſi, ex fontibus ſcilicet ſapientiæ & ſcientiæ, quæ de vberibus eius fluunt, & pocula cæleſtis E doctrinæ ſumētes, tanquā imitatrices perfectionis eius, & deſiderātes eiſdē veſtigiis incedere, promittūt & dicunt: Diligemus vbera tua ſuper vinū, ideſt, nos quidē nondū in id perfectionis aſcendimus, vt iā diligamus vbera tua plus quam vinū: vel certe vbera tua quæ ſunt ſuper vinū (vtroque enim modo ſenſus ſtare videbitur) gerimus tamen ſpē, vt pote adoleſcētulæ in id ætatis proficere, quo poſſimus, non ſolū paſci, & ali ex vberibus verbi dei, ſed & diligere alentem. F Iſtæ ſunt autē adoleſcentulæ, vt ſæpe iā diximus, animæ, quæ primis, & initio valentibus eruditionibus videntur imbutæ: & velut vino quodā lætificatæ, inſtitutione tutorū duntaxat curatorūq; & pædagogi, vtpote paruulæ, & quæ haberent quidem in viribus amare vinū: non tamē haberēt in ętate, vt amore vberū ſponſi moueri, aut excitari poſſent. Sed vbi aduenit plenitudo temporū, & Gal.4.a Luc.2.g Chriſtus in eis profecit ætate & ſapientia, & iam ſentire cœperunt quid ſint vbera ſponſi, quæque in his perfectio verbi dei, & doctrinæ ſpiritualis plenitudo deſignetur, etiā promittūt: quia pluſquam vinum, quod nunc tanquām paruulæ bibunt, dilecturæ ſint vbera ſponſi, ideſt, propenſiores futuræ erga perfecta & omni plenitudine decreta dogmata Chriſti, quā antea, ſiue in cōmunibus ſtudiis, ſiue in legis & prophetarū viſæ ſunt inſtitutionibus extitiſſe. (*Aequitas dilexit te*) εὐθύτης ἠγάπησέ σε. Etiā hoc mihi videntur adoleſcentulæ proloqui velut ſatisfaciētes, pro eo quòd dilecturas ſuper vinū ſe promiſerunt vbera ſponſi: & nō iā in præſenti diligant, neque integram vim charitatis oſtendant. Eſt ergo vox iſta velut incuſantiū ſemetipſas, quaſi quæ nōdū abiecta omni iniquitate peruenerint ad æquitatē, vt poſſint iā diligere vinū ſuper vbera ſponſi: ſcientes inconueniēs eſſe, vt aliquid adhuc reſideat iniquitatis in eo,



A eo, qui ad perfectionē ſpiritualis & myſticæ doctrinę peruenerit. Quia ergo ſumma perfectionis in charitate cōſiſtit: charitas autem nihil iniquitatis admittit: vbi autem nihil iniquitatis eſt, ibi ſine dubio eſt æquitas: merito ergo æquitas eſſe dicitur, quę diligit ſpōſum. Et vide, ſi non ob hoc etiam videtur illud in euangelio a Saluatore di- Ioan.14.b ctū: Si diligitis me, mandata mea ſeruate. Si ergo qui diligit Chriſtū, mandata eius cuſtodit: & qui mandata eius cuſtodit, nulla eſt in eo iniquitas, ſed æquitas in eo permanet: æquitas ergo eſt, quę mādata eius cuſtodit, & diligit Chriſtum. Et rurſum: Si is qui mandata cuſtodit, ipſe diligit Chriſtum: mandata autem in æquitate ſeruantur, & æquitas eſt quæ diligit Chriſtū: qui iniquū aliquid gerit, neque mandata cuſtodit, neq; diligit Chriſtū. Erit ergo vt quantum iniquitatis in nobis eſt, tantum longe ſimus a dilectione Chriſti: & tantū mandatorū eius præuaricatio habeatur in nobis. Et ideo regulam quandā directam ponamus eſſe

B æquitatem: vt ſi quid in nobis iniquitatis eſt, hāc adhibentes & ſuperducentes directoriam mandatorū dei: ſi quid in nobis curuū, ſi quid tortuoſum eſt, ab huius regulæ linea reſecetur, vt poſſit & de nobis dici: Æquitas dilexit te. Poſſumus autem etiā ſic accipere, vt videatur ſimile eſſe quod dixit: Aequitas dilexit te, ac ſi dixiſſet: iuſtitia dilexit te, & veritas, & ſapientia, & pudicitia, & ſingulæ quæq; virtutes. Nec mireris ſane, ſi dicimus virtutes eſſe quæ diligunt Chriſtum, cum in aliis ipſarum virtutum ſubſtantiam, Chriſtū ſoleamus 1.Cor.1.d accipere. Quod & frequēter inuenies in ſcriptu- Ephe.2.c ris diuinis, pro locis & opportunitatibus aptari. Ioan.14.a Inuenimus nanq; ipſum & iuſtitiam dici, & pa- Pſal.84.b cem, & veritatē. Et rurſum ſcriptū eſt in pſalmis: Ibidem. Iuſtitia & pax oſculatæ ſunt. Et: Veritas de terra Eſa.61.d orta eſt, & iuſtitia de cælo proſpexit: Sec.70. quæ vtique omnia & ipſe eſſe, & rurſum ipſum dicuntur amplecti. Sed & ſponſus idē dicitur, idem etiā ſponſa nominatur, vt in prophetia ſcriptum eſt: Sicut

C ſponſo impoſuit mihi mitram, & ſicut ſponſam ornauit me ornamento.

## HOMILIA SECVNDA.

μέλαινα εἰμι ἐγώ, καὶ καλή, θυγατέρες ἱερουσαλήμ: ὡς σκηνώματα κηδάρ, ὡς δέῤῥεις σαλωμών.

*FVſca ſum & formoſa, filiæ Hieruſalem, vt tabernacula Cedar, vt pelles Salomonis.*) In aliis exemplaribus legimus: Nigra ſum & formoſa. Rurſus in hoc perſona ſponſæ loquentis introducitur. Loquentis autem non ad illas adoleſcentulas, quæ cum ipſa currere ſolent: ſed ad filias Hieruſalem, quibus tanquam his quæ derogauerint fœditati eius, reſpondere videtur, & dicere. Fuſca quidem ſum vel nigra, quātū ad colorē ſpectat filiæ Hieruſalem: formoſa vero, ſi quis interna membrorū lineamenta perſpiciat. Nam & tabernacula, inquit, Cedar, quæ eſt gens magna, nigra ſunt: & ipſa gēs Cedar, nigredo, vel obſcuritas interpretatur. Sed & pelles Salomonis nigræ ſunt: nec tamē ob hoc tanto regi, in omni gloria ſua pellium viſa eſt indecora nigredo. Nō ergo mihi ô filię Hieruſalem, exprobretis culpam coloris: cū ſiue naturalis, ſiue exercitio quæſita, corpori pulchritudo non deſit. Hæc continet hiſtoricū drama, & propoſitæ fabulæ ſpecies. Sed redeamus ad ordi-

D nem myſticū. Hæc ſponſa, quæ loquitur, eccleſiæ perſonam tenet ex gentibus congregatæ. Rom.11.d Filiæ vero Hieruſalem, ad quas ei ſermo eſt, illæ ſunt animæ, quæ propter electionē patrum, chariſſimæ quidē dicuntur, inimicæ autē propter euangeliū. Iſtę ſunt filiæ Hieruſalē ciuitatis terrenæ, quæ videntes eccleſiam ex gentibus, quamuis pro eo ignobilē, quod generoſitatē ſibi Abrahā, & Iſaac, & Iacob non poſſit aſcribere: Pſal.44.c obliuiſcentē tamē populū ſuū & domum patris ſui, atq; ad Chriſtū venientē, ſpernūt eam, & pro ignobilitate generis offuſcant. Quod ſponſa ſentiēs, filias prioris populi imputari ſibi, & pro hoc etiā nigrā ſe appellari, quaſi quæ paternæ eruditionis nō habeat claritatē, reſpōdens ad hæc dicit: Nigra ſum quidem, ô filiæ Hieruſalē, pro eo quod non deſcēdo de ſtirpe clarorū virorū: neque illuminationem Moſi legis accepi: habeo tamen pulchritudinem meam mecū. Nam & in me illud primū eſt, quod ad imaginē dei in me factū eſt: nunc accedens ad verbum dei, recepi ſpeciem meā. Quamuis enim E pro coloris obſcuritate, comparetis me tabernaculis Cedar, & pellibus Salomonis: tamen & Ce- Gen.25.b dar ex Iſmahele deſcēdit. Secundo nanq; loco ex Ibidem 1.a Iſmahele natus eſt, qui Iſmahel nō fuit expers diuinæ benedictionis. Sed & pellibus Salomonis comparatis me, quæ nō aliæ ſunt quàm pelles tabernaculi dei: & tamen miror vos ô filiæ Hieruſalē, mihi coloris velle exprobrare nigredinem. Quomodo non meminiſtis, quod in lege veſtra ſcriptum eſt, quid paſſa ſit Maria, quæ derogauit Num.12.a Moſi cum Aethiopiſſam nigrā accepiſſet vxorē? quomodo ignoratis illius imaginis adumbrationem in me nūc veritate cōpleri? Ego ſum illa Aethiopiſſa, ego ſum nigra quidē pro ignobilitate generis: formoſa vero propter pęnitentiā & fidē. Suſcepi enim in me filiū dei, recepi verbū carnē factum. Acceſſi ad eum, qui eſt imago dei, primo- Coloſſ.1.c genitus omnis creaturæ: & qui eſt ſplendor glo- Rom.8.f & riæ, & fulgor ſubſtantiæ eius, & facta ſum formo- Heb.1.a ſa. Tu ergo quid improperas cōuertenti ſe a pec- Rom.2.d F cato, quod vtique lex fieri vetat: & quomodo tu glorians in lege præuaricās legē? Verum quoniā in his locis ſumus, vbi eccleſia quæ ex gentibus venit, nigrā ſe eſſe dicit, & formoſam, quāuis longum videatur eſſe & operoſum colligere ex ſcripturis diuinis, in quibus vel qualiter ſacramenti huius forma præceſſerit: tamē non mihi penitus omittendū videtur, ſed quam potuerit breuiter memorandū. Primo ergo in Numerorū libro de Num.12.a Aethiopiſſa ita ſcriptū eſt. Et locuta eſt Maria ad Aaron, & derogauerūt Moſi, propter mulierem Aethiopiſſam, quā accepit vxorē, & dixerūt: Nūquid Moſi ſoli locutus eſt dñs? Nonne & nobis locutus eſt? Et iterū in tertio Regnorū libro ſcri- 3.Reg.10.& ptū eſt de regina Saba, quia venit a finibus terræ 2.Par.9.& audire ſapientiā Salomonis, hoc modo: Regina Matth.12.& Saba audiuit nomē Salomonis, & nomen dñi: & Luc.11.d venit tentare eū in parabolis, & venit in Hieruſalem in virtute magna valde: & cameli portantes odoramenta, & aurū multū valde, & lapidē pretioſum: & ingreſſa eſt ad Salomonē, & locuta eſt ei omnia verba, quæ erāt in corde ſuo. Et enūtia-

A uerit rex ei. Et vidit regina Saba omnẽ prudentiã Salomonis, & domũ quã ædificauit, & cibos Salomonis, & ſedẽ puerorũ ei⁹, & ordinẽ miniſtrorũ eius, & veſtes eius, & vini fuſores eius, & holocauſta eius, quæ offerebat in domo dñi: & obſtupuit, & dixit ad regẽ Salomonẽ: Verus eſt ſermo, quẽ ego audiui in terra mea de verbo tuo & prudentia tua: & non credidi his qui loquebãtur mihi, vſquequo venirẽ, & viderunt oculi mei: & ecce nec media pars eſt, quæ nuntiabantur mihi. Addidiſti enim bona ſuper omnem auditionem, quam audiui in terra mea: Beatæ mulieres tuæ: beati pueri iſti qui aſſiſtunt in conſpectu tuo ſemper, & audiunt omnem prudentiam tuam. Sit dominus deus tuus benedictus, qui tibi dedit ſedem Iſrael. Quoniã dilexit dñs Iſrael, & voluit eũ permanere in æternũ: poſuit te regẽ ſuper eos, vt facias iudiciũ cũ iuſtitia, & iudices eos. Et dedit Salomoni centũ viginti talenta auri, & odoramẽta multa valde, & lapidẽ pretioſum. B Nunquam talia venerant odoramẽta, nec in tanta multitudine, quę dedit regina Saba regi Salomoni. Hanc autẽ hiſtoriã paulo latius repetere voluimus, & inſerere huic expoſitioni noſtræ: ſcientes intantũ conuenire hæc ad perſonã eccleſiæ, quæ ex gentibus venit ad Chriſtum, vt ipſe dominus in euangeliis reginæ huius faceret mentionẽ, dicẽs eam veniſſe a finibus terræ, vt audiret ſapientiã Salomonis. *Matth.12.& Luc.11.d* Auſtri autẽ reginã dicit eã, pro eo quod Aethiopia in Auſtri partibus iaceat: & a finibus terræ, quaſi in vltimo poſita. Inuenimus autem huius ipſius reginæ etiã Ioſephum in hiſtoria ſua facere mentionẽ, addentẽ etiã hoc, quod poſtea quam regreſſa eſt, inquit, a Salomone, Cãbyſes rex miratus eius ſapientiã, quam ſine dubio ex Salomonis ſapientia ſuſceperat, cognominauit, inquit, nomen eius Meroen. Refert autem quod nõ ſolum Æthiopiæ, ſed & Aegypti regnum tenuerit. Addemus autẽ adhuc & ea quæ in ſexageſimoſeptimo pſalmo, de hac eadem forma continentur. Ait ergo ibi: Diſperge gentes, quæ bella volunt, veniẽt legati ex Ægypto, Aethiopia præueniet manus eius deo. C Eſt adhuc quarto in loco apud Sophoniã prophetã de hac eadẽ figura, hoc modo ſcriptũ: *Soph.3.b Sec.70.* Propterea ſuſtine me, dicit dñs, in die reſurrectionis meæ in martyrio, hoc eſt, in teſtimonio: quoniã iudiciũ meum eſt ad cõgregationes gentiũ, vt ſuſcipiã reges, & effundã ſuper eos omnẽ irã indignationis meæ: in igne zeli mei cõſumetur omnis terra. Quoniã tunc conuertam in populis linguã in generationẽ eius, vt inuocẽt oẽs nomẽ dñi, & ſeruiẽt ei ſub iugo vno. De vltra flumina Aethiopiæ ſuſcipiã eos qui diſperſi ſunt, & afferent ſacrificiũ mihi. In die illa non confunderis Saba ab omnibus adinuentionibus tuis, in quibus impie egiſti in me. *Hier.38.a* Sed & in Hieremia ſcriptũ eſt, quod principes quidã populi Iſrael miſerint Hieremiam in lacũ Melchiæ filij regis, qui erat in domo carceris, & depoſuerunt eum cum funibus, & in lacu non erat aqua, ſed cœnum, & erat in cœno. Audiens autem Abdimelech Aethiops vir eunuchus, qui erat in domo regis, quia miſerunt Hieremiã in lacũ: locutus eſt regi,

D & dixit: Domine rex, male fecerũt viri iſti omnia quæ fecerũt in Hieremiã prophetã, quia miſerũt eum in lacũ, & morietur ibi a facie famis: quoniã non ſunt iam panes in ciuitate. Et præcepit rex ipſi Abdimelech Aethiopi, dicens: Tolle hinc triginta homines, & educ eũ de lacu, vt non ibi moriatur. Et quid plura? Abdimelech Aethiops fuit qui Hieremiã eduxit de lacu. Et paulo poſt factus eſt ſermo domini ad Hieremiã, dicẽs: *Ibidem 39.b* Vade & dic Abdimelech Aethiopi, dicens: Sic dicit dominus deus Iſrael: Ecce ego adduco verba mea ſuper ciuitatẽ iſtam in mala, & non in bona: & ſaluabo te in die illa, & nõ dabo te in manus hominũ quos tu times. A facie eorũ ſaluãs ſaluabo te: & in gladio non cades, ſed erit anima tua in ſalutẽ: quoniã cõfiſus es in me, dicit dominus. Hæc interim ad præſens de ſcripturis ſanctis occurrere potuerunt, quibus mihi videtur propoſiti de Canticis canticorũ verſiculi myſteriũ comprobari, in quo dicit: Fuſca ſum, ſiue nigra, & formoſa filiæ Hieruſalẽ, ſicut tabernaculũ Cedar, & ſicut pelles Salomonis. E *Num.12.a* Inuenitur ergo Moſes in Numeris accepiſſe Aethiopiſſam vxorẽ fuſcã vel nigrã: pro qua Maria & Aaron derogãt ei, & indignãtes dicunt: Nunquid Moſi ſoli domin⁹ locutus eſt? Nõne & nobis locutus eſt? In quo ſi diligẽter conſideres, nec conſequentiã ſermo inuenitur habere hiſtoricus. Quid enim cõuenire ad rẽ videbitur, vt indignãtes pro Aethiopiſſa dicãt: Nũquid ſoli Moſi locutus eſt domin⁹: nonne & nobis locutus eſt? Oportebat enim ſi hoc erat in cauſa, dici ab eis: non oportuit te ô Moſes vxorẽ accipere Aethiopiſſam, & de ſemine Cham, ſed de genere tuo, & de domo Leui. Horũ nihil dicũt, ſed aiunt: Nunquid Moſi ſoli locutus eſt deus: nonne & nobis locutus eſt? In quo & mihi videtur ſecundũ myſteriũ magis intellexiſſe quod geſtũ eſt, & vidiſſe quod iam Moſes, ideſt, ſpiritualis lex, in nuptias & coniugium congregatæ ex gentibus migraret eccleſiæ: & Mariã, quæ ſynagogæ derelictæ formã, & Aarõ, qui ſacerdotij carnalis tenebat imaginẽ, videntes ablatum eſſe a ſemeipſis regnũ, & F *Matth.21.g* datũ eſſe genti facienti fructus eius, dicere: Nunquid Moſi ſoli locutus eſt deus: nõne & nobis locutus eſt? Denique & Moſes ipſe, cum tanta & tã magnifica eius opera fidei ac patiẽtię referantur, nunquã tantis a deo elatus eſt laudibus, vt nunc cũ Aethiopiſſam duxit vxorẽ. *Num.12.a* Nũc de eo dicitur, quia Moſes homo manſuetus valde ſuper omnes homines qui ſunt ſuper terrã, nunc & illud de eo dicit dominus: quia ſi fuerit in vobis propheta, in viſionibus loquar ei aut in ſomniis: non ita vt famulo meo Moſi, qui in omni domo mea fidelis eſt. Os ad os loquar ad eũ. In ſpecie & nõ in ænigmate gloriã domini vidit. Et cur nõ timuiſtis detrahere famulo meo Moſi? Hęc omnia pro cõiugio Aethiopiſſæ Moſes audire meruit a domino. Verũ de his plenius in libro Numerorũ proſecuti ſumus, quæ ſi quis dignũ iudicat noſcere, illa perquirat. Nunc autẽ ſufficiat approbare ex *Ibidem b* his, quod ipſa eſt nigra & formoſa & Aethiopiſſa, quam Moſes, ideſt, lex ſpiritualis, quæ ſine dubio verbũ dei & Chriſtus eſt, in coniugiũ ſuũ aſciſcit:



A *vbi ſupra.* ſcit: licet obtrectent & derogent filiæ Hieruſalẽ, plebs ſcilicet iſta cum ſacerdotibus ſuis. Videam⁹ aũt & ea quę ex tertio Regnorũ libro protulimus de regina Saba, & ipſa nihilominus Aethiopiſſa, cui teſtimonium dat dominus in euãgeliis, quod in die iudicij veniat cũ viris generationis incredulæ & condemnet eos: quia venit a finibus terræ audire ſapientiã Salomonis, & addit: Quia pl⁹ Salomone hic, docẽs per hoc plus eſſe veritatem, quam veritatis figuras. Venit ergo & hæc, imo ſecundũ figurã ei⁹, eccleſia venit ex gẽtibus audire ſapientiã Salomonis veri, & veri pacifici domini noſtri Ieſu Chriſti. Venit & hæc primo quidem tentans eum per ænigmata & quæſtiones, quæ ei prius inſolubiles videbantur, atque ab ipſo de agnitione veri dei & de creaturis mũdi, vel de immortalitate animæ, & iudicio futuro, quod apud eam & apud doctores eius, gẽtiles duntaxat philoſophos, incertũ ſemper, aut dubium manebat, abſoluitur. Venit ergo in Hieruſalẽ, ad viſionem ſcilicet pacis, cum multitudine & virtute multa. B Nõ enim cũ vna ſola gẽte, vt prius ſynagoga, ſolos habuit Hebræos: ſed cũ totius mũdi gentibus venit, deferens etiã munera digna Chriſto, odoramentorũ ſiquidẽ ſuauitates, opera ſcilicet bona, quę ad deũ per odorẽ ſuauitatis aſcendũt. Sed & auro venit repleta, ſenſibus ſine dubio & rationalibus diſciplinis, quas ante fidẽ adhuc ex cõmuni & ſcholari eruditione collegerat. Detulit etiã lapidẽ pretioſum, quem ornamẽta morũ poſſumus intelligere. Cum hoc ergo apparatu intrat ad pacificũ regem Chriſtũ, & ipſi aperit cor ſuũ, in confeſſione & pænitẽtia, ſcilicet præcedentiũ delictorũ, & locuta eſt ei omnia quæ erãt in corde ſuo. Propter quod & Chriſtus, qui eſt pax noſtra, enuntiauit ei omnia verba eius: & nõ eſt verbum quod omiſerit rex, & nõ enũtiauerit ei. Denique cum iam tẽpus paſſionis appropinquaret, ſic loquitur ad eam, ideſt, ad electos diſcipulos *Ioan.15.b* ſuos: Iam non dicam vos ſeruos, ſed amicos: quia ſeruus neſcit quid faciat dominus eius. Ego autẽ C nota feci vobis omnia, quęcunque audiui a patre meo. Sic ergo impletur quod dixit: quia non fuerit verbũ, quod non enuntiauerit pacificus dominus reginæ Sabæ, ideſt, eccleſiæ ex gentibus cõgregatæ. Quod ſi intuearis eccleſiæ ſtatum, & diſpenſationes eius ordinationeſq; eius conſideres: tũc aduertes quomodo regina mirata ſit omnem prudentiã Salomonis. Simul & require, cur non dixerit omnẽ ſapientiã, ſed omnẽ prudentiã Salomonis: quoniã quidẽ eruditi viri prudentiã, de humanis negotiis: ſapientiã, de diuinis intelligi volũt. Idcirco fortaſſis & eccleſia nũc interim Chriſti prudentiã miratur, dũ in terris eſt, & inter homines cõuerſatur. *1.Cor.13.c* Cũ aũt venerit qđ perfectũ eſt, & de terris trãſlata fuerit ad cælũ, tũc videbit omnẽ ſapientiã eius, cũ iã nõ per ſpeciẽ, nõ *Ibidem.* per ænigmata, ſed facie ad faciẽ de ſingulis quibuſq; perſpiciet. Vidit autẽ & domũ, quam ædificauit, ſine dubio incarnationis eius myſteria. Ipſa eſt enim domus, quam ædificauit ſibi ſapientia: vidit & cibos Salomonis: illos puto, de quibus *Ioan.4.c* dicebat: Meus cibus eſt, vt faciã voluntatem eius

D qui miſit me, vt perficiã opus eius. Vidit & ſedem puerorũ eius: Eccleſiaſticũ puto ordinẽ dicit, qui in epiſcopatus vel preſbyterij ſedibus habetur. Vidit & ordinationes ſiue ſtationes miniſtrorũ eius: Diaconorũ vt mihi videtur ordinẽ memorat, aſtantiũ diuino miniſterio. Sed & veſtes eius vidit: illas credo quibus induit eos, de quibus dicitur: *Gal.3.d* Quicunque autẽ in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Sed & vini fuſores eius, arbitror dici doctores: qui verbũ dei & doctrinã quaſi vinũ populis miſcẽt, quod auditorũ corda lætificet. *Pſal.103.b* Vidit & holocauſta eius, orationũ ſine dubio ſupplicationumq; myſteria. Hæc ergo omnia vbi vidit in domo regis pacifici, imo Chriſti, nigra hæc & formoſa, obſtupuit, & ait ad eum: Verus eſt ſermo quem audiui in terra mea de verbo tuo & de prudentia tua. Propter enim verbũ tuũ quod agnoui verũ eſſe verbũ, veni ad te. Omnia etenim verba quæ mihi dicebãtur, & quæ audiebam cũ eſſem in terra mea, a doctoribus ſcilicet ſæculi & philoſophis, nõ erãt vera: iſtud eſt ſolum verum verbũ, quod eſt in te. E Sed fortaſſis quærẽdum videbitur, quomodo dicat regina hæc, quia nõ credidi his quæ dicebãtur mihi de te: cũ vtiq; nec veniſſet ad Chriſtũ, niſi credidiſſet. Sed vide, ſi poſſum⁹ hoc modo ſoluere quod proponitur. Nõ his, inquit, credidi qui loquebantur mihi. Nõ enim fidẽ meã in illos qui locuti ſunt de te, ſed in te direxi, ideſt, nõ hominib⁹, ſed tibi credidi deo. Et ꝑ illos quidẽ audiui: ad te aũt veni, & tibi credidi. Apud quem multo plura viderũt oculi mei, quam annuntiabãtur mihi. Reuera enim cũ peruenerit nigra hæc & formoſa in Hieruſalẽ cæleſtem, & ingreſſa fuerit viſionẽ pacis, multo plura & magnificẽtiora, quam nũc ei ſunt annuntiata, perſpiciet. Nunc enim tanquam in ſpeculo & ænigmate: *1.Cor.2.c* tunc autẽ videbit facie ad faciẽ, cum cõſequetur ea quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt. Et tũc videbit, quia nec medietas eorũ eſt, quæ audiuit in hac ſua terra poſita. Beatæ ergo ſunt mulieres Salomonis, animæ ſine dubio, quæ verbi dei & pacis eius participes fiunt. F Beati pueri eius, qui aſſiſtunt in conſpectu eius ſemper, nõ illi qui aliquãdo aſſiſtũt, & aliquando non aſſiſtũt: ſed qui ſemper & ſine intermiſſione aſſiſtunt verbo dei, vere beati ſunt. Talis erat & illa Maria, quę ſedebat ſecus pedes Ieſu, & audiebat eũ, cui & teſtimoniũ reddidit ipſe dominus, dicẽs ad Marthã: *Luc.10.g* Maria optimã partẽ elegit, quæ nõ auferetur ab ea. Adhuc nigra hæc & formoſa dicit: Benedictus qui voluit dare te ſuper ſedem Iſrael. Vere enim quia dilexit dominus Iſrael, & voluit vt ſtaret in æternum, poſuit te regem ſuper eum. Quem? Pacificũ *Ephe.2.c* ſine dubio. Chriſtus enim eſt pax noſtra, qui fecit vtraq; vnũ, & mediũ parietẽ ſepis ſoluit. Et poſt hæc omnia dedit, inquit, centum viginti talenta auri regi Salomoni regina Saba. Numer⁹ hic cẽtum viginti, cõſecratus eſt vitę hominũ, eorũ qui fuerũt in diebus Noe, quibus iſtud cõceditur ſpa- *Gen.6.a* tiũ vitæ, quo inuitãtur ad pænitentiã. Ipſe autem numerus annorum & Moſi vitæ fuit. Offert ergo Chriſto eccleſia in auri ſpecie & pondere, nõ ſo-

A lum multitudinē ſenſuū ſuorū & intellectuū, ſed
Deut.34.c legi dei cōſecratos indicat ſenſus ſuos, per hunc
qui Moſi annos vitæ cōtinet numerū. Offert etiā
ſuauitates odoramentorū quales & quātæ nūquā
venerant. Vel orationes in hoc, vel opera miſeri-
cordiæ intellige: nunquā enim vel tā recte oraue-
rat, vt nunc cū acceſſit ad Chriſtū: vel tā pie ope-
Matth.6.a rata fuerat, vt cū cognouit iuſtitiā ſuā, non facere
corā hominibus, ſed corā patre, qui videt in ab-
ſcondito, & reddet palā. Sed multū eſt alienis in
locis ſimul vniuerſa perſequi hæc, quæ nec teſti-
monij gratia videtur aſſumpta. Sufficiant iſta de
tertio libro Regnorū. Videamus aliqua & ex his
quæ de ſexageſimoſeptimo pſalmo protulimus,
Rom.11.b vbi ait: Æthiopia præueniet manus eius deo. Si
enim intuearis, quomodo ex delicto Iſrael ſit ſa-
lus gentibus, & quod illorū lapſus, introeundi viā
nationib⁹ dedit, aduertes quomodo præuenit &
præcedit Aethiopię manus, hoc eſt, gentiū popu-
lus illos ad deū, quibus primis data ſunt eloquia
Pſal.67.g dei, & in hoc cōpleri: Aethiopia præueniet ma-
Soph.3. nus eius deo, & fit nigra iſta formoſa, etiam ſi no-
B lunt, etiā ſi inuidēt & obtrectāt filiæ Hieruſalem.
Sed & prophetæ teſtimoniū quod poſuimus: vbi
ſuſcepit dñs etiā eos qui veniūt de locis quæ ſunt
vltra flumina Aethiopū, & afferūt hoſtias deo, ſi-
mili ſenſu aduertendū puto. Videtur enim mihi,
quod vltra flumina Aethiopiæ eſſe dicitur ille,
qui nimiis & ſuperabundātibus peccatis infuſca-
tus eſt, & atro malitiæ fuco infectus, niger & te-
nebroſus eſt redditus: & tamē ne hos quidē re-
Pſal.50.d pellit dñs, ſed oēs qui ſacrificia cōtribulati ſpirit⁹
& humiliati cordis offerūt deo, cōfeſſionis ſcili-
cet ac pænitētiæ titulo ad eū cōuerſi, nō repellū-
tur ab eo. Sic eīm pacificus dicit dñs noſter: Ego
Ioan.6.d venientē ad me nō repello. Poteſt aūt & de illis di-
ctū videri, quod vltra flumina Aethiopū poſiti,
venient etiā ipſi ad deū hoſtias deferētes: qui po-
ſteaquā intrauerit oīs plenitudo gentiū, quæ flu-
minibus Aethiopum comparatur: venient e-
tiam ipſi, & tunc omnis Iſrael ſaluabitur, & pro
Rom.11.c eo vltra flumina Aethiopum dicantur, quaſi qui
vlteriores & poſteriores ſint his ſpatiis, in quibus
Soph.3.b currit inundatq; gentiū ſalus. Et ita forte cōpleri
C videtur hoc quod dicit: quia in die illa nō cōfun-
deris oīs Iſrael ex omnibus adinuētionibus tuis,
quibus impie egiſti in me. Supereſt vt illud teſti-
moniū, quod de Hieremia aſſumpſimus, explice-
tur: vbi Abdimelech nihilomin⁹ Aethiops vir eu-
nuchus, cum audiſſet, quia Hieremias in lacū miſ-
ſus eſt a principib⁹ populi, educit eū inde. Et pu-
to inconueniēs nō videri, ſi dicamus quē princi-
Hier.38.a pes Iſrael cōdemnauerūt, & in lacū mortis miſe-
& ſequen. rūt, iſte alienigena & obſcuræ gētis homo & de-
generis, ideſt, populus gentiū educit eum de lacu
mortis, reſurrectionē ſcilicet eius a mortuis cre-
dēs, & fide ſua hūc quē illi in mortē tradiderant,
iſte de infernis reuocat ac reducit. Sed & eunu-
Matth.19.b chus hic Aethiops eſſe dicitur: credo quod ca-
ſtrauerit ſemetipſum propter regnū dei, vel etiā
quod ſemē malitiæ in ſemetipſo nō habebat, ſer-
uus quoq; eſt regis: quia ſeru⁹ ſapiēs imperat ſtul-
Prou.17.a tis dominis. Interpretatur aūt Abdimelech, ſeru⁹
regū. Et ideo dominus relinquēs populum Iſrael D
pro peccatis ſuis, ad Aethiopē verba dirigit, & ad Hier.39.d
ipſum mittit prophetā, & ipſi dicit: Ecce ego ad-
duco verba mea ſuper ciuitatē iſtam in mala, &
nō in bona: & ſaluabo te in die illa, & nō te dabo
in manus hominum, ſed ſaluās ſaluabo te. Salutis
autē cauſa hæc eſt ei, quia eduxit prophetā de la-
cu, ideſt, quod fide ſua qua Chriſtum reſurrexiſſe
credat a mortuis, eduxiſſe eum ex lacu videtur.
Habet ergo plurima teſtimonia fuſca hæc vel ni-
gra & formoſa, in quibus libere agat, & cū fidu-
cia dicat ad filias Hieruſalē: quia fuſca ſum quidē
vel nigra ſicut tabernacula Cedar: formoſa autē
ſicut pelles Salomonis. De pellibus Salomonis
ſcriptū aliquid proprie nō memini. Puto aūt re-
ferri poſſe ad gloriam eius, de qua dicit Saluator:
Quia nec Salomō in omni gloria ſua opertus eſt Matth.6.& Luc.12.d
ſicut vnū horū. Nomē tamen ipſum pelliū in ta- Exod.26.
bernaculo teſtimonij inuenimus frequēter refer- Sec.70.
ri: ſicut cum dicit: Et facies pelles ex caprarū pi-
lis, operimentū ſuper tabernaculū teſtimonij, vn-
decim pelles facies. Lōgitudo pellis vnius trigin-
ta cubitorū: latitudo quattuor cubitorū. Eadem
mēſura erit vndecim pellibus. Et cōiunges quin-
que pelles ſimul, & alias ſex ſimul: & replicabis E
ſextam pellē a fronte tabernaculi, & facies quin-
quaginta anſulas per oram pellis vnius, & quin-
quaginta anſulas per orā pellis alterius, per quas
coniungantur vna ad alterā: & facies circulos æ-
reos quinquagenos, & coniunges ex ipſis pelles,
& erit vnū totū. Et replicabis quod ſupereſt ex
pellibus medietatē pellis vnius a fronte taberna-
culi, & ex alia medietate quod ſupereſt velabis
poſteriora tabernaculi, cubitū hinc & cubitū in-
de: ex eo quod abundat in longitudine pelliū, &
erit opertum tabernaculū ex lateribus hinc &
inde. Puto ergo quod harū pelliū mentio fiat in
Cantico canticorū, & iſtæ dicantur eſſe Salomo-
nis, qui accipitur in pacificū Chriſtū. Ipſius ergo
eſt tabernaculū, & ea quæ ad tabernaculum per-
tinent: & præcipue ſi illud tabernaculū conſide-
remus quod dicitur tabernaculū verum, quod fi-
xit deus & non homo, & quod ait: Non enim in Heb.8.a
manu facta ſancta, intrauit Ieſus exemplaria ve- Heb.9.f
rorum. Si ergo pulchritudinē ſuam ſponſa pelli- F
bus comparat Salomonis: illarū ſine dubio pelliū
gloriā & pulchritudinē dicit, quæ operiunt illud
tabernaculū quod fixit deus, & non homo. Si ve-
ro nigredinē ſuā, quæ exprobrari a filiabus Hie-
ruſalē videtur, pellibus contulit Salomonis, hu-
ius tabernaculi, quod exemplar veri tabernaculi
vocatur, accipiendæ ſunt pelles, quaſi quod & i-
pſæ nigræ ſint quidē, vtpote caprarū pilis textæ:
& tamen vſum ornatumq; exhibeant diuino ta-
bernaculo. Quod autē videtur eſſe perſona vna
quæ loquitur, & pluribus ſe vel tabernaculis Ce-
dar in nigredine, vel Salomonis pellibus compa-
rauit: ita accipiendū eſt, quia vna quidē perſona
videtur eccleſiæ, innumerę tamē ſunt, quę per or-
bem terræ diffuſæ ſunt, atq; immenſæ congrega-
tionis ac multitudinis populorum. Sicut & re- Ioan.14.a
gnum cælorum, vnum quidem dicitur: ſed multę
tamen in eo manſiones memorantur eſſe apud
pa-



A patrem. Poteſt autem & de vnaquaq; anima, quæ
poſt peccata plurima conuertitur ad pænitentiā
dici, quod nigra ſit quidē pro peccatis: formoſa,
propter pænitentiā & fructus pænitentię. Deniq;
& de hac ipſa quæ nūc dicit: nigra ſum & formo-
ſa, quia non in finē in nigredine iſta permanſit,
poſt hæc dicunt de ea ipſa filiæ Hieruſalem: Quæ
eſt iſta quæ aſcendit dealbata, incumbens ſuper
fraternum ſuum? [*Ne videatis me, quoniam infuſcata*
Μὴ βλέψη-τέ με ὅτι ἐγὼ εἰμι μελανω-μένη· ὅτι πα-ρέβλεψέν με ὁ ἥλιος. *ſum ego: quia deſpexit me ſol.*] Infuſcata ſiue denigra-
ta. Si competēter nobis videtur aptata expoſitio,
quā in ſuperioribus, vel de Æthiopiſſa, quę a Mo-
ſe ſuſcepta eſt in coniugiū: vel de regina Saba Æ-
thiopum, quæ ſapientiam Salomonis venit audi-
re, texuimus: merito nūc hæc quæ fuſca vel nigra
eſt & formoſa, ſatisfacere videtur pro negredine,
vel fuſcatione ſua, cauſaſque reddere exprobran-
tibus, quaſi quæ non natura talis, nec ita a condi-
tore creata ſit: ſed ex accidentibus hoc paſſa ſit.
Ex eo, inquit, quia ſol deſpexit me. In quo oſten-
dit nō de nigredine corporis fieri ſermonē: quod
B vtiq; ſol obſcurare & denigrare ſolet, cū reſpicit
magis, quam cum deſpicit. Ita deniq; & apud illā
omnē gentem Aethiopum ferūt: cui iam natura-
lis quædam ineſt ex ſeminis carnalis ſucceſſione
nigredo, quod in illis locis ſol radiis acrioribus
ferueat, & aduſta iam ſemel atque infuſcata cor-
pora, genuini vitij ſucceſſione permaneant. Con-
trarij vero ordinis eſt animę nigredo: nam neque
aſpectu, ſed deſpectu ſolis inuritur: neque naſcen-
do, ſed negligendo cōquiritur: & ideo ſicut igna-
uia aſſumitur, ita & induſtria repellitur & repul-
ſatur. Deniq;, vt ſuperius dixi, hæc ipſa quæ nunc
nigra dicitur eſſe, in fine cantici huius dealbata
memoratur aſcendere, incumbēs ſuper fraternū
ſuum. Effecta eſt ergo nigra, quia deſcendit. Si au-
tem cœperit aſcendere & incumbere ſuper fra-
ternū ſuum, & adhęrere ei, nec omnino ſeparari
ab eo, erit dealbata & cādida: abiectaq; omni ni-
gredine, veri luminis luce circūfuſa radiabit. Di-
cit ergo nūc ad filias Hieruſalē pro nigredine ſua
ſatisfaciens: Non putetis, ô filiæ Hieruſalē, quod
naturalis eſt iſta nigredo, quam videtis in vultu
C meo: ſed ſcitote, quoniā deſpectu ſolis eſt facta.
Sol enim iuſtitiæ, quia me non inuenit recte ſtā-
tē, nec ipſe in me rectos direxit lucis ſuæ radios.
Ego enim ſum populus gentiū, qui prius non aſ-
pexi ad ſolem iuſtitię, nec ſteti ante dominum: &
ideo nec ille me aſpexit, ſed deſpexit: neque aſti-
tit mihi, ſed præteriit. Hoc autē ita eſſe, etiam tu,
qui Iſrael diceris, re ipſa expertus, iam iamq; co-
gnoſces, & dices: Sicut enim me aliquando non
credente, tu aſſumptus es, & miſericordiā conſe-
quutus, & te reſpexit ſol iuſtitiæ: me autē vtpote
in obedientē & incredulū deſpexit & ſpreuit: ita
& nunc, quia tu incredulus & inobediens factus
es, ego ſpero reſpici a ſole iuſtitiæ, & miſericodiā
conſequi. Quod autem mutua nobis ſit ſolis iſta
deſpectio, & ego primo pro inobediētia mea de-
ſpectus ſum, tu vero reſpectus: nunc autē etiā ti-
bi non ſolu deſpectus ſolis, ſed & cæcitas quædā
licet ex parte cōtigerit, teſtē tibi producā magni-
ficū, & cæleſtis ſecreti conſciū Paulū, qui ita di-
cit: Sicut enim vos (de gētibus ſine dubio loquēs) D
aliquādo nō credidiſtis deo, nunc autē miſericor- Rom.11.d
diā conſequuti eſtis propter iſtorū incredulitatē:
ita & iſti nō crediderunt in veſtra miſericordia,
vt ipſi miſericordiā conſequantur. Et item in aliis
dicit: Quia cæcitas ex parte cōtigit in Iſrael, do- Rom.11.e
nec plenitudo gentiū intraret. Hinc ergo eſt in
me quam exprobras iſta nigredo: quia deſpexit
me ſol propter incredulitatem & inobedientiam
meam. Cum vero recte ſtetero ante eum, & non Prou.4.d
fuero obliquus in aliquo, neque declinauero ad
dexteram neq; ad ſiniſtram, ſed fecero rectas ſe-
mitas pedibus meis, contra ſolē iuſtitiæ incedens
in omnibus iuſtificationibus eius ſine querela:
tunc & ipſe rectus me reſpiciet, & nulla erit obli-
quitas, nec erit cauſa vlla deſpectus: & tūc redde-
tur mihi lux mea, & ſplendor meus: intantumq;
propelletur a me, quam nunc exprobratis iſta ni-
gredo, vt etiam lux mundi merear appellari. Sic
ergo ſol iſte quidem viſibilis ea corpora, quibus a
ſummo libramine inſederit, infuſcat & vrit: ea
vero quæ procul ſunt, & ab iſta collibratione lō- E
gius poſita, conſeruat in cādore ſuo: nec omnino
vrit ea, ſed illuminat. Sol vero ſpiritualis, qui eſt Malach.4.a
ſol iuſtitiæ, in cuius pennis ſanitas eſſe dicitur, e-
contrario eos quidem quos recti cordis inuene-
rit, & ad libram ſui ſplendoris conſiſtentes illu-
minat, & omni fulgore circundat: eos autem qui
oblique incedunt cum eo, neceſſario etiam ipſe
oblique non iam reſpicit quam deſpicit: hoc eis
præſtante inconſtantia ſua & inſtabilitate. Quo-
modo enim qui peruerſi ſunt, poſſunt ſuſcipere
quod rectū eſt: velut ſi curuo ligno adhibeas re-
ctiſſimam regulam, videbitur quidem per regulā
argui materiæ prauitas: nō tamē regula eſt quę li-
gno cauſam peruerſitatis impoſuit. Et ideo feſti-
nandū eſt ad vias rectas, & ſtādum in ſemitis vir-
tutum, ne forte ſol iuſtitiæ rectus incedens, ſi nos
obliquos ſtare inueniat & peruerſos, deſpiciat
nos, & efficiamur denigrati. In quantum enim in-
capaces fuerimus lucis eius, intantū tenebris &
nigredini dabimus locū. Hinc enim eſt ipſe ſol, Ioan.1.a
qui & lux vera, illuminans omnē hominē venien- F
tem in hunc mundū, & qui in hoc mūdo erat, &
mundus per ipſum factus eſt. Non enim per iſtud
viſibile lumen, mundus factus eſt, cum & ipſum
portio ſit mundi: ſed per iſtud verum lumē, a quo
lumine ſi nos peruerſi inceſſerimus, deſpici dici-
mur. Et ipſum enim nobis peruerſe incedētibus,
peruerſum quoque incedit: ſicut ſcriptum eſt in
maledictionib⁹ Leuitici. Et ſi inceſſeritis, inquit, Leuit.26.
mecum peruerſi: & nolueritis obedire mihi, ad- Sec.70.
iiciam vobis plagas ſeptem. Et poſt pauca: Et ſi,
inquit, non fueritis emendati, ſed inceſſeritis
mecum peruerſi, incedam & ego vobiſcum per-
uerſus. Siue vt in aliis exemplaribus legimus: Si
inceſſeritis mecum obliqui, incedam & vobiſ-
cum obliquus. Et poſt aliquanta iterum dicit
ad vltimum: Et quoniam ambulauerunt in con-
ſpectu meo obliqui, & ego ambulabo cum
eis in furore obliquus. Hæc aſſumpſimus, ex
quibus probaremus qualiter deſpicere, hoc-
eſt, oblique aſpicere ſol dicatur. Et euidenter

A claruit, quod hos deſpiciat, & cum his oblique
incedat ac peruerſe, qui oblique incedunt cum
eo. Sed & hoc quod admonuit præſens locus, in-
diſcuſſum nõ omittamus: quia ſol duplicis vide-
tur eſſe virtutis, vnius qua illuminat, alterius qua
adurit. Sed pro rebus aut materiis ſubiacentibus,
aut illuminat aliquid luce, aut infuſcat & obdu-
rat aliquid ardore. Secundum hæc ergo fortaſſis
*Exod. 4. c* & induraſſe dicitur deus cor Pharaonis, quod
*& 7. a* ſcilicet talis fuerat materia cordis ipſius, quę prę-
ſentiam ſolis iuſtitiæ, non ea parte qua illuminat,
ſed ea qua adurit & indurat exceperit: propter
hoc ſine dubio, quod & ipſe affligebat Hebræo-
rum vitam in operibus duris, & quod luto & la-
tere conficiebat eos. Et erat vtique cor eius ſecũ-
dum ea quæ cogitabat luteum & limoſum. Et ſi-
cut materiam luti ſol iſte viſibilis ſtringit & indu-
rat: ita ſol iuſtitiæ his iiſdem radiis, quibus illumi-
nat populum Iſrael, Pharaonis cor, cui inerant lu-
teæ cogitationes, pro ipſis motuum ſuorum qua-
B litatibus indurabat. Hæc autem, quod ita ſe ha-
beant, & non communem, vt hominibus vide-
tur, hiſtoriam, famulus dei per ſpiritum ſanctum
ſcribat, oſtenditur etiam inde, quod vbi refert in-
gemuiſſe filios Iſrael, non dicit a luto, neque a la-
tere, neque a paleis ingemuiſſe eos, ſed ab operi-
bus ſuis inquit. Et rurſum: Et aſcendit, inquit, cla-
mor eorum ad deum. Non dixit a luto & latere:
ſed iterum ab operibus ſuis, propter quod & ſub-
*Exod. 2. d* iungit: Quia exaudiuit dominus gemitus ipſorũ:
*Ibidem.* cum vtique non exaudiuit eorum gemitum, qui
non ex operibus ſuis clamant ad dominum. Hæc
quamuis per exceſſum dicta videantur, tamen lo-
corum opportunitate cõmoniti, nequaquã iudi-
cauimus omittenda: maxime cum habeant ali-
quid ſimilitudinis ad hoc quod dicit, hæc quę in-
fuſcata eſt: quia deſpexerit eam ſol. Quod vtique
oſtenditur ibi accidere, vbi peccatorũ cauſa præ-
cedit: & ibi infuſcari vel aduri aliquem ſole, vbi
peccati materia ſubſiſtit. Vbi vero non eſt pecca-
tũ, ſol neque adurere dicitur, neq; infuſcare: ſicut
*Pſal. 120. b* de iuſto refertur in pſalmis. Per diem ſol nõ vret
C te, neq; luna per noctẽ. Vides ergo quia ſanctos,
in quibus peccatorum nulla cauſa eſt, ſol nunquã
adurit. Vt enim diximus, duplicis virtutis eſt ſol:
iuſtos quidẽ illuminat, peccatores vero non illu-
minat, ſed adurit: quoniã & ipſi oderũt lucẽ, quia
*Ioan. 3. c* male agunt. Deniq; ob hoc deus noſter ignis di-
*Deut. 4. d* citur eſſe conſumens: & nihilominus lux, in quo
*1. Ioan. 1. b* tenebræ nõ ſunt: lux ſine dubio iuſtis, & ignis ef-
ficitur peccatoribus, vt conſumat in eis omne qđ
in anima eorum corruptibilitatis, aut fragilitatis
inuenerit. Quod autem in multis ſcripturæ locis,
& ſol & ignis non iſte viſibilis, ſed ille inuiſibilis
& ſpiritualis dicatur: ipſe etiam ſi recenſeas, abũ-
*ὑιοὶ μητρός* danter inuenies. [*Filij matris meæ dimicauerunt in me,*
*μȣ ἐμαχέ-* *poſuerunt me cuſtodem in vineis: vineam meam non cu-*
*σαντο ἐν ἐμοί:* *ſtodiui.*] Adhuc ipſa quæ fuſca quidem pro deli-
*ἔθεντο μεφι-* ctis prioribus: formoſa vero eſt pro fide & cõuer-
*λάκισσαν ἐν* ſatione, etiam hæc dicit: aſſeuerans quod filij ma-
*ἀμπελῶσιν.* tris ſuæ, dimicauerũt non contra eam, ſed in ea:
*ἀμπελῶνα* & poſt hoc bellum quod in ea geſſerunt, conſti-
*ἐμὸν οὐκ*
*ἐφύλαξα.* tuerũt eam vinearum cuſtodem, nõ vnius vineæ,

ſed multarũ. Aſtruit autem hæc eadẽ, quod præ- D
ter illas vineas, quas a filiis matris ſuæ cuſtodire
poſita eſt, habuerit aliam propriam vineam, quã
non cũſtodierit. Hæc eſt propoſiti dramatis fa-
bula. Sed nunc inquiramus, quæ ſit mater ſponſæ
huius, quam hæc allegat: qui ſint etiam filij eius
qui dimicauerunt in ea: & confecto bello tradi-
derint ei vineas, quas cuſtodiret, quaſi quæ non
potuiſſet ſeruare eas, niſi ab illis dimicatum fuiſ-
ſet: illã vero, ſuſcepta aliarum vinearũ cuſtodia,
propriã vineam noluiſſe vel nõ potuiſſe ſeruare.
Ad Galatas Paulus ſcribens ait: Dicite mihi, qui *Gal. 4. e*
ſub lege vultis eſſe, legem non audiſtis? Scriptum
eſt enim: Quoniam Abraham duos habuit filios,
vnum ex ancilla, & vnum de libera. Sed is quidẽ
qui de ancilla, ſecundũ carnẽ natus eſt: qui vero
de libera, ſecundũ repromiſſionẽ, quæ ſunt alle-
gorica. Hæc enim ſunt duo teſtamenta: vnum
quidem in monte Sina in ſeruitutẽ generans, quę
eſt Agar. Sina enim mons eſt in Arabia, qui con- E
fertur huic, quæ nunc eſt Hieruſalẽ, & ſeruit cum
filiis ſuis. Quæ autẽ ſurſum eſt Hieruſalem, libera
eſt, quæ eſt mater omniũ noſtrũ. Hanc ergo Hie-
ruſalẽ cæleſtẽ dicit eſſe Paulus, & ſuam & omniũ
noſtrũ credentiũ matrem. Deniq; addit in poſte-
rioribus, & dicit: Propter quod fratres nõ ſumus
filij ancillæ, ſed liberæ: qua libertate liberauit nos
Chriſtus. Euidenter ergo Paulus pronũtiat, quod
omnis qui per fidẽ a Chriſto conſequitur liberta-
tẽ, filius ſit liberæ: & hanc dicit eſſe ſurſum Hie-
ruſalẽ, quę libera eſt, quę eſt mater omniũ noſtrũ.
Huius ergo matris, & ipſa hęc ſponſa filia eſſe in-
telligitur, in his qui dimicauerũt in ea, & conſti-
tuerunt eam cuſtodẽ vinearũ. Vnde videntur iſti
qui tantã poteſtatẽ habuerint, vt & bellũ gererẽt
in ea, & ordinarent eã vinearũ cuſtodẽ, nõ cuiuſ-
cunq; humilis aut contemnẽdi loci fuiſſe. Poſſu-
mus ergo & apoſtolos Chriſti accipere filios ma-
tris ſpõſæ, hoceſt, Hieruſalẽ filios cęleſtis, qui pu-
gnauerũt prius in iſta quæ ex gentibus cõgrega-
tur. Pugnauerũt aũt vt vincerẽt in ea illos, quos
prius habuit infidelitatis & inobediẽtiæ ſenſus,
& omnẽ elationẽ extollentẽ ſe aduerſus ſcientiã F
Chriſti: ſicut Paulus dicit: Cogitationes deſtruẽ- *2. Cor. 10. b*
tes, & omnẽ altitudinẽ extollẽtẽ ſe aduerſus ſciẽ-
tiã Chriſti. Pugnauerũt ergo nõ aduerſus eã, ſed
in ea, hoceſt, in ſenſibus & corde eius, vt deſtrue-
rent & depellerẽt omnẽ infidelitatẽ, omne vitiũ,
omneſq; doctrinas, quæ ei inter gẽtes poſitæ, fal-
ſis ſophiſtarũ aſſertionibus inoleuerãt. Fuit ergo
apoſtolis Chriſti grande bellũ, donec oẽs ex ea
mendacij turres & muros peruerſę doctrinę ſub-
ruerẽt, donec iniquitatis argumẽta proſternerẽt,
& operãtes hæc atq; ſuccedẽtes in corde eius dę-
mones debellarent. Vbi ergo effugauerunt ab ea
oẽs ſenſus infidelitatis antiquę, nõ eã relinquunt
otioſam: ne forte p otiũ rurſus antiqua ſurrepãt,
& redeãt quæ depulſa ſunt: ſed dãt ei opus quod
agat, & cõſignãt ei cuſtodiã vinearũ. Vineas acci-
piamus ſingula quæcunq; volumina legis ac pro-
phetarũ. Erat eñ vnuſquiſq; eorũ ſicut ager ple-
nus, quem benedixit dñs. Hęc ergo iſti viri fortes *Gen. 27. d*
poſt victoriam belli, ſeruanda ei & cuſtodienda
conſignant.



A cõſignant. Nõ enim relinquũt eã, vt diximus o-
tioſam. Sed & euangeliſtarũ ſcripta, atq; ipſorũ a-
poſtolorũ litteras poſſumus ſimiliter vineas acci-
pere: quas huic, quæ ex gentibus cõgregatur, pro
qua etiã dimicauerũt, cuſtodiẽdas colẽdaſq; tra-
diderũt. Quod vero ait: Quia ſuã propriã vineam
non cuſtodierit: illã poſſumus eruditionẽ dicere,
qua vnuſquiſque exercebatur ante fidẽ, quã ſine
*Philip. 3. b* dubio credens Chriſto, relinquit ac deſerit, & ea
quæ ſibi lucra videbãtur, dicit propter Chiſtũ de-
trimẽta. Sicut & Paulus gloriatꝰ legis obſeruãtias,
& omnẽ Iudaicæ inſtitutionis gloriã fuiſſe ſibi vt
ſtercora, tãtũ vt in Chriſto inueniretur nõ habẽs
ſuã iuſtitiã, quę ex lege eſt, ſed iuſtitiã, quę ex deo
*Ibidem.* eſt. Sicut ergo Paulus accepta Chriſti fide nõ cu-
ſtodiuit vineã ſuã, Iudaicæ ſcilicet traditionis ob-
ſequia: & iccirco fortaſſe non cuſtodiuit: quia cũ
*Hier. 2. d* plãtata eſſet a deo vitis vera, cõuerſa eſt in amari-
tudinẽ vitis alienæ, & erat iã vitis Sadomorũ vi-
B nea eorũ, & palmes eorũ ex Gomorra, & botrus
*Deut. 32. c* amaritudinis in eis, & furor draconũ vinũ eorũ,
& furor aſpidũ inſanabilis: ita & apud gẽtes erãt
plurimæ huiuſmodi doctrinæ, quas poſt illa bel-
la, quibus pro fide & agnitione Chriſti a doctori-
bus dimicatũ eſt, ſuperatas dicit: puto quod om-
nino criminis loco ducatur, ſi cuſtodierit aliquis
huiuſmodi vineas, & agrũ colat vltra venenatis
& noxiis conſitum diſciplinis. Nec mireris ſi his
culpis aliquãdo fuiſſe videatur obnoxia hæc quæ
ex nationũ diſperſione colligitur, & iam Chriſto
ſponſa præparatur. Recordare quomodo prima
mulier ſeducta eſt, & in pręuaricatione facta: quę
*1. Tim. 2. d* non aliter ſalua fieri dicitur, niſi per filiorũ gene-
rationẽ: illorũ duntaxat, qui permanẽt in fide &
charitate cum ſanctitate. Hoc ergo quod de Adã
*Ephe. 5. d* & Eua ſcribitur, ſic aſſeuerat Apoſtolus: Myſte-
rium magnũ eſt in Chriſto & in eccleſia: qui eam
ita dilexit, vt ſemetipſum traderet pro ea, cum eſ-
ſet adhuc impia hæc ipſa: ſicut ipſe dixit: Cum e-
*Rom. 5. a b* nim adhuc ſecundũ tempus impij eſſemus, Chri-
ſtus pro nobis mortuus eſt. Et iterũ: Quia cũ ad-
huc eſſemus infideles, Chriſtus pro nobis mor-
C tuus eſt. Non ergo mirũ eſt, ſi hæc quæ ſeducta &
in præuaricatione facta, & quæ impia ſecundum
tempus fuit & peccatrix, talem dicatur vineã co-
luiſſe eo tempore, cum adhuc impia erat, quam
relinquere debuerit, & nequaquam omnino ſer-
uare. Quod ſi etiã tertiũ explanationis locũ pla-
cet exequi, referamus hæc ad vnãquanq; animã,
quæ conuerſa ad deum, & ad fidẽ veniẽs, patitur
ſine dubio cogitationum pugnas, & obluctatio-
nes dæmonũ, reuocare eã nitentiũ ad prioris vitę
illecebras, vel infidelitatis errorẽ. Sed ne hoc fiat,
neve rurſum dæmonibus in ea tantũ liceat, pro-
ſpexit diuina prouidentia, vt paruulis quibuſque,
& his qui pro ſemetipſis aduerſus aſtutias diabo-
li & dæmonum pugnas dimicare nõ poſſunt, vt-
pote infantes adhuc & lactẽtes in Chriſto, daret
angelos propugnatores & defenſores: qui velut
tutores & procuratores cõſtituti ſunt a deo eo-
rum, qui in infirma ętate poſiti, pro ſemetipſis (vt
diximus) pugnare non poſſunt. Et vt hoc cũ ma-
iori fiducia agant, conceditur eis ſemper videre

faciem patris qui in cælis eſt, & iſtos puto eſſe D
paruulos, quos venire ad ſe Chriſtus iuſſit, & non *Matth. 18. b*
ſiuit prohiberi, & quos ſemper dixit videre faciẽ *Ibidem 19. b*
patris. Nec tibi contrariũ videatur: ſi eos hęc ani-
ma quæ ad deum tendit, matris ſuæ filios appel-
lat. Si enim animarũ mater Hieruſalẽ cæleſtis eſt,
& angeli nihilominus cæleſtes nominãtur, nihil
diſſonans videbitur: ſi hi qui ſimiliter vt ipſa cæ-
leſtes ſunt, ab ea filij matris appellẽtur. Super om-
nia autem congruũ videbitur & conueniens, vt
quibus vnus eſt pater deus, vna ſit & Hieruſalem
mater. Quod vero ait: [*Vineam meam non cuſtodiui:*]
inſtituta illa ac mores & propoſitũ, in quo exer-
cebatur ſecundum veterẽ hominẽ viuens, indi-
care videtur laudabiliter a ſe non eſſe ſeruata: ex
quo autẽ adiutorio angelorũ dimicauit & vicit
eam, penitus a ſe effugauit veterem hominẽ cum
actibus ſuis: conſtitutaque eſt ab eis vinearũ cu- *Eph. 4. c*
ſtos, ſenſuum ſcilicet & dogmatum diuinorũ: ex *Pſal. 103. b*
quibus poſſit vinum bibere, quod lætificet cor e- E
ius. [*Annuntia mihi quem dilexit anima mea: vbi paſcis,* *ἀπάγγειλόν*
*vbi cubas in meridie, ne forte efficiar ſicut adoperta ſuper* *μοι ὃν ἠγάπη-*
*greges ſodalium tuorum.*] Adhuc ſponſa loquitur e- *σεν ἡ ψυχὴ*
tiam hæc, ſed ad ſpõſum, & nõ iam ad filias Hie- *μȣ. ποῦ ποι-*
ruſalem. Igitur ab initio, vbi ait: Oſculetur me, *μαίνεις, πȣ̃*
vſque ad hunc locum, ſuper greges ſodalium: cũ- *κοιτάζεις ἐν*
cta quæ dicta ſunt verba ſunt ſponſæ. Sed primo *μεσημβρίᾳ:*
ſermo eius ad deum factus eſt, ſecundo ad ſpon- *μήποτε γένω-*
ſum, tertio ad adoleſcentulas: inter quas & ſpon- *μαι ὡσεὶ πε-*
ſum media quædam, & vt ſe dramatis huius ſpe- *ριβαλλομένη*
cies habet, quaſi meſochorus effecta: nunc ad i- *ἐπ' ἀγέλαις*
pſum, nunc etiã ad filias Hieruſalem reſpondens, *ἑταίρων σȣ.*
dirigit verba. Hos ergo nunc vltimos ſermones *Pſal. 44. b*
ſuos ad ſponſum facit, requirens ab eo vbi paſcat
in meridie, & vbi collocet gregem, verẽs nedum
requirit eum, incurrat in ea loca, vbi ſodales ſpõ-
ſi locatos per meridiem greges ſeruant: Oſtendi-
tur autem per hæc, quia ſponſus hic etiam paſtor
ſit. In ſuperioribus autem didiceramus eum eſſe
& regẽ, pro eo ſine dubio quod homines regat:
paſtorem vero, pro eo quod oues paſcat: ſpon-
ſum autem pro eo, quod habeat ſponſam, quæ
cum eo regnet: ſecundum quod ſcriptum eſt: A- F
ſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deaurato. Hęc
interim continet dramatis ipſius qui eſt quaſi hi-
ſtoricus ordo. Nunc autẽ requiramus intelligen-
tiam myſticã, & ſi oportet præuenire paululũ ea,
quæ in poſterioribus proferẽda ſunt, quo quis ef-
fectus ſit horũ ſodaliũ pateat, memoremus illud
quod ſcriptum eſt: Quia reginæ ſunt ſexaginta, *Cant. 6. c*
ſed ex his omnibus vna ſit colũba, & vna perfecta
ac particeps regni. Cæteræ vero iam inferiores
ſunt: quæ octoginta appellãtur concubinę. Ado-
leſcẽtulæ vero quarũ numerus nullus eſt, poſt or-
dinẽ concubinarũ ponuntur. Iſtæ autẽ omnes a-
nimarũ earũ differentiæ ſunt, quę in Chriſto cre-
dentes, diuerſis ei affectibus aſſociãtur. Vt (verbi
gratia) dicamus omnẽ eccleſiam per illam figurã
corpus eſſe Chriſti, qua Apoſtolus dicit: in quo *1. Cor. 12.*
corpore diuerſa eſſe membra pronuntiat, & alios
eſſe oculos, & alios manus, alios etiam pedes: &
ſingulos pro operum ſtudiorumque ſuorum me-
ritis, in membra corporis huius aptari. Secun-

A dum hãc ergo ſpeciẽ & hæc intelligẽda ſunt:& a-
lias quidẽ animas putandũ eſt in hoc ſpõſali dra-
mate, quæ magnificentiori affectu ſponſo atque
illuſtriori ſociãtur,apud eum reginarũ loco & af-
fectu haberi: alias quarum inferior ſine dubio in
profectibus & virtutibus honor eſt,concubinarũ
loco duci:& alias adoleſcentularũ, quæ videntur
extra aulam quidẽ poſitæ,non tamẽ extra vrbem
regiã. Poſteriores vero, & poſt omnes quæ ſupra
memoratæ ſunt,eſſe eas animas,quæ oues appel-
lantur. Si vero perſpiciamus attẽtius, adhuc for-
taſſis etiam harũ omniũ inueniemus inferiores a-
lias & vltimas omniũ,illas ſcilicet,quæ in ſodaliũ
eius gregib⁹ numerãtur. Et ipſi enim habere gre-
ges quoſdã dicũtur,in quos nõ vult ſponſa incur-
rere,& ob hoc petit a ſponſo,vt annuntiet ſibi,v-
bi paſcat,vbi meridiẽ faciat:ne forte, inquit,effi-
ciar ſicut adoperta ſuper greges ſodalium tuorũ.
Quæritur ergo, ſodales iſti qui habere quoſdam
greges dicuntur, vtrum ſponſo operã dantes,&
B ſub ipſo velut paſtorũ principe agẽtes,hoc faciãt,
quãdoquidẽ ſodales eius nominãtur: an propriũ
aliquid & ſequeſtratũ habentes,& quod nõ ſit cũ
animo ſponſi:quãdoquidẽ refugit ſponſa, & ve-
retur ne forte incurrat ſodaliũ greges,dum ſpon-
ſum ſuũ requirit. Sed & quod dixit: Ne forte effi-
ciar non adoperta,ſed ſicut adoperta:require, ne
forte innuat per hoc eſſe aliquas ſodalium quaſi
ſponſas,habentes etiã ipſas habitũ ſponſalẽ,& eſ-
1.Cor.11.b ſe adopertas,& ſicut Apoſtolus dicit: Velamen &
poteſtatẽ habẽtes ſuper caput. Et vt manifeſtior
ſermonis huius explanatio fiat,iterum quaſi dra-
matis ordine,quod dicitur,exequamur. Expoſcit
ab ipſo ſponſo ſuo ſpõſa, vt ei locũ ſecreti ſui in-
dicet & quietis:quãdoquidem amoris impatiẽs,
etiã per meridiẽ cupit audire ſponſum:eo præci-
pue tẽpore, quo clarior lux & ſplendor diei per-
fectus & purus eſt, vt aſſiſtat ei oues paſcenti vel
refrigerãti. Et ſtudioſe vult viã diſcere,qua ire ad
eũ debeat,ne forte ſi nõ fuerit edocta itineris hu-
ius anfractus,incurrat greges ſodalium: & videa-
tur ſimilis eſſe alicui illarũ, quæ adopertę veniũt
C ad ſodales eius,nec pudoris curã gerũt, aut verẽ-
tur paſſim diſcurrere,& multis apparere. Ego au-
tẽ quæ a nullo,inquit,alio videri volo,niſi a te ſo-
lo:ſcire deſidero,quo ad te itinere veniã,vt ſecre-
tum ſit,vt nemo ſi medius,vt nullus arbiter pere-
grinus & alienus occurrat. Et forte ob hoc requi-
rit iſta loca,in quibus paſcit ſponſus oues ſuas,&
oſtendit ei verecundiã ſuã,pro qua nõ vult incur-
rere greges ſodaliũ,vt ille ſegreget oues ſuas a ſo-
dalibus,& ſeorſum paſcat, vt non ſolũ ſponſa nõ
videatur ab aliis,ſed & arcanis & ineffabilib⁹ my-
ſteriis ſpõſi ſecretius perfruatur. Nũc ergo videa-
mus per ſingula,& primo quidẽ vide ſi poſſumus
dicere,quod dñs,cuius portio fuit Iacob,& funi-
Pſal.77.g & 134.a Deut.32. Sec.70. culus hæreditatis eius Iſrael,ipſe intelligendus ſit
ſpõſus: Sodales vero eius angeli illi,ad quorũ nu-
merũ cũ diuideret excelſus gentes,& diſpergeret
filios Adam,ſtatuit terminos gentiũ ſecundũ nu-
merum (vt ait) angelorum dei:& iſti ſint fortaſſis
greges ſodalium ſponſi,gentes ſcilicet cũctæ,quę
velut pecora ſub angelis paſtoribus conſtitutæ

ſunt. Grex vero ſponſi illæ dicantur, de quibus i- D
pſa in euangelio veritas dicit: Oues meæ,vocem Ioan.10.c
meã audiũt. Vide enim & obſeruãter intẽde,quo-
niam dixit: oues meæ,quaſi ſint & aliæ oues,quæ
nõ ſint eius:ſicut & ipſe in aliis dicit: Vos nõ eſtis
de ouibus meis:quæ ſingula huic occulto myſte-
rio cõueniẽter videbũtur aptari. Quæ ſi ita ſe ha-
bẽt,cõpetenter ſponſa vniuſcuiuſq;, ſodaliũ gre-
gẽ,ſpõſam eius intelligi voluit, quã adopertã no-
minauit. Sed quoniã certa erat, quod ſuper om-
nes illas ipſa eſſet,non vult ſimilis videri alicui il-
larũ:vtpote quæ ſciret tantũ ſe debere præcellere
illas ſodaliũ ſponſas,quas ſpõſa nominat velut a-
dopertas,quantũ eminentiæ ſponſus ſuus habeat
ad ſodales. Sed & pro hoc adhuc videbitur per-
cunctãdi cauſas habuiſſe: quandoquidẽ boni pa-
ſtoris ſcit eſſe ſtudiũ,vt optima ouibus paſcua re-
quirat,& vt viridãtia atq; opaca quæq; ad requiẽ
nemora meridiani æſtus inueniat. Quod quidẽ
ſodales ſponſi facere neſciũt:nec in eligendis pa-
ſcuis,aut ſcientię tantũ,aut ſolicitudinis gerũt,& E
ob hoc dicit: Annũtia mihi,vbi paſcis, vbi cubile
habes in meridie? cupiẽs tẽpus ſcilicet illud, quo
copioſius mũdo lumẽ infunditur:quo magis me-
rus eſt dies & purior & florulentior eſt lux. Tunc,
inquit,annũtia mihi ô tu,quẽ dilexit anima mea,
vbi paſcis, vbi cubile habes in meridie? ne forte
efficiar,vt adoperta ſup greges ſodaliũ tuorũ. No-
uo nunc nomine ſpõſa appellauit ſpõſum. Sciens
enim ipſum eſſe filiũ charitatis,imo ipſũ eſſe cha-
ritatem,quæ ex deo eſt,quaſi vocabulum ei iſtud
poſuit,quem dilexit anima mea: & tamen nõ di-
xit:quem dilexi,ſed quẽ dilexit anima mea: ſciẽs
nõ qualicunq; dilectione,ſed ex tota anima,& ex
totis viribus, & ex toto corde habendã eſſe dile-
ctionẽ ſponſi. Vbi paſcis,inquit, & vbi cubile ha- Deut.6.a
bes? Puto autẽ quod & propheta de hoc loco quẽ
nũc ſponſa diſcere ab ſponſo deſiderat & audire,
etiã ipſe ſub eodẽ poſitus paſtore dicat: Domin⁹ Pſal.22.
regit me:ſiue vt in aliis legimus: Dñs paſcit me,& רעי
nihil mihi deerit. Et quoniã ſciebat alios paſto-
res,vel ignauia,vel imperitia faciẽte,greges in lo-
cis aridioribus collocare: de hoc optimo paſtore F
dominus dixit: In loco viridi, ibi me collocauit.
Super aquã refectionis educauit me: oſtẽdẽs pa- Ibidem.
ſtorem hunc, non ſolum abundantes aquas oui-
bus ſuis: ſed & ſalubres & puras, & quæ per om-
nia reficiant,prouidere. Sed quoniã ab hoc ſtatu,
quo vt ouis ſub paſtore deguerat,cõuerſus ad ra-
tionabilia,in excelſiora profecit:idq; adeptus eſt
per conuerſionem, ſubiungit & dicit: Animam Ibidem.
meam conuertit: Eduxit me ſuper ſemitas iuſti-
tiæ,propter nomẽ ſuum. Hinc vero quandoqui-
dẽ in hoc profecerat, vt iuſtitiæ incederet vias:
iuſtitia autẽ habet ſine dubio impugnãtem ſe in-
iuſtitiã: & neceſſe eſt eũ qui iuſtitiæ iter incedit,
habere pugnas aduerſantiũ, fide cõuerſus & ſpe,
dicit de eis: Nam & ſi ambulem in medio vm-
bræ mortis, non timebo mala: quoniam tu me-
cum es. Poſt hæc vero quaſi gratiam referens ei
qui ſe paſtoralibus imbuerat diſciplinis: Virga,
inquit, tua & baculus tuus (quibus inſtitutus vi-
deor ad paſtoris officiũ) ipſa me conſolata ſunt.
Hinc



A Hinc vero vbi vidit ſeſe a paſtoralibus paſcuis,ad
rationabiles cibos & myſtica ſecreta trãſlatũ,ad-
dit & ſubdit: Paraſti in cõſpectu meo mẽſam ad-
uerſus eos qui tribulãt me. Impinguaſti in oleo
caput meũ, & calix meus inebriãs quã præclarus
eſt. Et miſericordia tua ſubſequetur me omnibus
diebus vitæ meæ. Vt inhabitẽ in domo dñi in lõ-
gitudine dierum. Illa ergo prima,ideſt paſtoralis
inſtitutio,initiũ eorũ fuit, vt in loco viridi collo-
catus,ſuper aquã refectionis educaretur. Hæc ve-
ro,quæ ſequũtur de ꝓfectibus,ad perfectionẽ re-
quirũtur. Et quoniã de paſcuis & viriditate ꝓpo-
ſuimus,cõueniẽs etiã videtur de euãgeliis confir-
mare quæ dixim⁹. Inueni etiã ibi paſtorẽ hũc bo-
nũ de paſcuis ouiũ diſſerẽtẽ,vbi ad hoc quod pa-
ſtorẽ ſe profitetur,etiã oſtiũ ſe eſſe cõmemorat,&
Ioan.10.b dicit: Ego ſum oſtiũ,per me ſi quis introierit, ſal-
uabitur,& ingredietur & egredietur,& paſcua in-
ueniet. Hũc etiã nunc ſpõſa percũctatur, vt ab eo
audiat & diſcat in quibus paſcuis oues agat,vel in
B quibus amœnitatibus meridianos procuret æſt⁹,
meridiẽ appellãs illa ſcilicet cordis ſecreta, quib⁹
clariorẽ ſcientiæ lucẽ a verbo dei anima cõſequi-
tur. Hoc eñ tẽpus eſt,quo ſol excelſiorẽ circũitus
ſui verticẽ tenet. Siquãdo ergo ſol iuſtitiæ Chri-
ſtus,eccleſiæ ſuæ excelſa, & ardua virtutũ ſuarũ
ſecreta manifeſtat, amœna etiã paſcua cubiliaq;
meridiana videbitur edocere. Nam cũ adhuc ini-
tia habet diſcẽdi,& prima (vt ita dicã) ab eo ſciẽ-
Pſal.45.a tiæ ſuſcipit rudimẽta,tũc dicit propheta. Et adiu-
uabit eã mane diluculo. Nũc ergo,quia perfectio-
ra iã quærit,& excelſiora deſiderat, meridianum
ſciẽtiæ lumẽ expoſcit. Hinc puto & Abrahæ poſt
multas eruditiones, quibus apparẽs ei deus, im-
buit eum de ſingulis & docuit,poſt refertur:quia
Gen.18.a viſus ſit ei deus ad quercũ Mãbre ſedenti ad oſtiũ
tabernaculi ſui meridie: Et reſpiciẽs,inquit,ocu-
lis ſuis vidit, & ecce tres viri ſtabãt ſup eũ. Quod
ſi credimus hæc per ſpiritũ ſanctũ ſcripta, nõ pu-
to fruſtra placuiſſe diuino ſpiritui,vt etiã tempus
& hora viſionis,ſcripturæ paginis mãdaretur,niſi
C & horæ iſtius & tẽporis ratio aliquid cõferret ad
ſcientiã filiis Abrahæ, quibus vtique ſicut opera
Abrahæ faciẽda,ita & viſitationes iſtæ ſperandæ
Rom.13.d ſunt. Qui enim poteſt dicere: Nox præceſſit, dies
autẽ appropinquauit,ſicut in die honeſte ambu-
lemus, non in comeſſationibus & ebrietatibus,
nõ in cubilibus & impudicitiis,non in contẽtio-
ne & æmulatione:& cũ hæc omnia tranſierit, ſu-
pergreſſus videbitur tẽpus hoc,quod nox pręceſ-
ſit,& dies appropinquauit,& feſtinare nõ ad ini-
tiũ diei,ſed ad meridiẽ,vt & ipſe ad gratiam per-
ueniat Abrahę. Si enim lux,quę in ipſo eſt mẽtis,
& puritas cordis clara fuerit & ſplẽdida, iſte me-
ridianum tempus in ſemetipſo habere videbitur:
& per hãc puritatẽ cordis, quaſi in meridie poſi-
Gen.18.a tus,deũ videbit, ſedẽs ad quercũ Mambre, quod
ad viſionẽ interpretatur. Apud viſionẽ ergo ſedet
in meridie,qui vacat ad videndũ deũ. Inde deni-
que nõ dicitur intra tabernaculũ, ſed foris ad o-
ſtium ſedere tabernaculi. Foris etenim eſt extra
corpus poſita mẽs eius,qui longe eſt a corporali-
bus cogitationibus, lõge a carnalibus deſideriis:



& ideo ab his omnibus foris poſitũ viſitat deus. D
Eiuſdẽ quoq; myſterij eſt: quod & Ioſeph & fra- Gen.43.d
tres ſuos cũ ſuſcepiſſet in Ægypto:in meridie eos
paſcit,& in meridie adorãt eum cum muneribus.
Propterea denique puto, & de his quæ Iudæi in
Saluatore commiſerunt,nullum euangeliſtarum
voluiſſe ſcribere, quia meridie hæc geſta ſunt: cũ
vtiq; ſexta hora,non aliud quam meridianũ tem-
pus oſtẽdat:nullus tamẽ meridiẽ nominauit. Sed
Matthæus ita dicit: Ab hora autẽ ſexta tenebræ Matth.27.e
factæ ſunt ſuper omnẽ terram vſq; in horam no-
nam. Lucas vero: Erat iam quaſi hora ſexta,& te-
nebræ factæ ſunt ſuper omnẽ terram, vſq; in ho- Luc.23.f
ram nonam deficiente ſole. Sed & Marcus: Cum Mar.15.e
autem eſſet facta hora ſexta, tenebræ factæ ſunt
ſuper omnẽ terram,vſque in horam nonam. Vn-
de apparet, quia in viſitatione quidẽ Abrahæ, &
in conuiuio patriarcharũ apud Ioſeph nõ indige-
bat,vt tẽpus iſtud ſub nomine ſexti numeri ſigni-
ficaretur,ſed vt meridies diceretur. Volebat eñ E
ſponſa, quæ iam tunc in illis adumbrabatur, di-
ſcere,vbi paſceret ſponſus,& vbi haberet cubile:
& ideo meridiem nominat. Euangeliſtæ vero in
his quæ narrabant, non meridianũ tempus, ſed
horæ ſextæ numerũ requirebant: ad enarrandũ
ſcilicet ſacrificium hoſtiæ eius, quæ oblata eſt in
die paſchæ,pro redemptione hominis, qui in die
ſexta formatus eſt a deo: poſteaquam terra pro-
duxit animam viuentem ſecundum genus, qua-
drupedia,& repentia, & beſtias terræ. Ob hoc i- Gen.1.e
gitur in præſenti loco illuminari ſponſa deſide-
rat pleno ſcientiæ lumine, ne per imperitiam er-
rãs in aliquo,ſimilis efficiatur illis doctorũ ſcho-
lis,quæ non per ipſam dei ſapiẽtiam, ſed per phi-
loſophorum & principum huius mundi exercen-
tur. Hoc enim & Apoſtolus dicere videtur in eo, 1.Cor.2.b
vbi ait: Quia loquimur dei ſapientiam in myſte-
rio abſconditã,quam nemo principũ huius mun-
di cognouit. Et iterũ hæc eadẽ ſignificat,cum di- Ibidem d
cit: Non enim ſpiritũ huius mũdi accepimus, ſed
ſpiritũ qui ex deo eſt,vt ſciamus quę a deo dona-
ta ſunt nobis. Ob hoc ergo requirit ſponſa Chri- F
ſti meridiana cubilia,& plenitudinẽ ſcientiæ po-
ſcit a deo: ne videatur eſſe ſicut vna ex philoſo-
phorũ ſcholis,quæ adoperta nominatur: pro eo
quod plenitudo veritatis apud eos tecta eſt,& a-
doperta. Spõſa autẽ Chriſti dicit: Nos autẽ reue- 2.Cor.3.b
lata facie gloriã dei ſpeculamur. [*Niſi cognoueris te ô bona, ſiue pulchra inter mulieres, egredere tu in veſtigiis gregum, & paſce hœdos tuos in tabernaculis paſtorum.*]
Vnius Chilonis,ſcilicet ex ſeptẽ,quos apud Grę-
cos ſingulares fuiſſe in ſapiẽtia fama cõcelebrat,
hæc inter cætera mirabilis fertur eſſe ſententia,
qua ait: Scito teipſum,vel cognoſce teipſũ. Quod
tamen Salomon, quẽ præceſſiſſe oẽs hos tẽpore
& ſapientia ac rerum ſcientia, in præfatione no-
ſtra docuimus,ad animã quaſi ad mulierẽ ſub cõ-
minatione quadam loquens dicit: Niſi cognoue-
ris temetipſam ô pulchra inter mulieres,& agno-
ueris pulchritudinis tuæ cauſas inde deſcende-
re, quod ad imaginem dei facta es, per quod
ineſt tibi plurimum naturalis decoris: & co-
gnoueris quam pulchra eras ex initio,quamuis &

ἐὰν μὴ γνῷς σαυτὴν ἡ καλὴ ἐν γυναιξὶν ἐξελθεσυ ἐν πτόρναις τῶν ποιμνίων καὶ ποίμανε τὰς ἐρίφυς σου ἐπὶ σκηνώμασι τῶν ποιμένων.

A nunc iã præcellas cæteras mulieres,& pulchra inter eas ſola dicaris:tamẽ niſi cognoueris teipſam quæ ſis: non enim ex cõparatione inferiorũ volo bonã videri pulchritudinẽ tuã, ſed vt tibi ipſi, & decori tuo collata atque exæquata, reſpondeas. Quod niſi feceris,iubeo te exire,& in vltimis gregũ veſtigiis collocari :& iã nõ oues, neq; agnos, ſed hœdos paſcere : illos ſcilicet qui pro prauitate
Matth.25.c & laſciuia a ſiniſtris ſtaturi ſunt regis in iudicio præſidẽtis:& cum tibi introductæ in cubiculũ regiũ oſtenderẽ quæ ſumma ſunt bona : ſi non cognoueris temetipſam,oſtendã tibi etiã quæ ſunt vltima mala,vt ex vtroq; proficias,tam malorum metu,quam bonorũ deſiderio . Si enim neſcieris temetipſam,& ignorãtia tui vixeris, nec ſcientiæ ſtudiũ geſſeris: ſine dubio , nec tabernaculũ propriũ habebis , ſed & per paſtorũ tabernacula diſcurres,&nũc in illius tabernaculis paſtoris paſces hœdos,inquietũ animal,ac vagũ , & peccatis deputatũ. Hec autẽ patieris,donec rebus ipſis & ex-
3.Eſdr.7.b B perimentis intelligas, quantũ mali ſit animã neſcire ſeipſam,neq; pulchritudinẽ ſuam:per quam præcellat cæteras,non virgines,ſed mulieres:illas ſcilicet,quæ corruptionẽ paſſæ ſunt,nec in virginitatis integritate permanſerunt. Hæc ſunt, quæ ſponſus poſt illa omnia quæ locuta fuerat ſpõſa, auſtera quadã cõminatione ſponſæ,animos ad agnitionis ſuæ curã ſuſcitãs, per ordinẽ propoſiti dramatis dicit. Sed nũc conſequẽter,vt cætera ad Chriſtũ hæc & ad eccleſiã referamus:qui ad ſpõſam ſuã,ad animas ſcilicet credentiũ loquẽs,ſummã ſalutis & beatitudinis in ſciẽtię agnitione cõſtituit. Quomodo ergo anima cognoſcat ſemetipſam,nec facile puto,nec breuiter explicari poſſe: tamen pro viribus pauca ex multis aperire tẽtabimus. Videtur ergo mihi duplici modo,agnitionẽ ſui animã capere debere. Quid quidem ſit ipſa,& qualiter moueatur,ideſt,quid in ſubſtãtia, & quid in affectibus habeat : vtputa vt intelligat ſi boni affectus ſit,aut non boni: aut recti propoſiti,aut non recti. Et quidẽ ſi recti ſit, ſi erga omnes virtutes eundẽ tenorẽ habeat, tã in intelligẽ-
C do,quam in agendo: an erga neceſſaria tantũ, & quæ in promptu ſunt: Et vtrũ in eo ſit, vt recipiat profectus , vt augeatur in intellectu rerũ augmẽtoque virtutũ : an in iſto ſtet & reſideat , in quod potuit peruenire,& vtrum erga ſemetipſam tantũmodo vacet excolendã,an aliis prodeſſe & cõferre aliquid vtilitatis ſtudeat , vel in verbo doctrinæ,vel in exẽplis geſtorũ . Si vero cognoſcat ſemetipſam,nõ eſſe boni affectus, neq; recti propoſiti,in hoc ipſo vt intelligat, vtrũ ei ſatis deſit, & procul a via virtutũ ſit : an in ipſo iã poſita ſit
Phil.3.c itinere,& incedere iã conetur,cupiẽs quę in ante ſunt apprehẽdere,& quæ retro ſunt obliuiſci,ſed nondũ appropinquauerit:aut proxima quidẽ ſit, nondũ tamẽ ad perfectionẽ venerit. Sed & in eo opus videtur eſſe animę cognoſcentis ſemetipſã, ſcire ſi hæc ipſa quæ operatur mala , an ex affectu & ſtudio operetur: an fragilitate quadã, & vt ille, ait,quod quaſi nõ vult agens,& quę odit faciens: & rurſus ea quæ bona ſunt affectibus, & recto
Rom.7.c propoſito gerere videatur:verbi gratia,Si iracundiã apud aliquos quidem cohibet, apud aliquos D autẽ effert:an ſemper eam cohibet,& apud nullũ omnino profert. Similiter & triſtitiã,ſi in aliquibus quidẽ negotiis vincit, in aliquibus autẽ recipit:an in omnibus omnino non recipit. Ita & timorẽ,aliaque ſimiliter, quæ virtutibus videntur eſſe cõtraria . Adhuc & iſtud opus eſt animæ cognoſcentis ſe,ſi gloriæ multũ cupida ſit,aut parũ, aut omnino nihil. Quod inde colligit:ſi laudibus multum,aut mediocriter delectetur,aut omnino nihil:& ſi in opprobriis ſatis, aut parũ, aut omnino nihil contriſtetur. Sed & in dando & accipiẽdo cognoſcentis animæ ſemetipſam ſunt quædã indicia , ſi quod tribuit & præbuit ita communicabili affectu,& quaſi cui æquitatem haberi inter homines placeat. An vt ille ait,ex triſtitia,aut neceſſitate:vel certe gratiã,ſiue ab accipientibus,ſiue ab audiẽtibus quærẽs. Sed & in accipiendo anima quę cognoſcit ſemetipſam,obſeruabit vtrũ indifferẽter habeat ea quæ accipit,an velut ſuper aliquo bono gaudeat. Sed & in intellectu penſa- E bit ſemetipſam huiuſmodi anima, vt cognoſcat, an facile moueatur cuiuſcunque veriſimilis iudicio:& ſubripiatur ei arte, vel ſuauitate,vel calliditate ſermonũ:an raro hoc, an nunquam omnino patiatur. Sed ſufficiant hæc in hoc agnitionis genere a nobis dicta. Poſſibile eſt enim volenti horũ ſimilitudinẽ,& alia innumera colligere, quib⁹ cognoſcere ſemetipſam anima probetur: & pulchritudinẽ ſuam,quam ad imaginẽ dei in conditione ſuſcepit , ſi reparare ac reſtituere potuerit, contemplari. Hoc igitur eſt, quod pręſens ſermo Gen.1.d & 5.a ſub ſpecie mulieris animã docet:vt cognoſcat ſemetipſam,& ait: Niſi cognoueris temetipſã, hoceſt,niſi per ſingula,quæ ſupra memorauimus,duxeris ſenſus tuos,& diſcretionẽ ſingulorũ tenueris,quæ agenda ſint,quæ cauenda:quid deſit tibi, & quid abũdet: quid emendandũ ſit, quidve ſeruandũ. Sed ſi volueris indifferẽter agere inter cæteras animas cõmunis vitę hominũ,quas hic mulieres appellat, inter quas tu pulchra es: vtpote quæ iam oſcula verbi dei ſuſceperis,& cubiculi eius arcana perſpexeris : ſi inquã non te cognoue- F ris,ſed indifferẽter , vt cõmune vulgus agere volueris:exi in veſtigiis gregũ, ideſt, eſto in reliquo grege:ſi nihil egregiũ poſt hæc oĩa,quæ in te collata ſunt,agis:neq; temetipſam cognoſcẽs,a conuerſatione gregali ſequeſtraueris : & eris nõ ſolũ in grege,ſed in veſtigiis gregũ. Vltimus enim fiet & nouiſſimus, qui primatus ſuos nõ intellexerit. Et ob hoc,vbi iã ſcientiã neglexerit,neceſſe eſt,vt Ephe.4.c circũferatur omni vẽto doctrinæ ad deceptionẽ errorũ:ita vt modo quidẽ apud illũ paſtorẽ,ideſt, doctorẽ verbi tabernaculũ ponat: nũc vero apud aliũ , & ſic vbique circunferatur: paſcens non oues,quod eſt animal ſimplex,ſed hœdos:laſciuos ſcilicet & inquietos ſenſus , atque ad peccatum deputatos , diuerſis doctoribus excolens ad Ioan.10.b hoc ipſum quæſitis . Et hæc erit pœna culpæ illius animæ, quæ ſeipſam non ſtuduerit agnoſcere, & illum ſolum ſequi paſtorem , qui animam ſuam poſuit pro ouibus ſuis. Hæc eſt vna ſpecies, qua intelligere ſemetipſam anima in affectibus &



A & actibus ſuis debeat. Illa vero alia pars profundior eſt & difficilior,qua iubetur anima , quæ tamen iam in mulieribus pulchra eſt,agnoſcere ſemetipſam. Quod ſi obtinere potuerit, ſperet ſibi bona omnia: ſi minus,ſciat exeundũ ſibi poſt veſtigia gregum, & paſcendum hœdos in tabernaculis paſtorum alienorum a ſe. Videamus ergo & incipiamus pro viribus , etiam huius partis agnitionem diſcutere . Dicit per prophetam ſermo diuinus: Illuminate vobis lumen ſcientiæ:Sed in donis ſpiritualibus, vnum quidem donum maximum eſt : quod per ſpiritũ ſanctum miniſtratur, ſermo ſcientiæ opus illud principale eſt, quod in euangelio ſecundum Matthæum quidem ita di-
Matth.11.d cit:Nemo nouit filium niſi pater: neque patrem quis nouit niſi filius , & cui voluerit filius reuela-
Luc.10.b re. In Luca autẽ ita ait : Nemo ſcit quid ſit filius, niſi pater: & nemo ſcit quid ſit pater,niſi filius,&
Ioan.10.c cui voluerit filius reuelare . Secundum Ioannem vero ita ſcriptum eſt. Sicut agnoſcit me pater, & ego agnoſco patrẽ. In quadrageſimo vero quin-
B to pſalmo dicit: Vacate & cognoſcite, quoniã ego ſum deus. Igitur principale munus ſciẽtiæ eſt cognoſcere trinitatem. Secundo vero in loco cognoſcere creaturam eius : ſecundum eum qui dicebat: Ipſe enim mihi dedit horũ,quæ ſunt ſcientiam veram,ſubſtantiam mundi & virtutem elementorum , initium & finem & medietatẽ temporũ,& reliqua. Inter hæc ergo animæ erit quædam etiam ſui agnitio,per quam ſcire debet quæ ſit eius ſubſtantia , vtrum corporea vel incorporea,& vtrum ſimplex vel ex duobus aut tribus,an vero ex pluribus compoſita. Sed & iuxta quorũdam quæſtiones,vtrum facta, an omnino a nullo ſit facta : Et ſi facta ſit, quomodo ſit facta : Vtrum, vt putant aliqui, in ſemine corporali, etiam ipſius ſubſtantia continetur , & origo eius pariter cum origine corporis traducitur : An perfecta extrinſecus veniens , parato iam & formato inter viſcera muliebria corpore induitur : Et ſi ita ſit, vtrum nuper creata veniat, &
C tunc primum facta cũ corpus videtur eſſe formatum:vt cauſa facturæ eius,animandi corporis neceſſitas extitiſſe credatur : an prius & olim facta, ob aliquam cauſam ad corpus ſumendum venire exiſtimetur, & ſi ex cauſa aliqua in hoc deduci creditur,quę illa ſit cauſa vt agnoſci poſſit,ſcientiæ opus eſt. Sed & illud requiritur: vtrum ſemel tantum corpore induatur,& id poſtmodum depoſitũ vltra non quærat,an cũ ſemel ſuſceptũ depoſuerit,iterum aſſumat:& ſi ſecundo ſumptum ſemper habeat,an aliquando iterũ abiiciat. Et ſi quidem ſecundũ autoritatẽ ſcripturarũ,conſum-
1.Cor.7.f matio immineat mũdi,& corruptibilis ſtatus hic in incorruptibilẽ mutabitur:ambiguũ non videri quod in præſentis vitæ ſtatũ,ſecũdo aut tertio in corpus venire poſſit. Nã ſi recipiatur hoc,neceſſario ſequitur vt huiuſmodi ſucceſſionibus conſequentibus finẽ neſciat mundus , & adhuc cognitionem ſui anima requirat,ſi eſt aliquis ordo,aut ſunt aliqui ſpiritus eiuſdem ſubſtantiæ cum ipſa. Alij vero nõ eiuſdẽ,ſed diuerſi ab ea, ideſt,ſi ſunt & alij ſpiritus rationabiles vt ipſa eſt, & alij carẽtes ratione : Et ſi eadẽ eſt ipſius quæ & angelorũ D ſubſtantia,quoniam rationabile a rationabili nequaquã differre creditur. Aut ſi non eſt quidẽ talis per ſubſtantiã, ſed erit talis per gratiam ſi meruerit:an non poſſit omnino ſimilis effici angelis; niſi hoc naturæ ſuæ qualitas,aut ſimilitudo receperit. Reddi enim poſſe videbitur quod amiſſum eſt:non tamen conferri id quod ex initio conditor non dederit . Sed & hoc adhuc ad cognoſcẽdam ſemetipſam anima requirat, ſi virtus animæ eius accedere poteſt & decedere . An eſt immutabilis:an acquiſita ſemel vltra nõ defluit. Et quid opus eſt plura cõmemorare : quibus ex cauſis ſemetipſam cognoſcat anima: ne forte,ſi neglexerit perfecte ſemetipſam cognoſcere, exire iubeatur in veſtigiis gregum,& paſcere hœdos: & hoc non in proprio tabernaculo , ſed in tabernaculis paſtorum ; cum præſto ſit volenti hæc perſequi, largiſſimas occaſiones ex his quæ ſupra memorauimus ſumere,in quibus ſeſe exercere in ſemone ſcientiæ pro viribus poſſit . Dicantur vero hæc a verbo dei,etiã ad animã,quæ in profectibus qui- E dem poſita eſt,nondũ tamẽ ad ſummũ perfectionis aſcendit . Quæ pro eo quidem quod proficit pulchra dicitur , vt autem peruenire poſſit & ad perfectionẽ, fiat ad eam comminatio neceſſaria. Quod niſi per iſta ſingula quæ ſupra diximus ſemetipſam cognouerit,& vigilanter exercuerit in verbo dei & lege diuina, continget ei de his ſingulis opiniones colligere diuerſorũ , & ſequi homines nihil egregiũ , nihil ex ſpiritu ſancto locutos:hoc eſt enim exire in veſtigiis gregũ , & eorũ doctrinã ſectari,qui & ſi ipſi permanſerint peccatores, nullũ peccantibus remediũ prouidere potuerint. Quos qui ſequitur,hœdos vtiq; qui peccatorũ indiciũ tenẽt,videbitur paſcere,circumiẽs tabernacula paſtorũ,diuerſas ſcilicet ſectas philoſophorũ. Intuere ergo plenius quam terribile eſt, quod ſub hac adumbratur figura. Exi, inquit, tu in veſtigiis gregũ; quaſi ad eam loquitur, quæ intus iam ſit anima,& intra myſteria collocata,pro eo tamẽ quod negligat ſemetipſam cognoſcere, & requirere quæ ſit, & quid vel quomodo agere F debeat,quidve non agere, dicitur ei: Exi tu quaſi quæ ob hãc deſidiæ culpã foras mittat̃ ab eo qui præeſt. Sic ingens animæ periculũ eſt,ſcientiã ſui agnitionemq; negligere. Sed fortaſſe,quia duplicẽ expoſitionẽ dedimus agnitionis ſuę animę, videbitur cuipiã ſecundũ eam quidẽ quæ de moribus & de actibus ſuis diſcutere negligit,& inquirere de profectibus ſuis , aut perſcrutari de vitiis, merito ei dici,exi:per quod videatur,quaſi de interioribus foras propelli. Si vero ſecundũ editionẽ aliã,qua diximus,ꝙ naturã ſubſtãtiamq; ſuam agnoſcere debeat & ſtatũ,vel in quo fuerit,vel in quo erit,graue credetur. Quæ enim facile talis anima inuenietur,ita perfecta,ita prępotẽs,cui horũ omniũ ratio & intelligẽtia pateat? Ad hoc reſpõdebimus,quoniã ſermo,qui habetur in manibus,nõ ad oẽs animas fit,neq; ad adoleſcentulas, quibus hic loquitur ſpõſus, neq; ad cæteras mulieres , neque ad octoginta concubinas, aut ſexaginta reginas: ſed ad illã quæ inter omnes mu-

A lieres ſola pulchra dicitur & perfecta. Vnde apparet ad dilectas quaſq; animas hæc dici: quibus cum gratia multa ſentiendi & intelligendi a deo data ſit, negligunt tamen ſcientiæ partes, & cognoſcendi ſemetipſas, nullũ adhibent ſtudium. *Luc.12.f* *Prou.6.a* His ergo cõminatur ſermo diuinus: quia quibus multum datur, multum ex eis exigitur, & humilis quidem, & venia & miſericordia dignus erit: potentes autẽ potenter cruciabuntur. Si ergo & tu anima quæ pulchrior es & eminẽtior inter cæteras (verbi gratia) doctrinis, negligas temetipſam, & in ignorantia tui maneas: quomodo poterunt, vel hi qui ædificari deſiderant, inſtrui, vel conuinci & argui contradicentes? Digne ergo cum cõminatione quadã ad eã dicitur: Exi tu in veſtigiis gregum, & paſce hœdos tuos in tabernaculis paſtorum. *Leuit.20.& Deut.22.c.d* Poteſt ad hoc trahi, etiã illud quod Moyſes ſcribit: quod ſi qua Iſraelitica mulier adulterauerit, lapidetur. Si vero filia ſacerdotis, ignibus B exuratur. Sic ergo iuſta videbitur eſſe cõminatio in eos qui capaces eſſe poſſunt ad agnitionem & ſcientiam, ſed per deſidiã negligunt. In quos iuſtiſſima indignatio ſponſi eſt: quia ſcit vnius negligentiã cedere ad damna multorũ. *Luc.19.d* Similis enim videbitur huiuſmodi anima, vel illi qui acceptũ denarium abſcondit in terrã, ne lucri aliquid ex eo pecuniæ dominus acquireret: vel illi quẽ occidiſſe dicitur deus, *Gen.38.b* quia malignus erat Onã, vel Her ſcilicet, qui accepta ſemina ſcientiæ naturalis, poſteritati inuidens, profundebat in terrã. Paſtores quoq;, ſicut & ante iam diximus (ſi quidem ad eccleſiã cõminationis hic ſermo ſit) mũdi huius principes accipiendi ſunt: vel illi angeli ſub quorum cura reliquæ gentes habentur, ſiue ſorte in hoc, ſiue ſecretioribus cauſis quibuſdã seductę. Si vero ad vnamquanq; animam cõminatio iſta referatur, quæ ſemetipſam negligit agnoſcere: ſapientes & magiſtri huius ſęculi intelligendi ſunt, docentes ſapientiã huius mũdi, vt in ſumma hoc intelligatur, quia neceſſe eſt animã, eam pręcipue quæ bona & pulchra eſt, ſenſibus & ingenio vigilans, cognoſcere ſemetipſam: & dare operã ad C agnitionẽ ſui per exercitia doctrinæ & ſtudia diuina, ac per hoc agi ſpiritu dei & ſpiritu adoptionis: Aut ſi talis hæc anima ſemetipſam neglexerit, & a diuinis ſtudiis declinauerit, neceſſe eſt eã operam dare ſtudiis mundanis & ſapientię ſæculi, & agi ſpiritu mundi huius iterum in timore. Quod deſignat Apoſtolus, cũ dicit: Nos autẽ nõ ſpiritũ huius mũdi accepimus, ſed ſpiritũ qui eſt ex deo. *1.Cor.2.c* *Rom.8.c* Et iterũ: Nõ accepiſtis eñ iterũ in timore ſpiritũ ſeruitutis, ſed ſpiritũ accepiſtis adoptionis, in quo clamam⁹ abba pater. Hæc interim nobis de pręſenti loco occurrere potuerũt: nunc iã conuertamur ad cõſequẽtia. [*Equitatui meo in curribus Pharaonis, ſimilem te arbitratus ſum proxima mea.*] *τῇ ἵππῳ μου ἐν ἅρμασι φαραώ, ὡμοίωσά σε ἡ πλησίον μου.* Hiſtoricus quidẽ ſenſus hoc videtur oſtẽdere. Sicut, inquit, tunc in Ægypto cũ Pharao perſequẽs populũ Iſrael proceſſit in curribus & equitatu: & meus, hoc eſt domini mei ſponſi equitatus longe præcellebat currus Pharaonis, & præſtãtior erat, vtpote qui illos ſuperauerit, & in mare demerſerit: ita & tu proxima mea ſponſa, pręcellis omnes D mulieres, ſimilis effecta equitatui meo: qui Pharaonis curribus comparatus, potẽtior vtique eſt & magnificentior. Hic interim mihi videtur eſſe ordo ſermonum ipſorum, verborumq; directio. Videamus autem ne forte ſecundum intelligentiam myſticã, animas, quæ ſunt ſub illo ſpirituali Pharaone, & ſub ſpiritualibus nequitiis poſitæ, currus dicat eſſe Pharaonis: & quadrigas eius, quas ipſe agit, & ducit ad perſequendũ populum dei, & ad opprimẽdũ Iſrael. Certũ enim eſt, quia tentationes & tribulationes, quas excitãt dæmones ſanctis, p animas aliquas excitant ad hoc ipſũ aptas & cõuenientes. Quibus tãquã curribus aſcẽſis, exagitãt & impugnant, vel eccleſiã dei, vel ſingulos quoſq; fidelium. De equitatu vero domini, qui ſit eius iſte equitatus, in Exodo quidẽ, vbi ſuperãtur currus Pharaonis & demergũtur in mare, *Ibidem.* nihil legimus ſcriptum: niſi tantum quod dominus currus Pharaonis, & exercitum eius proiecit in mare rubrum. Inuenimus tamen in quarto Regnorũ libro: quod Eliſæus de aduentu hoſtium, E qui cum equitatu & curribus venerãt formidanti puero ſuo dicit: *4.Reg.6.c* Ne timeas, quoniã plures ſunt nobiſcum, quam cum illis. Et orauit, inquit, Eliſæus, & dixit: Domine aperi oculos pueri huius, vt videat. Et aperuit dominus oculos eius, & vidit: Et ecce mons plenus equitibus erat, & currus ignei in circumitu Eliſæi, qui deſcenderant ad eum. Sed & in propheta Habacuc manifeſte, & euidenter legimus de equitatu domini, & quod aſcendat equos ſuos. *Habac.3.b* Sunt ergo ſcripturæ verba hæc: Nunquid in fluminibus iraſceris domine, aut in fluminibus furor tuus, aut in mari rubro impetus tuus? qui aſcendes equos tuos, & equitatus tuus ſalus. Sunt ergo equi domini, quibus aſcendit, & equitatus eius. Quos ego non alios eſſe puto, quàm illas animas, quæ frenum diſciplinæ eius accipiunt, & iugum portant ſuauitatis eius, & quæ ſpiritu dei aguntur, & in hoc eſt eis ſalus. In reuelatione Ioannis legimus, *Apoc.19.b* quod apparuit ei equus, & ſedens ſuper eum quidam fidelis & verus, & cum iuſtitia iudicans, cuius nomen eſt verbum dei. Ait ergo: F Et vidi cælum apertum: & ecce equus albus, & qui ſedebat ſuper eum vocabatur fidelis & verus, & cum iuſtitia iudicans & pugnans: & oculi eius ſicut flamma ignis, & ſuper caput eius diademata multa, habentia nomen ſcriptum, quod nemo nouit niſi ipſe, & adopertus erat veſtimento ſanguine conſperſo, & vocabatur nomen eius verbum dei. Et exercitus eius erat in cælo, & ſequebantur eum in equis albis, induti biſſyno albo puro. Sed opus eſt gratia dei, quæ horum nobis aperiat intellectum, quo poſſimus aduertere: quid iſtæ indicent viſiones, qui ſit equus albus, & quis ſit qui ſedet ſuper eum, cuius nomen eſt verbum dei. Et forte quidem dicet aliquis, album eſſe equum, corpus quod aſſumpſit dominus, & quo ille qui in principio erat apud deum, deus verbum, vel veſtitus vel vectus eſt. Alius autem animam dicet, quam aſſumpſit primogenitus omnis creaturæ, & de qua dicebat: *Ioan.10.d* Poteſtatem habeo ponendi



A ponendi, & poteſtatẽ habeo iterum ſumendi eã. Alius vero vtrunque ſimul, corpus atque animã, quaſi vbi peccatum nõ fuerit, equum dici album putabit. Alius adhuc quarto loco eccleſiã dicet, quæ & corpus eius nominatur, album videri equum: *Ephes.5.f* quaſi non habẽtem maculam aut rugam, quam ſibi ipſe ſanctificauit lauacro aquæ. Secundum hæc autem ſingula etiam illa accipiet quæ ſequuntur, militiam cæli & exercitum verbi dei: & quomodo ſinguli quique eorũ ſequentes verbum dei, equis albis ſedeant, & biſſynis albis induãtur & mundis. Huic ergo equo albo, quo ipſe vehitur, qui verbũ dei appellatur, vel huic equitatui cæleſti, qui eum ſequitur in albis nihilominus equis, comparat & ſimilẽ facit Chriſtus eccleſiam ſuam. In curribus autem Pharaonis, vel ita poſſumus accipere, vt quantum hic domini equitatus equitatum & currus Pharaonis euincit & præcellit: tantum tu quę pulchra es in mulieribus, præcellis & euincis omnes reliquas animas, quæ adhuc iugum Pharaonis portant, & ſeſſores eius patiũtur: vel certe quod equitatus hic meus, qui lauacro aquæ mundatus, purus & candidus B factus eſt, & verbum dei meruit habere ſeſſorem, ex curribus aſſumptus eſt Pharaonis. *1.Tim.1.d* Inde enim omnes veniunt credentes, quia Chriſtus venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere. Hoc ergo modo poteſt explanari verſiculi huius ſenſus. Equitatui meo, qui fuit ante in curribus Pharaonis, & nunc ſequitur me in equis albis, purificatus in lauacro aquæ, ſimilem te arbitror proxima mea. Beatæ ergo ſunt illæ animæ, quæ dorſum ſuum curuauerunt, vt ſuſcipiãt ſeſſorem verbum dei ſuper ſe, & frena eius patiũtur, vt quocunque ipſe voluerit flectat eas, & agat habenis præceptorum ſuorum: quia iam non propria voluntate incedunt, ſed ad omnia ducuntur & reducuntur voluntate ſeſſoris. Et fortaſſis videbitur ſecũdum hoc, quod ex multis animabus congregata eſt eccleſia, & exemplum vitæ accepit a Chriſto: quod nõ tam ab ipſa deitate verbi dei acceperit, quæ vtique ſupereminet eos actus vel affectus, C qui ad exẽplum dari hominibus debeant, ſed illa anima, quę aſſumpta eſt ab eo, in qua fuit ſumma perfectio: illa ſit ad exemplum poſita, & ipſa dicat hic, proxima mea, cuius ſimilitudinẽ habere debeat etiam eccleſia: quæ ex multis congregatur animabus, illis ſcilicet quę prius fuerãt ſub iugo & curribus Pharaonis, & equitatus domini appellantur. Quæ autẽ ex duabus expoſitio conuenire magis propoſito verſiculo videatur, probabis etiam tu qui legis. (*Quam ſpecioſæ factæ ſunt genæ tuæ, tanquam turturis: ceruix tua, ſicut redimicula.*) *Τί ὡραιώθησαν σιαγόνες σου ὡς τρυγόνος; τράχηλός σου ὡς ὁρμίσκοι.* Ordo dramatis, huiuſmodi videtur habere conſequentiam: quod poſtea quã auſteriore vſus eſt comminatione ſponſus ad ſponſam, proteſtatus ei, quod niſi cognoſceret ſemetipſam, exitura eſſet in veſtigiis gregum, & paſceret non oues, ſed hœdos, erubuerit ſuper auſteritate præcepti: ſed & rubor verecundiæ diffuſus in vultu, ſpecioſas effecerit genas ei⁹, & multo quã fuerãt pulchriores. Non ſolũ autẽ genæ, ſed & ceruix eius tã decora ſit reddita, quaſi moniliũ redimiculis ador- D nata. Pulchritudo ergo genarũ, turturibus comparatur: quod per huiuſmodi aues, ſimul honeſtas vultus & alacritas indicetur. Hæc eſt hiſtorici dramatis explanatio. Sed veniamus ad rẽ. *1.Cor.12.b* Paulus apoſtolus ſcribẽs ad eccleſiã Corinthiorũ, ita ait: Corpus autẽ non eſt membrũ vnum, ſed multa: Et ſi dixerit pes, quia nõ ſum manus, non ſum de corpore: non propterea nõ eſt de corpore: Et ſi dixerit auricula, quia non ſum oculus, non ſum de corpore: nõ propterea non eſt de corpore. Si totũ corpus eſt oculus, vbi eſt auditus? Si totum auditus, vbi odoratus? Nunc autẽ deus poſuit vnumquodque membrũ in corpore, ſicut voluit. Et cum plura de hoc diſputaſſet, ad vltimũ dicit: Vos autẽ eſtis corpus Chriſti & mẽbra ex parte. *Ephes.5.d* Et iterũ ad Epheſios ſcribens dicit: Subiecti inuicẽ in timore Chriſti. Mulieres viris ſuis ſubiectæ ſint ſicut domino: quia vir caput eſt mulieris, ſicut & Chriſtus eſt caput eccleſiæ: ipſe Saluator corporis. Sed ſicut eccleſia ſubiecta eſt Chriſto, ita & mulieres viris ſuis in omnibus. Viri diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit eccleſiã ſuam, & ſemetipſum tradidit pro ea, vt eam E ſanctificaret lauacro aquæ in verbo, vt ipſe ſibi præpararet glorioſam eccleſiã, non habentẽ maculã aut rugã, aut aliquid huiuſmodi, ſed vt eſſet ſancta & immaculata. Eſt poſt pauca. Nemo, inquit, enim aliquando carnẽ ſuã odio habuit: ſed nutrit & fouet eam, ſicut & Chriſtus eccleſiam: quia mẽbra ſumus corporis eius, & reliqua. Per hæc ergo edocemur, quomodo ſponſa Chriſti, quę eſt eccleſia, etiã ſit corpus eius & membra. Si ergo audias ſponſi mẽbra nominari, eccleſię mẽbra dici intellige: in quibus ſicut ſunt aliqui, qui dicũtur oculi, pro intelligẽtiæ ſine dubio ac ſciẽtiæ lumine, & alij aures, pro audiendo verbo doctrinæ: alij manus, pro bonis operibus religioſiſſque miniſteriis: ita ſunt alij & qui genæ eius appellentur. Genæ autẽ partes vultus dicuntur, in quibus honeſtas & verecũdia animę agnoſcitur: per quod ſine dubio illi in mẽbris eccleſię declarantur, qui caſtitatis & pudicitię excolunt hone- F ſtatẽ. Pro his ergo ad omne corpus ſponſæ dicitur: Quã ſpecioſæ factæ ſunt genæ tuæ? Et obſerua quia nõ dixit, quã ſpecioſæ ſunt genæ tuæ, ſed quã ſpecioſæ factæ ſunt, vt oſtẽdat prius quidem non eas ita fuiſſe ſpecioſas, ſed poſtea quã ſuſcepit oſcula ſponſi, & ipſe qui loquebatur per prophetas prius affuit, & mũdauit ſibi ipſi eccleſiam ſuã lauacro aquæ, & fecit eam nõ habere maculã aut rugã, & agnitionẽ ſui præſtitit ei: tunc factæ ſunt ſpecioſæ genæ eius. Tũc enim caſtitas & pudicitia, & virginitas, quæ prius nõ fuerat, per eccleſiæ genas ſpecioſo decore diffuſa eſt. Quæ tamen genarũ ſpecies, id eſt, pudicitię & caſtitatis, turturibus cõparatur. Turturũ ferunt huiuſmodi naturã eſſe, vt neq; maſculus pręter vnã feminam adeat aliã: nec femina plus quã vnũ patiatur marẽ: ita vt ſi accidat altero intercepto ſupereſſe alterũ: pariter cũ cõiuge extinctus ſit ei cõcubitus amor. Cõueniẽter ergo ſimilitudo turturis aptatur eccleſiæ, quod vel alterius viri poſt Chriſtum coniugiũ neſciat, vel quod continentiæ & pudi-

A citiæ in ea tanquã turturũ volitet multitudo. Secundũ hanc intelligentiã etiam ceruicem ſponſę accipiamus. Quæ ſine dubio illæ intelligi debent animæ, quæ Chriſti iugũ ſuſcipiunt dicentis: Suſcipite ſuper vos iugum meũ: quia iugũ meũ ſuaue eſt. Obedientia ergo eius, ceruices eius appellantur. Ceruix ergo eius ſpecioſa facta eſt, ſicut redimicula, & merito. Quã enim prius præuaricationis inobedientia turpẽ fecerat, nunc obedientia fidei, ſpecioſam fecit & pulchrã. Ceruix ergo tua ſpecioſa facta eſt, ſicut redimicula. Ad vtrunque enim ſubaudiatur, ſpecioſa facta eſt. Redimicula hic dicit cõſtrictiones, vel cõnexiones moniliũ, quæ in ceruicibus ſedere ſolẽt: ex quibus deducitur & deſcẽdit per omne collũ reliquus ornatus. Ipſi ergo ornamẽto, quod ceruicib⁹ & collo imponi ſolet, ceruicẽ ſponſę cõparauit. Quod dictũ ita aduertimus. Ceruicẽ diximus ſubiectionẽ & obedientiã dici, pro eo quod quaſi iugũ Chriſti ſuſcipiat, & fidei eius obedientiã præbeat. Ornamentũ ergo ceruicis eius, quę eſt obediẽtia, Chriſtus eſt. B Ipſe enim prior factus eſt obediẽs vſque ad mortẽ: Et ſicut per vnius, Adæ ſcilicet, inobedientiã, peccatores cõſtituti ſunt multi: ita & per vnius obedientiã, Chriſti duntaxat, iuſti conſtituẽtur multi. Ornamentũ ergo & monile ceruicis eccleſiæ, obediẽtia Chriſti eſt. Sed & ceruix eccleſiæ, id eſt, obedientia eius, ſimilis effecta eſt obediẽtiæ Chriſti, quod eſt monile ceruicis. Magna ergo in hoc laus ſponſæ eſt, magna eccleſiæ gloria, vbi imitatio obedientiæ eius exæquatur obedientiæ Chriſti, quem imitatur eccleſia. Hæc ipſa ſpecies monilis, etiã in Geneſi memoratur a Iuda patriarcha Thamar nurui ſuæ, quando cum ea quaſi cum meretrice cõcubuit data. Quod nõ omnibus patet myſterium. Intelligitur per hoc quod Chriſtus eccleſiæ, quã ex multorũ dogmatum proſtitutione collegerat, futuræ perfectionis hæc dedit pignora, & iſtud obedientię monile ceruici eius impoſuit. (*Similitudines auri faciemus tibi cum diſtinctionibus argenti, quoadusque rex ſit in recubitu ſuo.*) Supra diximus quod ſpecie dramatis libellus hic ordinatus, perſonarum immutatione contexitur: & nũc ergo videntur hæc amici vel ſodales ſponſi ad ſpõſam locuti, qui ſecũdum intelligentiã myſticã, & vt ſupra iam diximus, aut angeli, vel etiã prophetæ, aut patriarchæ poſſunt C intelligi. Non enim tunc ſolũ cum poſt baptiſmũ Ioãnis in deſerto tẽtatus eſt a diabolo dominus, acceſſerunt angeli & miniſtrauerunt ei, ſed ante aduentũ pręſentię corporalis miniſtrauerũt ſemper. Nã & lex diſpoſita in manu per angelos dicitur mediatoris. Et ad Hebræos ſcribẽs Apoſtolus dicit: Si enim qui per angelos habitus eſt, ſermo factus eſt firmus. Ipſi ergo erãt velut auctores & procuratores, appoſiti paruulæ ſpõſæ cum pędagogo, lege: donec plenitudo temporũ veniret, & mitteret deus filiũ ſuum, natum ex muliere, factũ ſub lege, & adduceret eã ſub auctoribus & procuratoribus & pædagogo, lege: vt ipſius verbi dei oſcula, doctrinã ſcilicet verbaq; ſuſciperet. Antequã ergo tẽpus horum adeſſet, in multis angelorũ miniſterio excolebatur ſponſa, qui apparebãt tunc hominibus, & loquebãtur ea, quæ res D poſcebat & tẽpus. Non enim tu mihi ex aduẽtu Saluatoris in carne ſponſam dici, aut eccleſiã putes: ſed ab initio humani generis, & ab ipſa conſtitutione mũdi: imo vt Paulus docet, altius myſterij huius originẽ repetã, ante etiã conſtitutionẽ mundi. Sic enim dicit ipſe: Sicut elegit nos in Chriſto ante cõſtitutionẽ mundi, vt eſſemus ſancti & immaculati corã ipſo in charitate. prędeſtinãs nos in adoptionẽ filiorum. Sed & in pſalmis ſcribitur: Memento cõgregationis tuæ dominæ, quã congregaſti ab initio. Prima etenim fundamẽta cõgregationis eccleſię, ſtatim ab initio ſunt poſita. Vnde & Apoſtolus dicit ędificari eccleſiã, non ſolũ ſuper apoſtolorũ fundamentũ, ſed etiã prophetarũ. Inter prophetas autẽ numeratur & Adã: quia magnũ myſteriũ prophetauit in Chriſto & in eccleſia, dicẽs: Propter hoc relinquet homo patrẽ ſuum, & matrẽ ſuam, & adhęrebit vxori ſuæ, & erũt ambo in carne vna. Euidẽter enim de his dictis eius, dicit Apoſtolus: Quia myſteriũ hoc magnũ ſit. Ego autẽ dico in Chriſto & in eccleſia. E Sed & idẽ Apoſtolus cum dicit: Sic enim eccleſiam dilexit, vt ſemetipſum traderet pro ea, ſanctificãs lauacro aquæ, non vtiq; oſtendit eam prius nõ fuiſſe: quomodo enim dilexiſſet eã, quæ nõ erat? Sed eam ſine dubio dilexit, quę erat. Erat autẽ in omnibus ſanctis, qui ab initio ſæculi fuerunt facti. Diligẽs igitur eam, venit ad eã. Et ſicut pueri ſui cõmunicauerunt carni & ſanguini, ſimiliter & ipſe particeps factus eſt eorũdẽ, ac ſemetipſum pro eis tradidit. Ipſi enim erãt eccleſia, quã dilexit, vt eã vel numeroſitate augeret, vel virtutibus excoleret, vel perfectionis charitate de terris trãsferret ad cælũ. Miniſtrauerũt ergo & prophetæ ab initio, miniſtrauerunt & angeli. Quid enim aliud fiebat tunc, cũ apparuerunt tres viri Abrahæ ſedenti ad quercũ Mãbre? Licet illa angelorũ ſpecies plus aliquid quã angelicũ oſtẽderit miniſteriũ: nam Trinitatis ibi myſteriũ prodebatur. Hoc erat & in Exodo: cũ angelus domini dicitur in flãma ignis apparuiſſe Moyſi in rubo. Cõtinuo autẽ in ſubſequẽtibus dominus & deus loqui in angelo ſcribitur, & ipſe deus eſſe Abrahã, & deus Iſaac, & deus Iacob deſignatur. Quod F quidã hæreticorũ legẽtes dixerunt: Deum legis & prophetarum longe inferiorem eſſe, quam Ieſum Chriſtũ & ſpiritum ſanctũ, & cousq; impietatẽ ſuã pertenderunt, vt plenitudinem quidẽ in Chriſto ponãt & in ſpiritu ſancto: imperfectionẽ vero & infirmitatem in deo legis. Sed hæc alias. Nunc autẽ nobis propoſitũ eſt oſtẽdere, quomodo ſancti angeli, qui ante aduentũ Chriſti, velut paruulæ adhuc ſponſæ tutelam procurabant, ipſi ſint amici & ſodales ſponſi, qui ad eam dicere videãtur: Faciamus tibi ſimilitudines auri cum diſtinctionibus argenti vſquequo rex ſit in recubitu ſuo. Indicãt ergo quod ipſi faciãt ſponſæ, non aurũ (neque enim habebãt tale aurũ, quale dignũ erat offerri ſpõſæ) ſed pro auro ſimilitudines auri ſe facere promittunt. Et non vnam ſimilitudinẽ, ſed multas. Ita etiã dicũt de argẽto, ſed quaſi habentes licet paruã argenti materiam, promittunt ſe ei

Matt. 11. d.
Rom. 5. d
Geneſ. 38.
ὁμοιώματα χρυσίου ποιήσομέν σοι, μέτα στιγμάτων τοῦ ἀργυρίου ἕως οὗ ὁ βασιλεὺς ἐν ἀνακλίσει αὐτοῦ.
Matth. 4. a
Gal. 3. c
Hebr. 2. d
Rom. 11. e
Epheſ. 1. a
Pſal. 73. a
Ephe. 2. & 4.
Gen. 2. d
Epheſ. 5. g
Ibidem a
Gen. 18. a
Exod. 3. a
Ibidem d



A ſe ei facere, non ſimilitudines, ſed diſtinctiones argenti: vtpote quibus non tanta abundaret argenti materia, vt connexum aliquid & ſolidum opus ex eo producere poſſent: ſed diſtinctiones ſolas ac ſigna quædam parua, velut puncta interſererent illi operi, quod ei ex auri ſimilitudine faciebant. Hæc ergo amici ſponſi illi, de quibus ſupra diximus, ſponſæ faciunt ornamẽta. Sed quid in his ſecreti cõtineatur, & quid elocutionis nouitas ipſa parturiat: omnipotẽtis verbi ac ſponſi patrẽ precemur, vt ipſe nobis arcani huius clauſtra patefaciat, quo poſſimus, nõ ſolum ad intelligenda hæc illuminari, verumetiã ad proferenda: ac ſecundũ menſuram eorũ, qui lecturi ſunt, moderationem eloquij ſpiritualis accipere. Auri ſpeciẽ in multis ſæpe oſtendimus figurã tenere inuiſibilis & incorporeæ naturæ. Argentũ vero virtutẽ verbi ac rationis, ſecundum quod & dominus dicit per prophetã: Dedi vobis argentum & aurũ, vos autẽ feciſtis argentea & aurea Baalim: oſtendens per hæc, & dicẽs: quia dedi vobis ſenſum & rationẽ, qua me deum & ſentire poſſetis, B & colere: vos autẽ & ſenſum & rationẽ, quæ in vobis eſt, ad colenda dæmonia tranſtuliſtis. Sed & eloquia domini, eloquia caſta: argentum igne probatum dicitur. Et item in aliis, argentũ ignitum, iuſti lingua memoratur. Cherubim vero aurea dicuntur: quoniam quidẽ plenitudo ſcientiæ dei interpretãtur. Sed & candelabrum in tabernaculo teſtimonij aureum & ſolidũ poni iubebatur: quod mihi videtur formã tenere naturalis legis, in qua lux ſcientiæ habetur. Sed quid opus eſt multa congregare teſtimonia: cum in promptu ſit ſcire volentibus in multis ſcripturæ locis hoc indicari, quod aurum ad ſenſum mẽtemque reuocetur: argentum vero ad verbũ atq; eloquia referatur. Nunc ergo properemus ad contẽplandum, quomodo ſecundũ ea quæ præmiſimus, amici ſponſi dicãt ſe ſimilitudines auri facere ſpõſæ cum diſtinctionibus argẽti. Videtur ergo mihi, quod lex quæ per angelos diſpoſita eſt in manu mediatoris: quãdoquidẽ vmbram habeat futurorum bonorũ, non ipſam imaginẽ rerum: & quęcunque cõtingebant illis qui in lege referuntur, in figura & non in veritate contingebãt. C Iſta omnia ſimilitudines auri fuerunt, non aurum verum: quod ſcilicet aurũ verum in illis, quæ incorporea ſunt & inuiſibilia ac ſpiritualia intelligatur. Similitudo vero auri, in quo non eſt ipſa veritas, ſed vmbra veritatis, iſta corporea & viſibilia accipiantur; verbi gratia: Similitudo auri fuit iſtud tabernaculũ manufactum, de quo dicit Apoſtolus: Nõ enim manufacta iſta introiuit Ieſus exemplaria verorum, ſed in ipſum cælum. Ergo quæ in cælis ſunt inuiſibilia & incorporea, illa ſunt vera: iſta autẽ quæ in terris ſunt viſibilia & corporea, exemplaria verorum dicuntur eſſe, nõ vera. Iſta ergo ſunt, quę ſimilitudines auri appellantur, in quibus eſt & arca teſtamenti, & propitiatorium, & Cherubin, & altare incenſi, & menſa propoſitionis & panes: ſed & velamen, & columbæ ac feræ, & altare holocauſtorũ, & ipſum templũ, atq; omnia quæ in lege ſcripta ſunt. Omnia hęc ſimilitudines erant auri. D Sed & ipſum aurũ viſibile, pro eo quod viſibile erat, non erat aurum verum: ſed ſimilitudo erat illius veri auri inuiſibilis. Iſtas ergo ſimilitudines auri, fecerũt ſpõſæ eccleſiæ ſponſi amici: angeli videlicet & prophetæ, qui miniſtrauerunt in lege cæteriſq; myſteriis. Hęc opinor & Paulus intelligens dicebat: In religione angelorum, in his quæ videt fruſtra inflatus ſenſu carnis ſuæ. Omnis ergo Iudaicus cultus & religio, ſimilitudines ſunt auri. Cum autẽ cõuerſus fuerit quis ad dominum, & ablatum fuerit ab eo velamen: tunc videbit aurũ verum; cuius auri antequam adeſſet & cognoſcẽdum ſe præberet, ſimilitudines fecerunt ſponſæ amici eius, vt ex illis ſimilitudinibus, cõmonita & prouocata, veri auri deſiderium caperet. Hoc enim factum indicat Paulus, cum dicit: Hæc autẽ in figura contingebãt illis. Scripta autẽ ſunt propter nos, in quos finis ſæculorum deuenit. Sed finem, quem dicit Paulus, nõ intelligas corporalem. Finis enim corporalis multos inueniet, pro quibus non ſunt ſcripta hæc: Neq; enim huiuſmodi de E his recipient intellectum: ſed finẽ ſæculorũ, perfectionẽ rerum intellige, quæ vtique Paulo & ſimilibus eius adueniſſe, & propter ipſos ſcripta hæc eſſe dicũtur. Sed hęc in exceſſu diximus, volentes oſtendere, quomodo amici ſponſi dicant ad ſpõſam facere ſe ei ſimilitudines auri cum diſtinctionibus argenti; per ea ſcilicet quæ in lege & prophetis per figuras, & imagines, & ſimilitudines, & parabolas ſcripta tradiderunt. Sunt tamẽ in his & paruæ quædã diſtinctiones argenti, indicia ſcilicet ſenſus ſpiritualis verbi & interpretationis rationabilis, licet & valde rara & exigua. Ante aduentũ nãque domini vix ſicubi prophetarũ aliquis parum quid occulti ſermonis aperuit: verbi gratia, vt Eſaias cũ dicit: Vinea domini ſabaoth, domus Iſrael eſt, & dom⁹ Iuda nouella dilecta. Et iterum alibi: Aquę multæ, gentes multæ ſunt. Et Ezechiel nominans duas ſorores, Oollam & Oolibam, aliam Samariam diſtinguit eſſe, & aliã Iudęam: & ſicubi talia quędã ipſi prophetis interpretantibus aperiãtur, iſtę diſtinctiones argẽti dicuntur. Vbi vero Saluator & dominus noſter Ieſus Chriſt⁹ aduenit, nota faciẽs omnia F verbo virtutis ſuæ, in paſſione eius indicium datum eſt: quod ea quæ in abſconditis tegebantur & arcana erant, in lucẽ proferrẽtur, & ad manifeſtationẽ venirent: per hoc quod velum templi, quo ſancta ſanctorum & arcana velabantur, ſciſſum eſt de ſurſum eius vſque deorſum: palam fore denuntiãs omnibus, quod intrinſecus videbatur obtectũ. Sic ergo illud quod per angelos & prophetas miniſtratũ eſt, ſimilitudo auri fuit cũ diſtinctionibus paruis & exiguis argẽti. Hæc autem quæ per ipſum dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtum tradita ſunt, in auro vero & argento ſolido collocata ſunt. Hęc enim quę per amicos ſponſi facta eſt ſimilitudo auri cum diſtinctionibus argenti, non in ſempiternũ mãſura promittitur: ſed tempus ei ſtatuitur ab illis ipſis dicẽtibus: vſquequo rex ſit in recubitu ſuo. Cum enim recubans dormierit, vt leo & vt catulus leonis, & poſt hęc

Oſee 2. c
Pſal. 11. b
Prou. 10. c
Exod. 25. & 37.
Gal. 3. c
Hebr. 9. f
Ibidem.
Coloſ. 2. e
1. Cor. 10. e
Eſa 5. b
Apoc. 17. d
Ezech. 23. a
Matth. 27. f

A ſuſcitauerit eum pater, & reſurrexerit e mortuis,
ſi qui fuerint conformes reſurrectionis eius, iam
non in ſimilitudine auri: id eſt, non in rerum cor-
poraliũ cultu manebunt, ſed aurum verũ ab ipſis
percipient: credentes & ſperãtes, non ea quæ vi-
dentur, ſed quæ non videntur: nec quæ in terris
2.Cor.5.c ſunt, ſed quæ in cælis, vbi Chriſtus eſt in dextera
dei ſedẽs, & dicent: Quia & ſi cognouimus Chri-
ſtum aliquando ſecũdum carnẽ, ſed nunc iam nõ
nouimus. Non ergo iam diſtinctionibus paruis
argenti, ſed in latitudinem diffuſo vtentur argẽ-
to. Audient enim, quia in illa auri ſimilitudine,
petra, quæ ſequi dicitur, & potũ populo præbere
Exod.14.15. Chriſtus eſt, & mare baptiſmus eſt, & nubes ſpi-
& 12. ritus ſanctus eſt, & manna verbũ dei eſt, & agnus
paſchæ Saluator eſt: & ſanguis agni, paſſio Chri-
ſti eſt: & velum quod eſt in ſanctis ſanctorũ, quo
diuina illa & arcana tegebãtur, caro eius eſt, alia-
que innumera, ex eius reſurrectione, patebũt: nõ
iam parua vt prius diſtinctione, ſed latiſſima ex-
poſitione patefacta. Adhuc autem vt clarius fiat
quod dicit: vſquequo rex ſit in recubitu ſuo, etiã
B de ſecunda Balaam prophetia, quę de Chriſto ita
cõtinet, proferemus. Orietur, inquit, ſtella ex Ia-
Num.24.c cob: & exiet homo de ſemine eius, & dominabi-
Sec.70. tur gentibus multis. Exaltabitur Gog regnum e-
ius, & creſcet regnum eius. Deus educet eum ex
Ægypto, ſicut gloria vnicornis, & comedet gen-
tes inimicorũ ſuorum, & craſſitudines eorum e-
Gen.49. medullabit, & iaculis ſuis ſagittabit eos. Recum-
bens, vt leo requieſcet, & ſicut catulus leonis.
Quis ſuſcitabit eum? Cõſidera ergo & ex his di-
ligẽtius, & vide quomodo omnis ſimilitudo auri
vſq; ad extremum tẽpus, ad recubitum regis ſci-
licet ſtare memoratur. Poſt hæc ergo exaltabitur
Gog, id eſt, ſuper tecta regnum eius, cum videli-
cet de terris ad cæleſtia fuerit tecta tranſlatũ. Sed
de his plenius, prout dominus dedit, in Numero-
rum libro proſecuti ſumus. Requiramus ſane ſi e-
tiã ſanctis patribus ipſis & prophetis, qui mini-
ſtrauerunt verbum ante aduentũ domini noſtri
Ieſu Chriſti, perfectionis huius veriq; auri gratia
data ſit, an tantum futura hæc intellexerint & in
ſpiritu ventura præuiderint: atque ob hoc ſolum
Ioan.8.g dixerit dominus de Abrahã: Quia deſiderauerit
videre diẽ eius, & viderit & lætatus ſit: quod ſci-
C licet in ſpiritu futura præuiderit: & magis fortaſ-
ſe hoc ita eſſe, etiam ille ſermo cõfirmet, qui ait:
Luc.10.d Multi iuſti deſiderauerunt videre quæ videtis, &
nõ viderunt: & audire quæ auditis, & non audie-
runt. Quamuis nec illis potuerit defuiſſe perfe-
ctio veniens ex fide. Quæ enim nos facta credi-
mus, hæc illi maiore cũ expectatione futura cre-
debant. Sicut ergo ex aduentu Chriſti, credẽtes
præteritorũ fides, ita & illos futurorum ad ſum-
mã perfectionis adduxit. Quod ſi ad vnamquan-
Gal.4.a que animam referatur expoſitio: videbitur quod
donec paruula eſt adhuc anima & imperfecta, &
ſub tutoribus & procuratoribus poſita, ſiue do-
Matth.18.b ctoribus eccleſiæ, ſiue angelis, qui paruulorũ cu-
ſtodes eſſe dicũtur, & videre ſemper faciẽ patris,
qui in cęlis eſt, ſimilitudines auri fiunt ei: cum nõ
ſolidis & fortibus alitur verbi dei cibis, ſed ſimi-

litudinibus imbuitur: velut ſi dicamus parabolis D
& exemplis docetur, pro quibus & ipſe Chriſtus Luc.2.b
dicitur ætate creſcere & ſapientia & gratia apud
deũ & homines. In illis ergo ſimilitudinibus im-
buitur, & fiunt ei paruulæ diſtinctiones argenti.
Aperiũtur enim interdum, & his qui imbuuntur
parua aliqua & rara de ſecretioribus myſteriis, vt
deſideriũ concipiãt maiorũ. Neque enim deſide-
rari quid poteſt, ſi penitus ignoretur: & ideo inci-
pientibus & primis in eruditionibus poſitis, ſicut
non ſunt ad ſubitũ cuncta pandẽda: ita neq; pe-
nitus abſcõdenda ſunt ſpiritualia myſteria, ſed vt
ait ſermo diuinus, faciendę ſunt eis diſtinctiones
argenti: & ſcintillæ quædã ſpiritualis intelligen-
tiæ animis eorũ initiãdæ ſunt; vt guſtum quodã-
modo deſiderandæ dulcedinis ſumant: ne vt di-
ximus ſi penitus ignoretur, nec omnino deſide-
retur. Verũ quod paruulã nominamus animã, ne-
mo ita accipiat, quaſi ſecundũ ſubſtantiã paruula
dicatur: ſed ſi cui deeſt eruditio, & in qua eſt exi-
guus intellectus ac minima peritia, hanc paruulã
dicimus animã. Igitur hæc fieri conuenit, vſque-
quo rex ſit in recubitu ſuo, id eſt, vſquequo in id E
proficiat huiuſmodi anima, vt capiat regẽ, & ha-
beat recumbẽtẽ in ſemetipſa. Sic enim dicit hic
rex: Quia habitabo in eis, & inambulabo in eis: Leuit.26.b
profecto qui tantã verbo dei, cordis ſui latitudi-
nẽ præbẽt, vt etiã in eis deambulare dicatur, ſpa-
tiis ſcilicet amplioribus intelligẽtię agnitioniſq;
diffuſioris. Ita ergo & recubare dicitur in anima
illa ſine dubio, de qua ipſe domin⁹ dicit per pro-
phetã: Super quẽ requieſcam, niſi ſuper humilem Eſa.66.a
& quietum & trementẽ ſermones meos? Habitat
ergo rex iſte, qui eſt ſermo dei, in illa anima, quæ
iam ad perfectum venerit recubitum ſuum; ſi ta-
mẽ non ſit in ea aliquod vitium, ſed plena ſit ſan-
ctitate, plena pietate, fide, charitate, pace, omni-
buſq; virtutibus. Tunc enim delectat in ea recu-
bare regẽ & habere recubitũ. Ad hanc enim ani-
mã dominus dicebat: Quia ego & pater meus ve- Ioan.14.c
niemus, & cœnabimus cum eo, & mãſionem fa-
ciemus apud eum. Vbi ergo cœnat Chriſtus cum
patre, & vbi manſionem facit, quidni recum-
bit? Beata illius latitudo animæ, beata ſtrata illius
mentis, vbi pater & filius, vt nõ dubito, vna cum
ſpiritu ſancto recumbit, cœnat & mãſionẽ facit. F
Quibus putas opibus, quibus copiis tales conui-
uę paſcuntur? Pax vbi primus cibus eſt, humilitas
ſimul apponitur ac patiẽtia, mãſuetudo quoque
& lenitas, & quod ſummæ ei ſuauitatis eſt, puri-
tas cordis. Charitas autẽ in hoc conuiuio princi-
palẽ obtinet locum. Tali ergo modo, etiã tertia
expoſitione, ad vnamquanq; animã referri poſſe
videbitur quod ait: Similitudines auri faciemus
tibi cum diſtinctionibus argenti, quoaduſq; rex
ſit in recubitu ſuo. (*Nardus mea dedit odorem ſuum,* Νάρδος μου
*ſiue odorem eius.*) In ſpecie dramatis videtur hoc o- ἔδωκεν ὀσ-
ſtẽdi, quod poſt hæc verba ingreſſa ſit ſponſa ad μὴν αὐτοῦ.
ſponſum, & vnguentis ſuis vnxerit eum: ac miro
quodã genere, quaſi nardus, quæ prius odorẽ nõ
dederat, cum eſſet apud ſpõſam, tunc dederit o-
dorẽ ſuũ, cum corpus contigit ſpõſi; vt non tam
ille ex nardo odorẽ, quã nardus ex ipſo ſumpſiſſe
videatur.



A videatur. Si vero ſecundũ hanc differentiã, quæ
in aliis inuenitur exẽplaribus, legimus: Nardus
mea dedit odorem eius: inuenitur adhuc aliquid
diuinius, vt videatur vnguentum hoc nardi, quo
vnctus eſt ſponſus, nõ tantũ ſuum, qui nardo in-
eſſe naturaliter ſolet, ſed ipſius ſponſi odorẽ ce-
perit, & ipſius odorẽ ad ſpõſam reportauerit nar-
dus: vt in eo quo vnxit eum, odorẽ ſponſi per ip-
ſius vnguẽti munus acceperit, & hoc ſit quod di-
cere videatur: Nardus mea qua vnxi ſpõſum, re-
greſſa ad me, odorẽ mihi detulit ſponſi, & velut
ſuperato naturali ſuo odore, præ fragrantia ſpõ-
ſi ipſius mihi detulit ſuauitatẽ. Hæc habet hiſto-
rici dramatis explanatio. Sed veniamus iam nũc
ad intelligentiã ſpiritualem. Ponamus hic ſpon-
ſam eccleſiã, in perſonam Mariæ, quæ decenter
Mar.14.& vtique dicitur afferre librã vnguenti nardi piſtici
Ioan.12.a pretioſi, & vngere pedes Ieſu, & detergere capil-
lis ſuis, & recipere quodammodo ac recuperare
per crinẽ capitis ſui ad ſemetipſam vnguentum,
ex qualitate ac virtute corporis eius infectum, &
odorẽ non tam nardi per vnguentum, quã ipſius
B verbi dei ad ſe trahẽtem per capillos, quibus ab-
ſtergebat pedes, & impoſuit capiti ſuo, non tam
nardi quã Chriſti fragrãtiam, & dicere: Quia nar-
dus mea, miſſa in corpus Chriſti, reddit mihi o-
dorẽ eius. Denique vide quomodo hęc ipſa refe-
Ibidem. runtur. Maria, inquit, attulit libram vnguẽti nar-
di piſtici pretioſi, & vnxit pedes Ieſu, & exterſit
capillis capitis ſui. Domus autem, inquit, tota re-
pleta eſt odore vnguenti. Quod vtique indicat,
quia odor doctrinæ, qui procedit de Chriſto, &
ſancti ſpiritus fragrãtia, repleuit omnem mundi
huius domũ ac totius eccleſiæ domum. Vel certe
repleuit omnẽ domum animæ illius, quæ odoris
Chriſti ſuſcepit participium: offerẽs primo fidei
ſuæ munus, velut vnguentũ nardi, & recipiens ex
hoc gratiam ſpiritus ſancti, & ſpiritualis doctri-
næ fragrantiã. Quid ergo intereſt, vtrum in Can-
tico canticorũ ſponſa perungat vnguento ſpon-
ſum: an in euangelio diſcipula magiſtrũ, & Maria
Chriſtum: ſperãs, vt diximus, redire ad ſe ex hoc
vnguento odorem verbi, & fragrantiã Chriſti, vt
1.Cor.2.d eoipſo dicat: Chriſti bonus odor ſumus deo. Et
C quoniã plenum fide fuit iſtud vnguẽtum, & pre-
tioſi effectus, ob hoc & Ieſus teſtimonium red-
didit ei, dicens: Bonũ opus operata eſt in me. Sic
Matth.26.& ergo rurſus in Cantico canticorũ, poſt aliquanta
Marc.14.a amplectitur emiſſiones ſpõſæ: ſicut hic opus Ma-
riæ, ait enim: Emiſſiones tuæ paradiſus cum fru-
ctu pomorum. Cyperus cum nardis. Nardus cum
crocis. Amplectitur ergo & in his emiſſiones ac
munera ſponſæ. Obſeruauimus ſane quod in his
quæ nunc memorauimus pluraliter primo, poſt-
modũ ſingulariter nardũ poſuit; quod puto ſecũ-
dum illam rationẽ dictũ: quia negotiator regni
cælorũ, plures primo margaritas negotiatur, vſ-
quequo ad vnam perueniat pretioſam. Et forte
Matth.13.f quod dixit: Emiſſiones tuę paradiſus cum fructi-
bus pomorũ, illos indicat fructus cũ nardis pluri-
mis, quos afferimus ex inſtitutionibus & doctri-
na prophetica. Ex doctrina vero ipſius domini
noſtri Ieſu Chriſti, emiſſiones noſtræ & munera,

non plures habẽt nardos, ſed vnam. Sed nunc re- D
deamus ad eam quæ dicit: Nardus mea dedit o-
dorẽ ſuum; & vide ſi poſſumus adhuc etiã hoc in
loco intelligere præſenti: quod ſi quando value-
rimus integre & decenter exponere de deitate
Chriſti, virtutẽque eius ac maieſtatẽ dignis aſſer-
tionibus cõſignare: tũc fortaſſis merito dicet, vel
eccleſia illa vel anima, quę ita manifeſte potuerit Ioan.7.f
gloriã eius exponere: Nardus mea dedit odorem Ibid.6.d
ſuũ. Nec mirum videri debet ſi Chriſtus, quẽad- Pſal.104.b
modũ fons eſt, & flumina aquæ viuæ de eo pro-
cedunt, & quemadmodũ panis eſt, & vitã dat: ita
& nardus eſt, & odorẽ reddit, & vnguentum eſt,
quo qui vncti fuerint, Chriſti fiant, ſicut dicit in
pſalmo: Nolite tãgere Chriſtos meos. Et fortaſſe
ſecundum illud quod dicit Apoſtolus: His qui Heb.5.d
exercitatos habẽt ſenſus ad diſcretionẽ boni vel
mali: ſingulis quibuſque ſenſibus animæ, ſingula
quæque Chriſtus efficitur. Idcirco enim & verũ
lumen dicitur, vt habeãt oculi animę quo illumi-
nentur: idcirco & verbum, vt habeãt aures quod
audiant: idcirco & panis vitæ, vt habeat guſtus a-
nimæ quod deguſtet. Idcirco ergo & vnguẽtum E
vel nardus appellatur, vt habeat odoratus ani-
mæ, fragrantiã verbi: idcirco & palpabilis, & ma-
nu tractabilis, & Verbũ caro factũ dicitur, vt poſ- Ioan.1.b
ſit interioris animæ manus contingere de verbo 1.Ioan.1.a
vitæ. Hæc autẽ omnia vnũ atque idem eſt verbũ
dei; quod per hæc ſingula affectib⁹ orationis cõ-
mutatum, nullũ animæ ſenſum gratiæ ſuæ relin-
quat expertem. (*Alligamentum guttæ fratruelis meus* ἀπόδεσμος
*mihi, in medio vberum meorum manebit, ſiue commorabi-* τῆς στακτῆς
*tur.*) Eiuſdẽ adhuc verba ſunt ſponſæ ad adoleſ- ἀδελφιδός
centulas, vt videtur, loquentis. Prius quidem di- μου ἀνὰ μέ-
xerat, quia nardus ſua dediſſet odorẽ ſponſo, & σον τῶν μα-
quia per vnguentũ quo vnxerat eum, odoris fra- στῶν μου αὐ-
grantiã recepiſſet; nunc autẽ ait: Fraternus meus λισθήσεται.
mihi guttã redolet, & hanc nõ diffuſam, neque vt
libet diſperſam, ſed colligatã & conſtrictam: quo
ſcilicet odor ipſius ſuauitatis denſior reddatur &
vehementior. Et hic, inquit, cum talis ſit, in me-
dio vberũ meorũ demoratur, & cõmanet, & re-
quiẽ ac manſionẽ ſuã facit in loco pectoris mei.
Verũ quod nunc primum cognominauit eũ fra-
ternũ ſuum ſponſa, & nominis huius appellatio- F
ne per totũ pene libelli textum frequẽter vtitur,
dignum puto vt prius requiramus appellationis
ipſius cauſam, & quid vel vnde fraternus dicitur,
exponamus. Fraternus appellatur fratris filius.
Requiramus quis ſit primo frater ſponſæ, cuius
hic filius habeatur: vide ſi poſſumus dicere ſpon-
ſam quidẽ ex gentibus eſſe eccleſiã: fratrem vero
eius, piorẽ populũ: & fratrẽ, vt res indicat, ſenio-
rem. Quia ergo ex illo populo Chriſtus ſecundũ
carnẽ naſcitur, ob hoc ab eccleſia gentiũ, fratris
filius appellatur. Quod ergo ait: Alligamentum Luc.15.
guttæ fraternus meus mihi: corporeæ natiuitatis
eius indicat ſacramentũ. Videtur enim quodam-
modo alligamentũ eſſe & vinculũ quoddã ani-
mæ corpus: quod alligamentũ, gutta in Chriſto
diuinæ virtutis ac ſuauitatis aſtringitur. Si autem
ad vnãquanque animã quæ dicta ſunt referũtur:
alligatura guttæ, dogmatũ continentiæ conſtri-

A ctio, ac diuinarũ ſententiarum nodoſitas intelligitur. Innexæ enim ſibiinuicẽ ſunt fidei rationes, & vinculis veritatis aſtrictæ. Deniq; & lex mundũ dicit eſſe omne vas quod alligatũ eſt: immundũ vero quod ſolutũ fuerit, & nõ ligatum. Cuius rei hęc figura erat, quod Chriſtus, in quo nunquã fuit vlla immunditia peccati, alligamentũ guttæ dicitur. Et ideo anima non debet contingere aliquid diſſolutũ, & quod nõ ſit ratione ſubnixum, & dogmatũ veritate cõſtrictum, ne immũda fiat.

*Leuit. 5. & 15. a*

Qui enim immundũ contigerit, immundus erit ſecundũ legẽ. Continget nanq; eum ſenſus irrationabilis, & alienus a ſapientia dei, & faciet eum immundũ. Vide autẽ ſi forte filium dei in carne guttã dictum, & quaſi breue aliquid & exiguum nominatũ poſſumus accipere, ſicut & Daniel de eo dicit:

*Dan. 2. e*

Lapidem paruum de mõte exciſum ſine manibus, & factũ poſt hæc montẽ magnũ. Vel ſicut in libello duodecim prophetarũ nihilomin⁹ gutta quidẽ futura dicitur, quæ congreget populum. Eſt ergo & in prophetis ita ſcriptũ:

*Mich. 5. e*

Et erit ex gutta populi huius congregatus Iacob. Decebat B enim eum qui veniebat congregare, non ſolum Iacob, ſed & omnes gentes, quæ ſicut propheta dicit:

*Eſa. 40. d*

Reputatæ ſunt tanquã gutta ex ſitula: exinanientẽ ſe diuinitatis forma, effici ipſum vt guttam, & ſic venire ad congregandã guttã gẽtium, & guttam nihilominus reliquiarũ Iacob. Sed & in quadrageſimoquarto pſalmo dicitur ad dilectum, cui etiã ipſe pſalmus aſſcribitur: Myrrha & gutta & caſia a veſtimentis tuis. A veſtimẽtis ergo verbi dei, quæ eſt doctrina ſapiẽtiæ, procedit myrrha mortis duntaxat indicium pro humano genere ſuſceptæ. Gutta, vt ſupra diximus, exinanita diuinitatis forma, ſeruilis formæ ſuſcepta dignatio. Caſia quoq; quoniã id gen⁹ herbæ aquis indeſinẽtibus nutriri dicitur & coaleſcere, redẽptionẽ humani generis per aquas baptiſmi indicat datã. Sic ergo alligaturã guttæ fraternum ſuũ ſpõſa tanquã nuptiali dramate loquẽs, inter mediũ vberum ſuorũ cõmorantem dicit. Vbera, vt ſuperius iam diximus, principale cordis aduerte: in quo eccleſia Chriſtũ, vel anima verbũ dei, deſiderij ſui vinculis alligatũ tenet & aſtrictum. Si C quis enim verbum dei toto affectu in corde ſuo, & toto amore cõſtringit, ipſe ſolus poterit odorem fragrãtiæ eius & ſuauitatis accipere.

*βότρυς τῆς κύπρου ἀδελφιδός μου ἐμοὶ, ἐν ἀμπελῶνι ἐνγαδδί.*

(*Botrus cyperi fraternus meus mihi in vineis Engaddi.*) Quantũ ad literæ ipſius explanationẽ, habet aliquid ambiguum, quod ait: Botrus cyperi fratruelis meus meus mihi: quia & vua florẽs cyperus appellatur, & ſpecies quædã extrinſecus virgulti eſt, quæ cyperus dicitur: ferẽs etiã ipſa floridũ quendã fructũ, in modum florẽtis vuæ prolatũ. Sed videtur magis ad fructũ vitis reſpicere ſermo, quãdoquidẽ vinearũ Engaddi facta eſt memoria. Engaddũ autẽ ager terræ Iudæ eſt: non tãtum vineis, quãtum balſamis florẽs. Hic ergo erit hiſtoricus ſenſus ſponſæ loquẽtis ad adoleſcentulas, vt intelligatur dicẽs: Primo quidẽ nardus mea odorẽ mihi ſponſi mei reddit. Secundo vero alligamẽtum guttæ effectus eſt fraternus meus mihi, demorãs, inter media vbera mea. Tertio botrus cyperi ex

D vineis Engaddi, ſuperãs omne quicquid eſt in odoribus & floribus ſuauitatis: quo ſcilicet audiẽtes hæc adoleſcentulæ, magis ac magis ad charitatẽ ſponſi concitentur & amorem. Idcirco autẽ ſingulatim & per ordinẽ, primo nardum ſuã, deinde guttã, poſt hæc etiã botrũ cyperi nominat, vt per eos gradus, quoſdã profectus doceat charitatis. Sed videamus iã quid ſpiritualis habeat intellectus. Siquidẽ hic qui appellatur botrus, ad fructum vitis referendus eſt: verbum dei accipimus, ſicut ſapientiã & virtutẽ & theſaurum ſciẽtiæ, aliaq; multa, ita & vitẽ veram dici. Sicut ergo his quibus efficitur ſapientia & ſciẽtia, non ad ſubitum, ſed per profectus quoſdam & gradus, pro ſtudiis & intentione ac fide eorũ, qui ei vel in ſapientia, vel in ſciẽtia, vel in virtute participãtur, ſapientes eos & ſciẽtes reddit vigenteſq; virtutibus; ita & in quibus vitis vera efficitur, non eis ad ſummũ maturos botros producit & dulces: nec repente eis efficitur vinum ſuaue & lætificãs cor hominis, ſed primo producit eis ſuauitatẽ tantũmodo odoris in florẽ. Botrus hic florens eſſe memoratur in vineis Engaddi, E vt gratia fragrantiæ ipſius immittatur in initiis animę: vt poſt hęc pati poſſit acerbitatẽ tribulationum & tentationũ, quæ propter verbum dei credẽtibus excitantur: & ita demũ maturitatis eius dulcedinẽ præbet, vſque dum perducat eos ad torcularia, vbi effunditur ſanguis vuæ, ſanguis noui teſtamẽti, qui bibatur in die feſto in ſuperioribus, vbi ſtratũ magnum paratũ eſt. Sic ergo per ſingulos hos profectus graduum incedere oportet eos, qui per ſacramẽtum vitis & botrum cyperi initiati, ad perfectionẽ feruntur, & calicẽ noui tęſtamẽti ab Ieſu ſuſceptum bibere contendunt. Quod ſi cyperus ſui generis arbor accipiẽdus eſt: cuius fructus etiã flos, non tantum odoris ſuauitatẽ, quantum & vim calefaciendi ac fouẽdi dicitur poſſidere: illa ſine dubio accipitur ſponſi virtus, qua incaleſcunt animæ erga fidẽ eius & charitatem, quæ contingebat eos qui dicebant: Nonne cor noſtrum erat ardẽs intra nos, cum adaperiret nobis ſcripturas?

*Luc. 24. c*

עין גדי

Vel certe quoniã de vineis Engaddi botrus hic florens nominatur eſſe: Engaddi autẽ interpretatur oculus tentationis meæ: F ſi quis eſt qui intellectum habere poteſt, quomodo tentatio eſt vita hominis ſuper terrã,

*Iob. 7. a*

& intelligit quomodo quis in deo eripitur a tẽtatione, & q agnoſcit qualitatẽ tentationis ſuæ, ita vt poſſit de ipſo dici: Quia in his omnibus non peccauerit labiis ſuis corã deo: huic botr⁹ cyperi de vineis Engaddi efficitur verbũ dei. Obſeruãdũ tamẽ eſt, quod verba ſpõſæ ita referuntur, vt & nardus & alligamẽtum guttę, & botrus cyperi ipſi ſoli ſint, vtpote quæ in hos iã profectus aſcenderit. Sola enim perfecta anima eſt, quæ ita habet purũ & purgatum odoramentum ſui ſenſus, vt poſſit nardi, & guttæ, & cyperi ex verbo dei procedentis fragrãtiam capere, & gratiam diuini odoris haurire.

## HOMILIA TERTIA.

*ἰδοὺ εἶ καλὴ ἡ πλησίον μου. ἰδοὺ εἶ καλή. ὀφθαλμοί σου περιστεραί.*

Ecce es ſpecioſa proxima mea, ecce es ſpecioſa, oculi tui columbarum.*) Secundo iam ſponſus cum ſpõſa

in verbo



A in verbo colloquioque miſcetur. Et primo quidẽ ſermone inuitauit eam ad hoc, vt cognoſceret ſemetipſam, dicens ei, quod bona quidẽ eſſet inter mulieres: ſed niſi cognoſceret ſemetipſam, certa quæq; pateretur, & quaſi quæ velociter ad agnitionẽ ſui ſenſu intellectuq; cucurrerit, comparat eam equis ſuis vel equitatui, quibus obtinuerit currus Pharaonis. Simul & genas eius pro inſigni verecundia & cõuerſationis pernicitate, turturibus cõparat: ceruicemque eius, ornamentorũ redimiculis. Nunc autẽ iam ſpecioſam profitetur eam, & ſpecioſam: non ſic vt prius in mulieribus tãtum, ſed quaſi proximam ſibi, & adhuc in maiorẽ titulum laudis extollit & affirmat: quia nõ tantum cum proxima eſt, ei ſpecioſa ſit, ſed & ſi contingat ei abſentem eſſe, etiã ſic ſpecioſa ſit. Hoc enim indicatur in eo, quod cũ dixiſſet: Ecce es ſpecioſa proxima mea: addit poſt hæc abſolute & ſine vlla adiunctione: ecce es ſpecioſa. Sed in ſuperioribus non laudauerat viſum eius, credo quia nondum ad intuitum profecerat ſpiritualis intelligentiæ. Nunc ergo ait: Oculi tui columbarum. Grãdis in hoc profectus eius oſtenditur, vt B quæ prius tãtum ſpecioſa in mulieribus dicta eſt, nũc vt proxima ſpecioſa dicatur, ex ipſo ſine dubio ſponſo ſplendorẽ decoris accipiens, vt ſemel ab ipſo ſumpta pulchritudine, etiam ſi accidat ei paululum ſpõſi abſentiam pati, nihilominus pulchra permaneat. Quod autẽ oculi eius cõparantur columbis, ob hoc profecto cõtingit: quia diuinas ſcripturas, nõ iam ſecundum literã, ſed ſecundum ſpiritũ intelligat, & aſpiciat in eis ſpiritualia myſteria. Columba enim indicium eſt ſpiritus ſancti. Spirituali ergo ſenſu intelligere legẽ & prophetas: hoc eſt, oculos columbę habere. Et hic quidẽ columbæ oculi eius appellãtur. In pſalmis vero huiuſmodi anima pennas ſibi dari columbæ deſiderat,

*Pſal. 54. b*
*Pſal. 67. d*

vt volare poſſit in intellectum ſpiritualiũ myſteriorum, & requieſcere in atriis ſapiẽtiæ. Sed & ſi dormire quis poſſit, hoc eſt collocari, & requieſcere in medio ſortium, atque intelligere ſortiũ rationẽ, & cognoſcere diuini iudicij cauſas: nõ ſolum pennę columbæ, quibus in ſpiritualibus intellectibus volet, promittũtur ei: ſed deargentatæ pennæ, id eſt, verbi & rationis C ornamento decoratæ. Scapulę quoq; eius in ſpecie auri fieri dicuntur, vbi cõſtantia fidei, & dogmatum ſtabilitas indicatur perfectorum. Ergo ſi caput eſſe Chriſtus dicitur, nihil puto abſurdum videri, ſi & oculi eorum qui ſecundum interiorẽ hominem ſpiritualiter intelligũt, & ſpiritualiter diiudicãt, ſpiritus ſanctus eſſe dicãtur. Et ob hoc fortaſſis in lege ſicut agnus poſitus eſt,

*Exod. 12.*

per cuius hoſtiã populus purificaretur in paſcha: ita & columbæ poſitæ ſunt, quibus purificatur homo, ingreſſus hunc mundũ. Sed & de eo nunc dicere, & hoſtiarum qualitates diſcutere, longior videtur exceſſus, & propoſito operi minime cõueniens. Hæc autẽ memoraſſe ſufficiat, pro eo quod præſens ſermo cõtinet: Oculi tui columbæ: quaſi diceret, oculi tui ſpirituales ſunt: ſpiritualiter vidẽtes, ſpiritualiter intelligentes. Poteſt adhuc profundiore fortaſſis ſacramento quod dixit: Ecce

D es ſpecioſa proxima mea, intelligi de præſenti ſęculo dictum: quia ſpecioſa quidem ſit & hic eccleſia, cum proxima eſt Chriſto, & cum imitatur Chriſtũ. Quod vero iterauit & dixit: ecce es ſpecioſa, poteſt ad futurum ſæculum pertinere: vbi iam non ſolum imitatione, ſed ipſa ſui perfectione formoſa eſt & ſpecioſa: & ibi dicat eſſe oculos eius columbas, vt duorum oculorum columbæ duæ intelligãtur eſſe, filius dei, & ſpiritus ſanctus. Et ne mireris, ſi columba ſimul dicatur, cũ vterq; ſimiliter aduocatus dicatur, ſicut Ioannes euangeliſta declarat,

*Ioan. 14. b. d. 15. d. & 16. b*

ſpiritum quidem ſanctum dicẽs paracletum, quod eſt aduocatus. Et de Ieſu Chriſto nihilominus in epiſtola ſua dicit:

*1. Ioan. 2. a*

Quia ipſe ſit aduocatus apud patrẽ pro peccatis noſtris. Sed apud Zachariã prophetã duæ oliuæ,

*Zach. 4. a. d*

ad dexterã & ad ſiniſtram cãdelabri poſitæ, vnigenitum nihilominus, & ſpiritum ſanctum deſignare credũtur.

*ἰδοὺ εἶ καλὸς ἀδελφιδός μου, καί γε ὡραῖος. κλίνη ἡμῶν σύσκιος.*

(*Ecce es bonus fraternus meus: & quidem ecce es ſpecioſus, cubile noſtrum vmbroſum.*) Nunc primũ videtur attentius inſpexiſſe ſpõſi ſui pulchritudinem ſponſa, & conſideraſſe illis oculis, qui columbæ eſſe dicti ſunt, decus & ſpeciem verbi dei. Quia re vera nõ poteſt prius perſpici, nec agnoſci quãta ſit in verbo magnificẽtia, E niſi prius oculos quaſi columbæ, id eſt, intelligentiã ſpiritualem accipiat. Cõmune autẽ cubile ſibi quod dicit eſſe cũ ſponſo, corpus hoc mihi videtur indicari animę: in quo adhuc poſita, digna habita ſit aſciſci ad conſortiũ verbi dei. Idq; vmbroſum, vtpote non aridum, ſed fructuoſum memorat, & tanquã dẽſitate boni operis nemoroſum. Sed hæc ſpõſa dicit, anima duntaxat, quæ colũbæ iam oculos habet. Hi vero qui tantummodo credunt ſponſo, non tamen perſpicere potuerunt in verbo dei, quãta ſit pulchritudo, dicunt: Et vidimus eum,

*Eſa. 53. a*

& nõ habebat ſpeciem neq; decorẽ: ſed ſpecies eius indecora & deficiens præ filiis hominũ. Quæ autẽ bene profecit, & ſupergreſſa eſt adoleſcẽtularum & octoginta cõcubinarum, & ſexaginta reginarũ ordinem, iſta anima poteſt dicere: Ecce es

*Cant. 6. c*

decorus fraternus meus, & quidẽ ſpecioſus. Sed & ſi adhuc in corpore poſitus intelligã denſitatẽ ſpiritualium ſenſuum, & intelligentiã ſcripturarum diuinarum tam crebra opacitate contextã, F vt rapidior ęſtus qui multos ſolet adurere, & arefacere fructus eorum, me tamen tenebrare non poſſit, nec vlla vis tentationũ fidei in me germen arefacere: tunc poſſum dicere, quia cubile noſtrũ vmbroſum. Quod autem dicit, cubile noſtrum, quaſi cõmune ſibi cum ſponſo corporis ſui indicãs eſſe locum, ad illam ſimilitudinem dictũ intellige, qua & Paulus dixit:

*1. Cor. 6. d*

Quia corpora noſtra membra Chriſti ſunt. Cum enim dicit, corpora noſtra, quaſi ſponſæ id eſſe corpus oſtẽdit. Cum vero membra Chriſti memorat, eadem corpora etiã ſponſi eſſe corpus indicat. Hæc ergo corpora ſi vmbroſa ſunt, vt ſuperius diximus, bonis dũtaxat operibus referta, & ſpiritualium ſenſuum dẽſitate cumulata, de his talibus dici poteſt:

*Pſal. 120. b*

Per diem ſol nõ vret te, neq; luna per noctem. Iuſtũ nanque tentationis ſol non adurit requieſcẽtem ſub vmbra verbi dei. Iſte enim ſol qui adurit iu-

A ſtũ, non eſt damnabilis: ſed ille magis qui ſe tráſfigurat in angelum lucis. (2.Cor.11.c) Bonus ergo & decorus dicitur fraternus: & quãto magis inſpici potuerit oculis ſpiritualibus, tanto ſpecioſior inuenitur & pulchrior: quia non ſolũ illius ſpecies & pulchritudo mirabilis apparebit: verũ & inſpiciẽti atque intuenti eum, decus ingens & ſpecies formę noua ac mirabilis orietur, ſecundũ illud quod Apoſtolus verbi dei intuẽs pulchritudinẽ dicit: (2.Cor.4.d) Nam & ſi is qui foris eſt homo noſter corrũpitur, ſed qui intus eſt renouatur de die in diẽ. Merito ergo talis hæc anima cõmune habet cubile cum verbo, corpus ſuum. Peruenit enim diuina virtus vſque ad corporis gratiam, cum in eo vel caſtitatis donũ, vel continentiæ, aliorumq; bonorum operum collocat gratiá. Cõſidera ſane, ne forte poſſit etiá illud corpus quod aſſũmpſit Ieſus, cõmune ei cum ſpõſa cubile nominari: quoniã quidem videtur per ipſum eccleſia Chriſto eſſe ſociata, & participium verbi dei capere potuiſſe, ſecundum quod mediator dei & hominũ dicitur, (Rom.5.a, Ephe.2.c. & 3.c) & ſecundum quod Apoſtolus dicit: Quoniam in B ipſo habemus acceſſum per fidẽ in ſpe glorię dei.

(*Tigna domorũ noſtrarum cedri, trabes noſtræ cypreſſi.*) (δοκοὶ ἡμῶν κέδροι φατνώματα ἡμῶν κυπάρισσοι.) Videtur ab ſpõſo reſpõderi ad gratiá eorum quæ dicta fuerunt prius ab ſponſa: quibus edoceat eá, cuiuſmodi ſint tecta iſta cõmunia, & qualis, in eis materia contignationis habeatur. Hæc habet hiſtorica narratio. Videtur autẽ eccleſia deſcribi a Chriſto, quæ eſt domus ſpiritualis & domus dei: ſicut docet Paulus, dicẽs: (1.Tim.3.d) Si autẽ tardius venero, vt ſcias quomodo te oporteat in domo dei conuerſari, quæ eſt eccleſia dei viui, columna & firmamentum veritatis. Si ergo eccleſia domus dei eſt, quia omnia quę habet pater, filij ſunt, eccleſia domus filij dei eſt. Frequenter autẽ & plurali numero appellantur eccleſiæ, vt vbi ait: (Luc.10.d, 1.Cor.11.c, Gal.1.d, Apoc.1.a) Nos talem conſuetudinẽ non habemus, neq; eccleſię dei. Et iterum ſcribit eccleſiis Galatię Paulus. Et Ioãnes ſeptẽ eccleſiis. Sũt ergo ſiue eccleſia vel eccleſię, domus ſpõſi & ſponſæ, ſiue animæ verbi domus, in quibus tigna ſunt cedrina. Legimus etiá quaſdã cedros dei, ſuper quas vinea quæ tranſlata eſt de Ægypto, extẽtiſſe dicitur traduces ſiue arbuſta ſua, ſicut ait in pſalmis: (Eſa.5. & Hier.2. Pſal.79.b) Operuit montes vmbra eius, & arbuſta eius cedros dei. C Euidenter igitur per hæc eccleſia cedri dei nominatur. Cum ergo dicit ſpõſus: Tigna domorũ noſtrarũ cedri: intelligerę debemus cedros dei eſſe eos, qui eccleſiam contegunt, & eſſe aliquos horũ validiores, qui trabes appellantur. Et puto quod conueniẽter hi qui epiſcopatum bene miniſtrant in eccleſia, trabes dici poſſunt: quibus ſuſtentatur & tegitur omne ædificiũ, vel ab imbriũ labe, vel ab ardoribus ſolis. Secundo autẽ horum loco, tigna presbyteros opinor appellari, & trabes quidem dici cypreſſos, quibus & fortitudo robuſtior, & odor ſuauitatis ineſt: per quod & in operibus ſolidũ, & in doctrinæ gratia fragrãtẽ deſignat epiſcopum. Similiter autẽ & tigna cedros appellauit, vt per hoc incorruptionis virtutis & odoris ſciẽtiæ Chriſti plenos deſignaret debere eſſe presbyteros.

(Cap.2.) (*Ego flos campi, & liliũ conuallium: ſicut lilium in medio ſpinarum, ita proxima mea in medio filiarum.*) (ἐγὼ ἄνθος, τοῦ πεδίου, κρίνον τῶν κοιλάδων ὡς κρίνον ἐν μέσῳ ἀκανθῶν, οὕτως ἡ πλησίον μου ἀνὰ μέσον τῶν θυγατέρων.) D Hęc ille qui ſponſus & verbũ & ſapiẽtia eſt de ſemetipſo, & de ſponſa ad amicos ac ſodales ſuos loqui videtur. Sed ſecundũ propoſitæ expoſitionis ordinẽ Chriſtus hæc de eccleſia loqui intelligẽdus eſt, & ipſe dicere ſe florẽ eſſe campi, & lilium cõualliũ. Campus planicies terræ dicitur, cui cultura adhibetur, & excolitur ab agricolis. Conualles vero ſaxoſa magis & inculta indicãt loca. Poſſumus autẽ & cãpum illum intelligere populũ, qui per prophetas colebatur & legẽ: conuallem vero ſaxoſum & incultũ gẽtium locũ. Spõſus ergo hic in Iudæorũ populo flos fuit. Sed quoniã neminẽ ad perfectũ adduxit lex; idcirco in illo nõ potuit verbũ dei ad florẽ proficere, & ad perfectionem fructuũ peruenire. In iſta tamen cõualle gentium effectus eſt liliũ. Cuiuſmodi autem liliũ? Tale ſine dubio, quale & ipſe in euãgeliis dicit, quod pater cæleſtis veſtit. (Matth.6.d, Ibidem & Luc.12.d) Et, neque Salomon in omni gloria ſua indutus eſt, ſicut vnũ ex iſtis. Fit ergo liliũ in hac cõualle ſponſus, in eo quod veſtiuit eũ pater cæleſtis tali veſtimẽto carnis, quale nec Salomõ in omni gloria ſua habere potuit. E Non enim Salomon habuit abſq; concupiſcentia viri & cõcubitu mulieris, immuculatã, & nulli prorſus peccato obnoxiam carnem. Sed & cauſam cur is qui in cãpo flos fuerat, voluerit eſſe in conuallibus liliũ, videtur oſtẽdere. Cum enim multo tempore flos fuiſſet in cãpo, nullũ dicit ex ipſo campo florem ad imitationem ſui ac ſimilitudinem proceſſiſſe. Vbi vero factus eſt in conuallibus liliũ, continuo etiá efficitur proxima eius imitatione ipſius liliũ, vt operæpretiũ fuerit, quoniã ipſe effectus eſt lilium; vt etiã proxima ſua, id eſt, vnaquæq; anima quæ ei approximat, & exemplũ eius imitationẽque ſectatur, liliũ fiat. Quod ergo ait: Sicut lilium in medio ſpinarum, ita proxima mea in medio filiarũ: accipiemus eccleſiã gẽtium dici, quod vel e medio infideliũ & non credentiũ, quaſi ex ſpinis emerſerit, vel pro hæreticorum circunſtrepẽtium ſe morſibus, in medio ſpinarum poſita dicatur. Quod & magis videbitur veriſimile, pro eo quod dicit: ita proxima mea in medio filiarũ. Nõ enim filias appellaſſet illas animas, quæ nunquá omnino venerũt ad credendũ. F Omnes ergo hæretici primo ad credulitatem veniunt, & poſt hæc ab itinere fidei & dogmatum veritate declinãt. Sicut & Ioannes apoſtolus in epiſtola ſua dicit: (1.Ioan.2.c) Quia a nobis exierunt, ſed non erãt ex nobis. Nam ſi fuiſſent ex nobis, permanſiſſent vtiq; nobiſcum. Poſſumus autẽ & ad vnamquamque animam id referentes, huic quidem animæ, quæ pro ſimplicitate ſui & planitie vel æquitate cãpus dici poteſt, florẽ fieri verbum dei, & initia bonorũ operum docere. His vero qui profundiora iam quærunt, & demerſiora ſcrutantur, quaſi in conuallibus, vel pro claritate pudicitiæ, vel pro fulgore ſapientiæ efficitur lilium, vt & ipſi fiant lilia erumpentia de medio ſpinarum: id eſt, fugientes cogitationes & ſolicitudines ſæculares, quæ ſpinis in euágelio cõparatæ ſunt.

(*Sicut arbor mali inter ligna ſyluæ, ita fraternus meus inter medium filiorũ. In vmbra eius cõcupiui, & ſedi, & fructus eius dulcis in faucibus meis.*) (ὡς μῆλον ἐν τοῖς ξύλοις τοῦ δρυμοῦ, οὕτως ἀδελφιδός μου ἀνὰ μέσον τῶν υἱῶν. ἐν τῇ σκιᾷ αὐτοῦ ἐπεθύμησα, καὶ ἐκάθισα, καὶ καρπὸς αὐτοῦ γλυκὺς ἐν λάρυγγί μου.)



A Decuit quidem ſponſum & de ſemetipſo dicere, quid eſſet in campo, quid etiam in conuallibus: & de ſponſa quæ eſſet, vel qualis inter cæteras filias haberetur. Spõſam vero ad hæc reſpondentem non conueniebat de ſemetipſa aliquid dicere: ſed affici totam erga admirationẽ ſponſi, & ipſius laudibus inhærere. Comparat ergo eum arbori mali. Sed ne ex ſimilitudine ſermonis ſimpliciores aliqui arborem mali, malam arborem putẽt, & a malitia dictam, dicamus nos arborem meli, Græco quidem nomine vtentes: ſed ſimplicioribus quibuſq; Latinorum plus notiore quam mali. Melius eſt enim vt Grammaticos offendamus, quam legẽtibus ſcrupulum aliquem in veritatis explanatione ponamus. Comparat igitur eũ arbori meli: ſodales vero eius reliquis arboribus ſyluæ. Sed ſpõſum ita arbori huic meli ſimilem dicit, vt etiam concupiſſe ſe dicat ſub vmbra eius ſedere, fructumque eius dulcem ſibi effectum in faucibus aſſeueret: Et hæc ad adoleſcentulas loqui videtur: ſicut & ſponſus locutus eſt prius ad ſodales ſuos. B Sed nunc videamus ſecundum myſterium, quos dicat ſponſa filios, inter quos tanquam arborem meli pręcellere reliqua ſyluæ ligna aſſerat ſponſum: & vide ſi poſſumus ſecundum ea quæ in ſuperioribus de filiabus & ſpinis dupliciter expoſuimus: ita hic etiam filios, vel eos qui aliquando fuerunt & non ſunt, vel multitudinem cæleſtium miniſtrorum dictos eſſe intelligere. Ad omnes enim in initio pertinet illud quod ſcriptum eſt: (Pſal.81.b, Ibidem. Pſal.88.b) Ego dixi dij eſtis, & filij excelſi omnes. Sed differẽtia interceſſit per hoc quod ait: Vos autem vt homines moriemini, & ſicut vnus de principibus cadetis. Sed & illud in hoc reſpicit: quoniam quis in nubibus ęquabitur domino, aut quis aſſimilabitur ei inter filios dei? Sicut ergo arbor meli inter reliqua ligna ſyluæ, ſic eſt ſponſus inter reliquos filios, habens fructum, qui non ſolum ſapore omnes, ſed & odore præcellat, & duos animæ ſenſus, id eſt, guſtum & odoratum reficiat. Diuerſis nanq; copiis menſam ſuam nobis præparat ſapientia: in qua non ſolum panem vitæ apponit, ſed immolat carnes verbi; & non ſolũ miſcet in cratere ſuo C vinum, ſed & mela odorata ſatis adhibet, & dulcia, quæ non tantum in ore & labiis ſuauitatem reddant, ſed & interioribus tradita faucibus dulcedinem ſeruẽt. Poſſumus autem ligna ſyluæ accipere eos angelos, qui vniuſcuiuſq; hęreſeos auctores fautoreſque viſi ſunt extitiſſe: ita vt videatur eccleſia comparans ſuauitatẽ doctrinæ Chriſti, ad aſperitatem hæreticorũ dogmatum ac ſterilem infructuoſamq; doctrinã dicere, meli quidem ſuauia & dulcia, eſſe dogmata eccleſiaſtica, quæ in Chriſti eccleſia prædicantur. Ligna vero ſyluæ eſſe ea, quæ a diuerſis hæreticis affirmãtur. Et de iſtis videbitur infructuoſis lignis ſyluæ dici, quod in euãgelio ſcriptum eſt: (Matth.3.c & Luc.3.b) Ecce iam ſecuris ad radicem arboris poſita eſt. Omnis ergo arbor quæ nõ facit fructũ bonum, excidetur & in ignẽ mittetur. Fraternus ergo ſponſæ eſt vt arbor meli in eccleſia ſponſi: cæteri vero hæreſiarchæ tanquá infructuoſa ligna ſyluę, diuino iudicio vt ſecuri excidẽdi, & in ignẽ mittendi. D Igitur in huius meli vmbra concupiſcit ſpõſa reſidere: vel eccleſia (vt diximus) in protectione filij dei, vel anima refugiẽs omnes reliquas doctrinas, & adhærẽs vni ſoli verbo dei: cuius etiã dulcẽ habeat in faucibus fructũ; meditãdo ſcilicet indeſinẽter legẽ dei, & ſemper eã velut mundũ animal ruminando. Verum de appellatione vmbræ iſtius, ſub qua ſedere cõcupiſſe ſe dicit eccleſia, nõ puto abſurdũ, ſi ea quæ inuenire poſſumus in ſcripturis diuinis, proferamus in mediũ: vt quæ ſit vmbra meli huius, dignius & diuinius agnoſcatur. Ait Hieremias in lamentationibus: (Thren.4.d Sec.70.) Spiritus vultus noſtri Chriſtus dominus cõprehenſus eſt in corruptionibus noſtris, cui diximus in vmbra eius, viuemus in gẽtibus. Vides ergo quomodo ſpiritu ſancto permotꝰ propheta, vitã de vmbra Chriſti præberi gẽtibus dicit: Et quomodo nõ vitam nobis præbeat eius vmbra, cũ & in cõceptu corporis illius ad Mariá dicatur: (Luc.1.d) Spirituſſanctus veniet ſuper te, & virtus altiſſimi obũbrabit tibi? Si ergo obumbratio fuit altiſſimi in conceptu corporis eius, merito vmbra eius vitã gẽtibus dabit. E Et merito ſpõſa eius eccleſia ſub meli vmbra ſedere cõcupiſcit, ſine dubio vt vitæ quę eſt in eius vmbra, particeps fiat. Reliquorũ vero lignorum ſyluæ vmbra talis eſt, vt qui ſederit ſub ipſa, ſedere videatur in regione vmbræ mortis. Sed adhuc vt magis ac magis planior reddatur locꝰ, qui habetur in manibus: requiramus quomodo apoſtolus dicat, (Coloſ.2.c. & Heb.10.a) legem vmbram habere futurorũ bonorum: & omnia quę vel de diebus feſtis, vel ſabbathis, vel neomeniis ſcripta ſunt, vmbrã eſſe memoret futurorum bonorum; in his ſcilicet, quæ ſecundum literam gerebãtur: & quomodo omnem veterum culturam, exemplar & vmbram pronuntiet eſſe cæleſtiũ. Quod vtique ſi ita eſt, oſtenduntur ſub vmbra legis ſediſſe omnes quicunque ſub lege erant, & vmbram magis veræ legis habebant. Nos autẽ alieni ſumus ab vmbra eorũ: quoniam nõ ſumus ſub lege, ſed ſub gratia. Sed quãuis nõ ſimus ſub vmbra illa, quá legis litera faciebat, ſumus tamẽ ſub vmbra meliore. In vmbra enim Chriſti viuimus inter gentes. Et eſt profectus quidã de vmbra legis venire ad vmbrá F Chriſti: vt quia Chriſtus eſt vita & veritas & via, (Ioan.14.a) efficiamur primo in vmbra viæ, & in vmbra vitę, & in vmbra veritatis: vt cõprehẽdamus ex parte & in ſpeculo ac in ænigmate: vt poſt hęc ſic incedamus per hãc viã, quæ eſt Chriſtus, (1.Cor.13.e) quo peruenire poſſimus in hoc, vt facie ad faciẽ cõprehendamus ea, quę prius quaſi in vmbra, & in ęnigmate videramus. Non enim quis poterit ad illa quæ vera ſunt & perfecta peruenire, niſi prius deſiderauerit & concupierit in hac vmbra reſidere. Sed & Iob omnem hominum vitam dicit eſſe (Iob.8.b) vmbram ſuper terram, credo pro eo quod anima in hac vita velamento huius craſſi corporis obumbratur. Omnes ergo qui in hac vita ſunt, neceſſe eſt in vmbra quadam eſſe. Sed alij quidem ſunt ſedentes in regione vmbræ mortis, (Luc.1.g.) hi profecto qui non credunt Chriſto. Ecclesia vero cum fiducia dicit: In vmbra ſponſi concupiui

A & ſedi: quamuis certe fuerit tempus, quo potuerit quis ſub vmbra legis reſidens defendi a duritia ardoris & æſtus. Sed tranſiit illud tempus. Veniendum eſt nunc ad arboris meliæ vmbram: & quamuis diuerſa quis vtatur vmbra, videtur tamē omnis anima, donec in præſenti vita eſt, vmbram habere neceſſariã: propter illum credo ardorem ſolis, qui cum exortus fuerit, continuo ſemen, quod non alta radice demerſum eſt, areſcit & deperit. *Matth. 13. c. & Marc. 4. a.* Sed hunc ardorem tenuiter quidē legis vmbra propellit. Chriſti vero vmbra, in qua nunc in gentibus viuimus, id eſt, incarnationis eius fides, auertet penitus & extinguet. Ille enim qui adurebat ambulātes ſub vmbra legis, tempore paſſionis Chriſti, ſicut fulgur viſus eſt cecidiſſe de cælo: *Luc. 10. c.* quamuis etiam huius vmbræ tempus in fine ſæculi compleatur: quia (ſicut diximus) Poſt conſummationem ſæculi, iam non per ſpeculum nec in ænigmate, ſed facie ad faciem videbimus veritatem. Simile eſſe puto & illud, quod ſcriptũ eſt: Sub vmbra alarũ tuarum exultabo. Sed & in ſequētibus huius libelli ita dicit ſponſa: Fratruelis meus mihi, & ego illi ipſi, qui paſcit inter lilia,

B donec reſpiret dies & amoueantur vmbræ: edocens per hoc, quia veniet tēpus, cum omnes vmbræ remouebuntur, & per miſericordiam dei patebit veritas ſola. Sed & quod ait: Et fructus eius dulcis in faucibus meis: illius animam hoc credo dicere, quæ nihil emortuum, nihil inſenſibile habet in faucibus ſuis, & in nullo prorſus ſimilis eſt illis, de quibus dicitur: Sepulcrum patēs eſt guttur eorum. *Pſal. 5. c.* Quicunque enim verba mortis & interitus de faucibus proferunt, ipſorum fauces ſepulcra dicuntur: ſicut ſunt omnes qui vel contra veram fidem loquuntur, vel contra diſciplinam caſtitatis & iuſtitiæ & ſobrietatis aliquid proferunt. Ipſi ergo ſunt, quorum fauces ſepulcra ſunt, & loca mortis, vnde mortis verba proferuntur. Iuſtus autē dicit: Quã dulcia faucibus meis eloquia tua. *Pſal. 118.* Et alius qui verba vitæ docebat, ita dicit: Os noſtrum patet ad vos o Corinthij: cor noſtrum dilatatum eſt. *2. Cor. 6. c.* Sed & alius qui verbo dei aperuit os ſuum, inquit. Os meum aperui, & attraxi ſpiritum. *Pſal. 118.* (*Introducite me in domum vini.*) *εἰσαγάγετέ με εἰς οἶκον τοῦ οἴνου.* Sponſæ verba adhuc ſunt, ſed ad amicos & familiares

C ſpōſi (vt arbitror) dirigũtur, a quibus videtur expoſcere vt introducant eam in domũ lætitiæ, vbi vinum bibitur, & epulæ parantur. Quę enim iam viderat cubiculum regium, deſiderat etiam nũc regale introire conuiuiũ, & frui vino lætitiæ. Supra iam diximus amicos ſpōſi prophetas, & omnes qui miniſtrauerunt verbum dei ab initio ſæculi intelligēdos: ad quos recte vel eccleſia Chriſti, vel anima verbo dei adhærens dicat, vt ſe introducant in domũ vini: id eſt, vbi ſapientia miſcuit in cratere vinum ſuũ, & deprecatur per ſeruos ſuos omnē inſipientem & egentem ſenſu, dicens: Venite, mãducate panes meos, & bibite vinum quod miſcui vobis. *Prou. 9. a.* Iſta eſt domus vini domuſq; conuiuij, in quo conuiuio omnes qui veniunt ab oriente & occidente, recumbent cum Abrahã, Iſaac & Iacob in regno dei. *Matth. 8. b.* Ad quã domũ, & ad quod conuiuium, prophetę perducunt

D animas, quę tamē eos audiunt & intelligunt. Sed & ſancti angeli cæleſteſque virtutes, quæ in miniſterio mittuntur, propter eos qui hæreditatem capiunt ſalutis. Iſtud eſt vinum cui ſcribũtur iſti pſalmi, qui pro torcularibus attitulãtur. Iſtud eſt vinum ex illa vite vindemiatum, quæ dicit: Ego ſum vitis vera: *Ioan. 15. a.* quod expreſſit pater cæleſtis agricola. Iſtud eſt vinum quod attulerunt illi palmites, qui in Ieſu permanſerunt: nō ſolum in terris, ſed etiã in cælis. Sic enim audio illud ꝙ dicitur: *Ibidem.* Quia omnis palmes, qui non manet in me, non poteſt afferre fructum. Nemo enim producit fructum vini huius, niſi qui permanet in verbo & ſapientia & veritate & iuſtitia & pace, omnibuſq; virtutibus. Iſtud eſt vinum, quo etiã inebriari iuſtis & ſanctis quibuſque optabile ducitur. Hæc puto & in ſpiritu iã tunc Noe contuens, inebriatus eſſe dicitur. *Gen. 9. c.* Et Dauid admiratus huius cōuiuij calicem dicit: Et poculum tuũ inebrians quã præclarum eſt. *Pſal. 22. b.* Ad hãc ergo domum vini, eccleſia vel anima vnaquæque deſiderat, quę perfectę ſunt, intrare: & dogmatibus ſapientiæ myſteriiſque ſcientiæ, epularum velut ſuauitate, & vini lętitia perfrui.

E Sciendũ ſane eſt, quia ſicut eſt iſtud vinũ, quod de dogmatibus veritatis preſſum cōmiſcetur in cratere ſapientiæ: ita eſt contrarium vinum cum inique inebriantur peccatores, & hi qui falſæ ſcientię dogmata pernitioſa ſuſcipiunt. De quibus Salomon in Prouerbiis dicit: Hi autē edunt cibos impietatis, vino autem iniquo inebriãtur. *Prou. 4. c.* De hoc eodem vino iniquo etiã in Deuteronomio legimus ita ſcriptũ: *Deut. 32. c.* Ex vineis Sodomorum vitis eorum, & palmes eorũ ex Gomorra. Vua eorum vua fellis, & botrus amaritudinis eis. Furor draconum vinum eorum, & furor eorũ aſpidum inſanabilis. Illud autem vinum, quod de vite vera procedit, nouũ ſemper eſt: ſemper enim per profectus diſcentium, ſcientiæ & ſapiētiæ diuinæ innouatur agnitio. Et ideo dicebat Ieſus diſcipulis ſuis: Quia nouum bibam illud vobiſcum in regno patris mei. *Matt. 26. & Marc. 14. c.* Innouatur enim ſemper agnitio ſecretorũ arcanorumque reuelatio per ſapientiã dei: non ſolum hominibus, ſed & angelis cæleſtibuſq; virtutibus. (*Ordinate in me charitatem.*) *τάξατε ἐπ' ἐμὲ ἀγάπην.*

F Eiuſdem ſponſę ad eoſdem verba ſunt, niſi quod poſſunt fortaſſe etiam apoſtoli Chriſti inter eos haberi, ad quos iſta memorantur. Quod ergo ait: ordinate in me charitatem, hunc habet ſenſum: Omnes homines amãt ſine dubio aliquid, & nullus eſt qui ad id ætatis venerit, vt amare iam poſſit, & non aliquid amet: ſicut etiam in præfatione huius operis ſufficienter oſtendimus. Sed hic amor vel hæc charitas in nõnullis quidem ſuo ordine & conuenienter aptata procedit, in plurimis vero contra ordinem. Dicitur autem contra ordinem eſſe in aliquo charitas, cum aut id diligit quod non debet: aut quod debet diligit, ſed plus iuſto diligit, aut minus iuſto. In iſtis ergo inordinata eſſe charitas dicitur: in illis vero (quos valde paucos arbitror eſſe) qui ſcilicet per viã vitæ incedũt, & nō declinãt neq; ad dexterã neq; ad ſiniſtram: *Deut. 5. b.* in ipſis ſolis ordinata eſt charitas, & ordinē ſuum tenet. Eſt autem ordo eius & menſura



A ſura huiuſmodi. Verbi gratia: Deum diligere nullus modus, nulla menſura eſt, niſi hæc ſola, vt ei totum exhibeas quantum habes. In Chriſto enim Ieſu diligendus eſt deus ex toto corde, & ex tota anima, & ex totis viribus: *Deut. 6. a. & Matth. 22. d & Luc. 10. c.* in hoc ergo nulla menſura eſt. Diligere vero proximum, eſt menſura aliqua. Proximum, inquit, tuum dilige ſicut teipſum. Si ergo aut in dei dilectione minus aliquid feceris quam potes, & quam in viribus tuis eſt: aut inter te & proximum tuum non ſeruaueris æquitatem, ſed aliquid differentiæ habueris, nō eſt in te charitas ordinata, nec ordinem ſuum tenens. Verum quoniam nobis ſermo de ordine charitatis eſt, diligētius per ſingula requiramus, vel quos diligi, vel quãtum diligi oporteat. Nam ſi (vt dicit apoſtolus) membra alterutrum ſumus: puto quod hunc affectum erga proximos habere debeamus, vt eos non quaſi aliena corpora, ſed veluti membra noſtra diligamus. Secundum hoc ergo, quod membra noſtra inuicē ſumus, æqualem erga omnes habere dilectionem ſimilemque cōueniet. Secundum hoc vero quod ſunt in cor-

B pore aliqua membra honorabiliora & honeſtiora, alia vero inhoneſtiora & inferiora: puto quod rurſum pro membrorum meritis & honore etiã dilectionis librari debeat modus. Si quis ergo rationabiliter cuncta agere ſecũdum verbum dei, ac ſuos etiam affectus temperare proponit: puto quod erga hæc ſingula ordinem charitatis & ſcire debeat & tenere. Verum vt apertius fiat quod dicimus, paulo euidentioribus vtamur indicis. Si quis (verbi gratia) laboret in verbo dei, atque animas noſtras inſtruat & illuminet, viam ſalutis doceat, viuendique ordinē tradat, non tibi videtur & hic proximus eſſe quidem: ſed multo amplius alio proximo diligendus, qui horum nihil egerit? Nam & ſi ille quidem diligendus eſt, pro eo quod membra vnius corporis ſumus, vniuſq; ſubſtantiæ: ſed hic multo amplius, qui cũ ius proximi nobiſcum habeat, quod & cæteri homines habent: dat tamen hanc maiorem charitatis erga ſe cauſam, quod viam dei oſtēdit, & animæ ſalutem, diuini verbi illuminationibus cōfert. Quod ſi aliquis me errantem & in præcipitio poſitum muliebris peccati, ad lucem reuocet veritatis: &

C de ipſo iam interitu eripiat, ac retrahat ad ſalutē: atque ex ipſis faucibus æternæ mortis eripiat: nō tibi videtur quod illa ipſa (ſi fieri poteſt) plenitudine charitatis, qua deum diligimus, diligendus ſit poſt deum? Et ne putes quod nos ita prēſumamus, audi apoſtolum Paulum de his qui in verbo dei laborant dicentem: *Epheſ. 4. b.* vt ſuperabundanter habeatis in charitate eos qui huiuſmodi ſunt propter opus ipſorum. Videamus & alium adhuc ordinem charitatis, eius duntaxat, quæ erga proximos haberi iubetur. Si ſit nō habens quidem docendi vel inſtruēdi gratiam, neq; verbum domini prædicandi: ſed tamē ſanctæ vitæ vir, innocēs, immaculatus, & qui in iuſtificationibus & mãdatis dei ingrediatur ſine querela: videtur ne tibi talis hic vir in eodē charitatis ordine habendus, quo ille qui nihil horum agit: quandoquidē vterque proximus dicitur? Nōne & hic propter opus

D ſuum, & vitę meritum (ſecundum apoſtoli dictũ) ſimiliter vt ille qui in verbo dei laborat, ſuperabundantius habendus eſt in charitate propter opus vitæ ſuæ? Eſt adhuc alius ordo charitatis. Iubemur enim & inimicos noſtros diligere. Sed videamus ſi etiã in ipſis vnus ſolus modus erit dilectionis, an ibi habebit locum ſermo iſte qui dicit: Ordinate in me charitatē. *Matt. 5. g. & Luc. 6. g.* Puto ergo quod in his ſit ordo charitatis. Verbi gratia: Eſt aliquis mihi inimicus, in aliis tamē bene agens, pudicus, ſobrius, mandata plurima dei ex parte cuſtodiēs, in aliquibus tamen errans vt homo. Eſt alius qui inimicus quidē ſit & ipſe nobis, tamen ſit ſuæ vitæ atque animę inimicus, paratus ad ſcelera, pręceps ad flagitia, nihil ſancti, nihil religioſi ducēs: non tibi videtur etiã inter ipſos inimicos quædã diuerſitas habēda charitatis? Puto quidem quod ex his ſatis patuerit, eſſe vim quidem charitatis vnam, multas tamen habere cauſas, & multos ordines diligendi; & propter hoc nunc dicere ſpōſam: Ordinate in me charitatem: hoc eſt, docete me diuerſos ordines charitatis.

E Quod ſi adhuc addendum his aliquid videtur, poſſumus & illud in mediũ adducere, quod ait apoſtolus: Viri diligite vxores veſtras, ſicut corpora veſtra, ſicut Chriſtus dilexit eccleſiã. *Ephe. 5. c. & Coloſ. 3. d.* Quid ergo? Debēt quidem viri vxores ſuas diligere: alias vero mulieres non debēt omnino diligere in omni caſtitate & ſanctitate? An non videbuntur etiam ipſæ eſſe proximæ? Sed impendenda quidem eſt dilectio vel in coniugem, vel in matrem, vel in ſororem: ſi tamen fideles ſint, & deo adhærentes, & erga aliã mulierem, nullam ſecundum quod ipſa proxima dicitur, eſt nobis impendenda dilectio. Quod ſi hoc abſurdum videtur (debet autem ſecundum mandati ordinem etiam erga eas caſta haberi dilectio) prorſus inter ipſas perſonas fœminarum, quibus impendenda dilectio eſt, habendus profecto eſt ordo quidam in charitate conuenienſq; diſtinctio. Et maiori quidem cum honorificētia matri deferenda eſt dilectio. Sequenti vero gradu, cum quadã nihilominus reuerentia, etiam ſororibus. Proprio vero quodam & ſequeſtrato ab his more, charitas coniugibus exhibēda. Poſt has vero perſonas, pro meritis etiã & cauſis vnicuiq;

F in omni (vt diximus) caſtitate deferenda dilectio eſt. Sacundũ hæc etiam de patre vel fratre atque aliis propinquis obſeruabimus. Erga ſanctos vero qui nos in Chriſto genuerunt: ſed & paſtores atque epiſcopos, vel qui verbo dei præſunt preſbyteri, aut qui bene miniſtrãt in eccleſia, vel qui in fide præcellunt cæteros, quomodo non pro vniuſcuiuſque meritis, affectio penſabitur charitatis lōge eminentior, quam erga eos haberi poteſt, qui aut nihil horũ, aut non integre egerunt? Sed & inter parētes fideles & infideles, & fratres fideles ac infideles ſororeſq; poteſt ne fieri, vt nō erga hos ſingulos diuerſus ordo habeatur charitatis? Quas diuerſitates intuens ſponſa, & videns de his omnibus animæ ad perfectionem tēdenti neceſſariam videri ſcientiam earum rerum; vt vniuſcuiuſque loci & ordinis menſuras poſſit tenere charitatis: dicit ad amicos ſponſi, eos vide-

A licet,qui verbum dei miniſtrant: Ordinate in me
charitatem, hoc eſt, docete me & tradite mihi,
quomodo per hæc ſingula ordinem ſeruare de-
beã charitatis. Omnes enim homines (ſicut iam
diximus)ſecundũ hoc quod ſimiles nobis ſunt,ſi-
militer diligendi ſunt: imo omnis rationabilis
creatura a nobis, vtpote rationalibus, æqualiter
diligenda eſt.Adiiciendũ tamẽ in charitate eſt v-
nicuiq; ad hoc quomodo eſt, & ad hoc ꝙ ratio-
nabilis eſt. Si (verbi gratia) aut in moribus, aut in
opere,aut in propoſito,aut in ſcientia,aut in ſtu-
diis cæteros pręcellit:& pro his ſingulis ſecundũ
ſuum cuique meritum,ad generalem dilectionẽ,
addendum eſt etiam ſpecialis aliquid charitatis.
Sap.11.d Verum vt maior de his habeatur auctoritas. ab
ipſo deo capiam⁹ exemplũ. Ipſe enim amat om-
nia quæ ſunt æqualiter, vt nihil oderit eorũ quæ
fecit.Neque enim fecit aliquid quod odio habe-
ret: non tamẽ ob hoc ſimiliter dilexit Ægyptios
vt Hebræos, & Pharaonẽ vt Moyſen & Aaron.
Nec rurſus reliquos filios Iſrael ſimiliter dilexit
vt Moyſen, & Aaron, & Mariã: nec iterũ Aaron
B & Mariã ſimiliter dilexit vt Moyſen:quamuis ve-
Ibidem. rum ſit vt dicitur ad eum: Parcis autẽ omnibus,
quia omnia tua ſunt domine,amator animarum:
ſpiritus enim incorruptionis eſt in omnibus: ta-
mẽ ille qui menſura,& numero,& põdere diſpo-
ſuit omnia ſecundũ menſurã,ſine dubio vniuſcu-
iuſque meritorum & dilectionis ſuæ temperat li-
bram. Nunquid nõ putabimus quia nõ ſimiliter
2.Cor.11.g ab eo dilectus eſt Paulus, cum perſequeretur ec-
cleſiã dei: ſicut diligebatur, dum ipſe pro ea per-
Exod.23.c ſecutiones cruciatuſque tolerabat,& dicebat ſibi
ineſſe ſolicitudinem omniũ eccleſiarũ? Multum
eſt nũc vt inter iſtos ordines charitatis, etiam de
affectu odij, qui videtur huic charitatis affectui
contrarius, inſeramus: quia etiã dominus dicit:
Inimicus ero inimicis tuis, & aduerſabor aduer-
ſariis tuis.Et iterum: Si peccatori tu aſſiſtis, & ei
quem odit dominus, amicus es. Quæ vtiq; hanc
habent abſolutionem, quã & illud quod dictum
Exod.20.b eſt: Honora patrem tuum & matrem tuã. Et ite-
Luc.14.f rum:Qui nõ odit patrem,& reliqua: in quo pro-
2.Cor.6.c fecto nimietas charitatis, in deum his qui aduer-
ſantur,cõtrarium videtur generare affectum, dũ
C nulla poteſt eſſe conſonantia luci & tenebris, &
Chriſto cum Belial:nec eadẽ portio eſſe fideli cũ
infideli.His ergo vt potuimus de charitatis ordi-
nibus expoſitis, patet, ad intelligendum quid ſit
quod poſcat ſponſa,id eſt, eccleſia, vel anima tẽ-
dens ad perfectionẽ,pręſtari ſibi ab amicis ſpon-
ſi: quoniã introduci ſe popoſcerat in domum vi-
ni, vbi ſine dubio intellexerat in omnib⁹ his quæ
viderat, eminere & præcellere gratiã charitatis:
& ipſam didicerat maiorem omnium ſolamque
eſſe charitatẽ,quæ nunquam cadet: ideo depoſ-
cit vt ordinẽ eius diſcat: ne forte aliquid inordi-
natum faciens,vulnus ab eo aliquod accipiat, vt
2.Cor.13. in poſterioribus dicitur: Vulneratæ charitatis e-
go ſum. Ea autẽ ſiue ad angelos dici accipiamus,
a quibus ſe inſtrui poſtulat & muniri,nihil abſur-
dum videbitur: ſecundum hoc quod de populo
Deut.32. dicitur: Lætamini gentes cum populo eius, &
confortẽt eos omnes angeli dei. Et vt in aliis di- D
citur:Circundat angelus domini in circumitu ti- Rom.15.c
mentiũ eum, & eripiet eos. Et item alibi: Nolite Pſal.33.
contemnere vnum ex minimis iſtis, qui in eccle- Matth.18.b
ſia ſunt: quia angeli eorũ ſemper vident faciem
patris mei, qui in cælis eſt. Sed & in Apocalypſi Apoc.2.c
Ioannis, angelo Thyatirenſi teſtimonium dat fi-
lius dei pro charitate, quã ordinauit angelus ipſe
in eccleſia ſibi cõmiſſa. Sic enim ſcriptũ eſt: Scio
opera tua,& charitatem tuam,& fidẽ,& miniſte-
riũ,& patientiam; & opera tua nouiſſima maiora
quã priora. Sed & ſi ad prophetas hæc referam⁹,
qui miniſtrauerunt verbum dei ante aduentum
ſponſi: vt per ipſorũ doctrinam videatur eccleſia
velle ordinem diſcere charitatis,id eſt, propheti-
cis inſtrui voluminibus,non videbiur abſurdum.
Sed & omnes ſancti, qui de hac vita deceſſerunt,
habentes adhuc charitatem erga eos, qui in hoc
mundo ſunt,ſi dicantur curã gerere ſalutis eorũ,
& iuuare eos precibus ſuis atque interuentu ſuo
apud deum,nõ erit inconueniens.Scriptum nan-
que eſt in Machabæorũ libris ita: Hic eſt Hiere- 2.Mach.15.c
mias propheta dei, qui ſemper orat pro populo. E
Sed & ad apoſtolos hæc dici (vt ſupra iam dixi)
non videbitur alienum. Per hos enim omnis ec-
cleſia dei,vel anima quęrens deũ introducitur in
domũ vini,vt ſupra diximus, & aromatibus atq;
odoribus repletur, & cõponitur in melius, ſicut
in poſterioribus legimus, & edocemur omnẽ or-
dinem rationemque charitatis. (*Confirmate me in*
*vnguentis, ſtipate me in malis: quia vulneratæ charitatis* ςηρίσατέ με
*ego ſum.*) In Græco quidem habetur: Confirmate ἐν μύροις σο-
me in myrrhis: myrrhim genus quoddam arbo- βάσατέ με
ris nominant,quod Latini putãtes myra dictum, ἐν μήλοις,
vnguẽta interpretati ſunt. Igitur ordo ſermonis ὅτι τετρωμέ-
huiuſmodi eſt. Poſteaquã ſponſa & verba ex ore νη ἀγάπης
ipſius ſpõſi audiuit,& cubiculũ regis ingreſſa eſt, ἐγώ.
& domũ vini locumq; conuiuij ac ſapientiæ & in
eo victimas & craterẽ mixtum ſacramentis eius
aſpexit: quaſi in horum omniũ admiratione ſtu-
pens & ſaucia,poſtulat ab ipſis nihilominus ami-
cis & ſodalibus ſpõſi, vt confirmetur,& quaſi de-
ficiẽs ſuſtentetur, incumbens paululum ſuper ar-
borẽ μύῤῥιν vel meliã. Amoris enim vulnere per-
cuſſa, arborum ſolatia ſyluarumq; ſectatur. Hæc
ſecũdum literam. Sed ex his, vt exequi poſſimus F
intelligentiã ſpiritualem, indigemus illa gratia,
quam conſequi a deo meruit ipſe Salomon, qui
omnium quæ ſunt radicum, & arborũ, & virgul-
torũ naturas didicit; vt ſciremus & nos quæ vis
& quę natura ſit arboris myrrhę, quo cõpetenter
in hac ſpiritualis aptari poſſit expoſitio. Hoc eſt
autem quod ſolum peruenire ad nos de huius ar-
boris notitia potuit: quia odorem ſolum habeat
ſuauem,nullum tamen afferat fructum.Melia ve-
ro arbor,notum cunctis eſt, quod non ſolũ ferat
fructum, ſed & dulciſſimum & ſuauiſſimũ ferat.
Omnes igitur homines arbores dicũtur ſiue bo-
næ ſiue malæ,& fructuoſæ ſiue infructuoſæ:ſicut
& dominus in euãgelio dicit: Aut facite arborẽ Matth.12.c
bonam, & fructum eius bonũ: aut facite arborẽ
malam, & fructum eius malum. Et omnis arbor
quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in
ignem



A ignem mittetur. Tres ergo differentiæ in homi-
nibus videntur eſſe. Quidã qui omnino nullum
fructũ afferunt, & ecce alij qui afferũt. Sed in his
qui afferunt,aut mali ſunt fructus, aut boni. Hic
ergo ſponſa,id eſt,eccleſia Chriſti, confirmari ſe
poſtulat, & reclinari quidem ſuper vnã arborem
meliã,afferentem fructus bonos, & recte ac com-
petenter. Super his enim confirmatur & ſtipatur
eccleſia,qui in bonis operibus fructificãt & creſ-
cũt. Quid autẽ eſt quod in myrrhis, infructuoſis
ſcilicet arboribus,cõfirmari vult odore ſolo gau-
dentibus. Ego puto quod iſtos qui ſolo odore
gaudẽt,& necdum fructus fidei afferunt, illos di-
1.Cor.1.a cat quos Paulus ad Corinthios ſcribẽs dicit:Qui
inuocãt nomẽ domini noſtri Ieſu Chriſti in om-
ni loco ipſorum & noſtrũ. Pro eo ergo quod in-
uocant nomẽ domini noſtri Ieſu Chriſti,habent
in ſemetipſis odoris quãdam ex ipſa inuocatio-
ne nominis ſuauitatẽ. Pro eo vero quod nõ cum
omni fiducia & libertate accedũt ad fidẽ, nullos
fidei afferunt fructus. In loco hoc poſſumus nos
catechumenos eccleſiæ intelligere, ſuper quos
ex parte aliqua cõfirmãtur eccleſiæ. Habẽt enim
B & in ipſis non parũ fiduciæ,& ſpei plurimũ,quod
& ipſi fiant aliquãdo arbores fructiferæ, & plan-
tentur in paradiſo dei ab ipſo agricola patre.Ipſe
enim eſt qui plãtat huiuſmodi arbores in eccle-
ſia Chriſti, quę eſt paradiſus delitiarũ:ſicut & do-
Matth.15.b minus dicit:Omnis plantatio,quam non planta-
uit pater meus cæleſtis,eradicabitur.Stipatur er-
go eccleſia,& inter melias & ſuper ipſas requieſ-
cit.Quæ meliæ illæ putãdę ſunt animæ, quę quo-
tidie innouantur ad imaginem eius qui creauit
eas. Quia enim per innouationẽ ſui, imaginem
reparãt filij dei,merito & ipſæ arbores meliæ ap-
pellantur: quia & ipſe ſponſus earũ in ſuperiori-
bus dictus eſt, ſicut arbor melia eſſe in lignis ſyl-
uæ. Et ne mireris ſi idem ipſe & arbor vitæ & di-
uerſa alia dicatur,cum idem & panis verus,& vi-
tis vera, & agnus dei, & multa alia nominetur.
Omnia nanque hæc verbũ dei vni cuique effici-
tur,prout mẽſura, vel deſideriũ participantis ex-
poſcit:ſecundũ quod & manna, qui cum eſſet v-
nus cibus,vnicuique tamẽ deſiderij ſui reddebat
ſaporẽ. Præbet ergo ſeipſum,non ſolũ eſurienti-
C bus panem,& ſitiẽtibus vinũ, ſed & delitiari vo-
lentibus ſemetipſum, & fragrãtia exhibet poma.
Propterea ergo & ſponſa velut refecta iam & be-
ne paſta,fulciri in meliis ſe poſcit;ſciens in verbo
eſſe cibi non ſolum omnem cibum,ſed & omnes
delitias, & per ea maxime diſcurrit, dũ ſe vulne-
ratã ſentit eſſe iaculis charitatis. Si quis vſquam
eſt, qui fideli hoc amore verbi dei arſit aliquãdo:
ſi quis eſt (vt propheta dicit) qui electi iaculi eius
dulce vulnus plagamque accepit: ſi quis eſt qui
ſcientię eius amabili confixus eſt telo;ita vt diur-
nis eum deſideriis nocturniſque ſuſpiret, aliud
quid loqui nõ poſſit, audire aliud nolit, cogitare
aliud neſciat, deſiderare pręter ipſum, aut cupere
aliud vel ſperare nõ libeat; iſta anima merito di-
cit: Vulneratæ charitatis ego ſum, & ab illo vul-
Eſa.49.a nus accepi, de quo dicit Eſaias: Et poſuit me ſi-
cut iaculũ electũ,& in pharetra ſua abſcõdit me.
Tali vulnere decet deũ percutere animas,talibus D
iaculis teliſque cõfigere,ac ſalutaribus eas vulne-
ribus ſauciare, vt quia deus charitas eſt, dicat &
ipſe:Quia vulneratæ charitatis ego ſum. Et qui- 1.Ioan.4.c
dẽ in hoc quaſi amatorio dramate ſpõſa charita-
tis ſe dicit vulnera ſuſcepiſſe. Poteſt autẽ ſimili-
ter feruens anima erga ſapientiã dei dicere: quia
vulneratæ ſapiẽtiæ ego ſũ:illa ſcilicet, quæ ſapiẽ-
tię ei⁹ pulchritudinẽ potuit intueri.Poteſt & alia
anima virtutis eius magnificentiã cõtuens,& ad-
mirata potentiã verbi dei,dicere: Quia vulnera-
tæ virtutis ego ſum.Talis credo aliqua,ſicut erat
illa quæ dicebat: Dominus illuminatio mea & Pſal.26.a
ſalus mea, quẽ timebo. Sed & alia anima erga a-
morem iuſtitiæ eius feruens, & diſpenſationũ ac
prouidentiæ eius iuſtitiã contuens,dicit ſine du-
bio:Vulneratæ iuſtitiæ ego ſum,& alia bonitatis
eius ac pietatis immenſitatẽ reſpiciẽs, ſimilia lo-
quitur.Sed & horũ omniũ generale eſt iſtud cha-
ritatis vulnus,quo ſe vulneratam prædicat ſpõſa.
Sciendũ tamẽ eſt, quod ſicut ſunt iſta dei iacula,
quæ animæ habẽti deſideriũ bonorũ, ſalutis vul-
nus infligũt:ita ſunt & iacula maligni ignita,qui-
bus anima,quæ nõ eſt ſcuto fidei protecta,vulne- E
ratur in mortẽ.De ipſis dicit propheta: Ecce pec- Pſal.10.b
catores intẽderunt arcũ,parauerunt ſagittas ſuas
in pharetra ſua,vt ſagittẽt in obſcuro rectos cor-
de. Hic peccatores de occulto ſagittãtes,dæmo-
nes inuiſibiles dicit; & ipſi ſunt habentes quædã
iacula fornicationis, alia cupiditatis & auaritiæ,
quibus quã plurimi vulnerantur. Habent etiam
ſpicula iactãtiæ & vanę gloriæ:ſed iſta valde ſub-
tilia ſunt, ita vt confixã ſe anima ab eis ſauciatã-
que vix ſentiat;niſi ſi induta eſt armis dei, & ſtat
vigilans & immobilis erga aſtutias diaboli,ſcuto
ſemetipſam fidei per omnia cõtegens, & nullam
prorſus corporis partem fide nudã relinquens.
Quãtacunque autẽ dæmones fecerint tela, ſi in-
ueniãt mentẽ hominis fide munitã, etiam ſi fue-
rint ignita,etiã ſi cupiditatũ flãmis & incẽdiis ar-
deant vitiorũ, fides plena cuncta reſtinguit. (*Læ-* F
*ua eius ſub capite meo, & dextera eius amplectetur me.*) εὐώνυμος
Deſcriptio eſt quidẽ amatorij dramatis ſponſæ, αὐτοῦ ὑπὸ
feſtinãtis ad connubiũ ſpõſi:velut tamẽ paulo a- τὴν κεφαλήν
pertioribus corporis appellationibus currit. Sed μου: καὶ ἡ δε-
cõuerte te velocius ad ſpiritum viuificantẽ,& re- ξιὰ αὐτοῦ
fugiens appellationes corporeas, vere perſpice περιλήψεται
quæ ſit verbi dei læua,quæ ſit dextera: quod etiã με.
caput ſpõſæ eius, animæ ſcilicet perfectæ vel ec-
cleſiæ, & nõ te rapiat carnalis & paſſibilis ſenſus.
Ipſa enim eſt hic ſponſi dextera & læua, quæ in
Prouerbiis de ſapiẽtia dicitur, vbi ait: Lõgitudo Prou.3.b
enim vitæ in dextera eius;in ſiniſtra vero eius di-
uitiæ & gloria. Et ſicut hic ſapientiã nõ ideo ali-
quã feminã dici putabis, quia femineo nomine
appellari videtur:ita ne in hoc quidẽ quoniã maſ
culino genere: ſponſus verbũ dei dicitur, corpo-
raliter intelligere debes læuã eius aut dexteram:
vel amplexus ſponſæ vel animę, pro feminini ge-
neris declinatione percipere: ſed verbũ dei, quã-
uis apud Gręcos maſculino,apud nos neutro ge-
nere proferatur: ſuper maſculinũ tamen & neu-
trum ac femininũ genus, & ſuper omne omnino

A quod ad hoc reſpicit eſſe, cogitanda ſunt iſta, de quibus ſermo eſt;& nõ ſolum verbum dei, ſed & eccleſia eius, atque anima perfecta, quę & ſponſa nominatur. Sic enim & apoſtolus dicit: In Chriſto enim neque maſculus neque femina, ſed omnes in ipſo vnũ ſumus. Hæc autẽ propter homines, qui aliter audire non poſſunt, niſi his verbis, quæ in vſu habentur, in ſcriptura diuina humani more referuntur eloquij: vt verbis quidem notis & ſolitis audiamus; ſenſu tamẽ illo quo dignũ eſt, de diuinis rebus & incorporeis ſentiamus. Nam ſicut is, qui amatorẽ dicit ſe eſſe pulchritudinis ſapientiæ, hoc oſtẽdit, quod naturalem qui in ſe eſt charitatis affectum ad ſtudia transtulerit ſapientiæ; ita & hic ſpõſa depoſcit, vel anima vel eccleſia, vt ſponſus ſuus qui eſt verbum dei: læua quidẽ ſua caput eius ſuſtentet, dextera vero eius omne eius reliquum cõplectatur, & conſtringat corpus. Eſt autẽ læua, in qua ſapiẽtia diuitias cõtinere & gloriã dicitur. Quas autẽ habet diuitias eccleſia, & quã gloriam, niſi illas quas accepit ab eo: qui cum diues eſſet, pauper factus eſt, vt illius paupertate eccleſia fieret diues? Quæ autem eſt B gloria illa? Sine dubio, de qua dicit: Pater clarifica filium tuũ, paſſionis ſine dubio gloriam deſignãs. Fides ergo paſſionis Chriſti, gloria & diuitiæ eccleſię ſunt, quæ in lęua eius continẽtur. Lęuã autẽ puto verbũ dei hoc modo debere intelligi; quoniã quidem ſunt in eo quædã diſpenſationes ante incarnationẽ geſtæ. Sunt vero aliquę & per incarnationẽ. Illa pars verbi dei, quæ ante aſſumptionẽ carnis in diſpẽſationib⁹ peracta eſt, dextera poteſt videri: hæc vero quæ per incarnationẽ, ſiniſtra appellari. Vnde & ſiniſtra diuitias & gloriã habere dicitur. Per incarnationẽ nãque diuitias & gloriam quæſiuit, omnium ſcilicet ſalutẽ. In dextera autẽ longitudo vitæ eſſe dicitur; per quod ſine dubio illa eius pars, quæ in principio apud deũ deus erat verbũ, ſempiternitas indicatur. Hanc ergo læuã eccleſia, cuius Chriſtus eſt caput, optat habere ſub capite ſuo, & fide incarnationis eius, caput ſuũ muniri. Dextera vero eius amplecti, id eſt, illa agnoſcere, & de illis inſtrui, quæ ante huius quoque per incarnationem geſta diſpenſationis tẽpus in arcanis habentur & reconditis. Dextera nanque ibi putãda ſunt eſſe C omnia: vbi nihil de peccatorũ miſeriis, nihil de fragilitatis lapſu continetur. Hic vero læua, vbi vulnera noſtra curauit, & peccata noſtra portauit: factus etiã ipſe pro nobis peccatum, & maledictũ. Quæ omnia quamuis caput & fidem ſuſtẽtent eccleſiæ, merito tamen ſiniſtra verbi dei appellabũtur: in quibus aliqua etiã præter illam naturam, quæ tota dextera eſt, & tota lux, ac ſplendor & gloria, pertuliſſe memoratur. (*Adiuraui vos filiæ Hieruſalẽ in virtutibus, & in viribus agri, ſi eleuaueritis & ſuſcitaueritis charitatem quoaduſque velit.*) Spõſa adhuc ad adoleſcentulas loquitur, prouocans eas & exhortans, imo & adiurans per ea quæ eis chara eſſe nouit & amabilia: vt ſi forte eleuare cœperint charitatem, iacentem quippe in eis, & excitare eam, vtpote adhuc dormientem apud eas: intantum eleuent eam, & intantum ſuſcitẽt,

*Gen.3.d* — *2.Cor.8.b* — *Ioan.17.a* — *Ioan.1.a* *Coloſ.1.c* — *1.Pet.2.d* *Gal.3.b*

ὥρκισα ὑμᾶς θυγατέρες ἱερουσαλὴμ ἐν ταῖς δυνάμεσι καὶ ἐν ὑσχύσεσι τοῦ ἀγροῦ, ἐὰν ἐγείρητε, καὶ ἐξεγείρητε τὴν ἀγάπην ἕως οὗ θελήσῃ.

D inquantum voluerit ſponſus: nec minus aliquid in ea agat, quam voluntas ipſius patitur. Hæc eſt enim amantis ſponſæ perfectio, vt a nullo velit contra animum & voluntatem eius fieri, quem diligit. Et vt hoc non negligenter aut ſegniter agant, per virtutes agri, id eſt, per plantaria & virgulta, quæ in agro ſunt, & per vires eius, ſine dubio per ea quæ in eo ſata ſunt, adiurantur. Tali ordine, talique verborum compoſitione, textus hiſtorici dramatis dirigitur. Nunc iam quid arcani intrinſecus contegat, requiramus. Omnis anima, pręcipue quæ filia eſt Hieruſalem, habet aliquem agrum proprium, qui ei ſecreta quadam per Ieſum meritorum ſorte delatus eſt: ſicut fuit & ille ager Iacob: cuius ſuauitate permotus Iſaac patriarcha, myſticis aiebat eloquiis: Ecce odor filij mei, ſicut odor agri pleni, cui benedixit dominus. Habet ergo vnaquæque anima (vt diximus) agrum ſuum. Vita nanque & conuerſatio eius, ager eſt eius. In hoc agro, anima quę diligens & ſtudioſa eſt, ſatis agit, & ſtudet plantare bonos ſenſus, & omnes excolere animi virtutes: non ſolum autẽ animi virtutes, ſed & vires operũ, quibus videlicet impleri poſſunt miniſteria mandatorũ. E Eſt ergo (vt diximus) vnicuiq; animus ſuus ager, quem colit, & plãtat, & ſeminat, ſecundum hæc quę diximus. Eſt autẽ & omnium ſimul filiarum Hieruſalem vnus quidã & communis ager: de quo Paulus agit: Dei agricultura eſtis. Quem agrum, cõmune exercitium eccleſiaſticæ fidei & cõuerſationis accipiamus: in quo certum eſt virtutes ineſſe cæleſtes, & vires ſpiritualium gratiarũ. Vna enim quæque anima, quæ nunc filia Hieruſalẽ hic appellatur, ſciens quod matrẽ habeat Hieruſalem cæleſtem, cõferat aliquid neceſſe eſt ad agrũ hunc excolendũ, & cæleſti eũ poſſeſſione dignum cupiat effici. In iſtius ergo agri virtutibus, eleuari charitatẽ Chriſti, & excitari ab adoleſcẽtulis, & initia fidei habẽtibus, proteſtatur eccleſia, & dicit ad eas: Si leuaueritis & excitaueritis charitatẽ quoaduſq; velit: hoc eſt, ſi iam ad hoc veneritis, vt incipiatis agi nõ ſpiritu timoris, ſed adoptionis; & in hoc profeceritis, ita vt perfecta in vobis dilectio foras mittat timorẽ; & vt eleuetis, atq; exaltetis in vobis charitatẽ, & excitetis eam: tãdiu eleuate eam, & tamdiu extollite, F quamdiu ipſe velit filius charitatis, imo ipſe qui ex deo eſt charitas: ne forte putãtes ſufficere humanæ charitatis menſuras, in charitate dei minus aliquid quam deo dignum eſt, agatis. Menſura enim charitatis hæc ſola eſt, vt tantum quantum ipſe vult diligatur. Voluntas autem dei ſemper eadẽ eſt, nec vnquam mutatur. Nunquam ergo immutatio aliqua aut finis vllus in dei charitate recipitur. Notandũ ſane eſt, quod nõ dixit, ſi acceperitis charitatẽ, ſed ſi leuaueritis: quaſi quæ eſt quidem in vobis, ſed iacet, & nondum erecta eſt. Et rurſum non dixit, ſi inueneritis, ſed ſi excitaueritis charitatem: quaſi quæ ſit intrinſecus quidem: ſed iaceat & dormiat in eis, donec inueniat ſuſcitantem. Ipſam credo & Paulus ſuſcitabat tunc adhuc in diſcipulis dormiẽtem, cum dicebat: Exurge qui dormis, & continges Chriſtum.

*Gen.27.d* — *Rom.8.c.d* *1.Cor.1.b* *1.Ioan.2.d* — *Epheſ.5.c*



A ſtum. (*Vox fraterni mei.*) Frequenter nos admonere conuenit, quod libellus hic in modũ dramatis texitur. Præſens enim verſiculus, quẽ propoſuimus tale aliquid indicat, quod cum ſpõſæ ſermo eſſet ad adoleſcentulas filias Hieruſalem, ſubito quaſi eminus vocem ſponſi ſenſerit, quaſi cum aliquibus loquentis: interruptoq; ſermone, quem faciebat ad adoleſcentulas, ſponſa autẽ conuerterit ad auditum, qui ad eam peruenerat, & dixerit: Vox fraterni mei. Sponſum vero intellige primo quidẽ antequã appareret oculis ſponſæ voce ei ſola agnitum. Poſt hæc vero etiam conſpectibus eius appariuiſſe ſuper montes quoſdã vicinos illi loco, in quo ſponſa morabatur ſalientem, & magnis quibuſdã, non tam paſſibus quã ſaltibus, colles monteſque in modũ cerui vel capreæ trãſcendentẽ, & ita ad ſponſam ſuã omni cum properatione venientẽ. Vbi vero ad domum, intra quam ſponſa cõmorabatur, aduenit, ſtetiſſe eum paululum intellige poſt domum; ita vt ſentiretur quidẽ adeſſe, nondum tamen domũ palam vellet & euidenter intrare; ſed prius quaſi ſub amato- B ris ſpecie per feneſtras aſpicere velle ſpõſam. Intellige autẽ retia quædam prope domum ſpõſæ, aut laqueos eſſe poſitos: vt ſi forte ipſa, vel aliqua ſodalium eius ex filiabus Hieruſalem aliquando exiſſet, caperetur. Ad iſta vero retia veniſſe ſponſum certum eſt; qui cum capi ab eis non poſſet, ſed fortior eorum effectus diruperit ipſa retia, diruptiſque eis ſuper ipſa incedẽs: etiã per ipſa proſpexerit; & poſtquam hoc opus fecerit, dicat ad ſponſam: Exurge, veni proxima mea, ſpõſa mea, colũba mea. Hoc autẽ dicat, vt ipſo opere oſtendat ei quomodo cũ fiducia debeat contẽnere iam retia, quæ ei tetenderat inimicus: nec timeat laqueos, quos ab ſe iã viderat eſſe diruptos: & adhuc vt amplius ad ſe ſpõſam prouocet feſtinare, dicat ei: Quia omne tempus quod iam graue videbatur, tranſiuit; & hyems quæ ei cauſa exorta videbatur, abſceſſit; pluuiæque inutiles abierunt, & tempus iam floridum venit: nihil moreris iter aggredi veniendi ad me: ecce enim & agricolæ, quia veris iam tempus arriſit, vineas colunt. Vox enim tum & aliarum auium, tum etiã ſonora & C grata turturis vernantis auditur. Sed & ficus de veris certa tẽperie, germen ſuum produxit. Vites vero intantum de tẽporis tranquillitate non dubitant, vt flores ſuos iam audeãt odoreſque proferre. Hæc quidẽ de tranquillitate temporis indicat ſponſæ, vt maiore cum fiducia arripere iter audeat pergendi ad ſponſum. Sed & locum deſcribit ei, in quo vult eam ſecum requieſcere, & dicit velamento cuiuſdã ſaxi, quod muro ipſi vel loco promurali contiguum ſit, opaciſſimũ quendã effici locum, ad quẽ venire eam vult, & ablato velamine, ibi eius reuelatam faciẽ cõtueri, vt facie ad faciẽ innoteſcat ſponſo ſuo: & non ſolũ faciẽ eius reuelatã videat ſponſus & liberam; ſed & vocẽ eius ibi audiat: certus iam quod & facies eius pulchra ſit, & vox eius ſuauis ac delectabilis. Hæc autẽ præuenientes coniunximus, ne ordinẽ dramatis & hiſtoriæ textum videremur irrumpere. Sed præueniẽtes paululum vſque ad illum lo-

φωνὴ τοῦ ἀδελφιδοῦ μου.

D cũ fabulæ ordinẽ proſecuti ſumus, vbi ait: Quoniã vox tua ſuauis, facies tua ſpecioſa. Nunc ergo repetentes videamus primo quid eſt quod ait: Vox fraterni mei. Ex voce ſola ab eccleſia ſua primo Chriſtus agnoſcitur: Primo enim vocem ſuã præmiſit per prophetas, & cum nõ videretur, audiebatur tamen. Audiebatur autẽ per ea quæ annuntiabantur de eo; & tamdiu ſponſa, id eſt, eccleſia quæ ab initio ſæculi congregabatur, ſolam vocẽ eius audiuit, vſquequo oculis ſuis eum videret, & diceret: (*Ecce hic venit ſaliens ſuper montes, tranſiliens ſuper colles.*) Saliebat enim ſuper propheticos mõtes, & ſanctos colles: illos ſcilicet, qui in hoc mundo imaginem eius formãque geſſerũt. Sed & ſi in apoſtolis eum ponas, quaſi in montibus ſalientem & eminentẽ cunctis, & in collibus nihilominus, his duntaxat qui ſecundo loco electi ab eo & miſſi ſunt, non erit inconueniens. In his enim ſimilis efficitur capreæ, & hinnulo ceruorũ. Capreæ, quod omnẽ viſum, viſus eius præcellit. Et ceruo, quod ad interitũ ſerpentis aduenit. Sed & vnaquæque anima (ſi qua tamẽ eſt quę E verbi dei amore conſtringitur) ſi quando in diſputatione ſermonis eſt poſita, vt nouit omnis qui expertus eſt, quomodo cum in arctũ venitur, & anguſtiis propoſitionũ quæſtionũque concluditur: ſi quando eam legis ac prophetarũ vel ænigmata, vel obſcura quæque dicta concludunt: ſi forte adeſſe eum ſentiat anima, & eminus ſonitũ vocis eius accipiat, ſubleuatur ſtatim: & vbi magis ac magis propinquare ſenſibus eius cœperit, & illuminare quæ obſcura ſunt: tunc eum videt ſalientẽ ſupra mõtes & colles, altæ ſcilicet & excelſæ ſenſus ſibi intelligẽtiæ ſuggerẽtẽ: ita vt merito dicat hæc anima: Ecce hic venit ſaliens in mõtibus, trãſiliens ſuper colles. Hęc autẽ dicim⁹, nõ immemores quod iã & in ſuperioribus corã poſitus, præſenti collocutus ſit ſponſæ. Sed quoniã (vt ſæpe diximus) dramatis ſpeciẽ libellus hic cõtinet: nũc in præſenti dicuntur aliqua, nũc etiã in abſenti: & ſic agitur immutatio perſonarũ, vt vterq; ordo cõpetẽter dirigi videatur. Quamuis enim promittat ſponſus, & dicat ad ſponſam ſuã, F qui ſunt electi diſcipuli eius: Quia ecce ego vobiſcũ ſum omnibus dieb⁹ vſq; ad cõſummationẽ ſæculi: tamẽ iterũ per parabolas dicit: quia paterfamilias vocauit ſeruos ſuos, & vnicuiq; diſtribuit pecuniã negotiãdi gratia, & profectus eſt. Et iterum dicit: Quia abiit petere ſibi regnũ. Et iterum quaſi de abſẽte ſpõſo dicitur: Quia media nocte clamor factus eſt, dicẽtium: quia venit ſpõſus. Sic ergo nũc præſens eſt ſpõſus, & docet; nũc abſens dicitur, & deſideratur, & vtrunq; vel eccleſiæ vel animæ ſtudioſę conuenit: Cũ enim pati perſecutiones & tribulationes permittitur eccleſia, abſẽs ei videtur. Et rurſum cũ in pace proficit, & in fide ac bonis operibus floret, præſens ei eſſe intelligitur. Sed & anima, cũ quærit aliquẽ ſenſum, & agnoſcere obſcura quæq; & arcana deſiderat: donec inuenire non poteſt, abſens ei ſine dubio eſt verbũ dei. Vbi vero occurrerit, & apparuerit & requiritur, quis dubitat adeſſe verbum dei, & illuminare mentẽ, ac ſciẽtiæ lumẽ ei præbere? Et ite-

ἰδοὺ οὗτος ἥκει πηδῶν ἐπὶ τὰ ὄρη, διαλλόμενος ἐπὶ τοὺς βουνούς.

*Matth.28.d* *Ibid 25.b* *Luc.19.b* *Matth.15.a*

A rum ſubduci nobis eum, atq; iterum adeſſe ſentimus per ſingula, quæ aut aperiuntur, aut clauduntur in ſenſibus noſtris. Et hoc eo vſque patimur, donec tales efficiamur, vt non ſolum reuiſere nos, ſed & manere dignetur apud nos, ſecundum quod interrogatus a quodā diſcipulo dicēte: Domine, quid eſt factum quod incipis nobis manifeſtare temetipſum, & nō huic mundo? Reſpondit Saluator: Si quis diligit me, verbum meū cuſtodit, & pater meus diliget eum, & ad ipſum veniemus, & mãſionē apud eum faciemus. *Marc.14.c* Si ergo & nos volumus videre verbum dei, atque animæ ſponſum ſalientem ſuper montes, & exultātem ſuper colles, primo audiamus vocem eius: & cum audierimus eum in omnibus, tunc etiam eum videre poterimus, ſecundum ea quæ in pręſenti loco vidiſſe deſcribitur ſponſa. Nam & ipſa quamuis & prius eum viderit, non eum tamē ita viderat, vt nunc ſalientem ſuper montes, & exultātem ſuper colles: neque per feneſtras ſuas procumbentem, neque per retia proſpicientem: ſed magis videtur quod prius hyemis tempore eum

B viderit. Nūc enim primum dicit ei: Quia hyems tranſiit. Igitur (vt res indicat) etiam per hyemē ſponſæ ſuæ apparet, id eſt, tribulationum & tentationum tempore. Sed & alia eſt illa viſitatio, in qua viſitatur paululum, & iterū deſeritur, vt probetur; ac rurſus requiritur, vt caput eius ſuſtentetur, & vt tota complectatur: ne forte aut in fide titubet, aut corpus eius tentationū pondere pręgrauetur. Et ideo videtur mihi hyems fuiſſe illud tēpus, cū caput ſuum, fidei ſcilicet ſummitatem, læua ſponſi contineri poſcebat, & dextera eius omne corpus amplecti. Nunc autē iſta viſio, quæ de montibus apparet & collibus, gratiarum puto ſpiritualium altitudines potētiaſque deſignat. Sed & per feneſtras quod proſpicere dicitur, ſenſibus mihi lumen videtur præbere. Et retia quæ dirumpit & cōterit, laqueos indicari diabolicos puto, vtpote tentationum tempore, tanquā hyeme iam peracta. Oſtēduntur etiā ſigna veris & æſtatis, ſicut in pſalmis dictū eſt: Æſtatē & ver, tu feciſti ea. Inde denique & flores profectuū protulit eccleſia, tentationibus ſuperatis, & putationis diſpenſatione trāſacta: ſicut in ſuis locis, cum

C ad hæc diſſerēda ventum fuerit, oſtendetur. Ecce hic veniet ſaliens ſuper montes, tranſiliens ſuper colles. Hiſtoricum ordinē iam proſecuti ſumus. Nunc autem quomodo Chriſtus ad eccleſiā veniens ſaliat ſuper montes, & exiliat ſuper colles, videndum eſt. Exiliens enim magis quam tranſiliens, propoſiti ſermonis proprietas habet. Iſaac enim ambulans & progrediens, maior fiebat, vſquequo fieret magnus valde. Paulus autē nō iam ambulādo profecit, ſed currendo, cū dicit: Curſum cōſummaui. *2.Tim.4.b* Saluator autē noſter & eccleſiæ ſpōſus, neq; ambulare neq; currere, ſed ſuper hęc ſalire dicitur & exilire. Si enim conſideres quomodo parui tēporis ſpatio, occupatū falſis ſuperſtitionibus mūdum ſermo dei percurrit, & agnitionem verę fidei reuocauit: intelliges quomodo ſaliat ſuper mōtes, magna videlicet quæq; regna ſaltibus ſuis ſuperans, & ad recipiendam cogni-

D tionem diuinæ religionis inclinans: & exiliat ſuper colles, cum etiā minora regna velociter ſubiugat, atque ad pietatem veri cultus adducit: & ſic de loco ad locum, de regno ad regnū, de prouinciis ad prouincias prędicationis illuſtratione tranſiliens, per eum qui dicebat: Quia ab Hieruſalem in circumitu vſq; ad Illyricum repleuit euangelium dei: *Rom.15.c* intelliges quomodo ſuper montes ſaliens veniat, & exiliens ſuper colles. Sed & alio modo poteſt intelligi, ſicut ſupra iam diximus. Quoniā quidem Moyſes de ipſo ſcripſit, & prophetæ nihilominus de ipſo annuntiauerunt. Sed & hæc annuntiatio in lectione veteris teſtamenti velamen habet ſuperpoſitū. Vbi vero ſpōſæ, eccleſię ſcilicet ad eum conuerſæ, ablatum eſt velamen: ſubito videt eū in iſtis montibus, legis dūtaxat voluminibus ſalientē, & in collibus ſcripturæ propheticæ, pro euidenti manifeſtatione non tam apparētem, quam exilientē. Verbi gratia, quaſi ſi reuoluens ſingulas propheticæ lectionis paginas inueniat de ipſis exilientē Chriſtum, & per loca ſingula lectionum ablato nunc demū *Matth.17.& Marc.9.a* quo prius tegebatur velamine, ebullire eum cernat & emergere, atque euidēti iam manifeſtatione prorumpere.

E Ob hoc credo & ipſe Ieſus cum ad transformandū ſe venit, non in aliqua planitie aut conualle fuit, ſed montem conſcendit, vbi & transformatus eſt: vt ſcias eum ſemper in montibus aut in collibus apparere, & vt te doceat, ne vſquam eum niſi in legis & prophetarum montibus quæras. Quod autē ſancti quiq; montes appellantur, multis ſcripturæ locis inuenies indicari: ſicut ait in pſalmis: Fundamenta eius in montibus ſanctis. *Pſal.86.a* Et iterum: Leuaui oculos meos in mōtes, vnde veniet auxilium mihi. *Pſal.120.* Auxiliū nanque in tribulationibus, ex ſcripturarum diuinarū ſenſibus capimus. Poſſumus adhuc & montes, in quibus ſalire verbum dei dicitur, & quaſi liberius efferri, nouum accipere teſtamētum. Colles vero, de quibus quaſi diu compreſſus & occultatus exiliit, veteris teſtamenti ſentire volumina. Sed & apud Hieremiam venatores & piſcatores, qui mittuntur capere homines ad ſalutem, in montibus & collibus eos capere dicuntur. *Hier.16.c* Sic enim ait: Ecce mitto multos piſcatores, & multos venatores, & capient eos ſuper omnem montem,

F & ſuper omnem collem: quod ego magis ad futurum tempus in conſummatione ſæculi implēdum puto: vt cum miſſi fuerint angeli ſecundum euangelicam parabolam meſſis tempore, vt ſeparent frumenta a zizaniis: qui excelſioris vitæ & eminentioris fuerit conuerſationis, iſte in mōtibus inuenietur aut in collibus. *Matth.13.f* Non inuenietur in humilibus & deiectis locis, ne ibi mixtus videatur eſſe zizaniis: ſed in excelſioribus ſenſibus, & in eminentia fidei poſitus, ſaliēti in montibus verbo dei, & exilienti in collibus ſemper adhærens. Quod per aliam nihilominus parabolam, ſub eodem tamen intellectu dicitur in euangelio: Si quis in tecto eſt, non deſcendat tollere aliquid de domo. *Matth.24.b & Mar.13.b* Poteſt adhuc & alium nobis ſenſum, prædiues iſte præſentis verſiculi ſermo ſuggerere. Poſſibile nanque eſt omnem

qui



A qui plena fide credit in deū, vel montem, vel collem appellari, pro qualitate ſcilicet vitæ, magnitudine intelligentiæ, etiā ſi fuerit aliquando vallis: proficiente in eo Ieſu ætate & ſapiētia & gratia, omnis vallis implebitur. *Luc.2.a Eſa.40.a* Superbi autem quiq; & elati, vt montes & colles humiliabūtur: quoniā qui ſe exaltat, humiliabitur: & qui ſe humiliat, exaltabitur. *Luc.14.& 18.c* De ipſis enim dicitur: Qui confidūt in domino ſicut mons Sion. *Pſal.124.a* Et de Hieruſalē dicitur: Mōtes in circumitu eius. *Ibidem.* Vnde puto, quod merito etiam Saluator noſter (quoniam & ipſe dicitur lapis de monte exciſus ſine manibus, & factus eſſe mons magnus) *Dan.2.c* ſicut rex regū, & pontificum pontifex, poteſt etiam mons montiū appellari. Verū vt etiā tertia expoſitio habeat locū, ad vnāquanq; animā ſermo dirigatur. Si qui ſint capaciores verbi dei, qui ab Ieſu aquam ſibi datā biberunt, & factus eſt in eis fons aquæ viuæ ſaliētis in vitam æternā, *Ioan.4.b* in his ſcilicet, in quibus verbum dei crebris ſenſibus & copioſis, velut perennibus ebullit fluentibus, in his vitæ ac ſcientiæ & doctrinæ merito mōtibus & collibus effectis, di-

B gniſſime ſalire verbū dei dicitur & exilire, factus in eis per affluentiā doctrinæ fons aquæ viuæ ſalientis in vitam æternam. [*Similis eſt fraternus meus capreæ hinnuloque ceruorum in mōtibus Bethel.*] Caprea & ceruus, quod inter munda habeantur animalia, manifeſte ex his quæ in Deuteronomio ſcripta ſunt, indicatur: eſt enim hoc modo ſcriptum.

ὁμόιος ἐςιν ἀδελφιδός μȣ τῇ δόρκαδι, ἢ νεβρῷ ἐλάφων ἐπὶ τὰ ὄρη βαιθήλ.

*Deut.14.a Sec.70.* Hæc enim ſunt animalia, quæ manducabitis: vitulum & agnum ex pecoribus, & hircum ex capris, ceruum, & capream, & bubalum, & tragelaphum, & ibicen, & camelum, & pardum. Sed & quod ſanctus ceruo comparatur, in multis ſcripturæ diuinæ locis habetur, vt in pſalmo, vbi dicit: Sicut ceruus deſiderat ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te deus. *Pſal.41.a* Veruntamen in ſermonibus quos ex Deuteronomio aſſumpſimus, etiam hoc non negligenter conſiderandum videtur, quam dignum in animalibus mundis enumerādis ordinem tenuerit: vt primo vitulum, ſecundo agnum, tertio hircum ſcriberet. In his vero quæ ſecundū eundem Moyſem offeruntur ad altare, primo ceruū, ſecundo capreā nominat.

C Et ita poſt hæc, reliqua per ordinē deſcribit animantia. Quorum ratio his quibus abundantior gratia ſpiritualis in dono ſciētiæ conceſſa eſt, per ſpiritum ſanctū manifeſta & euidens fiet. Nobis interim, quoniam de ceruo & caprea dicere nūc in expoſitione præſentis verſiculi incumbit, conueniens videtur ex ſcripturis diuinis congregare pro viribus, quæ de his animalibus referūtur, de quibus idem Moyſes cum de carnibus loqueretur, quæ in omni deſiderio animæ comederētur, nō oblatę ad altare: ſicut caprea, inquit, & ceruus. *Deut.12.* Egregiū vero quid viceſimuſoctauus pſalmus, vbi de virtutibus & efficacia vocis dei per ordinē ſcribit, de ceruo hoc modo dicit: Vox domini perficientis ceruos, ideſt, perfectos facientis ceruos, & reuelabit condenſa. Sicut enim vox domini intercidere dicitur flammā ignis, & concutere deſertū: ita perficere ceruos, ac reuelare condenſa memoratur. Sed & in Iob de ceruo ita in- *Iob.39.a Sec.70.*

D uenimus referri, vbi dominus ad Iob per turbinē loquens & nubē, ait: Aut ergo obſeruaſti partus ceruorum, aut numeraſti menſes eorū plenos ad partum: dolores autem eorū ſoluiſti, aut nutriſti eorum natos, aut ſine doloribus partus eorum emittes? Abrumpent filij eorum, & multiplicabūtur in natiuitate: exibunt, & non reuertentur. His adiungenda ſunt etiam illa quæ in Prouerbiis legimus, hoc modo: Ceruus amicitiarū, & pullus gratiarū loquantur tibi. *Prou.5. Sec.70.* Hæc interim ad præſens de ceruo nobis ſcripta occurrere potuerūt. *1.Cor.2.d* Quæ ob hoc aſſumpſimus, vt loquamur non in doctrina humanæ ſapientiæ, ſed in doctrina ſpiritus, ſpiritualibus ſpiritualia comparantes: & ideo inuocemus deum, patrem verbi, quod nobis verbi ſui manifeſtet arcana, ſenſumque noſtrum remoueat a doctrina humanæ ſapientiæ, & exaltet atq; eleuet ad doctrinā ſpiritus: vt non ea quæ ſentit carnalis auditus, ſed ea quæ continet volūtas ſpiritusſancti, loquamur. Paulus apoſtol⁹ nos docet, quod inuiſibilia dei, ex viſibilibus intelligantur: *Rom.1.c* & ea que non videntur, ex eorū quę vidētur ratione & ſimilitudine contemplentur: oſtē-

E dens per hoc quod viſibilis hic mundus, de inuiſibili doceat, & exemplaria quædam cæleſtiū cōtineat poſitio iſta terrena, vt ab his quæ deorſum, ad ea quæ ſurſum ſunt poſſimus aſcendere: atque ex his quę videmus in terris, ſentire & intelligere ea quæ habentur in cælis. Ad quorū ſimilitudinē quandam, quo facilius colligi per hæc ac ſentiri poſſent diuerſitates creaturarū quæ in terris ſunt, ſimilitudinē conditor dedit. Et fortaſſis ſicut hominē deus ad imaginē & ſimilitudinē ſuam fecit, ita etiā cæteras creaturas ad alias quaſdā cæleſtes imagines, per ſimilitudinē cōdidit; & fortaſſe intantū ſingula queq; quæ in terris ſunt, habent aliquid imaginis & ſimilitudinis in cæleſtibus, vt etiam granum ſinapis, quod minimum eſt in omnibus ſeminibus, habeat aliquid imaginis & ſimilitudinis in cælis. *Luc.13.d* Et hoc quod talis ei quædā cōpoſita eſt alternatio naturæ, vt cum minimum ſit omnium ſeminum, maius fiat omnibus oleribus: ita vt poſſint venire aues cęli, & habitare in ramis eius, ſimilitudinem ferat, non ſolū alicuius cæleſtis imaginis, ſed ipſius regni cælorum. Sic ergo

F poſſibile eſt, etiam cætera ſemina, quæ in terris ſunt, vt habeant aliquid in cæleſtibus ſimilitudinis & rationis. Quod ſi ſemina, ſine dubio & virgulta: & ſi virgulta, ſine dubio & animantia, vel alitum, vel repentium, & quadrupedum. Sed & illud adhuc poteſt intelligi, quod ſicut granū ſinapis non vnam ſimilitudinē tenet regni cælorum, & habitationes ſcilicet auiū in ramis ſuis: ſed habet & aliam ſimilitudinē vel imaginē, perfectionis ſcilicet fidei: ita vt ſi quis habeat fidē ſicut granum ſinapis, dicat monti transferri ſe, & transferet: *Matt.17.c & Luc.17.a* ita poſſibile eſt vt etiam cætera non in vno aliquo, ſed in pluribus ſpeciem & imaginem cæleſtium ferant. Et cum plures ſint, verbi gratia, in grano ſinapis virtutes, quæ rerū cæleſtium imagines teneāt, vltimus & extremus eius vſus eſt iſte, qui habetur apud homines in miniſterio corporali: ita etiam in reliquis vel ſeminibus, vel virgul-

A tis,vel herbarum radicibus,vel etiam in animantibus intelligi poteſt,vt vſum quidem & miniſterium hominibus præbeant corporale:habeāt autem incorporalium rerum formas & imagines, quibus doceri anima poſſit & inſtrui,ad contemplanda etiam ea quæ ſunt inuiſibilia & cæleſtia: & hoc fortaſſis eſt quod ille ſcriptor diuinę ſapiētiæ dicit: Ipſe eīn mihi dedit eorū quæ ſunt ſciētiam veram,vt ſciā ſubſtantiā mundi, & virtutes elementorum, initium & finem & medietatem temporū,viciſſitudinum permutationes, & conuerſiones temporū,anni circulos,& ſtellarū poſitiones,naturas animaliū, & iras beſtiarū, ſpirituū violentias, & cogitationes hominū, differentias virgultorū,& virtutes radicum: ſed & quæcunq; occulta & manifeſta ſunt, cognoui. Vide ergo ſi poſſumus ex his ſcripturæ ſermonibus ea quę diſcutere propoſuimus, lucidius euidētiuſque colligere. Etenim ſcriptor iſte ſapientiæ diuinæ, cū ſingula quæq; enumeraſſet, ad vltimū dixit: quia

Sap.7.c

B occultorum & manifeſtorū acceperit ſcientiam: oſtendens ſine dubio,quod vnumquodq; eorum quæ in manifeſto ſunt, referatur ad aliquid eorū quæ in occulto ſunt: ideſt,ſingula quæque viſibilia habere aliquid ſimilitudinis & rationis ad inuiſibilia.Quia ergo impoſſibile eſt homini in carne viuēti agnoſcere aliquid de occultis & inuiſibilibus, niſi imaginē aliquā & ſimilitudinem cōceperit de viſibilibus: ob hoc arbitror quod ille qui omnia in ſapientia fecit,ita creauit vnāquanque viſibilium ſpeciem in terris, vt in his doctrinam & agnitionem rerum inuiſibilium & cæleſtium poneret:quo per hęc aſcenderet mens humana ad ſpiritualem intelligentiam, & rerū cauſas in cæleſtibus quæreret, vt poſſet edocta per ſapientiam dei etiam ipſa dicere: Quæ in occulto ſunt,& quæ in manifeſto cognoui.Secundum hæc quoque agnoſcit & ſubſtantiam mundi, non ſolū hanc viſibilem corporeamque quæ palam eſt, ſed & illam incorpoream inuiſibilemq;, quæ in occulto eſt.Agnoſcit etiam elementa mūdi,nō ſolum viſibilia,ſed & inuiſibilia, & vtrorū-

C que virtutes.Sed & initium quod dicit, & finem & medietatem temporū:initium ait viſibilis quidem mundi, quod ante ſex millia non integros annos initiū deſignat Moyſes: medietatem quoque ſecundum temporū rationē,finem illum qui ſperatur cum cælum & terra tranſibit.Secundum occultorum vero ſcientiā initium illud,quod intelligit is,quem ſapientia dei docuerit,quod nulla poſſunt tempora, nulla ſæcula comprehendere.Medietatem vero horum quæ nunc ſunt: finē vero ea quæ futura ſunt, ideſt, perfectionem cōſummationemq; vniuerſitatis, quæ tamen ex his viſibilibus coniici poſſunt & intelligi. Sed & viciſſitudinū permutationes,& temporū cōuerſiones,& anni circulos, ex his quæ videntur, refert ad inuiſibiles rerū incorporaliū permutationes ac viciſſitudines. Circulos quoq; annorū temporalium & præſentium, refert ad antiquiores aliquos ac ſempiternos annos,ſecundū eum qui dicebat: Et annos æternos in mente habui. Sed & ſtellarū poſitiones, non dubitauit ab his quæ pa-

Pſal.76.b

lam videntur, referre ad illa quæ in occultis ſunt, D qui occultorū manifeſtorumq; ſciētiam meruit, & dicit eſſe aliquod ſanctorū genus, quod de Abrahā præcipue ſtirpe deſcendit,ſicut ſtellas cęli. Sed & reſurrectionis futuræ gloriā, ſtellas eſſe ſecundum occultorū ſcientiā pronuntiauit; ſequēs eum qui dixit: Alia gloria ſolis, & alia gloria ſtellarum. Stella enim a ſtella differt in gloria, ita & reſurrectio mortuorū: Niſi ſecundum hæc intelligeretur illud quod ait, naturas animalium iraſque beſtiarū,nunquam dixiſſet in euangeliis Saluator: Dicite vulpi huic.Neq; Ioannes de quibuſdam dixiſſet: Serpentes, generatio viperarū. Sed neq; propheta diceret de nonnullis,quod equi emiſſarij facti ſunt. Et itē alius: Homo cum in honore eſſet,non intellexit: cōparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Sed & ille diligenter agnouit iras beſtiarū,qui dicebat: Furor illis ſecundū ſimilitudinē ſerpentis,ſicut aſpidis ſurdæ,& obturantis aures ſuas.Hæc erit ratio

Gen.15.b.& 26.a
1.Cor.15.a
Luc.83.g
Hier.5.
Sec.70.
Pſal.48.d
Pſal.57.a

E etiā de eo quod ait,ſpirituū violentias: viſibiliter quidē de ventis & flatibus aeris,inuiſibiliter vero de violentiis immundorū ſpirituū loquēs,quos& Paulus vētos doctrinæ nominauit. Poſt hæc iam ſequitur, vt & cogitationes hominum ſciat, corporaliter quidem quæ de humano corde procedunt.Inuiſibiler autem intelligat eos qui iniiciūt hominibus malas & peſſimas cogitationes, ſicut in euangelio ſcriptum eſt: Cum diabolus miſiſſet in cor Iudę Iſchariotis,vt traderet dominū.Et vt in Prouerbiis dicitur: Si ſpiritus poteſtatem habentis aſcenderit ſuper te,locum tuū ne derelinquas:quia ſanitas cōpeſcit peccata magna. Sed & bonarū cogitationū eſt aliquis auctor; propter quod & in pſalmis puto ſcriptū eſſe: Beatus homo, cuius eſt auxilium abs te domine, aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit.Et iterum: Cogitatio hominis confitebitur tibi,& reliquiæ cogitationū diē feſtū agent tibi. Ita igitur cuncta ſecundū ea quæ præfati ſumus, ex viſibilibus referri poſſunt ad inuiſibilia, & a corporalibus ad incorporea,& a manifeſtis ad occulta: vt ipſa creatura

Ephe.4.c
Ioan.13.a
Eccl.10.a
Pſal.83.b
Pſal.75.a

F mundi, tali quadā diſpenſatione condita intelligatur per diuinam ſapientiā, quæ rebus ipſis & exemplis inuiſibilia nos de viſibilibus doceat, & a terrenis nos transferat ad cæleſtia. Hæ autem rationes non ſolum in creaturis omnibus habentur, ſed & ſcriptura diuina tali quadā ſapiētiæ arte conſcripta eſt. Propter quædā nanq; occulta & myſtica viſibiliter populus educitur de Ægypto iſta terrena,& iter agit per deſertum,vbi ſerpens mordens & ſcorpius, & ſitis, vbi non erant aquæ,& cætera,quæ in his geſta referuntur.Quæ omnia,vt diximus, occultorū quorundā formas & imagines tenent.Et hoc non in ſcripturis tantum veterū, ſed & in geſtis domini & ſaluatoris noſtri,quæ in euangeliis referūtur, inuenies. Igitur ſi omnia quæ in manifeſto ſunt,ſecundum ea quæ ſuperius approbauimus, ad aliqua referūtur quæ in occulto ſunt: conſequēs ſine dubio eſt, vt ceruus iſte viſibilis vel caprea,quę in Cantico cāticorum ſcribitur, ſecundū rationem naturæ ſuæ quam corporaliter gerunt, referantur ad aliquas rerum

In Exodo & Numeris.



A rerum incorporalium cauſas; vt illis occultis & inuiſibilibus ceruis videatur poſſe conuenire qđ dictū eſt: Vox domini perficiētis ceruos. Quæ enim perfectio ex voce domini fit iſtis viſibilibus ceruis? Aut quæ ad eos doctrina vnquam ex domini voce deſcendit? Si vero ſpirituales ceruos quæramus,quorum formā & imaginē tenet illud animal corporale:illos inuenias ad ſummā perfectionis ex voce domini poſſe perduci. Sed & quorū ceruorū dominū ſeruare decuerit partus, & velut medendi officia præbentem parturientibus aſtare conuenerit, donec parerēt filios tales, qui aduerſarentur & perſequerentur ſerpentium genus, vt dignum eſt diuina maieſtate, debemus aduertere qualium ceruorum domini decet ſeruare partus,ne in aborſum decidant: ſed & menſes eorū numerare plenos ad partum, eorumque labores & dolores cuſtodire; vt generationes eorum non cadant in vanum, ſed vt perfecta ſit eorum natiuitas:& tamdiu parturiāt,donec forme-

Pſal.38.b
Iob 39.

B tur Chriſtus in eis. Huiuſmodi ceruorum pullos dominus nutrit: eorū duntaxat qui iactant in domino cogitationē ſuā, vt ipſe eos nutriat, & ipſe ſeruet dolores partus eorū, cum ex timore dei in ventre cōceperint & parturierint, & ſpiritum ſalutis pepererint. Huiuſmodi partus dolores ipſe dominus ſeruat & curat. Sed & emittit dolores eorū, vt euntes eant & fleant, portantes ſemina ſua, & ſint in doloribus hominū, ac flagellentur cum hominibus:ne forte teneat eos ſuperbia.Iſti quoque ipſi cerui abrumpunt, vt ait, natos ſuos. Quos enim genuerint per euāgelium, abrumpūt eos a vinculis peccatorum, & a laqueis diaboli, ne vltra voluntati eorū teneantur obſtricti.Iſti etiam multiplicabuntur; &, vt ait, non reuertentur.Non enim imitabuntur vxorem Lot,non redibunt retrorſum. Sciunt enim quia qui mittit manum ſuam ad aratrum, ſi retroſpexerit, aptus non erit regno cælorum; ſed ſemper quæ retro ſunt obliuiſcuntur,& in ea quæ ante ſunt ſe extēdunt. Tales enim ceruos vox domini facit eſſe

Gal.4.c
Pſal.54.d
Eſa.26.a
Pſal.125.a
Gen.19.f
Luc.9.g
Philip.2.c

C perfectos.Quę vox domini,niſi illa quę in lege & in prophetis habetur,& peruenit vſq; ad Ioannē, qui erat vox clamantis in deſerto? Et ipſa enim vox Ioannis,qui dicebat: Parate viā domini, rectas facite ſemitas dei noſtri, perfectos faciebat ceruos,vt eſſent perfecti in eodem ſenſu,& in eadem ſcientia.Qui enim talis eſt, merito dicit: Sicut ceruus deſiderat ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te deus.Ceruus quoq; amicitiarū quis alius videbitur,niſi ille qui peremit ſerpentē illum,qui ſeduxerat Euā; & eloquij ſui flatibus peccati in eam venena diffundēs,omnē poſteritatis ſobolem contagio præuaricationis infecerat; & venerat ſoluere inimicitias in carne ſua,quas inter deum & hominē noxius mediator effecerat.Pullus vero gratiarū poteſt accipi ſpiritus ſanctus,a quo ſitientes & deſiderantes deum, ſpirituales gratias & dona cæleſtia cōſequuntur. Hæc autem omnia a nobis dicta ſunt,vt manifeſtior fieret cauſa, qua ſponſa comparare videtur fraternū ſuum hinnulo ceruorū. Quod ſi etiam hoc requirendū eſt,cur non ceruo vt in aliis, ſed

Matth.& Luc.3.a
Pſal.41.a
Prou.5.d
Sec.70.
Gen.3.a
Rom.5.c.&
1.Cor.15.c
Ephe.2.c

hinnulo ceruorum comparatur. Illud aduerte, D quod cū in forma dei eſſet, filius datus eſt nobis, & puer natus eſt nobis: cuius poteſtas ſuper humerum eius.Ideo ergo hinnulus ceruorum, quia paruulus puer natus eſt.Et forte poſſunt cerui accipi ſancti quiq;: vt Abraham, Iſaac & Iacob,& Dauid,& Salomō, & omnes ex quorum ſemine Chriſtus ſecundū carnē deſcendit. Quos ceruos, vox domini perfectos facit, & ipſorū eſt hinnulus iſte, qui ex ipſis ſecundū carnē natus eſt puer. Mouet me etiā illud quod in cēteſimotertio pſalmo ſcriptū eſt,vbi ait: Montes excelſi ceruis. Et quidē de ceruis iam ſuperius diximus, quod ſancti quiq; accipiuntur,qui ob hoc in hunc mundū venerunt,vt ſerpentis venena perimerēt.Qui autem ſint montes excelſi,videamus,quaſi qui ſolis ceruis ſequeſtrati videntur:& ad quos niſi ceruus ſit, aliquis non poſſit aſcendere. Ego puto quod perſonas trinitatis montes excelſos appellauerit: ad cuius capacitatē nullus, niſi ceruus efficiatur, aſcendit.Sed iidē ipſi,qui hic montes excelſi plu-

Phil.2.a
Eſa.9.a
Matth.1.a

E raliter appellātur,in aliis mons excelſus, ſingulariter dicitur, ſicut Eſaias ait: In montē excelſum conſcende qui euangelizas Sion. Exalta in fortitudine vocē tuā,qui euangelizas Hieruſalem.Idē nanq; ipſe qui ibi trinitas propter diſtinctionem perſonarum,hic vnus deus intelligitur pro vnitate ſubſtantiæ. Satis ſint iſta de hinnulo ceruorū. Nunc videamus quomodo etiam capreæ vel dāmulę cōparetur fraternus.Hoc animal quantum ad Græca vocabula, nomen a videndo atq; clarius proſpiciendo ſortitum eſt. Et quis eſt qui ita videat vt videt Chriſtus? Solus nanque eſt qui videt,ideſt,agnoſcit patrem.Nam & ſi dicantur hi qui mundo ſunt corde,deum viſuri, videbūt ipſo ſine dubio reuelante: quia & caprea habet in natura ſua,vt nō ſolū videat ipſa, & perſpiciat acerrime,ſed & aliis viſum præbeat. Aſſerunt nanque hi, quibus medicinæ peritia eſt, ineſſe huic animali intra viſcera humorē quēdā,qui caliginē depellat oculorū, & obtuſiores quoſque viſus exacuat.Merito ergo capreæ vel dammulæ Chriſtus

Eſa.40.a
δορκάς.
Matth.5.a

F comparatur: quia non ſolū videt ipſe patrem:ſed & videri ab aliis facit, quorum viſus ipſe curauerit.Obſerua autem ne audiens patrē videri, corporeū aliquid ſentias, & deum viſibilem putes. Viſus quo deus videtur,non eſt corporis,ſed mētis & ſpiritus. Quod etiam ipſe ſaluator in euangelio,vocabulo proprio diſtinguēs dixit: Nemo videt patrē,niſi filius.Deniq; & his quos facit deū videre,dat ſpiritū ſcientiæ & ſpiritū ſapientiæ, vt per ipſum ſpiritum videant deū. Et ideo dicebat ad diſcipulos: Quia qui me videt,videt & patrē. Et vtique nō ita inepti erimus,vt putemus,quod qui ſecundū corpus eum vidit, viderit etiam patrem: alioqui inueniūtur & ſcribæ & phariſæi & hypocritæ & Pilatus,qui eum flagellis cæcidit,& omnis populus qui clamabat: Crucifige, crucifige eum: videntes Ieſum ſecundū carnem, etiam deum patrem vidiſſe.Quod vtiq; non ſolū abſurdum videtur eſſe, ſed & impiū. Sicut enim cum turbæ eum cōprimerent euntem cum diſcipulis, nullus eorum,qui premebāt & coarctabant eum,

Ioan.14.b
Ioan.19.c

A tetigiſſe dicitur eum, niſi illa ſola quæ profluuium ſanguinis paſſa, venit & tetigit fimbriã veſtimẽti eius, & ipſi ſoli teſtimonium perhibet, dicens: Quia tetigit me aliquis: ego enim ſenſi virtutem de me exiſſe: ita & cum plures eſſent, qui eũ videbant, nullus eum vidiſſe dicitur, niſi qui agnouit quod verbum dei & filius dei eſt: in quo vtique ſimul agnoſci & videri dicit' pater. Sed & hoc nos non prætereat, quod prius capreæ, & nũc hinnulo ceruorum comparatur, cũ vtiq; maius animal ceruus, quam caprea videatur. Sed animaduerte ne illa potius in his habenda ſit ratio: quia cũ dupliciter conſtet ſalus credentiũ, per agnitionẽ fidei, & operũ perfectionẽ: ratio fidei, quæ pro intuitu & inſpectione contemplationis, capreæ, vt diximus, cõparatur, primus habeatur ſalutis gradus. Secũdo vero in loco operum perfectio, quę cerui formam tenet vincentis & perimentis venena ſerpentum, ideſt, artes diabolicas, memoretur. Si ergo ſponſa ſimilẽ dicit eſſe fraternum ſuũ capreæ, vel hinnulo ceruorũ in montibus Bethel:

*Marc.5.c. & Luc.8.g*

B Bethel vero domus dei interpretatur: Mõtes ergo qui in domo dei ſunt, poſſunt legis & prophetarum, ſed & euangelica & apoſtolica accipi volumina, in quibus & fides dei perſpicitur & contemplatur, & operũ perfectio dicitur & ad impletur. [*Ecce hic ſtetit poſt parietem noſtrũ, incũbens ſuper feneſtras, proſpiciens per retia.*] Reſpõdet fratruelis me', & dicit mihi: Cum conſidero difficultates inueſtigandi ſenſus in his qui propoſiti ſunt ſcripturæ ſermonibus, ſimile me aliquid pati videor huic, qui ad inueſtigandam venationem odoratibus ſagacis canis procedit: vbi interdum moris eſt, vt cum veſtigiis intentus, proximum ſe venator latentibus effectum putauerit eſſe cubilibus, ſubito veſtigiorum deſeratur indiciis, & rurſum fixius impreſſis odoratibus, eaſdem quas explicauerat retrorſum redeat vias: donec inueniat locum, in quo ſe altius excutiẽs venatio latenter ad aliã trãſtulit viã: quam cum venator inuenerit, alacrior inſequitur: ſpe prædæ certior, & veſtigij firmitate ſecurior.

*ἰδοὺ οὗτος ἕστηκεν ὀπίσω τοῦ τοίχου ἡμῶν, παρακύπτων διὰ τῶν θυρίδων, ἐκκύπτων διὰ τῶν δικτύων.*

C Ita ergo & nos, vbi ſe præpoſitæ explanationis quodammodo ſubtraxere veſtigia: paululum emenſa repetẽtes, & planiorem quam dudum videbatur expoſitionis ordinẽ perſequẽtes, ſperamus quod dominus deus noſter tradat in manus noſtras venationẽ, quam præparantes, & ſecundũ ſcientiã matris Rachel rationabilis verbi ſalibus condientes, benedictiones mereamur conſequi a ſpirituali patre Iacob: propter quod neceſſariũ videtur, vt diximus, breuiter dicta repetere, explanationemq; priorẽ retexere, vt qui ſit lucidior ſenſus aperiatur. Intelligi ergo mihi videtur ex initio propoſiti dramatis, ſponſam foris ſtare in biuio, & ob amorẽ ſponſi hinc atque inde proſpicere: ſi forte veniat, ſi forte appareat: nec viã ingredi velle aliquam, dum ignorat: vnde magis veniat: nec domi, ſed foris ſtare: & deſiderio eius agitari ac dicere: Oſculetur me oſculo oris ſui. Vbi autẽ venit ſponſus, dicat: Bona ſunt vbera tua ſuper vinũ, & reliqua, vſque ad eum locũ, vbi ait: Poſt te curremus. Poſt hæc delicta iã, & vicem charitatis ab ipſo ſponſo recipiens, in-

*Gen.27.48.49.*

troducatur in cubiculũ eius, & dicat: introduxit me rex in cubiculũ ſuũ. D Sed & cætera quæ poſtea ſunt ſcripta, intus poſita loquatur ad ſponſum, præſentibus & aſſiſtentibus ſponſæ quidẽ adoleſcentulis, ſponſi vero ſodalibus. Veruntamen intelligatur ſponſus: vtpote vir, non ſemper in domo, neque ſemper aſſidere ſponſæ intra domum poſitæ: ſed exeat frequenter, & illa cum quaſi amore eius ſolicita requirat abſentẽ, ſed & ipſe interdum redeat ad eam. Propter quod & videatur per totum libellũ aliquando quidẽ velut abſens requiri ſponſus: aliquando ſicut præſens loqui cũ ſponſa. Ipſa autẽ ſponſa cum multa & magnifica in ſpõſi cubiculo peruidiſſet: petit ſe etiam in domũ vini introduci. Quo cũ ingreſſa, perſpexiſſet quod ſponſus, vtpote vir, non reſederit in domo: ipſa rurſus amore eius exagitata exierit foras, & circumiens peragret circa domũ non ingrediens, & ex omni parte proſpiciat quando ad eã redeat ſponſus; & ecce ſubito videat eum vicinorũ mõtium iuga immenſis ſaltibus ſuperantẽ, deſcẽdere ad domum, in qua amore eius ſolicita æſtuat ſponſa. E Perueniens vero ſponſus ad parietem domus, ſtet paululũ poſt ipſum, conſiderans, vt fieri ſolet, aliquid & animo retractãs. Iam vero etiam ipſe ſentiens aliquid amoris erga ſpõſam, vſus altitudine ſua, quæ attingit vſque ad domus feneſtras, quę feneſtræ habeant aliquam partẽ operis, vt aiunt, reticulati. Et cũ incumbat quidẽ per feneſtras, eminentior autem ſic ſit feneſtris, attingatq; vſque ad ſuperiora earũ, quæ reticulato, vt diximus, opere diſtinctæ ſunt: indeq; proſpiciens alloquatur ſponſam, & dicat ei: Exurge, veni proxima mea, formoſa mea, colũba mea: & reliqua. Hæc ſunt quæ, vt ſuperius deſignauimus, difficultatẽ plurimã dirigẽdi ordinis, & aperiendę intelligentiæ habere nobis viſa ſunt. Quæ, vt puto, euidentiora fecerit repetita hæc nũc indago ſermonũ. Spiritualis autẽ in his expoſitio non ita laborioſa ac difficilis habetur. Sponſa enim verbi anima, quæ in domo eius regali, hoc eſt in eccleſia conſiſtit: docetur a verbo dei, qui eſt ſponſus ſuus: quæcunq; repoſita ſunt & recõdita intra aulam regiã & cubiculum regis: F diſcit in hac domo, quæ eſt eccleſia dei viui; cellas etiam vini illius, quod de ſanctis torcularibus congregatũ eſt: cellas vini nõ ſolũ noui, ſed & veteris ac ſuauis, quæ eſt doctrina legis & prophetarũ; in quibus ſufficienter exercitata, recipiat in ſe, ipſum qui erat in principio apud deum, deus verbum, ſed nõ ſemper ſecũ permanentẽ. Nõ enim poſſibile eſt hoc humanæ naturæ, ſed interdũ quidem viſitetur ab eo, interdum vero relinquatur, vt amplius deſideret eum. Cum vero viſitatur a verbo dei ſecundũ propoſiti verſiculi ſenſum, per montes ſaliens venire dicitur ad eam: excelſos ſcilicet & eleuatos, reuelans ei cæleſtis ſcientiæ ſenſus: ita vt perueniat vſq; ad ædificationẽ eccleſiæ, quæ eſt domus dei viui, columna & firmamentũ veritatis; & ſtet iuxta parietẽ, vel poſt parietẽ, vt neq; penitus abſcondatur, neq; omnino in prõptu ſit. Verbum enim dei & ſermo ſcientiæ, nõ in publico, & palam poſitus, neque conculcandus pedibus apparet;

*Ioan.1.a*

*1.Tim.3.d*



A ret: ſed cũ quæſitus fuerit inuenitur, & inuenitur nõ, vt diximus, in propatulo poſitus, ſed obtect', & quaſi poſt parietẽ latẽs. Anima autẽ, quæ in eccleſia eſſe dicitur, non intra ædificia parietũ collocata intelligitur: ſed intra munimenta fidei, & ædificia ſapientiæ poſita celſiſq; faſtigiis charitatis obtecta. Propoſitũ ergo bonũ, & fides rectorum dogmatum, animã eſſe in domo eccleſiæ facit: cuius domus mẽbra quædã ſunt, quæ vel cubiculum, vel domus vini, vel alia huiuſmodi, pro gratiarum ſcilicet gradibus, & donorum ſpiritualiũ diuerſitatibus appellantur. Sic ergo & paries nunc pars quædam domus huius eſt, quæ poteſt indicare dogmatũ firmitatẽ, ſub qua ſtare dicitur ſponſus, & in quibus tam magnus & excelſus eſt, vt emineat omne ædificium, & proſpiciat ſponſam, ideſt, animam. Et nondũ quidem apertũ ſe ei totumq; manifeſtet; ſed quaſi per retia proſpiciens, hortetur eã & prouocet, non ſedere intrinſecus ſegnẽ, ſed exire ad ſe foras: & conari, vt non B iam per feneſtras & retia, neque per ſpeculum in ænigmate, ſed procedẽs foras facie ad faciem videat eum. Nunc enim, quia nondũ poteſt ita eũ intueri; propterea non ante, ſed retro ei, & poſt parietem ſtet. Incumbit autẽ per feneſtras, quæ ſine dubio patebant ad recipiendũ lumen ad illuminãdam domũ. Per has ergo ſermo dei incumbens & proſpiciens, prouocat exurgere, & ad ſe venire animã. Poſſumus autẽ ſenſus corporeos feneſtras intelligere, per quas aut mors, aut vita intrat ad animã. Sic enim deſignat Hieremias propheta cũ de peccatoribus loquitur, dicens: Aſcẽdit mors per feneſtras veſtras. Quomodo aſcendit mors per feneſtras? Si oculi peccatoris videãt mulierẽ, & mœchentur eã in corde ſuo: ſic mors ingreſſa eſt ad animã per feneſtras oculorũ. Sed & cum recipit quis auditũ vanũ, & præcipue falſæ ſcientiæ dogmatũ peruerſorũ: tunc per auriũ feneſtras mors intrat ad animã. Si vero anima intuens ornamentũ mũdi & ex pulchritudine creaturarũ conditorẽ omnium intelligat deũ, & opeC ra eius miretur, laudetq; operũ creatorẽ, ad animã hanc vita ingreditur per feneſtras oculorum. Sed & cum auditum inclinat ad verbũ dei, & rationibus ſapientiæ ac ſcientiæ eius delectatur, huic per aurium feneſtras ad animam ſapientiæ lumen ingreditur. Per has ergo feneſtras proſpiciens verbum dei, & proſpectum ſuum ad ſponſam animam dirigens, aſſurgere hortatur eam & venire ad ſe, ideſt, corporea & viſibilia relinquere, & ad incorporea & inuiſibilia ac ſpiritualia properare: quoniã quæ vidẽtur, temporalia ſunt; quæ autẽ non vidẽtur, æterna ſunt. Sic & ſpiritus dei circũire dicitur, & quærere dignas animas, quæ apte recteq; fieri poſſint ad habitaculũ ſapiẽtiæ. Quod autẽ per retia feneſtrarum proſpicere dicitur: illud ſine dubio indicat, quod donec in domo huius corporis poſita ſit anima, nõ poteſt nudã & apertam dei ſapientiã capere; ſed per exempla quædam & indicia atq; imagines rerum viſibilium, illa quæ ſunt inuiſibilia & incorporea contemplatur: & hoc eſt proſpicere ad eam ſpõſum per retia feneſtrarũ. Si vero de Chriſto hæc

*Hier.9.f*

*Matth.5.c*

*2.Cor.4.d*

D & eccleſia exponamus; domus, in qua habitabat eccleſia, ſcripturæ ſunt legis & prophetarum: ibi enim & cubiculũ regis eſt, omnibus diuitiis ſciẽtiæ ac ſapientiæ repletũ: ibi & domus vini, doctrina ſcilicet vel myſtica, vel moralis, quæ lætificat cor hominis. Aduenĩẽs ergo Chriſtus ſtetit paululũ poſt parietem veteris teſtamẽti. Stetit enim poſt parietẽ, cum nõ manifeſtaretur ad populũ. Vbi vero affuit tempus, & cœpit per feneſtras legis ac prophetarũ, per ea ſcilicet, quæ de eo prædicata fuerant apparere, & oſtendere ſe eccleſiæ intra domũ, hoc eſt, intra litterã legis ſedẽti: prouocat eam inde exire, & venire foras ad ſe. Niſi enim exeat, niſi procedat & progrediatur a litera ad ſpiritũ: non poteſt ſponſo ſuo coniungi, neque Chriſto ſociari. Vocat ergo eam, & inuitat a carnalibus ad ſpiritualia, a viſibilibus ad inuiſibilia, a lege venire ad euãgelia. Et ideo dicit ei: Surge, veni proxima mea, formoſa mea, colũba mea. E Et vt aliqua etiã de his quæ poſtmodum dicenda ſunt, præueniamus, timentes ſenſum perdere, qui occurrit in hoc loco: propterea fortaſſis & illud dicit ad eam, quia etiã hyems trãſiit, pluuia abiit, ſimul & paſſionis ſuæ tempus indicãs, quod trãſacta hyeme & deiectis imbribus, ipſe paſſus eſt: ſimul & illud quoq; per ſpiritualẽ deſignãs intelligentiam, quod vſq; ad illud tempus quo Chriſtus paſſus eſt, imbres fuerunt ſuper terrã. Mãdabat enim adhuc dominus imbribus prophetis, vt pluerent verbi pluuiã ſuper terrã. Sed quia vſque ad Ioannẽ Baptiſtã, prophetica finiuntur officia: merito imbres abiiſſe & diſceſſiſſe dicuntur. Ceſſarunt autẽ prophetici imbres, nõ ad damnũ credentiũ, ſed ad maiora eccleſiæ lucra. Quid enim imbribus opus eſt, vbi flumen dei lætificat ciuitatem; vbi in corde vniuſcuiuſq; credentium, fons aquæ viuæ fit, ſalientis in vitã æternam? Quid opus imbribus, vbi iam flores apparuerunt in terra noſtra: & ex aduentu domini, iam non exciditur ficulnea, quæ prius non attulerat fructũ? Nunc enim iam produxit groſſos ſuos. Sed & vineæ dederunt odorẽ ſuũ. F Vnde & vnus quidã ex iſta vinea dicebat: Quia Chriſti bonus odor ſum' deo, in omni loco in his qui ſalui fiũt, & in his qui pereunt. Sed hæc, ſicut ſupra deſignauimus, antequã ad ipſa ſcripturę loca veniremus, præſumpſimus: ne forte fugeret nos ſenſus, qui occurriſſe videbatur in tẽpore. Nunc repetamus, quomodo per retia proſpicere dicatur. Scriptũ eſt: Non enim inique tendũtur retia auibus. Et iterũ: Iuſtus ſi incurrerit in peccatũ, effugere iubetur, ſicut & dammula ex laqueis, & auis ex retibus. Plena eſt ergo vita mortalium laqueis offenſionũ, retibus plena deceptionũ, quas tendit aduerſum genus humanum ille qui contra dominũ gigas venator Nemrod appellatur. Verus etenim gigas quis alius eſt, niſi diabolus, qui etiã aduerſus deũ rebellat? Laquei ergo tentationũ, & decipulæ inſidiarũ, diaboli retia appellantur. Et quoniã hæc retia vbiq; tetenderat inimicus, atq; in ipſis pene omnes inuoluerat, oportebat eſſe aliquem qui fortior & eminentior fieret his, & contereret ea: vt ſequẽtibus ſe viam poſſet aperire. Idcirco ergo & Sal-

*Pſal.103.b*

*Pſal.45.a*

*Ioan.7.f*

*Matth.3.c & 7.c*

*2.Cor.2.d*

*Prou.1.b*

*Prou.6.*

*Gen.10.b*

A uator, priuſquam in coniugiũ, & ſocietatẽ veniret eccleſiæ, tentatur a diabolo, vt vincẽs retia tẽtationum per ipſa proſpiceret, & per ipſa vocaret eã ad ſe: docens ſine dubio & oſtendens ei, quod non per otiũ & delitias: ſed per multas tribulationes & tentationes veniendum ſibi eſſet ad Chriſtum. Act.14.d Nullus ergo alius fuit qui retia iſta ſuperare potuerit. Omnes enim peccauerunt, ſicut ſcriptũ eſt. Rom.3.c Et rurſus, vt ſcriptura dicit: Non eſt iuſtus ſuper terram, qui fecerit bonũ, & nõ peccauerit. Pſal.13.a Ioan.14. Sec.70. Et iterum: Nemo mundus a ſorde, nec ſi vnius diei fuerit vita eius. Solus ergo eſt dominus, & Saluator noſter Ieſus Chriſtus, qui peccatũ non fecit: 2.Cor.5.d ſed peccatum eum pater fecit pro nobis, vt in ſimilitudine carnis peccati, de peccato damnaret peccatum. Venit ergo ad iſta retia, ſed inuolui in eis ſolus ipſe nõ potuit: quinimo diruptis eis & contritis dat eccleſiæ ſuæ fiduciã, vt audeat iam caſſare laqueos, & tranſire per retia, & cũ omni a-

B lacritate dicere: Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantiũ. Pſal.23.a Laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus. Quis autẽ cõtriuit laqueos, niſi ille qui ſolus in eis teneri non potuit? Quamuis & ipſe in morte fuerit volũtarie, & nõ vt nos neceſſitate peccati. Solus eſt eñ, qui fuit inter mortuos liber. Pſal.87.a Et quia liber inter mortuos fuit, idcirco deuicto eo, qui habuit mortis imperiũ, abſtraxit captiuitatẽ, quæ tenebatur in mortẽ. Et nõ ſolus ſemetipſum reſuſcitauit a mortuis, ſed & eos qui tenebantur in mortẽ ſimul excitauit, ſimulq; ſedere in cęleſtibus fecit. Aſcendẽs enim in altũ, captiuam duxit captiuitatẽ: Eph.4.b non ſolũ animas educens, ſed & corpora eorũ reſuſcitans, ſicut teſtatur euãgelium: Matt.27.f quod multa corpora ſanctorũ reſuſcitata ſunt, & apparuerũt multis, & introierũt in ſanctam ciuitatem dei viuẽtis Hieruſalẽ. Hęc nobis expoſitio de retibus ſecũdo in loco aſſumpta eſt. Sit ſane legentis iudicium, quæ earũ myſticis dignius aptari poſſit eloquiis.

C

## HOMILIA QVARTA.

ἀνάστα, ἐλθὲ ἡ πλησίον μου, καλή μου, περιστερά μου. ὅτι ἰδοὺ ὁ χέιμον παρῆλθεν, ὁ ὑετὸς ἀπῆλθεν, ἐπορεύθη ἑαυτῷ. τὰ ἄνθη ὤφθη ἐν τῇ γῇ, καιρὸς τῆς τομῆς ἔφθακεν, φωνὴ τῆς τρυγόνος ἠκούσθη ἐν τῇ γῇ ἡμῶν: ἡ συκῆ ἐξήνεγκεν ὀλύνθους αὐτῆς. αἱ ἄμπελοι κυπρίζουσιν, ἔδωκαν ὀσμήν.

*SVrge, veni proxima mea, ſpecioſa mea, columba mea: quoniam ecce hyems tranſiit, pluuia abiit, & receſsit ſibi: flores viſi ſunt in terra, tempus putationis aduenit, vox turturis audita eſt in terra noſtra. Arbor fici produxit germina ſua: vites florentes dederunt odorem ſuum.* ] Quid contineat ordo dramatis, iã ſupra deſcripſimus: nunc vero quid vel ſermo dei ad animã ſe dignã ſibiq; aptam, vel quid Chriſtus ad eccleſiam dicere intelligendus ſit, aduertamus. Sed interim primus ſermo dei loquatur ad hãc ſpecioſam decoramq; animã: cui per ſenſus corporeos, ideſt, per intuitum lectionis, & per auditum doctrinæ, quaſi per feneſtras apparuit, proceritatemq; ſuæ magnitudinis demõſtrauit: ita vt in ſuperioribus ei loqueretur incumbẽs, atq; in deeuocans eã, vt procedat foras; & extra ſenſus iam corporeos effecta, deſinat eſſe in carne, vt merito audiat: Rom.8.b Vos autem non eſtis in carne, ſed in ſpiritu. Col.3.b Nõ enim aliter diceret eam verbũ dei proximam ſibi, niſi coniungeret ſe ei, & fieret cũ eo vnus ſpritus: nec deceret ſpecioſam, niſi videret imaginẽ eius renouari de die in diem: & niſi videret eam capacẽ ſpiritus ſancti, qui in ſpecie columbæ deſcẽdit in

D Iordane ſuper Ieſum, nõ ei diceret, colũba mea. Matth.3.d Conceperat enim amorẽ verbi dei, & cupiebat ad ipſum volatu celeri peruenire, dicẽs: Pſal.54.b Quis mihi dabit pennas ſicut columbæ, & volabo & requieſcam? Volabo, ſenſibus: volabo, intellectibus ſpiritualibus: & requieſcam, cum apprehendero ſapientiæ & ſcientiæ eius theſauros. Coloſſ.3.a Puto enim quia ſicut hi qui mortẽ Chriſti recipiunt, & mortificant mẽbra ſua ſuper terrã, conſortes efficiuntur ſimilitudinis mortis eius: ita & hi qui virtutẽ ſpiritus ſancti recipiunt: & ſanctificãtur ex eo, & donis eius replẽtur: quia ipſe in ſpecie colũbæ apparuit, etiã ipſi columbæ fiant: vt de terrenis & corporeis locis euolent ad cæleſtia, pennis ſancti ſpiritus ſubleuati. Quod ſit autẽ tẽpus opportunum, quo hæc fieri poſſint, cõſequenter inſeruit. Quia ecce hyems, inquit, trãſiit, pluuia abiit. Nõ eñ ante anima verbo dei iũgitur & ſociatur, niſi

E omnis ex ea hyems perturbationũ ac vitiorũ procella diſceſſerit, & vltra iam non fluctuet, & circũferatur omni vento doctrinæ. Epheſ.4.c Vbi ergo ex anima hæc cũcta diſceſſerint, deſideriorumq; ab eadem tẽpeſtas effugerit: tũc incipiẽt in ea flores vernare virtutũ: tũc eius menti & tẽpus putationis adueniet; & ſi quid ſuperfluũ & minus vtile fuerit in eius ſenſibus, vel intellectibus, reſecabitur, & ad gẽmas ſpiritualis intelligẽtiæ reuocabitur. 1.Cor.2.b Tunc etiã vocẽ turturis audiet, illius ſine dubio ſapientiæ, quam diſpẽſator verbi loquitur inter perfectos, ſapiẽtię dei altioris, quæ abſcõdita eſt in myſterio. Hoc nãq; indicat appellatio turturis. Hæc nanq; auis in ſecretioribus & remotis a multitudine locis, vitã tranſigit, aut deſerta montiũ diligens, aut ſecreta ſyluarũ, procul ſemper a multitudine poſita, & a turbis aliena. Quid autẽ eſt aliud quod opportunitati tẽporis huius amœnitatique cõueniat. Ficus, inquit, produxit germina ſua. Notãdũ quidẽ fructus ipſius ſpiritus, qui ſunt gaudiũ, charitas, pax &c. Gal.5.c Sed iam tamẽ germina

F eorũ proferre incipit ſpiritus hominis, qui in ipſo eſt ſingulariter ficulnea nominatus. Sicut enim generaliter in eccleſia, diuerſæ arbores, ſingulæ quæq; animæ credentiũ intelliguntur: de quibus dicitur: Omnis arbor, quam non plantauit pater meus cæleſtis, eradicabitur. Matth.15.b Et iterũ Paulus qui ſe dicit adiutorẽ dei eſſe in agricultura dei; 1.Cor.3.b ait etiã ipſe: Ego plantaui, Apollo rigauit. Matth.12.c Sed & dominus in euangeliis: Aut facite arborẽ bonã, & fructũ eius bonũ: aut arborẽ malã, & fructũ eius malũ. Sicut ergo generaliter in eccleſia, ſinguli quiq; credentiũ, diuerſæ arbores intelliguntur: ita & in vnaquaque anima, diuerſæ virtutes efficacia eius, diuerſæ arbores intelligũtur. Eſt ergo & in anima ficus quædam, quæ producit germen ſuũ: eſt & vitis quæ floreat, & reddat odorẽ ſuũ. Ioan.15.a Cuius vitis palmites purgat cæleſtis agricola, vt fructũ plurimũ afferãt. Sed hæc vitis primo per odoris ſuauitatem, quæ ex flore redditur, lætificat odoratum; ſecundũ eum qui dicebat: 2.Cor.2.d Quia Chriſti bonus odor ſumus deo in omni loco. Hæc ergo initia virtutũ vidẽs ſermo dei in anima, vocat eã ad ſemetipſum, vt feſtinet & exeat: & abiiciens cũcta corporea, venit ad eũ, vt perfectionis eius particeps fiat.



A fiat. Idcirco igitur quaſi adhuc iacenti, & in rebus corporeis incũbẽti primo dicit, Exurge: & quaſi quæ ſtatim obedierit, & obſecuta ſit vocãti, collaudatur ab eo, & audit: proxima mea, & columba mea. Et poſt hęc, ne ad tẽtationũ turbines trepidaret, annuntiat ei quod hyems diſceſſerit, & pluuia trãſierit & abierit ſibi. Bene autẽ vitiorũ & peccatorũ naturam, vno miro ſermone prolato ſignificauit, vt huiuſmodi diceret hyemem & pluuiam, quæ ex vitiorũ delicto tempeſtateque deſcendat: ſibiq; abiſſe indicãs, & per hoc nullam eſſe ſubſtantiam peccatorũ. Non enim decidentia de homine vitia ad aliquã aliã ſubſtantiã peccatorũ congregantur: ſed ſibi abeunt, & in ſemetipſa reſoluta euaneſcunt, atq; in nihilũ rediguntur. Et ideo dixit, quia abiit ſibi. Fit ergo trãquillitas animæ, apparẽte ei verbo dei, & ceſſante peccato: & ita demũ florente vinea, incipiẽt virtutes atq; arbuſta, bonorũ operum fructũ germinare. Sed nunc iterum Chriſtus hæc loquitur ad eccle-

B ſiam, & in anni circulum, omne præſentis ſæculi ſpatium ponit. Exod.7.& Sequen. Et per hyemẽ quidẽ illud indicat tempus, in quo vel Ægyptios grãdo, & turbines, ac reliqua decẽ plagarũ verbera flagellabant, In libris Iudicum & Regũ. vel cum diuerſa bella perferebat Iſrael: vel etiam cũ ipſi Saluatori reſtitit, Rom.11.b & incredulitatis turbine correptus, naufragio fidei ſubmerſus eſt. Eſa.5.b Vbi ergo illorum delicto ſalus gentibus facta eſt: vocat nunc ad ſe eccleſiã, dicitq; ei: Exurge, & veni ad me: quia iam hyems, quæ ſubmerſit incredulos, & vos in ignorantia reprimebat, abſceſſit. Sed & pluuia pertranſiit, ideſt, iã non mãdabo nubibus, prophetis ſcilicet, vt pluãt pluuiã verbi ſuper terras: ſed ipſa vox turturis, hoc eſt ipſa dei ſapientia loquetur in terris, & dicet: Ipſe qui loquebar adſum. Flores ergo credentium populorũ & orientium eccleſiarũ apparuerunt in terra. Sed & putationis tempus, per fidẽ meæ paſſionis, & reſurrectionis aduenit. Amputantur enim & execrantur ab hominib' peccata, cũ in baptiſmo donatur remiſſio peccatorũ. Vox quidẽ turturis (vt diximus)

C iam nõ per diuerſos prophetas, ſed per os ipſius ſapiẽtiæ dei audit' in terris. Et ficulnea germinat, quæ poteſt in fructibus ſancti ſpiritus accipi: qui nũc primũ aperiũtur & demonſtrantur eccleſiæ, vel etiã in litera legis, quæ ante aduentũ Chriſti clauſa erat & conſtricta, & indumento quodam intelligentiæ carnalis obtecta. Ex præſentia vero eius & aduentu prolatũ eſt ex ea germẽ ſpiritualis intelligentiæ: & ſenſus viridis & vitalis, qui in ea tegebatur, apparuit: vt eccleſia quæ tegebatur a Chriſto in ficulnea, ideſt, in lege, non appareat arida, nec occidentẽ literam ſequi, ſed florentẽ & viuificantẽ ſpiritũ. Sed & vites florere dicuntur, & dediſſe odorem ſuũ. Poſſunt quidẽ & diuerſæ eccleſiæ, quæ per orbem terræ habentur, vites dici florẽtes vt vineæ. Eſa.5.b Sec.70. Vinea enim domini ſabaoth domus Iſrael eſt, & domus Iuda dilecta nouella. Iſtæ ergo vineæ cum primo accedunt ad fidem, florere dicuntur. Cum vero per religionem operũ ſuorũ ſuauitate adornãtur, odorẽ ſuum dediſſe dicuntur. Et nõ ſine cauſa puto quod nõ dixerit; odorẽ dederũt; ſed odorẽ ſuũ: vt oſtẽderet ineſſe

D vnicuiq; animę vim poſſibilitatis, & arbitrij libertatẽ, qua poſſit agere omne qđ bonũ eſt. Sed quia hoc naturæ bonũ præuaricationis occaſione decerptũ, vel ad ignominiã vel ad laſciuiã fuerat inflexũ, vbi per gratiã reparatur, & per doctrinã verbi dei reſtituitur, odorẽ reddit ſine dubio illum, quẽ prim' cõditor de' indiderat, ſed peccati culpa ſubtraxerat. Poſſunt autẽ & vites vel vineæ, intelligi virtutes cęleſtes & angelicę, quę hominib' largiuntur odorẽ ſuum, ideſt, doctrinæ & inſtitutionis bonũ, quo inſtruunt & imbuunt animas, donec ad perfectionẽ veniant, & incipiant capaces fieri dei. Sicut & Apoſtolus ad Hebræos ſcribens dicit: Heb.1.d Nonne omnes ſunt miniſteriales ſpiritus in miniſteriũ miſſi, propter eos qui hæreditatem capiunt ſalutis? Et ideo dicuntur ab ipſis, quaſi primũ florem & odorem bonorũ operum capere homines: ipſos vero fruct' vitis ab eo ſperare qui dixit: Mar.14.c Non bibã de generatione vitis huius, donec bibam illud vobiſcum nouũ in regno

E patris mei. Illi ergo perfecti flores & fructus ab ipſo ſperãdi ſunt: initia vero & (vt ita dicã) proficiendi ſuauitas, poteſt a cæleſtibus virtutibus miniſtrari. Vel certe per eos qui dicebãt (vt ſupra diximus) quoniã Chriſti bonus odor ſumus deo in omni loco. Sed & alio modo poſſumus adhuc intelligere hæc, quæ habentur in manibus, vt dicamus veluti prophetiã quandam videri ad eccleſiã factam, per quam vocetur ad repromiſſiones futuras, vt quaſi poſt conſummationem ſęculi cum tempus reſurrectionis aduenerit, dicatur ei, exurge. Et quia ſermo hic ſtatim opus reſurrectionis deſignat, tãquam ex reſurrectione clarior & ſplẽdidior effecta inuitatur ad regnũ, & dicitur ei: Veni proxima mea, ſpecioſa mea, columba mea, quia hyems trãſiit. Hyemẽ ſine dubio huius præſentis vitę procellas, & turbines nominãs, quibus humana vita, tentationũ procellis agitatur. Trãſiit ergo hyems iſta cum pluuiis ſuis, abiit ſibi. Sibi enim vnuſquiſq; egit in hac vita omne quod egit. Matth.3.c & Luc.3.b Principiũ vero repromiſſionũ futurarũ flores. Securim ad radicem arboris poſitã in cõſum-

F mationẽ ſæculi, vt excidat omnẽ arborẽ non facientem fructũ bonum, tẽpus putationis intellige. Vocem vero turturis, quæ in litteris repromiſſionis auditur, quam manſueti in hæreditate ſuſcipient, Chriſti perſonã facie ad faciẽ, & non iã per ſpeculum & in ænigmate docentis, aduerte. 1.Cor.13.c Ficulnea vero, quæ germẽ ſuum producit, totius congregationis iuſtorũ fructus habeatur. Iſtæ vero & ſanctæ & beatæ angelicæ virtutes, quibus electi quiq;, & beati ex reſurrectione ſociabuntur, qui erũt ſicut angeli dei: Matth.22.e ipſæ ſunt vites florentes & vineæ, quę odorẽ ſuum vnicuiq; animę, & gratiã quam a conditore ſuſcepit prius, & nunc iterũ perditã recuperauit, impertiunt: ſuauitateq; cæleſtis odoris, fœtorem tandẽ adiectæ ab eis mortalitatis corruptioniſq; depellunt. [*Surge et veni proxima mea ſpecioſa mea, columba mea, in velaminibus petræ iuxta promurale. Oſtende mihi faciem tuam, et auditam fac mihi vocem tuam: quoniam vox tua ſuauis eſt, et facies tua ſpecioſa.*] Secundũ propoſiti dramatis ordinẽ, ſponſus qui ſaliens ſuper mõtes, & exiliens

ἀνάστα ἐλθὲ ἡ πλησίον μου, καλή μου, περιστερά μου, δεῦρο, καὶ ἐλθὲ συ περιστερά μου, ἐν σκέπῃ τῆς

A ſuper colles ad ſponſam venerat, proſpiciẽs eã,&
intuens per feneſtras, ſecundo iam loco dicit ad
eam: Surge, veni proxima mea, ſpecioſa mea, co-
lũba mea. Nũc vero addit etiam hoc, vt oſtende-
ret ei locum ad quẽ venire debeat, qui locus ſub
velamẽto & tegmine ſaxi ſit poſitus. Sit autẽ idẽ
locus non tam iuxta murũ, quam iuxta promura-
le quoddã. Promurale autẽ dicitur, cũ extra mu-
ros qui ambiunt ciuitatẽ, alius ducitur murus, &
eſt murus ante murũ. Tum deinde quaſi ſi reue-
rentiæ cauſa, ipſa ſponſa obtecta ſit & velata: pe-
tit ipſe ſponſus, vt veniens ad illum locum, quem
ſupra oſtendit, vtpote ſecretiorẽ, vbi ei quaſi re-
iecto velamine oſtẽdat faciẽ ſuã. Et quia pro mul-
ta reuerentia taceret ſponſa, deſiderat ſponſus a-
quando etiam vocem eius audire, & delectari in
verbis eius: & dicit, vt auditã ſibi faciat vocẽ ſuã.
Videtur tamen quod nõ ei penitus incognita ſit
facies eius, neque vocis eius ignarus ſit: ſed quia
interceſſerit aliquid, in quo nec faciem eius vide-
rit, nec vocem audierit. Iſte ſit propoſiti drama-
B tis textus: cui & hoc additur, quod veris tempus
agi videatur, cum & flores & apparuiſſe memo-
rãtur in terra, & vox turturis perſonare, & germẽ
arbores produxiſſe. Propter hoc velut opportu-
no tempore progredi prouocat ſponſam, quæ ſi-
ne dubio hyemem totã intra domus clauſtra re-
ſederit. Sed hæc nullam mihi videntur (quantum
ad hiſtoricã narrationẽ pertinet) vtilitatẽ cõfer-
re legentibus, aut aliquam ſaltẽ narrationis ipſius
ſeruare conſequentiã; ſicut in cæteris ſcripturæ
hiſtoriis inuenimus: vnde neceſſe eſt cũcta ad ſpi-
ritualẽ transferre intelligentiã. Primo ergo intel-
lige mihi animæ hyemẽ, cum adhuc paſſionũ flu-
ctibus iactatur, & vitiorũ procellis, ac duris mali-
gnorũ ſpirituũ flatibus verberatur. In his poſitã,
nõ hortatur eam ſermo dei foras exire, ſed intra
ſemetipſam colligi, & vniri vndiq; atque contegi
contra pernitioſos malignorũ ſpirituum flatus.
Nulli tunc in diuinis litteris ſtudiorũ flores apud
eam, nec profundioris ſapientiæ ſecreta & recõ-
dita myſteria, quaſi per vocem turturis reſonant.
C Sed neque odoratus eius gratiæ aliquid quaſi ex
vineæ floribus recipit: neque viſus eius tanquam
in ficulneæ germine delectatur; ſed ſufficit vt in
tẽpeſtatibus tentationũ, a lapſu peccati tuta ac
munita permaneat. Quod ſi obtinuerit vt illæſa
perduret: hyems ei tranſiit, & venit ei ver (ver nã-
que ei eſt, cum quies animo datur, & trãquillitas
menti) tunc ad eam venit verbũ dei: tunc eã vo-
cat ad ſe, & hortatur vt exeat: non ſolũ extra do-
mum, ſed extra ciuitatem: ideſt, nõ ſolũ extra car-
nis vitia efficiatur, ſed extra omne quicquid cor-
poreũ & viſibile continetur in mundo. Nanq; fi-
guraliter in lege ciuitatẽ iam in ſuperioribus eui-
denter oſtendimus. Euocatur ergo anima extra
murũ, & vſq; ad promurale perducitur, cum abii-
2.Cor.4.d ciens, & relinquẽs ea quæ vidẽtur, & temporalia
ſunt, contendit ad ea quæ non videntur, & æter-
na ſunt. Oſtẽditur ergo ei iter iſtud ſub velamine
petræ agendũ: non ſub aere nudo, neq; vt patia-
tur ſolis ardores; ne iterũ fuſca fiat, ne iterum di-
cat; deſpexit me ſol: propterea ſub velamine pe-

πέτρας ἐχόμενα τοῦ προτειχίσματος. δεῖξόν μοι τὴν ὄψιν σου καὶ ἀκούτισόν με τῆς φωνῆς σου. ὅτι ἡ φωνή σου ἡδεῖα, καὶ ἡ ὄψις σου ὡραία.

træ agit hoc iter. Hoc autem ipſum velamen non D
vult ex frondibus ei eſſe, aut linteis, aut pellibus,
ſed petrã vult ei eſſe velamẽ, ideſt, firma & ſolida
Chriſti dogmata. Ipſum nanq; eſſe petrã Paulus
pronuntiat, dicẽs: Petra autẽ erat Chriſtus. Chri- 1.Cor.10.a
ſti ergo doctrina & fide ſi obtegatur anima & ve- 2.Cor.13.d
letur, tuto poteſt ad illud peruenire ſecretum, vbi
reuelata facie gloriã domini contempletur. Me-
rito autẽ velamen iſtud petræ tutũ creditur: quia
& Salomon de ea dicit in prouerbiis, quod veſti- Prou.30.c
gia ſerpentis non poſſunt deprehendi ſuper ter-
ram. Sic enim ait: Tria ſunt quæ impoſſibile eſt
mihi intelligere & quartũ quod ignoro: Veſtigia
aquilæ volantis, & viam ſerpentis ſuper petrã, &
ſemitas nauis in pelago, & vias viri in iuuentute.
Serpentis ergo, ideſt, diaboli, veſtigia, ideſt, ſigna
aliqua peccati, in hac petra quæ eſt Chriſtus, in-
ueniri non poſſunt: quia ſolus eſt qui peccatum Eſa.53.c.&
non fecit. Huius ergo petræ vero velamine ani- 1.Pet.2.d
ma tuto peruenit ad promuralẽ locum, ideſt, ad
cõtemplandũ incorporalia & æterna. De hac ea- E
dem petra alia verbi ſpecie Dauid in triceſimo-
nono pſalmo dicit: Et ſtatuit ſupra petram pedes
meos, & direxit greſſus meos. Nec mireris ſi apud
Dauid petra hæc quaſi fundamentum & crepido
eſt animæ, per quã pergit ad deum: Et apud Salo-
monem velamen eſt animæ ad myſtica ſapientiæ
ſecreta tendentis, cum & ipſe Chriſtus nunc via Ioan.14.a
dicatur, per quam credentes incedunt, nunc etiã
præcurſor, ſicut ait Paulus: In quod præcurſor in-
troiuit pro nobis Ieſus. Simile eſt & iſtud quod
per Moyſen dicitur a deo: Ecce poſui te in fora- Heb.6.d
mine petræ, & videbis poſteriora mea. Igitur pe- Exod.33.d
tra iſta quæ Chriſtus eſt, non eſt ex omni parte
clauſa, ſed habet foramen. Foramen vero eſt pe-
træ, qui reuelat & innoteſcere facit hominibus
deum. Nemo ergo videt patrem niſi filius: nemo Ioan.14.b
ergo videt poſtrema dei, ideſt, quæ in poſtremis
temporibus fiunt, niſi poſitus in foramine petræ,
ſcilicet cũ ea Chriſto reuelante didicerit. Et hic Exod.33.c
ergo ſub velamine petræ animã proximã ſibi ef-
fectam, inuitat ſermo dei ad promuralem locum,
ſicut ſupra iam diximus, ad contẽplanda ea quæ F
non videntur & æterna ſunt: & ibi dicit ad eam:
Oſtende mihi faciẽ tuam: profecto vt videat, ſi a-
liquid in vultu eius veteris adhuc velaminis ha-
beat: ſed poſſit intrepidis obtutibus gloriã domi-
ni ſpeculari, vt hæc ipſa dicat: Et vidimus gloriã Ioan.6.b
eius, gloriã tanquam vnigeniti a patre, plenũ gra-
tiæ & veritatis. Sed & cum digna fuerit, vt de ipſa
dicatur, ſicut & de Moyſe dictũ eſt: quia Moyſes Exod.19.d
loquebatur, & dominus reſpondebat ei: tunc cõ-
pletur in eo quod ait: Auditam fac mihi vocem
tuam. Ingens vero laus eius oſtẽditur in eo quod
dicitur: Vox tua ſuauis. Sic enim ſapientiſſimus
propheta Dauid dicebat: Suauis ſit ei diſputatio
mea. Suauis autem eſt vox animę, cum verbũ dei
quod loquitur cum fide, & dogmatibus veritatis
exponit: cum diſpenſationes dei & iudicia eius
explanat. Si vero aut ſtultiloquiũ, aut ſcurrilitas,
aut vanitas de ore eius procedunt, aut verbum
otioſum, de quo reddenda ſit ratio in die iudicij,
inſuaius & iniocunda vox iſta eſt. Ab hac voce Matth.12.c
Chriſtus



A Chriſtus auertit auditum ſuum. Et ideo quæque
perfecta anima ponit ori ſuo cuſtodiam, & oſtiũ
Pſal.48.& circunſtantiæ labiis ſuis: vt talem ſemper ſermo-
140.a nem proferat, qui ſale conditus det gratiam au-
Coloſſ.4.a dientibus, & dicat de ea verbũ dei: quia vox tua
1.Cor.3.d ſuauis. Sed & facies tua, inquit, ſpecioſa; ſi intelli-
1.Cor.13.d gas illam faciem, de qua Paulus dicit. Nos autem
Col.3.b omnes reuelata facie: & item cum dicit: Tũc au-
Epheſ.5.f tem facie ad faciẽ: tũc videbis quæ ſit animæ fa-
cies, quæ laudetur a verbo dei, & ſpecioſa eſſe di-
catur. Illa ſine dubio, quæ quotidie renouatur ad
imaginem eius qui creauit eã: quæ nõ habet in ſe
maculam aut rugam, aut aliquid huiuſmodi; ſed
eſt ſancta & immaculata, qualem & ipſe ſibi exhi-
buit Chriſtus eccleſiam, animas ſcilicet, quæ ad
perfectionẽ venerunt, quæ omnes ſimul efficiunt
corpus eccleſiæ. Quod corpus vtique pulchrum
videbitur & decorum, ſi animę ex quibus corpus
illud efficitur, in omni perfectionis decore per-
manſerint. Sicut enim cũ anima in iracundia eſt,
turbatum & ferum reddit corporis vultum: cum
vero in manſuetudine & tranquillitate perſiſtit,
B placidum mitemque reddit aſpectũ: Ita & eccle-
ſiæ facies pro virtutibus & motibus credentium,
aut decora pronũtiatur, aut turpis: ſecundũ quod
& ſcriptum legimus: Veſtigium cordis in bonis,
vultus hilaris. Et itẽ alibi: Cordis læti facies flori-
Prou.16.f da: in triſtitiis autẽ poſiti, mœſtus eſt vultus. Cor
Prou.15.d ergo lætum eſt, cum habet in ſe ſpiritum dei: cu-
Sec.70. ius primus fructus charitas eſt, ſecundus gaudiũ
Gal.5.d eſt. Ex his puto quoſdam ſapientes ſæculi aſſum-
pſiſſe illam ſententiã quæ dicit: Quia ſolus ſapiẽs
ſpecioſus eſt: omnis autem nequam, turpis eſt.
Supereſt nobis vt aliquid apertius etiam de no-
mine promuralis dicamus. Quod (ſicut ſupra di-
ximus) indicat murum eſſe ante murum: quod e-
Eſa.26.a tiã in Eſaia hoc modo dicitur: Pone murum, &
circa murũ. Murus munimentũ ciuitatis eſt. Alius
vero murus ante murum, vel circa murũ, maiora
& validiora munimẽta deſignat. Per quod oſten-
ditur, quia euocans ſermo dei animam, & educẽs
eã a corporalibus negotiis, & corporis ſenſibus,
docere eam de futuri ſęculi myſteriis cupit: & in-
de ei munimenta conquirere, vt ſpe futurorum
C munita & circũdata, in nullo poſſit vel illecebris
vinci, vel tribulationibus fatigari. Nũc etiam vi-
deamus quomodo hæc a Chriſto ad eccleſiã di-
cantur, quæ eſt proxima ei & ſpecioſa. Specioſa
autẽ nulli alij, niſi ſoli ipſi: hoc enim ſignificat cũ
dicit, ſpecioſa mea: hãc ergo exuſcitat Chriſtus,
& ipſi euangeliũ reſurrectionis annũtiat: & ideo
dicit: Exurge, veni proxima mea, ſpecioſa mea.
Pſal.63.c Quia autẽ dedit & ei pennas colũbæ, poſtea quã
dormiuit in medio ſortiũ: media autẽ inter duas
ἀνὰ μέσον vocationes Iſraelis, eccleſia vocata eſt: quia pri-
τῶν κλήρων. mo Iſrael vocatus eſt; poſt hæc vbi ipſe offendit
ἐν χλωρότη- & cecidit, vocata eſt eccleſia gentium. Cum au-
τι. tem plenitudo gentium introierit, tunc iterum
Rom.11.c omnis Iſrael vocatus ſaluabitur. In medio ergo
harum duarum ſortium dormit eccleſia. Et pro-
pter hoc dedit ei pennas columbæ deargentatas,
quod ſignificat rationabiles pennas in ſancti ſpi-
ritus donis. Et poſteriora dorſi eius, vel in viridi-



tate auri, vt quidam legunt: vel vt alij ſcriptũ ha- D
bent, in pallore auri. Quod oſtẽdere poteſt: quia
poſterior illa vocatio, quam ex Iſrael futurã dicit
apoſtolus, nõ erit in obſeruantia legis, ſed in pre-
tioſitate fidei. Auri nanq; viriditatis gerit ſpeciẽ,
fides virtutibus florẽs. Poteſt autẽ dici in medio
earũ ſortiũ dormire vel quieſcere eccleſia, in me-
dio duorum teſtamentorũ: & pennæ eius dear-
gentatæ ex ſenſibus legis. Aurũ in poſterioribus
dorſi eius, intelligi euangelici muneris donũ po-
teſt. Ad hanc ergo eccleſiam dicit Chriſtus: Veni
tu columba mea, & veni in operimẽto petræ: do-
cens eam vt operta veniat, ne quid patiatur ab in-
curſantibus eã tentationibus, ſed ſub vmbra pe-
træ incedat obtecta, dicens: Spiritus vultus noſtri
Chriſtus dominus, cui diximus: In vmbra eius Tren.4.d
viuemus in gẽtibus. Obtecta autẽ incedit & ad-
operta: quia debet poteſtatẽ habere ſuper caput
propter angelos. Cum autem venerit ad promu- 1.Cor.11.h
ralem locum, ideſt, ad futuri ſæculi ſtatum, ibi ad
eam dicit: Oſtẽde mihi faciẽ tuã, & auditam mi-
hi fac vocem tuam: quia vox tua ſuauis eſt: Audi- E
tam vult fieri vocẽ eccleſiæ ſuæ: quia qui eum cõ- Marc.8.d.&
feſſus fuerit coram hominibus, & ipſe confitebi- Luc.12.a
tur eum corã patre ſuo, qui in cælis eſt. Quia vox
tua ſuauis eſt: & quis non fatetur ſuauẽ vocẽ ec-
cleſiæ catholicæ, fidem veram confitentis: inſua-
uem vero & iniocundam eſſe hæreticorũ vocẽ,
qui non dogmata veritatis, ſed blaſphemias in
deũ, & iniquitatẽ in excelſum loquuntur? Sic & Pſal.72.a
facies eccleſiæ ſpecioſa eſt, hæreticorũ vero tur-
pis & fœda; ſi quis eſt tamẽ qui bene nouerit pul-
chritudinẽ vultus probare: ideſt, ſi quis ſpiritualis
eſt, qui ſcit examinare omnia. Nam apud imperi- 1.Cor.2.d
tos & animales homines, pulchriora vidẽtur mẽ-
dacij ſophiſmata, quam dogmata veritatis. Poſſu-
mus autem adhuc de loco promurali etiam hoc
addere, quod promurale ſinus ſit patris, in quo
poſitus vnigenitus filius enarrat omnia, & enun-
tiat eccleſiæ ſuæ quæcunq; in ſecretis & in abſcõ-
ditis patris ſinibus continentur. Vnde & quidam
ab eo edoctus dicebat: Deum nemo vidit vnquã. 1.Ioan.4.c
Vnigenitus dei filius, qui eſt in ſinu patris, ipſe e- Ioan.15.b
narrauit. Illuc ergo euocat ſponſam ſuã Chriſtus, Ibidem 12.b
vt & de omnibus eam quæ apud patrem haben- F
tur, edoceat, & dicat: Quia omnia vobis nota fe-
ci, quæ audiui a patre meo; & vt iterum dicat: Pa-
ter, volo, vt vbi ego ſum, illic ſit & miniſter meus.
[*Capite nobis vulpes puſillas, exterminantes vineas: & vi-*
*neæ noſtræ florebunt.*] Secũdum dramatis ordinem
mutata eſt perſona: nõ enim iam ad ſponſam, ſed
ad ſodales loquitur ſpõſus: & ipſis dicit, vt capiãt
vulpes puſillas, quæ inſidiãtur vineis, vbi primum
germẽ oſtẽderit, nec ſinũt eas peruenire ad florẽ:
Capi ergo eas præcepit, ſaluti & vtilitati cõſulens
vinearũ. Sed hæc, vt cœpim⁹, ſpirituali expoſitio-
ne diſcutiẽda ſunt. Et puto qđ ſi de aĩa hęc, quę ſe
verbo dei coniũgit, aduertas, vulpes cõtrariæ po-
teſtates & nequitiæ dæmonum intelligi debeãt,
per cogitationes prauas & intelligentiã peruer-
ſam, exterminãtes in aĩa virtutũ florẽ, & fructum
fidei perimẽtes. Prouiſio igitur verbi dei, qui eſt
dominus virtutũ, mandat angelis ſuis, qui ad mi- Heb.1.d

πιάσατε ἡμῖν ἀλώπεκας μικροὺς ἀφανίζοντας ἀμπελῶνας καὶ αἱ ἄμπελοι ἡμῶν κυπρίζουσιν.

A niſterium miſſi ſunt propter eos, qui hæreditatē capiunt ſalutis: vt capiant ex vnaquaque anima huiuſmodi cogitationes a dęmonib⁹ immiſſas, vt abiectis eis poſſint florē virtutis afferre. Capiunt autem cogitationes malas in eo, cum ſuggerunt menti non eſſe eas a deo, ſed eſſe a maligno ſpiritu: & dāt animæ diſcretionem ſpirituū, vt intelligat quæ ſit cogitatio ſecundū deum, & quæ ſit ex diabolo. Vt autē ſcias eſſe cogitationes, quas immittit diabolus in cor hominū: vide in euangelio quod ſcriptū eſt: Cum autem immiſiſſet, inquit, diabolus in cor Iudæ Iſcariotis, vt traderet eum. *Ioan.13.a* Sunt ergo huiuſmodi cogitationes, quę a dæmonibus iniiciūtur in cordibus hominum. Sed quia non deeſt diuina prouidentia: ne forte per huiuſmodi importunitatē turbaretur libertas arbitrij, & nō eſſet iuſta cauſa iudicij: idcirco benignis angelis & amicis poteſtatibus, hominum cura mādatur, vt cum deceptores quaſi vulpes incurſare cœperint hominē, dextris eū auxiliis ſubleuent. Et ideo dicitur: Capite nobis vulpes puſillas. B Cōpetenter ſane cū adhuc puſillæ ſunt, capi eas mādat & comprehendi. Dum enim cogitatio mala in initiis eſt, facile poteſt abiici a corde. Nam ſi frequenter iteretur, & diu permaneat, adducit animā ſine dubio ad cōſenſum, & poſt cōſenſum intra cor ſuū confirmatū, certū eſt quia ad peccati tēdat effectū. Dū ergo in initiis eſt, & puſilla eſt, capi debet & abiici: ne ſi adulta fuerit, & inueterata, iā nō poſſit expelli. Deniq; & Iudas initium mali habuit in amore pecunię. Et hęc fuit illi vulpes puſilla. Sed ab hac cū videret dn̄s Iudæ animam quaſi florentē vineā lædi, capere eam volēs & abiicere ex eo: commiſit ei pecuniæ loculos, vt poſſidens, a cupiditate quod amabat ceſſaret. Sed ille vtpote habēs ſui arbitrij libertatē, nō eſt amplexus medici ſapientiā: ſed indulſit ſemetipſum illi magis cōſilio quo exterminabatur anima ſua, quam quo ſanabatur. Si vero hæc de Chriſto & eccleſia intelligamus, ſermo videbitur ad doctores eccleſiæ dirigi, & mandari eius de captione vulpiū exterminantiū vineas. Vulpes autem peruerſos doctores hæreticorū dogmatū poſſumus C intelligere: qui per argumentorum calliditatem ſeducunt corda innocentiū, & vineā domini extermināt, ne floreāt in fide recta. Datur ergo præceptū doctoribus catholicis, vt dum adhuc puſillæ ſunt iſtæ vulpes, & nondū plures animas deceperunt, ſed initium habet praua doctrina, arguere hos & refrenare feſtinēt, & verbo veritatis contradicentes, reuincere, & capere hos aſſertionibus veris. *1.Timo.e* Si enim permaſerint in principiis & indulſerint, ſermo eorū ſicut cancer ſerpit, & fiet inſanabilis: vt multi inueniantur, qui decepti ab eis, pugnare iam pro ipſis incipiant, & defendere ſuſcepti erroris auctores. Sic ergo puſillas dignū eſt vulpes capere, & doloſa hęreticorū ſophiſmata, in ipſis ſtatim initiis, veris aſſertionibus cōfutare. Vt autē vtriuſq; expoſitionis noſtræ euidentior clareſcat aſſertio, cōgregemus ex diuinis voluminibus, ſicubi animalis huius mētio facta eſt. Inuenimus ergo in ſexageſimoſecūdo pſalmo de impiis ita dici: Ipſi vero in vanum quæſierūt animam meam: introibunt in inferiora terræ, tradētur in manus gladij, partes vulpium erunt. D Sed & in euangelio ſecundū Matthæū Saluator ad Scribam, qui dicebat ei: Magiſter, ſequar te quocunq; ieris; *Matth.8.c & Luc.9.g* reſpondit: Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos vbi requieſcant: filius autē hominis nō habet vbi caput ſuū reclinet. Similiter autē & in euangelio ſecundū Lucā, ad eos qui dixerūt domino. Exi & vade hinc, quia Herodes vult te occidere: *Luc.13.g* reſpōdit Ieſus: Euntes, dicite vulpi huic: Ecce ego eiicio dæmonia, & ſanitates perficio hodie, & craſtina, & in die tertia cōſummabor. In libro quoq; Iudicū Samſon, *Iudic.15.a* cū vxor quæ erat ex genere Philiſtinorum ei fuiſſet ablata, ait ad patrē eius: Innocens ſum ego hac vice ab Allophylis, quia faciam vobiſcū mala. Et abiit Samſon, & accepit trecētas vulpes, & accepit lāpades, & ligauit caudā ad caudā, & poſuit lampadē vnā inter duas caudas vulpium, & accendit ignem in lampadibus, & emiſit eas per meſſes Allophylorum: & incendit omnes meſſes eorum, & ſtipulas E eorum, & vineas eorum & oliueta eorum. Adhuc autem in ſecundo libro Ezdræ, vbi Tobias Ammanites *Neem.4.a* impediuit ædificationē eorū qui de captiuitate redierāt, vt ædificarēt templum & murum, ait ad Allophylos: Nunquid iſti ſacrificabūt, aut comedent immolata in hoc loco? Nonne aſcendent vulpes, & deſtruent murum ipſorum, quem ex lapidibus ædificant? Hæc ſunt interim, quæ ad pręſens nobis ex ſcripturis diuinis occurrere potuerunt: in quibus animalis huius memoria facta eſt, vt ex his ſapiēs quiſq; lector prudēter poſſit coniicere, ſi apta vſi ſumus expoſitione in his quę propoſita ſunt nobis ad explanandum id quod ait: Capite nobis vulpes puſillas. Et quamuis operoſum ſit ſingula quæ exēpli cauſa aſſumpſimus, explanare: tamen quæ poterimus, breuiter contingemus. Et primo de ſexageſimoſecundo pſalmo videamus, vbi cum iuſti animā perſequerentur impij, ille pſallebat, dicens: Ipſi autem in vanum quæſierunt animam meam, introibunt in inferiora terræ, tradentur in manus gladij, partes vulpium erunt. In quo vtiq; oſtenditur, quod F vanis & inanibus verbis praui doctores decipere volentes animam iuſti, introire dicuntur in inferiora terræ: terrā vtpote ſapientes, & de terra loquentes: atque in inferiora eius, ideſt, in profundū ſtultitiæ deſcendētes. Puto enim quod hi qui carnaliter viuūt, quia ſibiipſis tantūmodo nocēt, terra eſſe, & in terra habitare dicūtur. Hi vero qui terrenis & carnalibus ſenſibus ſcripturas intelligunt, & alios ita docendo decipiunt, pro eo ipſo, quod argutias quaſdam & argumenta carnalis & terrenæ ſapientiæ concinnant, in inferiora terræ dicūtur ingredi. Vel certe quia graui⁹ delinquūt, qui terrena docent, quam qui ita viuūt: eis futura pœna etiā grauior imminet, idemque ipſi in manus gladij tradendi prophetantur, illius fortaſſis flammei & verſatilis. *Gen.3.d* Quomodo autem & partes vulpium fiant, videamus. Omnis anima aut pars eſt dei, aut pars eſt cuiuſcunque, qui accepit poteſtatem ſuper homines. Nam cum diuideret altiſſimus gentes, & diſpergeret filios Adam, *Deut.32.a Sec.70.* ſtatuit



A ſtatuit fines gentium, ſecundum numerum angelorum dei, & facta eſt portio domini Iacob. Cum ergo conſtet vnamquamque animam aut in parte dei, aut in parte eſſe alterius cuiuſlibet: quoniā quidem per arbitrij libertatem, poſſibile eſt vnūquenque ex parte alterius tranſire, vel ad partem dei, ſi melius (ipſo iuuāte) elegerit: vel ſi nequius, ad dæmonum portionem: hinc horum mentio habetur in pſalmo: *Pſal.62.* Qui in vanum quæſierunt animam iuſti, partes erunt vulpium; veluti ſi diceret: & peſſimorum & nequiſſimorum dæmonum partes erunt: vt vnaquæq; maligna virtus & doloſa, per quam deceptiones & fraudes falſæ ſciētiæ introductæ ſunt, figuraliter vulpes appellentur: & hi qui in hunc errorem deducuntur, & nolunt acquieſcere ſanis ſermonibus domini noſtri Ieſu Chriſti, & doctrinæ, quæ ſecundum pietatē eſt, ſed decipi ſe patiuntur a talibus: iſti taliū partes vulpium fient, & introibunt cum eis in inferiora terrę. *Matth.8.c & Luc.9.g* Ipſi ſunt & illi, in quibus ſecundum e- B uangelium, vulpes iſtę, quas ſupra memorauimus foueas habere dicuntur: in quibus filius hominis non habet vbi caput ſuum reclinet. *Luc.13.g Iud.15.a* Herodē quoque vulpem nominatum, pro fallaci calliditate credendū eſt. Nam de Samſon qui trecentas vulpes cepiſſe & colligaſſe per caudas, atque interieciſſe lampades ardentes in medio caudarum, atque immiſiſſe per meſſes Allophylorum, & incendiſſe eas cum ſtipulis & oliuetis vineiſque memoratur, valde mihi difficilis formæ huius vel figurę videtur explanatio. Tentemus tamen aliqua ex his pulſare pro viribus: & ponamus (ſicut expoſitio noſtra in ſuperioribus continet) vulpes eſſe fallaces peruerſoſque doctores. Hos Samſon (qui veri & fidelis imaginem tenet doctoris) capiens verbo veritatis, caudam ad caudam colliget, ideſt, aduerſantes ſibi & diuerſa a ſe inuicem ſentientes docenteſque confutet: atque ex ipſorum verbis propoſitiones collectioneſque accipiens, in Allophylorum ſegetem, ignem concluſionis emittat; & ex propriis eorum argumentis, omnes eorum fructus atq; vineas & oliueta peſſimæ ge- C nerationis incendat. Sed & ipſe numerus trecentarum vulpium, quæ a ſemetipſis diuerſæ & diſſonantes erant, triplicem formam indicant peccatorum. Omne, enim peccatum aut in facto, aut in verbo, aut in conſenſu mentis admittitur. Verum ne illud quidem quod in ſecundo libro Ezdræ ſcriptum diximus, penitus omittendum eſt. *1.Ezdr.4.* Vbi cum ædificarentur ſancta ſanctorum, ideſt, cum fides Chriſti & ſanctorum eius myſteria cōderentur, inimici veritatis, fideique contrarij (qui ſunt ſapientes huius ſæculi) videntes abſque arte grammatica, & peritia philoſophica conſurgere muros euangelij, velut cum irriſione quadam, di- D cunt, perfacile hoc poſſe deſtrui calliditate ſermonum per aſtutas fallacias & argumenta dialectica. Hæc interim (quantum breuitas potuit pati) de aſſumptis exemplis dicta ſufficiant. Nunc iā ad propoſitum reuertamur. Videtur ergo in Cātico canticorum præceptum dari ab ſponſo, amicis ſibi virtutibus, vt capiant & arguant contrarias poteſtates, quæ inſidiantur animabus hominum, ne exterminent eorum initia fidei, floremque virtutum ſub ſpecie ſecretę alicuius & occultæ ſapientiæ: quæ quaſi vulpes in foueis, ita in his hominibus, qui ſemetipſos ad hæc ſectanda præbuerint, deliteſcunt: & quo facilius cōfutari poſſint & argui, dum paruæ ſint vulpes ipſæ, & initia habent peſſimæ perſuaſionis, capi iubentur. Nam ſi forte creuerint, & maiores fuerint vulpes effectæ: iam nequeant ab amicis ſponſi, ſed ab ipſo fortaſſis ſponſo ſolo capi poterūt. Sed & ſancti quique doctores & magiſtri eccleſiæ, ſicut acceperunt poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes & *Luc.10.c* ſcorpiones, ita accipiunt poteſtatem etiam capiēdi vulpes. Sic enim data eſt poteſtas eis ſuper E omnem virtutem inimici. Vna ſine dubio ex cæteris inimici virtutibus eſt vulpes, quæ extermināt vineas florentes: quæque cum adhuc parua eſt, capi iubetur: ſicut & in centeſimo triceſimoſeptimo pſalmo, beatus *dicitur* qui tenet & allidet paruulos Babylonis *ad petram*, nec permittit ſenſum Babylonium *creſcere in* ſemetipſo, & augeri: ſed cum eſt in *initiis, allidit* eum, & tenet ad petram; tunc enim *facile* perimitur. Sic ergo ordo explanationis pęrcurrat. Capite vulpes nobis puſillas, quæ vulpes exterminant vineas florētes. Quod autem dicit, nobis, hoceſt, mihi ſponſo & ſponſæ: vel certe mihi & vobis, qui eſtis ſodales mei. Poteſt autem & ita accipi: Capite nobis vulpes: & poſt diſtinctionem *dici*, puſillas exterminantes vineas: vt puſillas, non tam ad vulpes quam ad vineas referamus: vt videantur puſillæ quidē vineæ exterminari poſſe, ideſt, paruæ quęque animæ, & initia habentes, non firmæ & robuſtæ lædi poſſe a contrariis poteſtatibus, ſicut in euangelio dicitur: Si quis ſcandalizauerit vnū F de puſillis iſtis; *Matt.13.a* in quo oſtenditur quia ſcandalizari non poteſt grandis & perfecta, ſed puſilla & rudis anima, ſicut in pſalmo dicitur: *Pſal.118.x* Pax multa diligentibus nomen tuum, & non eſt illis ſcandalum. Simili ergo exemplo poteſt videri, quod puſilla quæq; vinea, incipiens videlicet anima, poſſit a vulpibus, ideſt, malignis cogitationibus, vel prauis doctoribus lædi: perfecta vero & valida non poſſit. Sed ſi capiantur a bonis doctoribus vulpes iſtæ, & abiiciantur ex anima, tunc proficiet in virtutibus, & florebit in fide. Amen.

*Quattuor Homiliarum in Cantica canticorum, finis.*

# COMMENTARII IN EPISTOLAS D. PAVLI,

## PROOEMIVM.

*Literis tuis curſim mihi allatis, & laboribus & curis in ſacris codicibus deſudare me cogis, iam mihi ſeneſcente corpore, & viribus laſſeſcentibus, Heliodore ſancte: idque in epiſtolis beati Pauli apoſtoli, quæ & ſcientia prædicatoris, & lima iuſtitiæ tam magnæ & prædicando, & docendo teſtimonio ſpiritus ſancti prolatæ atque dilatatæ ſunt, vt comparare, aut coæquare veteri teſtamento & euangelicæ doctrinæ non dubitemus. Ipſe enim reuelante ſibi ſpiritu ſancto cognouit, dum ſe raptum eſſe vſque ad tertium cælum in corpore aut extra corpus aſſerit, hoc eſt, vſque ad tertiam legem veteris nouique teſtamenti. In corpore, aut extra corpus; ideſt, neque per legem naturæ, neque per legem litteræ, ſed per ſpiritum ſanctum ei, omnibus apoſtolis minimo, nouiſſime datum per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, per quem habemus acceſſum in gratia iſta, in qua & ſtamus & gloriamur. Nos vero ſimpliciter expoſuiſſe, breuibuſque ſermonibus comperies. Eius nempe epiſtolæ magnificentius ab omnibus ſapientibus & interpretantur, & prædicantur.*

# COMMENTARII IN EPISTOLAM PAVLI AD ROMANOS.

[a] Paulus [b] ſeruus Ieſu Chriſti, [c] vocatus apoſtolus, [d] ſegregatus in [e] euangelium dei, [f] quod ante promiſerat per prophetas ſuos in [g] ſcripturis ſanctis [h] de filio ſuo, qui factus eſt ei [i] ex ſemine Dauid ſecundum [k] carnē: qui prædeſtinatus [l] eſt filius dei in virtute, ſecundū ſpiritū [m] ſanctificationis, ex [n] reſurrectione, mortuorū Ieſu Chriſti domini noſtri, per quē [o] accepimus gratiā & apoſtolatum ad [p] obediēdū fidei in [q] omnibus gētibus pro [r] nomine eius, in [a] quibus eſtis & vos vocati Ieſu Chriſti, [b] omnibus qui ſunt Romæ dilectis dei, [c] vocatis ſanctis, Gratia [d] vobis & pax a deo patre, & domino noſtro Ieſu Chriſto. [e] Primum quidem gratias ago deo meo [f] per Ieſum Chriſtum pro omnibus vobis: [g] quia fides veſtra annuntiatur in vniuerſo mundo. Teſtis [h] enim mihi eſt deus, cui ſeruio in ſpiritu meo in euangelio filij eius, quod [i] ſine intermiſſione memoriam veſtri facio ſemper in orationibus meis, [k] obſecrans ſi [l] quo modo tandem aliquando proſperum iter habeam in voluntate dei veniendi ad vos. [m] Deſidero enim videre vos, [n] vt aliquid impertiar gratiæ vobis ſpiritualis ad confirmandos vos: [o] ideſt, ſimul conſolari in vobis per eam, quæ inuicem eſt fides veſtra atque mea. [p] Nolo autem vos ignorare, fratres, quia ſæpe propoſui venire ad vos, & [q] prohibitus ſum vſque adhuc, [r] vt aliquem fructum habeam in vobis, [ſ] ſicut & in cæteris gentibus. Græcis [t] ac barbaris, ſapientibus & inſipiētibus debitor ſum: [u] itaque quod in me promptū eſt & vobis, qui Romæ eſtis, euangelizare. [x] Nō enim erubeſco euangeliū. Virtus [y] enim dei eſt in ſalutem [z] omni credenti, [a] Iudæo primū & Græco. [b] Iuſtitia em̄ dei in eo reuelatur [c] ex fide in fidē, ſicut [d] ſcriptū eſt, [e] Iuſtus autē ex fide viuit. [f] Reuelatur enim ira dei de cælo ſuper

a *Paulus.*] Quærimus quare Paulus ſcribat, cum Saulus antea ſit vocatus? Quod ex more ſanctorum feciſſe credendum eſt, qui in virtutibus proficientes, mutato nomine ſunt vocati, vt eſſent etiam ipſo nomine noui, vt Abraham, & Sara & Cephas. Aliter, Paulus. Sicut aliorum ſanctorum tam in veteri quā in nouo teſtamento, ideſt, Abraham, & Petri, & cæterorum, profectu & incremēto meritorum mutata ſunt nomina: ita & Paulus in gratia proficiens nomen ſibi ipſe mutauit.

b *Seruus Ieſu Chriſti &c.*] A ſeruo cœpit, exemplum nobis humilitatis oſtendens; quaſi imitator eius qui exinaniuit ſeipſum, formā ſerui accipiens, & humiliauit ſeipſum, factus obediēs vſque ad mortē, propter quod & deus illum exaltauit: & hic per fidele primum ſeruitium meruit apoſtolatum. Item non ſecundum timorem, ſed ſecundum dilectionem, ſicut ipſe dicit. Viuo autem iam non ego, viuit vero in me Chriſtus. *Gal.2.d*

c *Vocatus apoſtolus &c.*] Iam in præſentia ad hoc vocatus vt eſſet apoſtolus. Item oſtendit non ſolum vocatū ſe ad apoſtolatus gratiam: ſed & ſegregatum in prædicatinem gentium, vt ipſe memorat. Nos in gentibus, ipſi autem in circuncīſione. Vocatus ergo a Chriſto ad apoſtolatum: ſegregatus autem in prædicationem gentium, vt oſtendat vnam eſſe ſubſtantiam patris & filij & ſpiritus ſancti.

d *Segregatus.*] Sicut in actibus apoſtolorum ſpiritus ſanctus dicit. Segregate mihi Barnabam & Paulum in opus ad quod elegi eos. *Act.13.a*

e *In euangelium dei &c.*] Euangelium, latine bona annunciatio dicitur; natiuitatis ſcilicet Chriſti, paſſionis, & reſurrectionis, & in cælum aſcenſionis.

f *Quod ante promiſerat per prophetas ſuos &c.*] Oſtendit ſe Chriſtum non alium prædicare, quam eum, cuius euangelium prophetæ ab Hieruſalem promiſerant eſſe venturum.

g *In ſcripturis ſanctis &c.*] Ipſos aſſerit dei prophetas eſſe, & illas ſcripturas ſanctas de Chriſto ante cecinerūt. Verū totus hic locus cōtra Manichæos facit, vbi dicit, quod euāgeliū ante ſit promiſſum & per prophetas dei & in ſanctis ſcripturis, & quod Chriſtus ſecundum carnem ex Dauid ſtirpe, ideſt, de Maria virgine ſit creatus, ſecundum quod prædixerat Eſaias.

h *De filio ſuo &c.*] Multi filij gratia, hic natura: cuius etiam in carne natiuitas diſſimilis cæteris inuenitur, eo quod ex virgine natus eſt. *Eſa.7.c*

i *Qui factus eſt ei ex ſemine Dauid, &c.*] Factus per ſpiritum ſanctum.

k *Secundum carnem &c.*] Addendo ſecundum carnem, & Fotinum excludit, & Ariū. Si enim ſecundum carnem factus eſt, ſecundum verbi vtiq; ſubſtātiā factus nō eſt.

l *Qui prædeſtinatus eſt &c.*] Dicendo, in virtute, oſtendit non ſolitū humanę naturæ eſſe conceptū, ſed abſque virili ſemine ex virgine procreatum. Inferendo autem.

m *Secundum ſpiritum ſanctificationis &c.*] Oſtendit creatorem ſuum ſpiritum ſanctum. Itē vt ſit in omnibus ipſe primatum tenens, ſecūdum ſpiritum ſanctificationis prædeſtinatus, vt prior omnibus incorruptibilitatis virtute ſurgeret, & viā reſurrectionis dei filiis aperiret. De quibus ipſe dicit. Quia filij dei, cum ſint filij reſurrectionis.

n *Ex reſurrectione mortuorum Ieſu Chriſti domini.*] Non omnium reſurgentium, ſed ad Chriſtum pertinentium, in ipſo Chriſto reſurrectionis forma eſt.

o *Per quem accepimus &c.*] Gratiam, in baptiſmo: Apoſtolatum, quando a ſpiritu ſancto directus eſt. Apoſtolus enim græce, latine miſſus dicitur. Item recto ordine, accepta gratia, honorem apoſtolatus meruiſſe ſe dicit.

p *Ad obediendum fidei.*] Oſtendit euangelij gratiam obedientibus prædicandam.

q *In omnibus gentibus &c.*] Apoſtolatum accepit, vt iam non legi, ſed fidei obedirent.

r *Pro nomine eius &c.*] Vice nominis eius fūgimur, vt ipſe ait,



ait. Sicut miſit me pater, & ego mitto vos. Et iterum: Qui vos recipit, me recipit. *Ioan.6.f Matth.20.d*

a *In quibus eſtis & vos vocati Ieſu Chriſti &c.*] Et in vobis, ideſt, Romanis apoſtolatum accepimus.

b *Omnibus qui ſunt Romæ dilectis dei &c.*] Hoceſt, omnibus credentibus, quos æqualiter diligit deus ſine acceptione perſonæ Iudæi, vel Græci.

c *Vocatis ſanctis.*] Sanctis vocatione dei, non meritis facti. Item idcirco dicit; ſanctis; quoniam gratiam ſpiritus ſancti habentibus prædicabat.

d *Gratia vobis & pax a deo patre, & domino noſtro Ieſu Chriſto.*] Talis eſt vbique ſalutatio eius, vt & commemoret in nobis beneficia dei, & optet in nobis integra permanere: quia & gratis nobis peccata dimiſſa ſunt, & reconciliati ſumus deo per mortem filij eius. Commonet etiam pacificos eſſe debere vnam eandemque gratiam conſecutos.

e *Primum quidem gratias ago deo meo &c.*] Natura deus omnium eſt: merito & voluntate paucorum, vt deus Abraham, ſecundum quod hic ſuum nominat deum.

f *Per Ieſum Chriſtum pro omnibus vobis.*] Hoceſt, non pro Iudæis ſolis.

g *Quia fides veſtra annuntiatur in vniuerſo mundo &c.*] Oſtendit quomodo Romanorum fides omnibus eccleſiis cognita ſit. Vel certe quod eadē fides, quam Romani tenent, in vniuerſo mūdo ab apoſtolis prædicetur: itē prudenter laudat, vt prouocet ad profectum. Siue quia omni mundo mirum fuit Romanos credidiſſe, qui idolorum nimia fuerant cultura poſſeſſi, ita vt omnium gentium diis, quas vicerant, deſeruirent. Sed & ſimpliciter eorum fidem laudaſſe credendum eſt, cuius nunc deuotio demonſtratur.

h *Teſtis enim mihi eſt deus, cui &c.*] Hoceſt, in toto corde meo & prompta deuotione mea deſeruio. Si enim volēs hoc ago, mercedem habeo. Siue verbum hic ſpiritum nominauit, vt eſt illud, Verbo domini cæli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum.

i *Quod ſine intermiſſione.*] Hic oſtendit ſe omnia ex dilectione dicturum, vt liberius audiatur, & dat exemplum ſine intermiſſione orandi.

k *Obſecrans &c.*] Qua liberatione ad vos quandoq; perueniam in voluntate dei. Aliter enim proſperum iter non habeo, niſi me voluntas dei, quæ omnia nouit, illuc direxerit, vt aliquem habeam fructum. Vnde in actibus apoſtolorum legimus, eos alio ire volentes, alio deſtinatos. Siue ſecundū illud Iacobi. Si deus voluerit & vixerimus, faciemus hoc, vel illud. *Act.16.g & 17.d Iacob.1.*

l *Si quomodo tandem aliquando proſperum iter habeam in voluntate dei veniendi.*] Demonſtrat ſe cuncta quæ agebat, ex dei gerere voluntate.

m *Deſidero enim videre vos.*] Hic oſtendit quomodo eos ſuperius laudauerat, qui ad confirmandum aliquid gratiæ indigent ſpiritualis.

n *Vt aliquid impertiar gratiæ vobis.*] Romanos Petri prædicatione fidem tenentes confirmare ſe velle Paulus dicit, non quo minus accepiſſent a Petro: ſed vt duobus a-



poſtolis teſtibus atq; doctoribus, eorū roboraretur fides.

o *Ideſt ſimul conſolari in vobis per eam quæ inuicē eſt fides, &c.*] Vt per communem fidem inuicem conſolemur.

p *Nolo enim vos ignorare, fratres, quia ſæpe propoſui, &c.*] Per commeantes autem fratres audire potuiſtis.

q *Et prohibitus ſum vſque adhuc.*] Oſtendit ſe occupatū neceſſitate euangelij prædicandi, Romam adhuc ire nō poſſe. Itē prohibitus hic occupatus accipitur, dum aliis prouinciis prædicauerit, ſicut ipſe exponit in fine epiſtolæ ſuæ dicens. Propter quod & impediebar plurimum venire ad vos.

r *Vt aliquem fructum habeam in vobis.*] Mercedem laboris ſui nominat fructum.

ſ *Sicut & in cæteris gentibus.*] Subauditur, habeo.

t *Græcis ac barbaris, ſapientibus & inſipientibus &c.*] Sapiētes, Græcos philoſophos: barbaros, inſipiētes appellat.

v *Itaque quod in me promptū &c.*] Qui Romæ eſtis: atque inſipientibus vt Græcis euangelizare volt.

x *Non enim erubeſco &c.*] Recte dicit non ſe erubeſcere prædicationē crucis; quæ credentibus dei virtus eſt in ſalutem. Item, hoc ad taxationē ſubtiliter pertinet paganorum, qui cum non erubeſcant credere deum ſuum Iouem propter inanem libidinem in animalia irrationabilia & inſenſibilia eſſe mutatum: nobis erubeſcendum putant dominum propter ſalutem perditi hominis credere crucifixum, cum in altero horrendum ſit dedecus, in altero admiranda pietas atque virtus. Simul & illos hæreticos tangit, qui hæc tanquam indigna deo refugiunt, vt hominem indueret, quē pro ſalute humani generis paſſioni traderet, non intelligentes nihil dignius creatori quam creaturæ ſuæ curare ſalutem: maxime cum ipſe per hoc naturæ detrimentum quaſi impaſſibilis ſentire non poſſit.

y *Virtus enim dei eſt in ſalutem.*] Nulla maior virtus eſt quam quæ deuicta morte homini perdito reddit vitam.

z *Omni credenti.*] Quāuis infirmitas videatur incredulis.

a *Iudæo primū & Græco.*] Siue quod iuſtū fuerit, vt quomodo Abraham credens ex gentibus per ſolam primam fidem ſaluatus eſt: ita cæteri credentes ſaluarentur. Siue quod illud teſtamentum, quod per legem deus verax promiſerat, debuerat exhibere.

b *Iuſtitia enim dei in eo reuelatur.*] Oſtendit ex fide vniuſcuiuſque noſtrum prædicationis fidem poſſe roborari.

c *Ex fide in fidem.*] Siue quod ex fide iuſtificatur Iudæus, & in fide gentilis: & ideo expoſuerit vt cacologiæ vitium declinaret.

d *Sicut ſcriptum eſt.*] Non ex operibus legis.

e *Iuſtus autē ex fide viuit.*] Propterea, hoc dicit: quia ſine fide, hoceſt, ſine ſpe retributionis bonorum operum, perficere virtutes nemo poterit; ſicut & ipſe ad Hebræos perhibens docet. Sine fide autem impoſſibile eſt placere deo. Credere enim oportet accedentem ad deum, quia eſt: & inquirentibus ſe remunerator ſit. *Heb.11.a*

f *Reuelatur enim ira dei de cælo.*] Si dicentibus Manichæis crudelis aſſeritur deus veteris teſtamenti, quia ſuper peccatores vindictā inducat: quomodo hoc loco ab

A Apoſtolo dicitur, a deo noui teſtamenti vindictam impiis hominibus inferendam? Vnde monſtratur vnum eundemque deum eſſe noui & veteris teſtamenti. Item incipit ad partem gentium loqui, dicitque dei iram per euangelium reuelari, ſiue per naturæ teſtimonium: nouerunt enim homines & beneficia, & plagas expectare de cælo.

ſuper [a] omnem impietatem & iniuſtitiã hominum [b] eorum qui veritatem dei in iniuſtitia detinent: quia [c] quod notũ eſt dei, [d] manifeſtum eſt in illis. [e] Deus enim illis manifeſtauit. Inuiſibilia [f] enim ipſius a creatura mũdi per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciũtur: ſempiterna [g] quoque eius virtus & diuinitas, ita vt ſint inexcuſabiles. Quia cum cognouiſſent deum, non [h] ſicut deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, ſed [i] euanuerunt in cogitationibus ſuis, & [k] obſcuratum eſt inſipiens cor eorum. [l] Dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti [m] facti ſunt. Et mutauerunt gloriam incorruptibilis dei, in ſimilitudinem [n] imaginis corruptibilis hominis, & volucrũ, & quadrupedum, & ſerpentium. [o] Propter quod tradidit illos deus in deſideria cordis eorũ in [q] immunditiã, vt [p] contumeliis afficiant corpora ſua in [r] ſemetipſis. Quia commutauerunt [ſ] veritatẽ dei in mendaciũ: & coluerunt [t] & ſeruierunt creaturæ potius quam creatori, [u] qui eſt benedictus in ſæcula. Amẽ. Propterera [x] tradidit illos deus in paſſiones ignominiæ.

a *Super omnem impietatem & iniuſtitiam hominum.*] Tres eſſe videntur impietates. Prima & maxima in deum, quæ aut per blaſphemiã, aut per idololatriam admittitur. Secunda in parentes, aut iniuria, aut contemptus, ſicut ſcribitur in Leuitico. Si quis dormierit cum vxore patris ſui, morte moriatur: ambo impietatem fecerunt. (Leuit. 20.) Tertia in extraneos, vt eſt illud. Et tu remiſiſti impietatem cordis mei. (Pſal. 31. b) Et plura alia, quæ enumerare perlongum eſt. Siue omnis impietas ad diuerſas idolorum culturas re- B ferenda eſt, vt impietas quaſi ad iniuriam dei: iniuſtitia vero ad omnia peccata pertinere videatur.

b *Eorum qui veritatem dei in iniuſtitia detinent:*] Veritatem nominis dei iniuſtitia indignæ materiæ detinente dolorem. Item ſcientes delinquunt, qui dei veritate agnita iniuſte agunt.

c *Quia quod notum eſt dei.*] Oſtendit quomodo omnis homo naturalem habens intellectum, agnoſcit eſſe inſequendam ſubſtantiam inuiſibilem, quæ diuerſas in hominibus artes & diſciplinas operatur. Quo etiam exemplo inuiſibilis deus manifeſtatur hominibus ex his operibus, quæ operatus eſt & operatur: ſimul & mens trinitatis demonſtrat imaginem, in qua generat inſitum ſibi verbum, & inſeparabilem habet ſibimet natum verbum ſapientia. Item quod poteſt naturaliter ſcire de deo quod ſit, & quod iuſtus ſit.

d *Manifeſtum eſt in illis.*] In conſcientiis eorum. Omnis namq; creatura deum ſe noſſe teſtatur, & ab alio factam indicat: cuius volũtati ſibi parere neceſſe ſit. Si enim deus ſummum magnum eſt, inuiſibilis, incomparabilis, incom- C prehenſibilis, inæſtimabilis, & qui ſuper omnia ſit, ideſt, cui neque præponi aliquid, neque poſſit æquari ſiue magnitudine ſiue claritate vel potentia, manifeſtum eſt hoc nulli creaturæ poſſe competere, quæ & oculis videtur, ratione colligitur, & æſtimatione iudicatur. Maior autem omnibus per omnia nulla eſt creatura: quia omnes ſe alterutrum vincunt. Alia enim magnitudine, vt cælum, terra. Alia claritate, vt ſol, luna, vel ſtella. Alia altitudine, vt mare. Ita ergo peruidetur, quia nullum elementum ſit deus. Quod autem facta ſint, mutabilitas eorum, quæ nõ poteſt cadere in æternitatem, demonſtrat. Quod vero nõ ſeipſa fecerint, manifeſtum eſt: quia ſi ſe ipſa fecerunt, iã erant antequam fierent, vt ſe facere poſſent: quod valde abſurdum eſt dicere. Cum vero variant, & ordines ſuos permutant, & alterutrum cedunt, oſtendunt ſe ab vno auctore facta & non ſuam, ſed domini ſui facere voluntatem, cuius tranſgredi non poſſunt imperium.

e *Deus enim illis manifeſtauit.*] Virtus enim eius occulta ex his, quæ palam ſunt, æſtimatur. Si enim ea quæ videntur, tam præclare ab eo facta ſunt, vt quidam illa deos putarent, & æterna aſſerere tentarent: quanto magis factorem ſempiternum & omnipotentem & immenſum eſſe intelligere potuerunt? ſecundum ſapientię librum dicen- D tem. Ad cuius magnitudinem, creaturarum comparata, poterit horum creator videri &c.

f *Inuiſibilia enim ipſius a creatura mundi per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur.*] Tam euidenter intellecta ſunt, vt conſpecta dicantur.

g *Sempiterna quoq; eius virtus & diuinitas, ita vt ſint inexcuſabiles: quia cum cognouiſſent deum.*] Siue per naturam, ſiue per facturam & rationem.

h *Non ſicut deum glorificauerunt, aut gratias egerunt.*] Pro eo quod tales facti ſunt, vt deum poſſint agnoſcere ſi velint.

i *Sed euanuerunt in cogitationibus ſuis.*] Putantes ſe dei magnitudinem in cogitatione poſſe comprehendere, euanuerunt in naturali ſapore, creaturas pro creatore venerati.

k *Et obſcuratum eſt inſipiens cor eorum.*] Recedentes a lumine veritatis.

E l *Diſcentes enim ſe eſſe ſapientes.*] Quaſi qui inueniſſent quomodo inuiſibilis deus per ſimulacrum viſibile coleretur.

m *Stulti facti ſunt: & mutauerũt gloriam incorruptibilis dei in ſimilitudinem.*] Non intelligentes nullam ſimilitudinem habere mortale immortalis, & incorruptibile ſempiterni.

n *Imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & ſerpentium.*] Nõ hominis ſolum, ſed imaginis hominis: & non huius tantum, ſed etiam animalium. Hic Iouis cultores appellat, qui eum propter amores fœdiſſimos in iſta aſſerunt transformatum: & idcirco ſe illi tales imagines conſecraſſe, in quibus libidini ſatisfecit.

o *Propter quod tradidit illos deus in deſideria cordis eorum.*] In hoc quod deus tradidiſſe dicitur propriis deſideriis peccatores, oſtendit nõ quod ipſe ſit cauſa, ſed quod per longanimitatem & patientiam non inducendo vindictam, patitur eos ſecundum cordis ſui agere voluntatem: hoc facit volens eos ad pęnitentiam conuerti. Item, tradere in ſcripturis dicitur deus, cum non retinet delinquentes propter arbitrij libertatem, ſicut in pſalmo dicit. F Et dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum.

p *In immunditia.*] Quæ eſt in turpibus miniſteriis idolorum.

q *Vt contumeliis afficiant corpora ſua.*] Dum ſibi in ſacramentis eorum, cauteria & combuſtiones infligunt.

r *In ſemetipſis.*] Vt quaſi amentes ipſi in ſe ſuorum ſint vindices delictorum.

ſ *Quia commutauerunt veritatem dei in mendacium.*] Commutauerunt vere dei cultum in mendacium idolorum, quæ falſo prodigiis coluerunt: & quodammodo ſtultis mentiuntur eſſe quod non ſunt.

t *Et coluerunt, & ſeruierunt creaturæ potius quam creatori.*] Non ſolum dilexerunt, ſed etiam ſeruierunt. Quicumque alicuius creaturæ cupiditate vincitur, ipſi ſeruit. A quo enim quiſque ſuperatus eſt, huius & ſeruus eſt.

v *Qui eſt benedictus in ſæcula.*] Cui ſi ſeruiſſent, fieri benedicti in ſæcula potuiſſent. Qui enim fecerit voluntatem dei, manet in æternum: ſicut ipſe manet in æternum.

x *Propterea tradidit illos deus in paſſiones ignominiæ.*] Propter cauſas ſuperius memoratas, in his flagitiis ſunt dimiſſi.

a Nam



ignominiæ. [a] Nam feminæ eorum immutauerunt naturalem vſum in eum vſum qui eſt contra naturam. [b] Similiter autem & maſculi relicto naturali vſu feminæ exarſerunt in deſideriis ſuis in inuicem, maſculi in maſculos turpitudinem operantes: & [c] mercedem, quã oportuit, erroris ſui in ſemetipſis recipientes. Et [d] ſicut non probauerunt deum habere in notitia, [e] tradidit illos deus in reprobum ſenſum vt [f] faciant ea quæ non conueniunt, repletos [g] omni iniquitate, malitia, fornicatione, [h] auaritia, nequitia, [i] plenos inuidia, homicidiis, [k] contentione, [l] dolo, [m] malignitate: [n] ſuſurrones, [o] detractores, deo odibiles, [p] contumelioſos, [q] ſuperbos, elatos, inuentores malorum, [r] parentibus non obedientes, [ſ] inſipientes, incompoſitos, ſine affectione, [t] abſque fœdere, ſine [u] miſericordia. Qui [x] cum iuſtitiam dei cognouiſſent, non intellexerunt quoniam qui talia agunt, digni ſunt morte: [y] non ſolum qui ea faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus.

## Cap. II.

[z] PRopter quod inexcuſabilis es ô homo omnis qui iudicas. In quo enim alterum iudicas, teipſum condemnas. Eadem enim agis quæ iudicas. [a] Scimus enim quoniam iudiciũ dei eſt ſecundũ veritatẽ in eos qui talia agunt. Exiſtimas autem hoc, ô homo omnis qui iudicas eos qui talia agunt, & facis ea: quia tu effugies iudiciũ dei? An [b] diuitias bonitatis eius & patientiæ & longanimitatis contemnis?

A a *Nam feminæ eorum immutauerunt naturalem vſum in eum, &c.*] Omnia peruerterunt in deum peruerſi. Neque enim ordinem naturæ ſeruarunt, qui naturæ dereliquerũt authorem. Infandorum enim idolorum cultura, omnis mali cauſa eſt, initium & finis.

b *Similiter autem & maſculi relicto naturali vſu feminæ exarſerunt in deſideriis ſuis in inuicem, &c.*] Effrenata libido modum ſeruare non nouit.

c *Et mercedem, quam oportuit, erroris ſui in ſemetipſis recipientes.*] Sic cucurrit ordo, vt qui dei obliti erant, nec ſeipſos agnoſcerent.

d *Et ſicut non probauerunt deũ habere in notitia.*] Non neſcierunt, ſed minime probauerunt. Ille enim probat ſe deum habere in notitia, qui ſemper illum in præſenti habens, peccare non audet.

e *Tradidit illos deus in reprobũ ſenſum.*] Non reprobandi B ſunt traditi in reprobum ſenſum.

f *Vt faciant ea quæ non conueniunt.*] Homini facere.

g *Repletos omni iniquitate, malitia.*] Iniquitatem & malitiam, principales cauſas oſtendit vitiorum eſſe.

h *Fornicatione, auaritia*] Fornicationem autem & auaritiam ſimul iunxit: quia vtrique pene idololatria comparatur nequitiæ.

i *Plenos inuidia, &c.*] homicidio. Pulchre inuidiam homicidio ſociauit: quia prima huius criminis ipſa materia eſt.

k *Contentione.*] Contentio eſt, vbi non ratione aliquid, ſed animi pertinacia defenditur: & vbi iam non veritas quæritur, ſed proximus fatigatur.

l *Dolo.*] Occulta malitia blandis ſermonibus adornata.

m *Malignitate.*] Malitiæ votum, vel opus, malignitas appellatur.

C n *Suſurrones.*] Murmuratores, non in faciem, ſed in aurem loquentes.

o *Detractores, deo odibiles.*] Nihil eſt enim tam odibile deo quam idololatria, cui per ſimilitudinem eradicandi pœna detractionis ſcripta coniungitur.

p *Contumelioſos.*] Qui veloces ſunt in verbis iniuriæ.

q *Superbos, elatos, inuentores malorum.*] Qui vult ſupergredi quod eſt, ſuperbus eſt, ſicut diabolus perdit ſeipſum quod eſt. Qui enim ſuper alios vult eſſe, hic infra ſe fiet, & ideo ſequitur; Inuentores malorum, quia ſemper ſuperbia excogitat & inuenit mala, ſicut autor ſuperbiæ per elationem ſuam inuenit ſibi malum, quod ante non fuerat. Elatus autem dicitur, qui effertur ſuper mẽſuras ſuas.

r *Parentibus non obedientes.*] Veri parentes ſunt, qui per ſemen verbi generant in lucem filios ad vitam æternam.

ſ *Inſipientes, incompoſitos.*] Qui a fonte ſapientiæ receſſerunt, neceſſe eſt vt inordinate ferantur.

t *Sine affectione, abſque fœdere.*] Affectio eſt adimpletio charitatis.

v *Sine miſericordia.*] Quomodo aliis poterant miſereri, qui in ſe miſericordes eſſe noluerunt? Hæc omnia per ordinem digeſta peccata de illis dicuntur, qui derelinquen- D tes deum, ab eo viciſſim ſunt derelicti. Caueamus ergo & nos, ne quod malum ex his habentes, ſimiliter relinquamur.

x *Qui cum iuſtitiam dei cognouiſſent, non intellexerunt quoniam qui talia agunt, digni ſunt morte.*] Hic oſtendit quomodo vnuſquiſque hominum ſcit ſe a deo ſecũdum actus proprios iudicandum, in quo & ipſe alium hominem peccantem iudicat atque condemnat. Item cum ex eo ſibi quiſque diſplicet quod fecerit malum dei iuſtitiam cognouiſſe dicitur: non intellexerunt tales ab eo, & ſi nõ in præſenti, tamen in futuro eſſe puniendos. Si enim intellexiſſent, vtique talia cõmittere timuiſſent.

y *Non ſolum qui ea faciunt, ſed & qui conſentiunt facientibus.*] Ne quis diceret hæc non omnia ſe feciſſe, addidit: qui conſentiũt facientibus. Sed & qui in iſtis non E conſenſit, qui iudicabãt huiuſmodi: tamen idololatriæ conſentiendo, quę omnium horum caput & cauſa eſt, omnibus conſenſiſſe videbatur.

Cap. II.

z *Propter quod inexcuſabilis es ò homo omnis qui iudicas. In quo enim iudicas alterum, teipſum condemnas. Eadem enim agis quæ iudicas.*] Omnes huiuſmodi qui diiudicabant, maxime tamen hi qui habẽt in reprehendendo iudicium iudices & domini conueniuntur. Naturali enim iudicio dignam factis profert vnuſquique ſentẽtiam: omneſque nouerunt & innocentiam mereri præmium, & malitiam habere ſupplicium.

a *Scimus enim quoniam iudicium dei eſt ſecundum veritatem in eos qui talia agunt. Exiſtimas autem hoc o homo qui iudicas eos qui talia agunt, & facis ea: quia tu effugies iudicium dei?*] Secundum veritatem erit iudicium qui iudicabuntur hu- F iuſmodi qui non condemnare in aliis potuerunt, quæ ipſi committere non timuerunt. Si enim tu peccator peccatorem tibi ſimilem iudicas: quanto magis deus iuſtus te iudicabit iniuſtum, ne illi mala placere, & diſplicere bona forſitan videantur? Quippe quem ſine perſonarum acceptione nec amicis ſuis, nec angelis legimus peperciſſe peccantibus. Humanum autem iudicium multis modis corrumpitur. Amore, odio, timore, auaritia ſæpe iudicij integritas violatur: & contra iuſtitiæ regulam interdum miſericordia inclinatur.

b *An diuitias bonitatis eius & patientiæ & longanimitatis contemnis? Ignoras quoniam benignitas dei ad pænitentiam te adducit.*] Hic aperte monſtratur, quare peccatori deſideria cordis ſui dimiſerit deus: & cum poſſit prohibere peccantem, vel inferre vindictam, mauult conuerti ad pænitentiam. Item nunquid propterea tibi de impunitate blandiris, quia deus in præſenti non reddit: & tu longitudinem temporis, & abundantiam bonitatis intuens, putas iam non eſſe iudicium? Audi ſcripturæ ſententiam. Non tardat dominus promiſſis, ſed (Pet. 3. b)

contemnis? Ignoras quoniam benignitas dei ad pænitentiam te adducit? Secundum [a] autem duritiam tuam,& impænitens cor, [b] theſaurizas tibi iram in die iræ,& reuelationis iuſti iudicij dei, qui reddet vnicuique ſecundũ opera eius. His [c] quidẽ qui ſecundũ patientiã boni operis, [d] gloriam & honorẽ & incorruptionem [e] quærentibus vitam æternam. His [f] autem qui ſunt ex contentione,& [g] qui nõ acquieſcunt veritati,credunt autem iniquitati, ira [h] & indignatio: [i] tribulatio & anguſtia in omnem [k] animam hominis operantis malum: Iudæi primum & Græci. [l] Gloria autem & honor & pax omni operanti bonum, Iudæo [m] primum & Græco. [n] Non enim eſt acceptio perſonarum apud deum. [o] Quicunque enim ſine lege peccauerũt, ſine lege peribunt:& quicunque in lege peccauerũt,per legẽ iudicabũtur. [p] Non enim auditores legis iuſti ſunt apud deum, ſed factores legis iuſtificabuntur. [q] Cum enim gentes quæ legem non habent, [r] naturaliter ea quæ legis ſunt faciunt: [ſ] eiuſmodi legem non habentes,ipſi ſibi ſunt lex, [t] qui oſtendũt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis, teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorum, & [u] inter ſe inuicem cogitationum

A patiẽter agit propter vos nolens aliquem perire, ſed omnes ad pænitentiam conuerti. Bonus eſt expectando, iuſtus eſt puniendo: vnde admonet propheta. *Eccl.5.a* Ne tardes cõuerti ad dominum, neque differas de die in diem: ſubito venit ira eius,& in tempore vindictæ diſperdet te. Et iterum. Ne dixeris, peccaui, & quid accidit mihi triſte? eſt enim altiſſimus patiens redditor. Multi ſe homines per patientiã dei ſeducunt: quia non vult ſtatim punire peccantes. Putatur enim aut res humanas minime curare,aut culpas indulgere, quia differt. Plerique etiam cõtra ſe calumniantur,cur in præſenti non reddit, non intelligẽtes quod ſi ita fieret, nullus pene hominum remaneret: nec vnquam de iniuſtis fierent iuſti. Ideo autem hominibus videtur deus diu expectare peccantes: quia nos cũ parui temporis ſimus,annos

B centum æternitatem putamus. *Pſal.89.* Ille autem apud quem mille anni pro vno ſunt die, centum annos vnius horæ ſuæ ſpatio nõ coæquat: quapropter hoc paruum eſt apud eum, cum etiam homines ſoleant multo tempore correptionem ſperare peccantium.

a *Secundum duritiam autem tuam & impænitens cor.*] Tu autẽ impudens æger ad vulnera maiora abuteris ipſo remedio: *Iob.24.d* quia iuxta ſententiam beati Iob, Pænitentiæ loco abuteris in ſuperbiam. Vnde non agnita pietas maius tibi iudicium parat, vt vindictam ſentiat, qui miſericordiam ſentire contempſit. Iterum, Omne enim cor quod non ſentit, induratur: hoc enim modo indurauit deus cor Pharaonis.

b *Theſaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iuſti iudicij dei, &c.*] In diem iudicij iram tibi ſuper iram ipſe condis, qui die definito & certo tempore apparebit.

c *His quidem qui ſecundum patientiam boni operis.*] Boni operis merces per patientiam expectatur: quia in præſenti vita non redditur. Per fidem enim ambulamus, & non per ſpeciem. Et tunc erit perfectum opus, ſi in finem vſq;

C durauerit: quia qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.

d *Gloriam & honorẽ & incorruptionem.*] Gloriam, qua ſancti fulgebunt vt ſol. Honorem, filiorum dei, quo nihil eſt maius, per quem etiam angelos iudicabunt. Incorruptionem vitæ perpetuæ.

e *Quærentibus vitam æternam.*] Qui per patientiæ opera quærit vitam æternam, iſta omnia conſequitur. Et qui habet hanc ſpem, in eo ſanctificat ſe ſicut & ille ſanctus eſt.

f *His autem qui ſunt ex contentione.*] Audiant qui ſæpe victi, animoſitate contendunt, & timeant in conſuetudine peſſima permanere, ne iſta omnia ſuper eos deputentur. Iam ſuperius dictum eſt, contentioſum hunc eſſe ſpecialiter, qui aliquid contra conſcientiam ſuam nititur defenſare.

g *Et qui non acquieſcunt veritati: credunt autem iniquitati.*] Euangelicæ veritati non credunt, & conſentiunt iniquitati, vt relicto creatore deſeruiant creaturæ.

h *Ira & indignatio.*] In iudicio pœnæ ſunt.

i *Tribulatio & anguſtia.*] Conſcientiæ & infructuoſæ pænitentiæ, ſicut ſcriptum eſt. *Sap.5.d* Tunc dicent intra ſe pæ-

D nitentiam agentes: & per anguſtiam ſpiritus gementes. Item hucuſque ſermo dirigitur ad omnes naturali obnoxios legi: in quo etiam Iudæi pariter continentur. Idcirco autem Iudæus gentili antefertur: quoniam præter naturalem legem & Moyſi, legem ſcriptam habent.

k *In omnem animam hominis &c.*] Animæ pœnam Apoſtolus comminatur propter hæreticos, qui ſolam carnem delinquere dicunt, & animam negant poſſe peccare: ſiue anima pro toto homine dicitur, ſicut in Geneſi. *Gen.46.e* Iacob cum ſeptuaginta animabus Ægyptum introiſſe refertur.

l *Gloria autem & honor & pax omni homini operanti.*] Gloria contra iram, honor contra indignationem. Et quod ſupra incorruptionẽ, hic pacem appellat.

m *Iudæo primum & Græco.*] Quod ſupra animam, hic hominem nominauit. Primum autem pro quidem ponit. Siue primum credulitatis tempore non honore.

E

n *Non eſt enim perſonarum acceptio apud deum.*] Ergo nec gentes ſibi de ignorantia falſa: nec Iudæi de legis circũciſione & priuilegio blandiantur.

o *Quicunque enim ſine lege peccauerunt, ſine lege peribunt. Et quicumque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur.*] Sine lege literæ, in lege naturæ: hoc loco, peribunt & iudicabuntur; vnum voluit intelligi: quia & qui perit, per dei iudicium perit: & qui iudicatur, peccator perit. Sicut ſcriptum eſt. *Pſal.36.g* Quia peccatores peribunt. Nam & ſimiles illos facit dicendo; Non auditores tantum legis iuſtos eſſe, ſed factores. Et paulo inferius, dicit gentes in die domini iudicandas. Quis enim dubitat tam ſub lege poſitos, quam ſine lege degentes, niſi Chriſtum crediderint, perituros?

p *Non enim auditores legis iuſti ſunt apud deum, ſed factores legis iuſtificabuntur.*] Reddit rationem, quare non ſint gentibus meliores. Vnde & nobis timendum eſt, ne audientes legem & non facientes, cum gentibus pereamus, ſicut ipſe alibi dicit. Ne cum hoc mundo damnemur. F

q *Cum enim gentes quæ legem non habent.*] Ne quis forte diceret, legem non habent, ad quam formam poterunt iudicari.

r *Naturaliter ea quæ legis ſunt faciunt.*] Siue de his dicit, qui naturaliter iuſti fuerunt ante legem: ſiue qui etiam nunc boni aliquid operantur.

ſ *Eiuſmodi legem non habentes, ipſi ſibi ſunt lex.*] Oſtendit illos non eſſe ſine lege, vt & gentes inexcuſabiles faciat, & Iudæis de proprietate gloriam tollat.

t *Qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis, teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorum.*] Natura agit legem in corde per conſcientiæ teſtimonium: ſiue conſcientia teſtatur legem habere timendo dum peccat, & victis gratulando peccatis, etiam ſi nullum hominum vereatur ipſe qui peccat.

v *Et inter ſe inuicem cogitationum accuſantium, aut etiam defendentium in die cum iudicauerit deus occulta hominum.*] Dicit altercationes cogitationum eſſe, cum quid faciẽdum, vel non faciendum diutina deliberatione decernimus, &



cogitationum accuſantium, aut etiam defendentium in die, cum iudicabit deus occulta hominum, [a] ſecundum euangelium meum, per Ieſum Chriſtum. Si [b] autẽ tu Iudæus cognominaris,& requieſcis [c] in lege,& gloriaris [d] in deo, & noſti voluntatem eius: & probas [e] vtiliora inſtructus per legem: confidis [f] teipſum eſſe ducem cæcorum, lumen [g] eorum qui in tenebris ſunt, eruditorem [h] inſipientiũ, magiſtrum [i] infantium, habentem [k] formam ſcientiæ & veritatis in lege. Qui [l] ergo alium doces, teipſum non doces. [m] Qui prædicas nõ furandum, furaris. Qui [n] dicis non mœchandum, mœcharis. [o] Qui abominaris idola, ſacrilegiũ facis. [p] Qui in lege gloriaris, per præuaricationem legis deum inhonoras. Nomen [q] enim dei per vos blaſphematur inter gẽtes, ſicut [r] ſcriptum eſt. Circumciſio quidem prodeſt, ſi legem obſerues. Si autem præuaricator legis ſis, circumciſio [ſ] tua præputium facta eſt. Si igitur [t] præputium iuſtitias legis cuſtodiat: nonne præputium illius in circunciſionem reputabitur? Et [u] iudicabit id quod ex natura eſt præputium, legem conſummãs, te, qui per literam & circuncisionem præuaricator legis es. [x] Non enim qui in manifeſto Iudæus eſt, neque quæ in manifeſto in carne eſt circunciſio; ſed qui in abſcõdito Iudæus eſt, & [y] circumciſio cordis in ſpiritu, [z] non litera: cuius laus non ex hominibus, ſed ex deo eſt.

Cap.

A & ſecundum hoc nos in die domini iudicãdos: quia bonum malumve non ignoraſſe probamur. Siue conſcientia & cogitationes noſtræ erunt in die iudicij ante oculos noſtros tanquam quædam hiſtoriæ cognoſcendę: aut ipſæ nos accuſabũt, aut etiam excuſabunt, ſicut ſcriptum eſt. *Pſal.49.d* Arguam te, & ſtatuam eã contra faciem tuam.

a *Secundum euãgelium meum per Ieſum Chriſtum.*] Secundũ quod annũcio per Ieſum Chriſtum iudicabit deus.

b *Si autẽ tu Iudæus cognominaris.*] Hic cõuertit ſe ad Iudæos, docens opere non nomine tãtum debere eſſe Iudæum, eumque eſſe verum, cuius occulta ſunt bona.

c *Et requieſcis in lege.*] Confidis, vel, ſecurus es.

d *Et gloriaris in deo, & noſti voluntatem eius.*] Gloriaris te ſolum noſſe deum, eiuſque voluntatem agnoſcere.

e *Et probas vtiliora inſtructus per legem.*] Eligis maiora,& inter minora diſcernis. Quæ

B enim per naturam vtiliora probantur, vtiliora ſunt per legem.

f *Confidis teipſum eſſe ducẽ cæcorum.*] Quorum cor obſcuratum eſt.

g *Lumen eorum qui in tenebris ſunt.*] Ignorantiæ.

h *Eruditorem inſipientium.*] Qui dei non habent ſapientiam.

i *Magiſtrũ infantium.*] Paruulorum ætate, vel ſenſu.

k *Habentem formam ſcientiæ & veritatis in lege.*] Ad quam ſemper reſpiciens, errare nõ potes.

l *Qui ergo aliũ doces, teipſum non doces?*] Similiter gẽtibus dixerat. Qui enim alium iudicas, teipſum condemnas. Qui in lege requieſcis, o Iudæe, quare tranſgrederis legẽ? Qui gloriaris in deo, quare inhonoras deum? Qui noſti voluntatem eius, quare non obtemperas eius voluntati? Qui probas vtiliora, cur inutilia ſectaris? Dux cæcorum, quomodo viam non vides rectam? Si enim videres, per ipſam vtique ambulares. Si lumen es aliorum, cur non abiicis opera tenebrarum? Eruditor inſipiẽtium, vt quid timorem domini, qui

C eſt initium ſapiẽtiæ, reliquiſti? Magiſter infantium, quomodo puer es in ſenſu? Qui habes formam ſcientię & veritatis in lege, quare nec ipſe ſequeris, nec alios ſequi peſſimo exemplo permittis? Quare non conuenit vita tua doctrinæ tuæ, & opus tuum deſtruit fidem tuam? Vnde fiet vt lex a te non cuſtodita, non ſolum tibi nihil proſit, ſed etiam maioris criminis reum, ſuum contemptorem obtineat.

m *Qui prædicas non furandum, furaris.*] Quidam dicũt abſcondendo ab hominibus furaris Chriſtum.

n *Qui dicis non mœchandum, mœcharis.*] Non eſt vna mœchia. Nam omne quod deo debet anima; ſi alicui præterquam deo reddiderit, mœchatur.

o *Qui abominaris idola, ſacrilegium facis.*] Sacrilegium eſt quod proprie in deum cõmittitur: quaſi ſacroſancti violatio. Item in hoc, inquit, in quo committis ſacrilegium, idololatra eſſe monſtraris.

p *Qui in lege gloriaris, per præuaricationem legis deum inhonoras.*] Exponit ſacrilegium, quia dicit.

q *Nomen enim dei per vos blaſphematur inter gentes.*]

D r *Sicut ſcriptum eſt.*] In Eſaia Præpoſterato ordine ante poſuit teſtimonium quam diceret ſcriptum. *Eſa.52.b* Ita enim dicentis ſermo dilapſus eſt, vt quod ex propria intentione dicebat, eodem ſenſu ſcriptum repererit. Vel reuera, quorum iniuſtis actibus nomen dei fuerat blaſphematum, ſicut ſcriptum eſt. *Leuit.20.a* Polluerunt nomen meum inter gentes, dum dicuntur populus dei, inter quas gẽtes captiui, ſuis peccatis facientibus morabãtur. Item, ſicut ait. Per bona opera veſtra benedicitur deus: ita nunc non recte cõuerſantibus blaſphematur.

ſ *Circumciſio quidem prodeſt, ſi legem obſerues: ſi autem præuaricator &c.*] Quomodo nihil eſt ſi prodeſt? Prodeſt tẽpore ſuo ſignum: prodeſt ſi iuſtitia, cuius eſt ſignaculũ, adſit. Cæterum ſine illa ſuperfluum erit, ſiue quia viuere faciebat Iudæum,& infantia exterminari antequã ſaperet: ſiue quia in lege facit eſſe, quia perſpecta inuenitur carnis circumciſione E ceſſante, veram illam cordis eſſe venturam. Et præuaricator legis eſt, dum non ſequitur id quod ibi prædictum eſt.

t *Si igitur præputium iuſtitias legis cuſtodiat, nonne præputium illius in circumciſione reputabitur?*] Viſibilia indigent inuiſibilibus: inuiſibilia non indigent viſibilibus, eo quod viſibilia imago ſunt inuiſibilium, & inuiſibilia veritas ſint viſibilium: ideo circumciſio carnis, indiget cordis. Circumciſio autem cordis, non indiget carnis: quia imagine non indiget veritas: imago autem indiget veritate. Quæritur ſane, quare ſit data circumciſio, ſi per ſeipſam non prodeſt. Primum, vt agnoſceretur dei populus inter gentes: denique quando ſoli erant in eremo, circumciſi non fuerunt: ſiue vt corpora eorum agnoſcerentur in bello. Nam quod in tali membro ſignantur, hæc cauſa eſt. Primum, ne aliud membrum aut debile fieret, aut turpe quod publice videretur. Iterum propter gratiæ promiſſionem, in qua erant per caſtitatem placituri. Siue F vt Chriſtus ſignificaretur ex eius ſemine naſciturus, ad quem futura erat iſta carnalis, quæ ſpiritualem habebat afferre: cuius typum gerens Ieſu Naue, populum ſecundo circumcidere iubetur.

u *Et iudicabit id quod ex natura eſt præputium legem conſummans, te qui per literam & circumciſionem præuaricator legis es.*] Siue dum literæ circumciſionem ſectaris, circumciſionẽ ſpiritus accipere dedignaris: ſiue non ſequendo quod lex dicit, hoc eſt, vt Chriſto credens, veram circumciſionem acceperis.

x *Non enim qui in manifeſto Iudæus eſt, neque quæ in manifeſto in carne eſt circumciſio: ſed qui in abſcondito Iudæus eſt.*] Ipſe eſt verus. Omnia enim quæ antea circa exteriorem hominẽ gerebantur, figuram interioris habebant.

y *Et circumciſio cordis.*] De qua ſcriptum in lege eſt. In *Deut.30.b* nouiſſimis diebus circuncidet deus cor tuum, & cor ſeminis tui ad dominum deum tuum amãdum. Et iterum: *Ibid.10.d* Circumcidite vos deo veſtro,& circumcidite prępuțium cordis veſtri.

z *In ſpiritu, non litera: cuius laus non ex hominibus, &c.*] Non

A ſecundum literam legis, ſed ſecundum nouum teſtamentum, quod interiora quærit, quæ ſolus videt deus.

CAP. III.

a *QVid ergo amplius eſt Iudæo: aut quæ vtilitas circumciſionis? Multum quidẽ per omnem modũ.* ] Ex perſona Iudæi interrogãtis dicitur, reſpondẽte Apoſtolo, multum quidẽ ſecundum omnẽ modum. Ideo autem multum intereſt, non quia circumciſionem in carne acceperũt: ſed quia credita ſunt illis eloquia dei. Itẽ reddit rationem, quod lex contempta non proſit: & quod carnalis circumciſionis prærogatiua nullis operibus fulta, ſit vana. Interrogat quid amplius habeat Iudęus, ex cuius perſona reſpondetur, Multum per omnem modum. Nam ſi ipſius ſenſus eſt; multũ per omnem modum; & omnis homo mendax: quomodo poſtea contrauenit, dicens: Si autem iniquitas noſtra iuſtitiam dei commẽdat, quid dicemus? Nunquid iniquus deus? Abſit &c. Poſtremo, quomodo Iudæos nihil amplius habere confirmat, ſi hic multum habere commemorat?

B

b *Primum quidem, quia credita ſunt illis eloquia dei*: ] Hoc eſtis dicturi: primum, quod credita ſunt illis eloquia dei, & gentibus nulla.

c *Quid enim ſi quidam illorum non crediderunt? Nunquid incredulitas eorum fidem dei euacuauit? Abſit.* ] Fidem promiſſorum, cum ſit dictum Abrahæ: Quia in ſemine tuo benedicentur omnes gentes.

Gen.12.a d *Eſt autem deus verax: omnis autem homo mendax.* ] Hic, omnis, pro maxima parte dicit, ſicut: Omnes ſua quærũt.

Philip.2.e Et: Omnes me dereliquerunt. Lucas eſt mecum ſolus.

2.Tim.4.b e *Sicut ſcriptum eſt, Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis: & vincas cum iudicaris* ] In pſalmo quinquageſimo. Hoc teſtimonium ita poſuit pars aduerſa, quaſi diceret. Propterea ego peccaui, vt tu iuſtus appareas, me iudicando. Sed verus ſenſus ſic ſe habet. Quia promiſerat ſe deus ſine perſona-

C rum acceptione in peccantibus vindicare, & quidam eius patientiam mendacium iudicabant, vincit cum iudicauerit, quando eorum facta puniet, in quibus nemo putauerat vindicari. Aliter. Probaſti te curam de hominibus habere, qui per prophetam mea abſcondita reuelaſti, & viciſti eos qui te incurioſum humanorum actuum eſſe cõfingũt. Hucuſque obiectio cucurrit: iam incipit Apoſtolus reſpondere.

f *Si autem iniquitas noſtra iuſtitiam dei commendat, quid dicemus? Nunquid iniquus eſt deus?* ] Iniquum eſt, ſi in illis vindicat, qui ideo peccauerunt, vt illis iuſtior appareret. Itẽ, non quod noſtra iniquitas addat iuſtitiam deo, ſed in tẽpore quando in iudicium cum deo venimus, non obſeruãtes præcepta eius, promiſſionum retributionem fraudamus. Vnde oſtenditur deus verax: quia quæ promiſit ſanctis, peccatoribus non dat.

g *Qui infert iram.* ] Vt in diluuio & Sodoma, ita in iudicio.

h *Secundum hominem dico. Abſit.* ] Secundum te, qui taliter ſentis. Alioquin quomodo iudicabit deus hunc mundum? Quia iuſtitia damnabit iniuſtitiam, ſi ſecundum te humana iniquitate ſit iuſtior.

## CAP. III.

[a] QVid ergo amplius Iudæo eſt: aut quæ vtilitas circumciſionis? Multum per omnem modum. Primum [b] quidem: quia credita ſunt illis eloquia dei. Quid [c] enim ſi quidam illorum non crediderunt? Nunquid incredulitas illorum fidem dei euacuauit? Abſit. Eſt [d] autem deus verax, omnis autẽ homo mendax, ſicut [e] ſcriptum eſt. Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. [f] Si autem iniquitas noſtra iuſtitiam dei cõmendat, quid dicemus? Nunquid iniquus eſt deus qui [g] infert iram? (Secundum [h] hominem dico) Abſit. Alioquin quomodo iudicabit deus hũc mundũ? Si enim [i] veritas dei in meo mẽdacio abũdauit in gloriã ipſius, quid [k] adhuc & ego tanquã [l] peccator iudicor? Et nõ ſicut blaſphemamur, & ſicut aiũt nos dicere, [m] Faciamus mala, vt veniant bona? Quorũ [n] damnatio iuſta eſt. Quid [o] ergo? Præcellimus eos? Nequaquam. Cauſati enim ſumus, Iudæos & Græcos, omnes ſub peccato eſſe, ſicut [p] ſcriptum eſt, Quia non eſt iuſtus quiſquam: non [q] eſt intelligens: nõ eſt requirens deum. Omnes [r] declinauerũt, ſimul [ſ] inutiles facti ſunt: non eſt [t] qui faciat bonũ, non eſt vſque ad vnũ. Sepulcrum [u] patens eſt guttur eorum: linguis [x] ſuis doloſe agebant: venenũ [y] aſpidum ſub [a] labiis eorum. Quorum [b] os maledictione & amaritudine [c] plenum eſt: veloces [d] pedes eorum ad effundendum ſanguinem. Cõtritio [e] & infelicitas in viis eorum, & viam pacis non cognouerunt: non [f] eſt timor dei ante oculos eorum. Scimus [g] autem quoniam quæcunque lex loquitur, his qui in lege ſunt, loquitur. Vt [h] omne os obſtruatur, & [i] ſubditus fiat omnis mũdus deo: quia [k] ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro coram illo. Per [l] legem enim cognitio peccati. Nunc [m] autem ſine lege iuſtitia dei manifeſtata eſt, teſtificata [n] a lege & prophetis. Iuſtitia [o] autẽ dei per fidem Ieſu Chriſti in omnes, & ſuper omnes qui credũt in eum. Non [p] enim eſt diſtinctio. [q] Omnes enim peccauerunt, & egẽt gloria dei, iuſtificati [r] gratis per gratiã ipſius, per [ſ] redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu, quem [t] propoſuit deus propitiatorẽ [u] per fidem in ſanguine ipſius ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ, propter [x] remiſſionem pręcedentium delictorum in ſuſtẽtatione [y] dei, ad oſtenſionem iuſtitię eius in hoc tẽpore, vt ſit [z] ipſe iuſtus & iuſtificans eũ, qui ex fide eſt Ieſu Chriſti. Vbi eſt ergo [a] gloriatio tua? Excluſa eſt. Per [b] quã legẽ? Factorum: [c] Nõ: ſed per legẽ fidei. Arbitramur [d] enim iuſtificari hominẽ per fidem

i *Si enim veritas dei in meo mendacio abundauit in gloriam ipſius.* ] Hoc eſt, creuit. D

k *Quid adhuc & ego?* ] Hoc eſt, inſuper iudicor ego quicunque mẽtior homo, qui laudari deberem, ſi meo mendacio dei veritas comprobatur?

l *Tãquam peccator iudicor, & non ſicut blaſphemamur, & ſicut aiunt quidam nos dicere.* ] Vt qui me ita iudicat quaſi peccantem, & nõ ſicut quidam nos aiunt dicere: quod quãto maiora mala fecerimus, tanto maiora bona recipiamus.

m *Faciamus mala, vt veniant bona.* ] Hoc fortaſſis ideo putabant: quia non intellexerunt quod quidam dicebat. Vbi abũdauit peccatum, ſuperabundauit gratia. Rom.5.d

n *Quorũ damnatio iuſta eſt.* ] Quid iuſtius, quam vt hanc pœnam ſentiant, quam nos negare mentiti ſunt, qui nihil magis quam iuſtum dei iudicium prædicamus? E

o *Quid ergo? Præcellimus eos? Nequaquam. Cauſati enim ſumus, Iudæos & Græcos omnes ſub peccato eſſe.* ] Nos ex Iudæis nullam vnde maiores ſimus inuenio cauſam. Hoc enim inueſtigauit ratio, ſub peccato eſſe & Iudæos & Græcos: quod non ratione ſola colligimus, ſed etiam de Iudæis teſtimonio comprobamus. Item hoc oſtendit, quomodo Iudęi licet legem & prophetas haberent, nihil tamen amplius quã gentes habeant: quia omnes ſimiliter peccauerunt, & egent gloria dei.

p *Sicut ſcriptum eſt: Quia non eſt iuſtus quiſquam.* ] In pſalmo tertio decimo. Pſalmus iſte, vnde hoc teſtimonium ſumptum eſt, de inſipiente loquitur, quod teſtimonium in aduentu Chriſti præcipue oſtendit impletum, tempore ſcilicet paſſionis, quo nullus iuſtus cum pateretur, puto inuentus ſit.

q *Non eſt intelligens, non eſt requirens deum.* ] Qui nõ requirit fundamentum, neceſſe eſt vt declinet. F

r *Omnes declinauerunt.* ] Qui non intelligit, non requirit: ſeu ideo non intelligit, quia non quærit. Deus autẽ tunc requiritur, cum eius voluntas inquiritur: quia omnis qui peccat, non vidit eum, nec cognouit eum, eo quod qui peccat, domini ſui non cognoſcit voluntatem. Nam & vulgo neſcire dicitur, cuius voluntas ignorata eſt.

ſ *Simul inutiles facti ſunt.* ] Inutiles ad opus, ad quod fuerunt procreati.

t *Non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum.* ] Nec apoſtolus. Item, ſi non eſt qui faciat bonum, quomodo inferius plebẽ ſuam arguit, deuorantes, & inopum conſilium confundentes? Plebs enim dei non erat, ſi bonum nõ faciebat, maxime cum iuſta ibidem generatio appelletur. Hoc magis ad pſalmi expoſitionem pertinet, quam ad Apoſtoli cauſam.

u *Sepulcrum patens eſt guttur eorum.* ] Fœtore doctrinæ ſuæ, & adulatione contaminans, & interficiens audiẽtes. Ideo enim ſepulcrum diligenter clauditur, ne adhuc viuentibus exhalatione ſua generet peſtem.

x *Linguis ſuis doloſe agebant.* ] Aliud ore promittentes, aliud corde volutantes.

y *Venenum aſpidum.* ] Horum ſerpentium peſſimum dicit



A dicit eſſe venenum.

a *Sub labiis eorum.* ] Hoc eſt, in corde.

b *Quorum os maledictione.* ] Non eſt vnius generis maledictio. Quicquid enim malo voto dicitur, ſine dubio male dicitur.

c *Et amaritudine plenum eſt.* ] Amaritudo cõtraria eſt dulcedini verborum dei.

d *Veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem.* ] Siue ſimpliciter homicidas dicit, ſiue interficientes animas adulãdo: vnde in actibus apoſtolorum dicit Paulus. Mundus ſum ab omni ſanguine. Nõ enim ſubterfugi, quo minus vobis annunciarem omne conſilium dei. Act.20.f

e *Cõtritio & infelicitas in viis eorum, & viam pacis non cognouerunt.* ] Conteruntur, & infelices fiũt animæ in doctrinis eorum, vel in exemplis conuerſationis eorum.

f *Non eſt timor dei ante oculos eorum.* ] In timore dei con-

B cluſit, qui ſi timorẽ dei ſemper ante oculos habuiſſent, nõ vtique deliquiſſent. Neque enim audet ſeruus domino præſente peccare.

g *Scimus autem quoniam quæcunque lex loquitur, his qui in lege ſunt, loquitur.* ] Ne dicerẽt hæc in pſalmo de gentibus dicta, oſtendit quæ in lege dicta ſunt, his qui in lege ſunt, loqui. Quæritur ſane, quomodo Iudæi dixerunt deum non eſſe. Non vtique verbo dixerunt, ſed opere. Nam confitentur quidem ſe noſſe, factis autem negant. Ergo gentes hic non appellat, qui iam de illis talia dixerat in propria cauſa.

h *Vt omne os obſtruatur.* ] Non ſolum gentium, ſed etiam Iudæorum: dum non habent vnde gloriari poſſint.

i *Et ſubditus fiat omnis mundus deo.* ] In confeſſione peccati.

k *Quia ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro cõram illo.* ] Modo non iuſtificatur. Siue opera legis, circumciſionem dicit, ſabbathum, & cæteras cæremonias, quæ non tam ad iuſtitiam, quam ad carnis lætitiam pertinebant. Item, non contraria ſibi dicit Apoſtolus, ſuperius dicens; Qui oſtendunt opus legis in cordibus ſuis: Et nunc dicit;

C Ex operibus legis nõ iuſtificari omnem carnem. Carnem accuſat, cuius prouidentia legi dei ſubiicere non poteſt. Lex enim oſtendere nouit peccatum, non tamen oſtendit qualiter debeat obſeruari: & iterum punire noxia, nõ dans veniam pænitenti. Chriſtus autẽ remiſſionem peccatorum donat credentibus, & docet quomodo debeant carnis vitia vitari, atque prudentia reſecari.

l *Per legem enim cognitio peccati.* ] Non remiſſio eſt peccati, ſed cognitio. Ideo enim per legem quid ſit peccatum, agnoſcitur: quia aut in obliuione erat lex naturæ: aut ante legem literæ leuiora quæque non cognoſcebantur eſſe peccata, id eſt, quæ aliis non nocebant, vt concupiſcẽtia, ebrietas, & cætera huiuſmodi.

m *Nunc autem ſine lege iuſtitia dei manifeſtata eſt.* ] Hoc eſt quod dicit: quia iuſtitia quæ in Chriſto manifeſtanda erat, in lege naturali non erat cognita. Teſtimonia autem legis, Moyſi & prophetarum annunciatione prædicantur. Item, ſine lege literæ iuſtitia manifeſtata, quæ nobis gratis a deo donata eſt, non noſtro labore quæſita: & apertius per exempla Chriſti euidentiora patefacta, quæ latebant in lege.

n *Teſtificata a lege & prophetis.* ] Siue iuſtitia hæc prædicata eſt a lege & prophetis in nouiſſimis temporibus eſſe ventura: ſiue cognitio peccati a lege & prophetis teſtimonium accepit. D

o *Iuſtitia autem dei per fidem Ieſu Chriſti in omnes, & ſuper omnes qui credunt in eum.* ] Iuſtitia, qua creditur Chriſto.

p *Non enim eſt diſtinctio.* ] Inter Iudæum & Græcum.

q *Omnes enim peccauerunt, & egent gloria dei.* ] Quia non habent ſuam.

r *Iuſtificati gratis per gratiam ipſius.* ] Sine vlla operum actione per baptiſmũ, quod omnibus non merentibus gratis peccata donauit.

ſ *Per redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu.* ] Qua nos redemit ſanguine ſuo de morte, cui per peccatum venditi fueramus, ſecundum Eſaiam dicentem: Peccatis veſtris venundati eſtis. Quam mortem Chriſtus vicit: quia non peccauit. Omnes autem rei eramus morti, cui ſe ille indebite tradidit, vt nos ſuo ſanguine redimeret. Vnde propheta prædixerat: Gratis venũdati eſtis, & ſine pecunia redimemini. Hoc eſt, quia nihil pro vobis accepiſtis, & Chriſti eſtis ſanguine redimendi. Simul illud notandum, quia redemit nos, non emit: quia ante per naturam ipſius fueramus, licet ſimus noſtris ab eo alienati delictis. Tunc ſane fructuoſa erit redemptio noſtra, ſi peccare ceſſemus. E

t *Quem propoſuit deus.* ] In promptu ante oculos omniũ poſuit vt qui redimi vult, accedat.

u *Propitiatorem per fidem in ſanguine ipſius ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ.* ) Vt propitietur eis qui credunt ſe eius ſanguine liberandos.

x *Propter remiſſionem præcedentium delictorum.* ) Propterea paſſus eſt Chriſtus, vt propoſitum dei ſedaret, quo tandẽ punire decreuerat peccatores.

y *In ſuſtentatione dei, ad oſtenſionem iuſtitiæ eius in hoc tempore.* ) Vult oſtendere deum quidem ad hoc expectaſſe, vt tandem ſe corrigerent delinquentes. Illos vero male vſos patientia dei, in maiora prolapſos eſſe peccata. Vnde Iob ille iuſtiſſimus ſuo tempore ait de peccatore. Dedit ei deus locum pænitentiæ, & ille abutitur eo in ſuperbia. F

z *Vt ſit ipſe iuſtus & iuſtificans eum, &c.* ) Qui ſolus iuſtus inuentus eſt, & quem ipſe iuſtificauerit non ex operibus, ſed ex fide.

a *Vbi eſt ergo &c.* ) Ad Iudæum loquitur: ne glorieris te operibus meruiſſe iuſtitiam. Item, interrogatio Iudæi eſt. Et reſpondetur ab Apoſtolo: Excluſa eſt. Item, Iudæus interrogat.

b *Per quam legem? Factorum?* ) Id eſt, per naturalem? Opera legis refelluntur ab Apoſtolo.

c *Non: ſed per legem &c.* ) Per quam legem? Factorum? Non, ſubauditur, eſt: ſed per legem fidei. Legem dicit ſtatum fidei terminum, hoc eſt, nouum teſtamentum.

d *Arbitramur enim iuſtificari hominem per fidem ſine operibus legis.* ) Certi ſumus, vel iudicamus. Abutuntur quidã hoc loco ad deſtructionem operum iuſtitiæ, ſolã fidem poſſe ſufficere affirmantes: cum tamen alibi dicat Apoſtolus. 1.Cor.13.

dem ſine operibus legis. An Iudæorum [a] deus tantum? Nonne & gentium? Imo [b] & gentiū. Quoniam [c] quidem vnus eſt deus qui iuſtificat circumciſionem [d] ex fide, & præputiū per fidem. Legem [e] ergo deſtruimus per fidem? Abſit: ſed legem ſtatuimus.

CAP. IIII.

[f] QVid ergo dicemus inueniſſe Abraham patrem [g] noſtrum ſecundum [h] carnem? Si [i] enim Abraham ex operibus legis iuſtificatus eſt: habet [k] gloriam, ſed nō apud deum. Quid [l] enim dicit ſcriptura? Credidit Abraham deo, & [m] reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Ei [n] autem qui operatur, merces non imputatur ſecundum gratiam, ſed ſecundum debitum. Ei [o] vero qui non operatur, credenti autem in eum qui iuſtificat impium, reputatur fides eius ad iuſtitiam [p] ſecundum propoſitum gratię dei: [q] ſicut & Dauid dicit beatitudinem hominis, [r] cui deus accepto fert iuſtitiam ſine operibus. [ſ] Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Beatus vir cui nō imputauit dominus peccatum. [t] Beatitudo ergo hæc in circumciſione tātum manet, an etiam in præputio? [u] Dicimus enim quia reputata eſt Abrahę fides ad iuſtitiam. [x] Quomodo ergo reputata eſt ei, in circumciſione, an in præputio? [y] Non in circumciſione, ſed in præputio. Et [z] ſignū accepit circumciſionis, [a] ſignaculū iuſtitiæ fidei, quæ eſt

A Si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodeſt. In qua charitate, alio loco, legis aſſerit plenitudinem contineri, dicens. Plenitudo legis eſt charitas. Quod ſi hæc eorum ſenſui videntur eſſe contraria, ſine quibus operibus legis Apoſtolus iuſtificari hominem per fidem dixiſſe credēdus eſt, ſcilicet circumciſionis, vel ſabbathi, & cæterorum huiuſmodi, nō abſque iuſtitiæ operibus, de quibus beatus Iacobus dicit, Fides ſine operibus mortua eſt: hic autē de illo dicit, qui ad Chriſtum veniens ſola, cum primū credit, fide ſaluatur. Addendo autem; operibus legis; oſtendit eſſe etiam gratiæ opera.

Iac. 2. d

a *An Iudæorum deus tātum? Nonne & gentium?*] Nūquid Iudæos ſolos deus creauit: aut de illis ſolis curam gerit? Nam & gētes peccauerunt, & vos: & ſi vos conuertimini, & illi. Si vobis venit Chriſtus ex lege promiſſus; & B illis. Nam & frequenter prophetæ etiam de Iudæorum vocatione dixerunt.

b *Imo & gentium.*] Pulchre modum ſeruauit in verbis. Imo dixit, vt oſtenderet magis gentes quāuis non erant circumciſi: & Abraham ante circumciſionem iuſtus. Et reddit rationem, ne Iudæos excludere videretur.

c *Quoniam quidem vnus eſt deus qui iuſtificat.*] Vtrique vni deo, & vni Chriſto credidiſtis.

d *Circumciſionem ex fide, præputium per fidem*] Ipſum eſt ex fide & per fidem: ſed vſus ſcripturarum hic eſt, vt in iiſdem cauſis mallent mutare quam repetere ſermonem: ſicut in Daniele ſcriptum eſt. Propter Abraham ſeruum tuum, & Iſaac dilectum tuum, & Iſrael ſanctum tuum.

e *Legem ergo deſtruimus per fidem? Abſit: ſed legem ſtatuimus*] Non contraria ſibi Apoſtolus dicit, ſuperius aſſerens excluſam eſſe vmbram & typum legis præſenti veritate: nunc autem infert approbare ſe legem, in quo ipſe teſtimonium perhibet. C Abraham non ex operibus legis, ſed ex fide iuſtificatus eſt. Item, legem ergo quæ circumcidi præcipit, ſuperfluam iudicamus? Abſit. Imo ſtare faciamus, dum probamus verum eſſe quod dixit legem legi, teſtamentum teſtamento, circumciſionem circumciſioni ſucceſſuram.

CAP. IIII.

f *QVid ergo dicemus inueniſſe Abraham.*] Reuocauit illos ad caput circumciſionis, vt quod initio conſtiterit, adhibeatur in toto.

g *Patrem noſtrum.*] Patrem ſecundum carnis circumciſionem: nam fides in mente conſiſtit.

h *Secundum carnem.*] Dicens ſecundum carnem, oſtendit traducem carnis eſſe non animæ.

i *Si enim Abraham ex operibus legis iuſtificatus eſt.*] Si ex eo quod ſe circumcidit iuſtificatus eſt, nihil illi deus donauit, ſed ex ſe habuit gloriam. Aliter. Si iuſſa perfecit, apud ſemetipſum habet gloriam, non apud deum.

k *Habet gloriam, ſed non apud deum.*] Dicens, habet gloriā, ſed non apud deum; oſtendit eum ex operibus ſuis gloriā habere, & non ex deo.

l *Quid enim ſcriptura dicit? Credidit Abraham deo.*] Tā magna fuit fides Abrahæ, vt & priſtina ei peccata donarentur, & ſola præ omni iuſtitia doceretur accepta: & tanto deinceps amore flagrauit, vt ſuper omnia ſe opera præpararet. D

m *Et reputatum eſt ei ad iuſtitiam.*] Et ideo habet gloriam apud deum, ſecūdum quod lex probauit.

n *Ei autem qui operatur, merces non reputatur ad gratiam, ſed ſecundum debitum.*] Debitoris enim eſt facere quæ iubētur: & niſi paruerit, damnatur: ſi autem fecerit, non habet gloriam: quia inutilis adhuc ſeruus dicitur, qui nihil amplius quam præceptum eſt operatur. Aliter. Non illi gratis donatur iuſtitia, ſed merces redditur operū priſtinorum.

o *Ei vero qui non operatur, credēti autem in eum qui iuſtificat impium, reputatur fides eius ad iuſtitiam.*] Conuertentē impium, per ſolam fidem iuſtificat deus, non opera bona quæ nō habuit: alioquin per impietatis opera fuerat puniendus. Simul attēde, quia nō peccatorem dicit iuſtificari per fidē, ſed impiū, hoc eſt, nuper credētem aſſeruit. E

p *Secundum propoſitum gratiæ dei.*] Qui propoſuit gratis per ſolam fidem peccata dimittere.

q *Sicut & Dauid dicit beatitudinē hominis.*] Magna beatitudo eſt ſine labore legis & pænitētiæ, domini gratiā promereri: ſicut ſi quis aliquā dignitatem gratis accipiat.

r *Cui deus accepto fert iuſtitiā ſine operibus.*] Ad hoc fides prima ad iuſtitiam reputatur, vt de præterito abſoluatur, & de præſenti iuſtificetur, & ad futura fidei opera præparetur.

ſ *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Beatus &c.*] Quod pænitetur, nō tenetur: & quod tegitur, non apparet: & idcirco minime imputatur. Quidam dicunt remitti per baptiſmum, tegi laboribus pænitentiæ, non imputari per martyrium. Alij autem dicunt, remiſſis per baptiſmum peccatis augeri charitatē in deo, quæ operit multitudinem peccatorum: & deinceps non ſinit imputari, dum bonis quotidie operibus mala præterita ſuperantur. F

t *Beatitudo ergo hæc in circumciſione tantum manet, an etiam in præputio?*] Vult iſtam beatitudinē tribus temporibus aſſignare, naturæ, & circumciſionis, & Chriſtianitatis.

u *Dicimus enim, quia reputata eſt Abrahæ fides ad iuſtitiam.*] Omnes enim confitemur & conſentimus, vt quod ratio de Abraham inuenerit, hoc de cæteris obſeruemus.

x *Quomodo ergo reputata eſt ei? in circūciſione, an in præputio?*] Videamus vtrum circumciſio ex iuſtitia, an iuſtitia ex circumciſione ſit nata.

y *Non in circumciſione, ſed in præputio.*] Quia ante iuſtus, quam circumciſus.

z *Et ſignum accepit circumciſionis.*] Ne dicerent: ergo ſuperflue circumciſus eſt, ſignum ait eſſe iuſtitiæ, non augmentum.

a *Signaculum iuſtitiæ fidei quæ eſt in præputio.*) Signaculum accepit illius iuſtitiæ, quam præputiati fides meruit. Perfecta enim fuit, vt ſignaculum mereretur. Semper enim res plena ſignatur. Siue vt oſtenderet quam iuſtus & fidelis



eſt in præputio, vt ſit [a] pater omnium credentium per præputium, vt reputetur & illis ad iuſtitiam: & ſit pater circumciſionis non his tantum qui ſunt ex circumciſione, ſed & his qui ſectantur veſtigia fidei, quæ eſt in præputio patris noſtri Abrahæ. [b] Non enim per legē promiſſio Abrahæ, aut ſemini eius, vt [c] hæres eſſet mūdi, ſed per iuſtitiam fidei. Si enim [d] qui ex lege hęredes ſunt, exinanita eſt fides, abolita eſt promiſſio. [e] Lex enim iram operatur. Vbi [f] enim non eſt lex, neque præuaricatio. Ideo ex fide, vt ſecundum gratiam firma ſit promiſſio omni ſemini, non ei qui ex lege eſt ſolū, ſed & ei qui ex fide eſt Abrahæ, qui eſt pater omnium noſtrum, ſicut ſcriptū eſt. Quia patrem multarum gentium poſui te [g] ante deū, cui credidiſti: [h] qui viuificat mortuos, & [i] vocat ea quæ non ſunt, tanquam ea quæ ſunt. [k] Qui contra ſpem in ſpe credidit, vt [l] fieret pater multarum gētium, ſecundum quod dictum eſt ei. Sic erit ſemen tuum ſicut ſtellæ cæli, & tanquam arena maris. Et [m] non infirmatus eſt in fide: [n] nec conſiderauit corpus ſuum emortuum, cum fere centum eſſet annorum, & emortuam vuluam Saræ. In [o] repromiſſione etiam dei nō hæſitauit diffidentia, ſed confortatus eſt fide, dans [p] gloriam deo, pleniſſime ſciens: quia quæcunque promiſit deus, potens eſt & facere. [q] Ideo & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Non [r] eſt autem ſcriptum tantum propter ipſum, quia reputatum eſt illi ad iuſtitiam: ſed & propter nos, quibus reputabitur [ſ] credentibus in eum qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtum dominum noſtrū a mortuis: qui [t] traditus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram.

CAP. V.

[u] IVſtificati igitur ex fide, pacē [x] habeamus ad deum per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum,

A delis eſſet, qui dolorem ſibi ex mandato dei non dubitauit inferre. Non putetis ſuperfluum quod ab eſſentiarum domino iubebatur: ſicut nec parricidium credidit impiū, quod fons præceperat pietatis.

a *Vt ſit pater omnium credentium per præputium, vt reputetur & illis ad iuſtitiam, & ſit pater circumciſionis non his tātum qui ſunt ex circunciſione, ſed & his qui ſectantur veſtigia fidei, quæ eſt in præputio patris noſtri Abrahæ.*] Vt omnes qui ex gentibus credunt, filij ſint Abrahæ, dum & illis ſola fides ad iuſtitiam reputatur, erunt & ipſi circumciſi, ſed corde. Siue quia in præputio iuſtus fuit, vt eſſet incircumciſorum pater: & circumciſus iuſtus permanſit, vt circumciſorum iuſtorum fuerit pater.

b *Non enim per legem promiſſio Abrahæ, aut ſemini eius.*] Hic enim legem ipſam circumciſionem appellat, eo quod poſſit omne pręceptū lex intelligi.

B c *Vt hæres eſſet mundi, ſed per iuſtitiam fidei.*] Siue vt in ſemine eius, quod eſt Chriſt⁹, benedicerentur omnes gentes, quæ illi in hæreditatem a patre ſunt datæ. Siue vt cū eo recumbant gentes in regno cælorum.

d *Si enim qui ex lege hæredes ſunt, exinanita eſt fides, abolita eſt promiſſio.*] Si illi ſoli, vt vos vultis, circumciſi hæredes ſunt, non impleuit deus promiſſum Abrahę, vt pater eſſet multarum gentium: & ſi ita eſt, iam videbitur deo ſine cauſa crediſſe.

e *Lex enim iram operatur.*] Quia iniuſtis eſt poſita: & magis grauauit peccare volētes, quā abſoluit per ſcientiam cumulando delicta. Si enim cæci eſſetis, peccatum non haberetis.

f *Vbi enim non eſt lex, nec præuaricatio: ideo ex fide, vt ſecundum gratiam firma ſit promiſſio omni ſemini, non ei qui ex lege eſt ſolum, ſed & ei qui ex fide eſt Abrahæ, qui eſt pater omnium noſtrum &c.*] C Cum ergo fides exinaniri non poteſt, nec promiſſio aboleri, non eſt ex lege hæreditas, ſed ex fide. Lex enim non donat peccata, ſed damnat: & ideo non poteſt omnes gētes filios facere Abrahæ: quia ſecundum quod omnes ſub peccato inuenti ſunt, omnes erant vtique puniendi. Fides autem dimiſſis per gratiam peccatis, omnes credentes filios efficit Abrahæ, ſiue quia non eſt quod præuaricetur, vbi lex non eſt: ſiue non eſt quod vindicetur, vbi lex neceſſaria non eſt.

g *Ante deum cui credidiſti.*] Ante deum qui pater eſt omnium credentium.

h *Qui viuificat mortuos.*] Hic mortuos ad generandum dicit, vt præſenti conueniat cauſæ.

i *Et vocat ea quæ non ſunt.*] Quamuis & in principio vocauerit quæ non erant, & ſtatim eſſe cœperunt, tamen hic de filij deſperata conceptione ſignificat: quia iam nō erant eis tempora generandi.

k *Qui contra ſpem in ſpe credidit.*] Contra ſpem naturæ eſt, vt centum annorum homo ex muliere æque iam feſſa, quæ etiam in iuuentute ſterilis fuiſſet, ſemen ſuum ſicut ſtellas cæli crederet eſſe futurum. D

l *Vt fieret pater multarum gentium, ſecundum quod dictum eſt ei. Sic erit ſemen tuum.*] Qui nec vnius filij iam per ſe eſſe poterat pater.

m *Et non infirmatus eſt in fide.*] Quæritur quomodo Abraham iam emortuo corpore, filios de Cetura generauerat, qui de Sara ante nō potuit? Idcirco de Sara non genuit: quia & ſenex erat & ſterilis: in illa vero quaſi in iuuene, curſu naturæ facile potuit generare.

n *Nec conſiderauit corpus ſuum emortuum, cum fere centum eſſet annorum, & emortuam vuluā Saræ.*] Nihil naturæ conſiderat fides: quia omnipotētem nouit eſſe qui dixit.

o *In repromiſſione etiam dei non hæſitauit diffidentia, ſed cōfortatus eſt fide.*] Nec de ſe, nec de ſenectutis impoſſibilitate, nec de promiſſionis magnitudine dubitauit. E

p *Dans gloriam deo, pleniſſime ſciens: quia quæcunque promiſit deus, potens eſt & facere.*] Tanquam de præcepto gratias agens.

q *Ideo & reputatum eſt illi ad iuſtitiam.*] Quia tam perfecte & firmiter credidit.

r *Non eſt autem ſcriptum tantum propter ipſum: quia reputatum eſt illi ad iuſtitiam: ſed & propter nos, &c.*] Non vt eius ſolum fidem ſciremus, qua domino placuit: qui ideo etiam tentatus eſt, vt & ipſe ſe noſſet, & nos ſequeremur.

ſ *Credentibus in eum qui ſuſcitauit Ieſum dominum noſtrum a mortuis.*] Si tam perfecte crediderimus Chriſtum a mortuis reſurrexiſſe, quomodo ille credidit corpus ſuum poſſe ad generandum viuificari iam mortuum. F

t *Qui traditus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationē noſtram.*] Qui morte ſua, noſtra peccata aboleuit: & in ea qualitate qua mortuus eſt, neceſſario reſurgens apparuit, vt iuſtitiam credentium confirmaret.

CAP. V.

u *IVſtificati igitur ex fide.*] Pertractata cauſa, quare nemo eorum ex operibus iuſtificatus ſit, ſed omnes ex fide: quod exemplo Abrahæ probat, cuius ſe filios eſſe ſoli Iudæi putabant: oſtendit ratione, quod non genus, nec circumciſio, ſed fides faciat filios Abrahæ, qui ex ſola prima fide iuſtificatus eſt. Qua ratione concluſa, pacem eos habere hortatur: quia nemo ſuo merito, ſed omnes æqualiter dei gratia ſunt ſaluati.

x *Pacem habeamus ad deum per dominum noſtrum &c.*] Vel ſubiecti ſimus vtrique deo: ſiue pacem dei, non tantum ſæculi, habeamus.

Chriſtum, per [a] quem & acceſſum habemus per fidem in gratiam iſtam in [b] qua ſtamus, & gloriamur [c] in ſpe gloriæ filiorum dei. Non [d] ſolum autem, ſed & gloriamur in tribulationibus, ſcientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, [e] probatio vero ſpem. Spes autem non confundit: [f] quia charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris [g] per ſpiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. Vt quid [h] enim Chriſtus cum adhuc infirmi eſſemus, ſecundum [i] tempus [k] pro impiis mortuus eſt? Vix enim [l] pro iuſto quis moritur: [m] nam pro bono forſitan quis audeat mori. [n] Commendat autem charitatem ſuã deus in nobis, [o] quoniam ſi cum adhuc peccatores eſſemus, ſecundum tempus Chriſtus [p] pro nobis mortuus eſt: multo igitur magis iuſtificati nunc [q] in ſanguine ipſius, ſalui erimus ab ira per ipſum. Si [r] enim cum inimici eſſemus, reconciliati ſumus deo per mortem filij eius: [ſ] multo magis reconciliati ſalui erimus in vita ipſius. [t] Nõ ſolum autem ſed & gloriamur in deo per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, per quem nunc reconciliationem accepimus. [u] Propterea ſicut per vnum hominem in [x] hunc mundum peccatum intrauit, & per

a *Per quem & acceſſum habemus per fidem in gratiã iſta.*] Per quem acceſſimus prope, qui eramus longe.

b *In qua ſtamus.*] Qui ante iacebamus.

c *Et gloriamur in ſpe gloriæ filiorũ dei.*] Gloriamur nos ſperare filiorum dei gloriam poſſeſſuros. Tantumque eſt quod ſperamus, quãtum ex ſe nullus auderet, ne nõ ſpes, ſed blaſphemia putaretur: eo quod multis pro ſua magnitudine incredibile videatur.

d *Non ſolum autem, ſed & gloriamur in tribulationibus, ſcientes quod tribulatio patientiã operatur, patientia autem probationem.*] Non ſolum in gloriæ ſpe, ſed etiam in ſaluberrimis tribulationibus gloriamur, magnitudinem præmij cognoſcentes, ſicut Iacobus ait, Omne gaudium exiſtimate fratres, & reliqua. Vnde & gaudere debemus aliquid pati pro nomine dei, vt acquiramus de tribulatione finienda præmium infinitum. Cõſideratione enim præmij, nullum poſſumus condignum æſtimare laborem. Nam & ſcimus homines propter aurum vltro ſe ad beſtias deputare, quod tamen in æternum non poterunt poſſidere: quanto magis nos exemplo apoſtolorum in tribulationibus gaudere debemus? Quæ quidẽ cum ſint temporales, æternam ſalutem acquirunt, & a doloribus liberant ſempiternis. Cum multi propter ſpem paruæ ſalutis, & curam corporis, maximos ſuſtinuerunt cruciatus, nec tamẽ perfectam poſſunt conſequi ſanitatem: quæ etiam ſi prouenerit, paulo poſt morte intercedente ſoluetur. Habemus ergo vnde honeſte & ſine periculo gloriemur. Magna enim gloria eſt de imis ad ſumma creſcere, de nihilo ad maxima peruenire, de limo ad cælum, & de ſeruitute vocamur ad regnum: ſi tamen omni ſæculi gloria & iucunditate contempta, in illo ſolo quod nobis promittitur, gloriemur. Quod & ſi feceritis, tale eſt, quale ſi quis nũmo plumbeo contempto, gemmam regiam conſequatur, quamquam nec ſic ſit digna comparatio: quia quamuis hic pretium diſtet, tamẽ manet vtriuſque corruptio: ibi vero incorruptibilibus corrupta, & æternis caduca mutantur.

e *Probatio vero ſpem, ſpes autem non confundit.*] Spes futurorum omnem confuſionem expellit. Vnde probatur non habere ſpem, qui præceptis confunditur Chriſti.

f *Quia charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris.*] Magnitudo beneficiorum excitat in ſe magnitudinem charitatis, quæ perfecta confidit, & timere non nouit. Item, manifeſte hoc oſtendit: quia quæcunque hominibus a deo patre donantur, per ſpiritum ſanctum tribuuntur.

g *Per ſpiritum ſanctum, qui datus eſt nobis.*] Quomodo nos deus diligat, ex hoc cognoſcimus: quia non ſolum nobis per filij ſui mortem peccata dimiſit, ſed & ſpiritum ſanctum nobis dedit, qui iam oſtendat gloriam futurorum.

h *Vt quid enim Chriſtus cum adhuc infirmi eſſemus.*] Vt quid indebite pro nobis mortuus eſt, niſi vt manifeſtaret ſuã charitatem, cum adhuc peccatorum & ſcelerum languoribus premeremur?

i *Secundum tempus.*] Secundum tempus infirmi, quo iam defecerat pene iuſtitia. Siue quia vltimo tempore paſſus eſt Chriſtus: ſiue ad tridui tempus vt prædicebatur, eſt mortuus.

k *Pro impiis mortuus eſt.*] Vult oſtendere, quia pro impiis mortuus eſt, vt ex beneficiorum cõtemplatione eius gratiam commendaret: & in mercato delicti, quantum eum debeamus diligere, demonſtraret: & tanto beneficio & ſancto an aliquid præponẽdum ſit, videremus, cum ille nobis impiis nec vitam ſuã præpoſuerit, ne neceſſariam nobis denegaret mortem.

l *Vix enim pro iuſto quis moritur.*] Ideo pro iuſto difficile moritur, quia iuſtus non habet mori. Pro morituro enim forte moritur alter.

m *Nam pro bono forſitan quis audeat &c.*] Bonus ipſe eſt, qui & iuſtus. Dicit enim alibi. Mandatum ſanctum, & iuſtum & bonum. Forſitan autem, hoc eſt, tam facile audeat, ne illi iniuria fiat. *Rom.7.c*

n *Commendat autem charitatem ſuam deus in nobis.*] Amabilẽ facit, cum inſinuat quãtum nos diligat. Quando enim indebite aliquid præſtatur, tunc maxime charitas commendatur. Quid enim tam indebite, quam vt ſine peccato dominus pro ſeruis impiis moreretur: & vniuerſitatis conditor dignaretur apparere in homine, & contemni pro reparatione propriæ creaturæ?

o *Quoniam ſi cum adhuc peccatores eſſemus.*] Notandum quod plerumque Apoſtolus credentes iam in Chriſto fuiſſe peccatores dicens, iam non eſſe ſignificat: vt qualiter ſe exhibere debeant, recognoſcant.

p *Chriſtus pro nobis mortuus eſt: multo igitur magis iuſtificati nunc.*] Si peccatores tantum dilexit, quanto magis cuſtodiet iuſtos?

q *In ſanguine ipſius ſalui erimus ab ira per ipſum.*] Non animalium, ſicut in lege. Caueamus ergo, ne peccando eum pollutum dicamus, ſicut dicit ipſe Apoſtolus ad Hebræos.

r *Si enim cum inimici eſſemus, reconciliati ſumus deo per mortem filij eius.*] Peccatores inimici ſunt contemnendo, ſicut dicit Apoſtolus. Scitis quia amicitia huius mundi inimica eſt deo. Quicunque enim voluerit amicus eſſe ſæculi huius, inimicus dei conſtituitur. Inimici ergo actibus, non natura. Reconciliati autem, quia conciliati naturaliter fueramus.

ſ *Multo magis reconciliati, ſalui erimus in vita ipſius.*] Si per mortem Chriſti ſaluati ſumus: quanto magis in eius glorificabimur vita, ſi eam fuerimus imitati?

t *Non ſolum autem ſed & gloriamur in deo per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, per quem nunc reconciliationem accepimus.*] Non ſolum nobis vita dabitur ſempiterna, ſed etiam quædam ſimilitudo per Chriſtum promittitur diuinæ gloriæ, ſicut dicit Apoſtolus Ioannes. Nondum apparuit quid erimus, quoniam cum apparuerit, ſimiles ei erimus. *1.Ioan.3.a*

u *Propterea ſicut per vnum hominem.*) Si per vnũ hominem Euam, peccatum intrauit in mundum: inſaniunt qui dicunt, antequam deceperit diabolus Euam, peccatum fuiſſe in mundo. Item, hic oſtẽdere vult propterea Chriſtum paſſum, vt qui ſequentes Adam diſceſſeramus a deo, per Chriſtum reconciliaremur deo.

x *In hunc mundum peccatum intrauit, & per peccatum mors.*) Exemplo, vel forma. Quomodo cum nõ eſſet peccatum, per Adam aduenit: ita etiam cum pene apud nullum iuſtitia remanſiſſet, per Chriſtum eſt reuocata. Et quomodo per illius peccatum mors intrauit: ita & per huius iuſtitiam vita eſt reparata: futura, non præſens.



& per peccatum, mors: [a] ita in omnes homines mors pertranſiit: in [b] quo omnes peccauerunt. Vſque ad [c] legem enim peccatum erat in mundo. [d] Peccatum autem nõ imputabatur, cum lex nõ eſſet: ſed [e] regnauit mors ab Adam vſq; ad Moyſen, [f] etiam in eos qui non peccauerunt, in ſimilitudinẽ præuaricationis Adę, [g] qui eſt forma futuri. [h] Nam non ſicut delictum, ita & donum. Si [i] enim vnius delicto multi mortui ſunt: multo magis gratia dei, & donum in gratia vnius hominis Ieſu Chriſti in plures abundauit. Et [h] non ſicut per vnum peccatum, ita & donum. Nam iudicium [l] quidem ex vno in condemnationẽ: [m] gratia autem ex multis delictis in iuſtificationem. Si [n] enim vnius delicto mors regnauit per vnum: multo magis abundantiã gratiæ & donationis & iuſtitiæ accipientes in vita, regnabunt per vnum Ieſum Chriſtum. [o] Igitur ſicut per vnius delictũ in omnes homines in condemnationem, ſic & per vnius iuſtitiam in omnes homines in iuſtificationẽ vitæ. [p] Sicut enim per inobedientiam vnius hominis peccatores conſtituti ſunt multi, ita & per vnius obedientiam iuſti conſtituentur multi. [q] Lex autem ſubintrauit, vt abundaret delictum. [r] Vbi autem abundauit delictum, ſuperabundauit & gratia. Vt [ſ] ſicut regnauit

a *Et ita in omnes homines mors pertranſiit.*] Dum ita peccãt, & ſimiliter moriuntur. Non enim in Abraham, & Iſaac, & Iacob pertranſiit, de quibus dicit dominus: Omnes enim illi viuunt. Hic autem ideo dicit omnes mortuos: quia in multitudine peccatorum non excipientur pauci iuſti, ſicut ibi: Non eſt qui faciat bonum: non eſt vſque ad vnum. Et omnis homo mendax. Siue in eos omnes pertranſiit, qui humano, nõ cæleſti ritu viuebant. Item, nunc Apoſtolus mortem animæ ſignificat: quia Adam præuaricans mortuus eſt, ſicut & propheta dicit. Anima quæ peccat, ipſa morietur. Tranſiuit enim & in omnes homines, qui naturalem legẽ præuaricati ſunt.

*Rom.14.b* *1.Cor.5.c* *Pſal.52.d* *Ezech.18.e*

b *In quo omnes peccauerunt.*] Hoc eſt, in eo quod omnes peccauerunt, exemplo Adæ peccat.

c *Vſque ad legem enim peccatũ erat in mundo.*] Lex peccati vindex aduenit: ante cuius aduentum liberius vel præſentis vitæ lõgitudine fruebantur. Erat quidem ante legem peccatum, ſed non ita putabatur eſſe peccatum: quia iam pene obliteratum fuerat in natura. Item dicens, Vſque ad legem, Moyſi ſignificat. Inferens autem, peccatum non imputatur cum lex non eſt, naturalem iterum oſtendit legem, per quam præuaricatus eſt Cain, & poſt ipſum qui naturalem legem præuaricati ſunt.

d *Peccatum autem non imputabatur, cum lex non eſſet.*] Quomodo mors regnabat, ſi non imputabatur peccatum? niſi ſubaudias, in præſenti non imputabatur.

e *Sed regnauit mors ab Adam, vſque ad Moyſen.*] Siue dum non eſſet qui inter iuſtum & iniuſtum ante diſtingueret, putabat ſe omnibus dominari. Siue nõ ſolum in eos qui præceptum ſicut Adam tranſgreſſi ſunt, hoc eſt, de filiis Noe, quibus iuſſum eſt, ne animam in ſanguine manducarent: & de filiis Abrahæ, quibus circumciſio mandata eſt: ſed etiam in eos qui ſine præcepto legem contempſere naturæ. *Gen.9.a*

f *Etiam in eos qui non peccauerunt in ſimilitudinem præuaricationis Adæ.*] Hi ſunt qui non in ſimilitudinem præuaricationis Adæ peccauerunt, qui per naturalem legem trãſgreſſi ſunt: & non ſicut Adam per mandatum.

g *Qui eſt forma futuri.*] Siue ideo forma fuit Chriſti: quia ſicut Adam ſine coitu a deo factus eſt: ita ille ex virgine ſpiritu ſancto operante proceſſit. Quidam dicunt forma econtrario, hoc eſt: ſicut ille peccati caput, ita & iſte iuſtitiæ. Item forma Chriſti Adam factus eſt. Sicut enim Adam primus mandatum dei pręuaricans exemplum eſt, legem dei præuaricare volentibus: ſic & Chriſtus voluntatem patris complens, exemplum eſt imitari eum cupientibus.

h *Nam non ſicut delictum, ita & donum.*] Ne in forma, æqualitas putaretur.

i *Si enim vnius delicto, multi mortui ſunt: multo magis gratia dei, & donum in gratia vnius hominis Ieſu Chriſti in plures abundauit.*] Hic manifeſte docet: quia non generaliter de omni homine dicit, dicens, Vnius delicto, multi mortui ſunt: quia communi & naturali morte, non ſolum peccantes, ſed & iuſti moriũtur.

k *Et non ſicut per vnum peccatum, ita & donum.*] Sed amplius.

l *Nam iudicium quidem ex vno in condemnationem.*] Ex vno iuſto peccante, proceſſit iudicium mortis.

m *Gratia autem ex multis delictis in iuſtificationem.*] Quia non inuenit Adam multam iuſtitiam; quam ſuo exemplo deſtrueret: Chriſtus autem gratia ſua, multorum peccata diſſoluit. Et Adam ſolam formam fecit delicti: Chriſtus vero & gratis peccata remiſit, & iuſtitiæ dedit exemplum.

n *Si enim vnius delicto mors regnauit per vnum: multo magis abundantiam gratiæ & donationis & iuſtitiæ accipientes in vita, regnabunt per vnum Ieſum Chriſtum.*] Quare multa peccata dimiſit, abundantia donationis ſpiritus ſancti: quia multa ſunt dona. Ipſa enim iuſtitia donatur per baptiſmum, non ex merito poſſidetur.

o *Igitur ſicut per vnius delictum, in omnes homines in condemnationem: ſic & per vnius iuſtitiã in omnes homines in iuſtificationem vitæ.*] Mors regnauit, ſubauditur: ita & per iuſtificationem gratia regnauit. Itemque ſuperius dicit. Nunquid iniquus deus qui infert iram? Et adiecit, Abſit: quomodo poteſt vnius delicto Adæ, omnes homines condemnare, cum nec vnius Chriſti iuſtitia, omnes homines iuſtificati ſunt? Omnes autem dicens, non generaliter dicit: ſed vniuſcuiuſq; partis ſignificat multitudinem. Alioquin inueniuntur omnes homines iuſtificati in Chriſto, ſicut & in Adam condemnati: & non erit vltra qui puniatur.

p *Sicut enim per inobedientiam vnius hominis, peccatores conſtituti ſunt multi: ita & per vnius obedientiam, iuſti conſtituentur multi.*] Sicut exemplo inobedientiæ Adæ, peccauerunt multi: ita & Chriſti obedientia iuſtificantur multi. Grãde enim crimen inobedientiæ eſt, quod tantos occidit.

q *Lex autem ſubintrauit, vt abundaret delictum.*] Quia naturalem legem habentes Hebræi & ſcribæ acceperunt: propterea dicit, ſubintrauit. Ipſi enim ad maiorem mercedem accipientes legem, per ſuam negligentiam non cuſtodientes, in maius ceciderunt delictum: ne dicerent, ſed nobis lex peccatum dimiſit: non, inquit, venit dimittere, ſed demonſtrare delicta. Et dum ſcienter peccatur, cœpit abundare delictum: quaſi ſi diceret, Vt video, lex peccatum non abſtulit, ſed adiecit: non tamen ſuo vitio, ſed illorum, ſubintrauit, hoc eſt, ſubito intrauit: & ita cõtigit vt abundaret delictum.

r *Vbi autem abundauit delictum, ſuperabundauit & gratia.*] Sicut ait ſaluator. Cui plus dimittitur, amplius diligit. Manifeſtata eſt enim quantitas peccati, vt ſciretur gratiæ magnitudo: & redderemus competens debitum charitatis. *Luc.7.d*

ſ *Vt ſicut regnauit peccatum in mortem: ita & gratia regnat per*

A *iuſtitiam in vitam æternam, per* Ieſum *Chriſtum dominum noſtrum.*] Sicut abundanter confirmatum eſt regnum peccati per contemptum legis: ita & regnum gratiæ confirmetur per multorum remiſſionem peccatorum, & indeſinentem deinceps iuſtitiæ actionem.

gnauit peccatum in mortem, ita & gratia regnet per iuſtitiam in vitam æternam per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum.

## CAP. VI.

[a] QVid ergo dicemus? Manebimus in peccato, vt gratia abundet? Abſit. Qui enim mortui ſumus peccato, quomodo [b] adhuc viuemus in illo? An [c] ignoratis fratres: [d] quia quicunque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte [e] ipſius baptizati ſumus? Conſepulti [f] enim ſumus cum illo per baptiſmum in mortẽ, vt quomodo Chriſtus ſurrexit a mortuis per gloriam patris: ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Si enim [g] complantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius, ſimul & reſurrectionis erimus. [h] Hoc ſcientes: quia vetus homo noſter [i] ſimul crucifixus eſt, vt deſtruatur [k] corpus peccati, vt vltra non ſeruiamus peccato. Qui [l] enim mortuus eſt, iuſtificatus eſt a peccato. Si [m] autem mortui ſumus cum Chriſto, credimus quia ſimul etiam viuemus cum illo. Scientes [n] quod Chriſtus reſurgens ex mortuis iam non moritur: mors illi vltra nõ dominabitur. [o] Quod enim mortuus eſt peccato, mortuus eſt ſemel: quod [p] autem viuit, viuit deo. Ita & vos [q] exiſtimate, vos mortuos quidem eſſe peccato, viuentes autẽ deo in Chriſto Ieſu. Non [r] ergo regnet peccatum in veſtro mortali corpore, vt obediatis concupiſcentiis eius. Sed neque exhibeatis [ſ] membra veſtra arma iniquitatis peccato: ſed exhibete [t] vos deo tanquam ex mortuis viuentes, & [u] membra veſtra arma iuſtitiæ deo. Peccatum [x] enim vobis non dominabitur. Non [y] enim ſub lege eſtis, ſed ſub gratia. Quid

CAP. VI.

a *QVid ergo dicemus? Manebimus in peccato vt gratia abundet? Abſit. Qui enim mortui ſumus peccato.*] Ne non intelligentes dicerẽt. Si gratia creſcit in magnitudine delictorum peccare debemus, vt poſſit magis ac magis gratia abundare. Abſit. Ego de illis dico, quos ita fides inuenit, non de nobis, qui iam mortui ſumus peccato, vt gratia viueremus.

b *Quomodo adhuc viuemus in illo.*] Vult tam firmum eſſe baptizatum tanquam perfectum.

c *An ignoratis.*] Aut nunquid neſcitis ipſum ſacramẽtum baptiſmatis?

B d *Quia quicunque baptizati eſtis in Chriſto Ieſu.*] Tribus modis baptiſmum accipitur in ſcripturis, Aquæ, & ſpiritus ſancti, qui & ignis appellatus eſt: & ſanguinis in martyrio, de quo ſaluator dicebat, Baptiſmo habeo baptizari. *Luc.12.f*

e *In morte ipſius baptizati ſumus.*] Vt illi commoriamur in baptiſmo.

f *Conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in mortem, vt quomodo Chriſtus ſurrexit a mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.*] Oſtendit nos propterea ita baptizari, vt per myſterium conſepeliamur Chriſto, criminibus morientes, & renũciãtes priſtinæ vitæ, vt quomodo pater glorificatur in filij reſurrectione: ita & per noſtræ conuerſationis no-
C uitatem ab omnibus honoretur: vt ne ſigna quidem veteris hominis agnoſcantur in nobis. Nec enim aliquid velle aut cupere debemus, quod volunt aut cupiunt qui nondum ſunt baptizati: & quicunque adhuc veteris vitę erroribus implicantur.

g *Si enim complantati facti ſumus ſimilitudini.*] Si conſepulti ſumus nunc, & tunc reſurrectionis eius poterimus eſſe participes: & ſi fuerimus noui & immutati in conuerſatione, ſimiliter noui & immutati erimus in gloria.

h *Hoc ſcientes, quia vetus homo noſter.*] Qui veterem hominem terrenum Adam imitando peccabant.

i *Simul crucifixus eſt.*] Per baptiſmum te crucifixum intellige, qui membrum de corpore eius effectus es. Et ille quidem innoxium corpus appendit, vt tu noxium ſuſpẽdas a vitiis: in quo myſterio Moyſes ſerpentem æneum in deſerto ſuſpendit.

k *Vt deſtruatur corpus peccati: vt vltra non ſeruiamus &c.*] Hoc eſt, vt omnia vitia deſtruantur: quia vnum vitium, membrum eſt peccati: omnia, corpus totum. Chriſtus non ex parte, ſed integer eſt crucifixus. Siue vt corpus noſtrum deſtruatur a ſeruitute peccati: & fiat iuſtitiæ mancipium, quod ſolebat eſſe delicti. Omnis enim qui *Ioan.8.d*

facit peccatum, ſeruus eſt peccati. D

l *Qui enim mortuus eſt, iuſtificatus eſt a peccato.*] Hoc eſt alienatus eſt a peccato. Mortuus enim omnino non peccat. Ita & qui natus eſt de deo, non peccat. Crucifixus enim omnibus membris dolore occupatis, peccare vix poterit.

m *Si autem mortui ſumus cũ Chriſto, credimus quia ſimul etiam viuemus cum illo.*] Si cõmortui non ſumus, nec conuiuemus: quia eius non ſumus membra.

n *Scientes quod Chriſtus reſurgens ex mortuis, iam non moritur. Mors illi vltra non dominabitur.*] Ita & nos ſi hic voluntate mortui fuerimus, ſecundã non timebimus mortem. Siue iam non poteſtis iterum baptizari: quia Chriſtus non poteſt pro vobis iterum crucifigi: ſicut dicit ad Hebræos. Impoſſibile eſt eos qui ſemel illuminati ſũt &c. Quibus non pænitentiam negat: ſed iterationem baptiſmi diffitetur. *Hebr.6.a*

o *Quod enim mortuus eſt peccato, mortuus eſt ſemel.*] Quia ipſe peccata noſtra portauit, & pro nobis doluit, ne de cætero peccaremus. E

p *Quod autẽ viuit, viuit deo.*] Viuit in gloria deitatis.

q *Ita & vos exiſtimate, vos mortuos quidem eſſe peccato, viuentes autem deo in Chriſto Ieſu.*] Quaſi membra eius ſemel vos ſcitote cõmortuos debere iã ſemper viuere deo in Chriſto, in quo vita noſtra abſcõdita eſt apud deũ, quem induti, eius ſequamur exemplum.

r *Non regnet peccatum in veſtro mortali corpore, vt obediatis concupiſcentiis eius.*] In corpore mortali viuite vt immortales. Et quomodo regnet peccatum in corpore expoſuit, per obedientiam ſcilicet & conſenſum.

ſ *Sed neque exhibeatis membra veſtra arma iniquitatis peccato.*] Vnumquodque membrum, ſi officium ſuum in malos vſus verterit, arma iniquitatis efficitur ad iuſtitiam expugnandam. Simul notandum, quod homo membra ſua cui velit parti exhibeat per arbitrij libertatem. F

t *Sed exhibete vos deo tanquam ex mortuis viuentes.*] Tanquam, qui iam reſurrexiſtis: quia tunc nec carnaliter viuitur, nec peccato.

u *Et membra veſtra arma iuſtitiæ &c.*] Vt oculus qui ante videbat ad concupiſcendum, nunc videat nudum ad veſtiendum. Sic de reliquis membris aduerte.

x *Peccatum enim in vobis non dominabitur.*] Non vos vincet peccatum. Non enim eſtis paruuli, ſed perfecti: quaſi pædagogus puero noli facere vitium ſermonis. Non enim adhuc audis grammaticum, ſed oratorem: ſiue non debet dominari. Item, non quia impoſſibile ſit peccare his qui gratiam acceperunt: ideo dicit, peccatum in vobis non dominabitur.

y *Non enim ſub lege eſtis.*] Sed bene ſciens, quia hi qui ſub gratia ſunt, alieni ſunt a multis & a diuerſis præceptis legis, & ab oneribus eius, quæ data eſt propter duritiam cordis



A cordis Iudæorum, vt eſt illud, Leproſam domũ deſtruere, & longe a ciuitate in locum immundum proiicere. *Leuit.14.* Qui enim participes ſunt Chriſti gratiæ, didicerũt quemadmodum oportet vincere paſſiones, & deum diligere ac proximum ſuum, ſicut ſcriptum eſt: Non enim eſtis ſub *Deut.6.a* lege, ſed ſub gratia: gratiam vincendi & doctrinæ præbuit exemplum.

Quid [a] ergo? Peccabimus, quoniam non ſumus ſub lege, ſed ſub [b] gratia? Abſit. An [c] neſcitis, quoniam cui exhibetis vos ſeruos ad obediendum, ſerui eſtis eius cui obediſtis, ſiue peccati ad mortem, ſiue obeditionis ad iuſtitiam. Gratias [d] autem deo quod fuiſtis ſerui peccati: obediſtis [e] autem ex corde in eam formam doctrinæ in qua traditi eſtis. Liberati [f] autem a peccato, ſerui facti eſtis iuſtitiæ. [g] Humanum dico propter infirmitatem carnis veſtræ. Sicut [h] enim exhibuiſtis mẽbra veſtra ſeruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem. Cum [i] enim ſerui eſſetis peccati, liberi fuiſtis iuſtitiæ. Quem ergo [k] fructum habuiſtis tunc in illis, in quibus nunc erubeſcitis? Nam finis illorum mors eſt. Nunc [l] vero liberati a peccato, ſerui autem facti deo, habetis fructum veſtrum in ſanctificationem, finem vero vitam æternam. Stipendia [m] enim peccati mors: [n] gratia autem dei vita æterna in Chriſto [o] Ieſu domino noſtro.

## CAP. VII.

[p] AN ignoratis fratres, ſcientibus enim legem loquor, quia [q] lex in homine dominatur quanto tempore viuit? Nam [r] quæ ſub viro eſt mulier, viuente viro alligata eſt legi. Si autẽ mortuus fuerit vir eius, ſoluta eſt a lege viri. Igitur [ſ] viuẽte viro vocabitur adultera, ſi fuerit cũ alio viro. Si autẽ mortuus fuerit vir eiꝰ, liberata eſt a lege viri, vt nõ ſit adultera, ſi fuerit cũ alio viro. Itaq; fratres mei, & vos mortificati eſtis legi per [u] corpus Chriſti, vt ſitis alteriꝰ, qui ex mortuis reſurrexit, vt fructificetis deo. Cũ [x] enim eſſemus in carne, paſſiones peccatorũ quæ ꝑ legẽ erãt, operabãtur in

a *Quid ergo? Peccabimus: quoniam non ſumus &c.*] Ne dicerent: Ergo ceſſante vindicta legis, impune peccamus.

b *Sed ſub gratia. Abſit.*] Si peccatis, ſub gratia non eſtis.

c *An neſcitis, quoniam cui exhibetis vos ſeruos ad obediẽdum, ſerui eſtis eius cui obediſtis, ſiue peccati ad mortem, ſiue obeditionis ad iuſtitiam.*] Si volueritis peccatis ſeruire, incipietis ſentẽtiæ legis ſubiacere, quę vindicat in peccantes: ſi autem iuſtitiæ obedieritis, non eſtis ſub lege, ſed ſub gratia.

B d *Gratias autem deo quod fuiſtis ſerui peccati.*] Fuiſtis, inquit, ſed non eſtis.

e *Obediſtis autem ex corde in ea forma doctrinæ, in quam traditi eſtis.*] Ex corde dicit, hoc eſt, fideliter.

f *Liberati autem a peccato, ſerui facti eſtis iuſtitiæ.*] In doctrina & exemplo Chriſti, qui non ſolum peccata, ſed etiã occaſiones auferre docuit delictorum.

g *Humanum dico propter infirmitatem carnis veſtræ.*] Humanum dico: quia nondum ad plenum poteſtis audire diuinum. Cum enim multo magis debetis ſeruire iuſtitiæ quam peccato, cui ante ſeruiſtis: ego tamen concedo infirmitati veſtræ, vt tantum iuſtitiæ ſeruiatis. Siue ita: humana iam ratione digna loquor, quod omnes mecum ſentire poſſent, & C nullus abnuere.

h *Sicut enim exhibuiſtis membra veſtra ſeruire &c.*] Quia quicquid anima carnaliter gerit carnaliter deputatur: ſi autem caro ſpirituale opus faciat, totus homo efficitur ſpiritualis, vt eſt illud. Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam. *Sap.9.d* Nos exhibuimus mẽbra noſtra ſeruire peccato: non ſicut Manichæi dicunt, naturam corporis inſertum habere peccatum.

i *Cum enim ſerui eſſetis peccati, liberi fuiſtis iuſtitiæ.*] Hoc eſt, in nullo ei penitus ſeruientes: ita & nunc liberi eſtote ab omni peccato.

k *Quem ergo fructum habuiſtis &c.*] Nullus ſine dubio fructus eſt in ea re, quæ per pænitentiã erubeſcitur. Omnis enim qui cognoſcit bonitatem, in priſtinis actibus erubeſcit: quicumque autem erubeſcit iuſtitiam, fructum eius ignorat. Ergo qui peccant, nec in præſenti aliquem fructum habent, & mortem perpetuam in futuro percipient. Qui vero ſeruiunt domino, & in præſenti fructum habent donum ſpiritus ſancti, & in futuro vitam æternam. Aliter. Qualem fructum in actione illius rei habuiſtis, in cuius etiam recordatione verecundia eſt?

l *Nunc vero liberati a peccato, ſerui autem facti deo, habetis fructum veſtrum in ſanctificatione, finem vero vitam æternã.*] Hoc ipſum ideo fructus eſt, quod viuetis ſanctificati per baptiſmum. D

m *Stipendia peccati mors.*] Qui peccato militat, remunerationem accipit mortem. Item, præmium quod offert ad deceptionem noſtram, hoc mors eſt.

n *Gratia autem dei vita æterna.*] Non dixit ſimiliter, ſtipendia iuſtitiæ: quia non eſt antequam remuneratur in nobis. Non enim noſtro labore quæſita eſt, ſed dei munere condonata.

o *In Chriſto Ieſu domino noſtro.*] Eſt ſiue gratia, ſiue vita.

CAP. VII.

p *AN ignoratis fratres, ſcientibus enim legẽ loquor.*] Hic incipit difficultatem legis oſtendere, vt illos hortetur ad gratiam ſine eius timore tranſire.

q *Quia lex in homine dominatur quanto tempore viuit.*] Homo, ſiue lex homini. E

r *Nam quæ ſub viro eſt mulier, viuente viro alligata eſt legi. Si autem mortuus fuerit vir eius, ſoluta eſt a lege viri.*] Comparatione legis, mandatum virum appellat, vt oſtendat legem ſine effectu vindictæ quaſi mortuam, nobis iam mortificatis impedire non poſſe, quominus ex integro ad Chriſtum, qui reſurrexit a mortuis, tranſeamus: qui merito nobis viueret, ſi inueniſſet quod punire poſſet in nobis.

ſ *Igitur viuente viro vocabitur adultera, ſi fuerit cum alio viro: ſi autem mortuus fuerit vir eius, liberata eſt a lege viri, vt nõ ſit adultera, ſi fuerit cum alio viro.*] Quamdiu viuit vir, tamdiu illi ſecundum eius ſolius neceſſe eſt viuere voluntatem: cum autem illo mortuo, alio viro mulier fuerit copulata, iam non illi ſecundum prioris viri conſuetudinem eſt viuendum. F

t *Itaque fratres mei & vos mortificati eſtis legi.*] Noluit iuxta comparationem, legem illis dicere mortuam: ſed quod verbis eis dicere non audebat, intellectui dereliquit.

u *Per corpus Chriſti vt ſitis alterius viri, qui ex mortuis reſurrexit, vt fructificetis deo.*] Commoriẽdo Chriſto, qui damnauit peccatum in carne.

x *Cum enim eſſemus in carne, paſſiones peccatorum quæ per legem erant, operabantur in membris noſtris.*] Cum eſſemus in carnali conuerſatione, paſſio concupiſcentiæ operabatur in oculis, & in cæteris membris cæteræ paſſiones: quæ tamen per legem oſtendebantur eſſe peccata. Item in carne eſt, qui voluntate carnis ducitur, & legi dei obedire prohibetur: quia non poteſt duobus dominis ſeruire. Nunc autem gratia ſpiritus ſancti, docti paſſiones vincere, in carne non ſumus: quia mortui ſumus legi, quæ doctrinam gratiæ non continet.

in membris noſtris, vt [a] fructificarent morti. Nunc [b] autem ſoluti ſumus a lege mortis, in qua detinebamur, ita [c] vt ſeruiamus in nouitate ſpiritus, & non [d] in vetuſtate literæ. Quid [e] ergo dicemus? Lex peccatum eſt? [f] Abſit. Sed [g] peccatum non cognoui, niſi per legem. Nam [h] concupiſcentiam neſciebam, niſi lex diceret, Non concupiſces. Occaſione autem [i] accepta, peccatum per mandatum operatum eſt in me [k] omnem concupiſcentiam. [l] Sine lege enim [m] peccatum mortuum erat. [n] Ego autem viuebam ſine lege aliquando. [o] Sed cum veniſſet mandatum, [p] peccatum reuixit. [q] Fgo autem mortuus ſum, & [r] inuentum eſt mihi mandatum quod erat ad vitam, hoc eſſe ad mortem. [ſ] Nam peccatum occaſione accepta per mandatum ſeduxit me, & per illud occidit. Itaque lex quidem ſancta, & mandatum ſanctum, & iuſtum, & bonum. Quod ergo bonum eſt, mihi factum eſt mors? Abſit. [u] Sed peccatum, vt appareat peccatum, per bonum operatum eſt mihi mortem, vt [x] fiat ſupra modum peccans [y] peccatum per mandatum.

A a *Vt fructificarent morti.*] Vt nos legis ſeueritas interficeret.

b *Nunc autem ſoluti ſumus a lege mortis, in qua detinebamur.*] Morientes peccato, in quo detinebamur a lege.

c *Ita vt ſeruiamus in nouitate ſpiritus.*] Spiritualis gratiæ præceptis, & non literæ legis. Item ſeruitus noua eſt, non diligere mundum, neque ea quæ ſunt in mundo, & carnis curam non facere in cõcupiſcentiis. Lex enim bona terræ promittens, nutrire nouit amotorum carnis deſideria. Iuſte hic diſcipuli Ieſu legi mortui ſunt, quoniam mundo abrenunciauerunt.

d *Et non in vetuſtate literæ.*] Nũc ſcriptæ & naturalis legis facit mentionem: quia ſcripta lex & naturalem cõtinet. Infert autem dicens. Nam concupiſcentiam neſciebam, niſi per legem. Perſonam iuuenis ſumit, oſtendere volens: quia quamdiu
B ſumus infantes, omnino quid ſit concupiſcẽtia ignoramus. Cum autem creſcere cœperimus, initium accipit concupiſcentia, quæ a lege prohibita eſt, in noſtrã peruenire notitiam, cum iam poſſimus diſcernere bonũ & malum.

e *Quid ergo dicemus? Lex peccatum eſt?*] Quia ab ea ſemper mortem dixerat eſſe ſolutam. Item exhinc vult oſtendere: quoniam non cuſtodiendo legem, non fuit legis infirmitas, ſed humanæ voluntatis. Dicẽdo autem. Peccatum non cognoui niſi per legem: perſonam pueri aſſumit, qui per ætatis infirmitatem legi obnoxius non eſt: ſed vbi adoleuerit, ſub lege eſſe incipit, & mandata cognoſcere.

f *Abſit.*] Contra Manichæos. Quod ſi dixerint, timuit ſcandalum: ſemper ergo timuit, & nunquam cõtra legem locutus eſt. Vnde ergo vos audiſtis, quod ille non fecit?

g *Sed peccatum non cognoui niſi per legem.*] Hic in perſona eius hominis loquitur, qui legem accipit: id eſt, qui primum dei mandata cognoſcit, cum conſuetudinem habet delinquendi.

h *Nam concupiſcentiam neſciebam, niſi lex diceret. Non concu-*
C *piſces.*] Non dixit: non habebam, aut non faciebam, ſed neſciebam, hoc eſt, neſciebam concupiſcentiam eſſe peccatum. Item ſicut lumen in tenebris vel offendiculum vel foueam oſtendit: ſimiliter & lex præcauendum & obſeruandum eſſe a peccatis facit notitiam peccatorum: & per hoc legem ſanctam & bonam eſſe dicimus.

i *Occaſione autem accepta peccatum per mandatum operatum eſt in me.*] Hic peccatum diabolum appellat: ſicut in Apocalypſi nominatur, ſcilicet auctor peccati. Dicit ergo occaſionem mandati, quod excuſationem ignorantiæ abſtulit. Grauius enim facit quam ante peccare: ſicut omnis inuidus tunc magis occaſionem nocendi amplectitur, quando aliquid committitur ei, cui ille molitur inſidias.

k *Omnem concupiſcentiam.*] Quæ fuerat lege prohibita.

l *Sine lege enim.*] Pene lex in obliuione erat naturalis, quæ ſuggerebat quid ſit peccatum: idcirco lex literæ ſuperinducta eſt, vt commoneret oblitos. Item, ſi cum lex non eſſet, peccatum mortuum eſt, inſaniunt qui de Adam per traducem aſſerunt ad nos venire peccatum. Propterea hic dicit peccatum mortuum eſt: quia in infanti- D
bus, qui ſine lege ſunt, non viuit, id eſt, impune committitur. Nam maledicente infante, parentibus videtur eſſe peccatum, non tamen viuum ſed mortuum.

m *Peccatum mortuum eſt.*] Puer licet peccet, mortuum eſt in eo peccatum: quia nõ eſt legi ſubiectus.

n *Ego autem viuebam ſine lege aliquando.*] Quaſi iuſtum & liberum viuere me putabã: ſiue in præſenti viuebam. Item, cum autem puer eſſem, legi obnoxius non eram.

o *Sed cum veniſſet mandatum.*] In fine obliuionis recognitum eſt peccatum adueniente mandato, vt omnis qui illud fecerit, mortuũ ſe eſſe cognoſcat.

p *Peccatum reuixit.*] Vbi adoleui & cœpi eſſe ſub lege, & delictũ, quod cum eſſem puer per ignorantiam erat in me mortuum, reuixit in me lege dominante. Ita ergo, inquit, mandatum quod E
erat ad vitã datum, hoc mihi in morte inuentum eſt pueritiæ conſuetudine, & more peccandi. Item, quia vixerat per naturalem ſcientiam, & mortuum fuerat per obliuionem, ideo dicitur reuixiſſe per legem.

q *Ego autem mortuus ſum.*] Quia ſciens præuaricaui.

r *Et inuentum eſt mihi mandatum, quod erat ad vitam, hoc eſſe ad mortem.*] Quod cuſtoditum proficiebat ad vitam, neglectum duxit ad mortem. Item, pœnam mortem dicit, quam nobis peccatum per deceptionem ſuam acquiſiuit: oſtendens temporalia & terrena quæ putantur eſſe bona, & legem præuaricare ſuadens, quæ vitam æternam facientibus repromittit.

ſ *Nam peccatum occaſione accepta per mandatum ſeduxit me, & per illud occidit. Itaque lex quidem ſancta & mandatum ſanctum, & iuſtum, & bonum.*] Contra impugnatores legis, & contra eos qui iuſtitiam a bonitate ſecernunt: lex & ſancta & bona dicitur & iuſta. Niſi, inquit, abundauerit iuſtitia veſtra. Sed & deus nonnumquam in Matth.5.c
veteri inſtrumento bonus, & in nouo dicitur iuſtus. Pater iuſte, ait dominus. Ioan.17.d
Contra Marcioniſtas hic locus facit.

t *Quod ergo bonum eſt, mihi factum eſt mors? Abſit.*] Non F
mihi ipſa cauſa mortis extitit, ſed ego qui peccando inuenio mortem.

u *Sed peccatum, vt appareat peccatum, per bonum mihi operatũ eſt mortem.*] Per bonum legis reuelatur peccatum, & ab ipſa punitur. Item vult oſtendere qualiter infantis, qui ante ſine lege erat, cum cœperit adoleſcere, & a parentibus nihilominus prohiberi, peccatum incipiat apparere. Apparet autem cum illud vitare didicerit. Ipſum enim peccatum, ſi in proficiente ætate, non ſolum non abſcinditur ſed augetur, ſupra modum peccans efficitur, dum iam veniam non meretur.

x *Vt fiat ſupra modum peccans.*] Ante legem modum habebat per ignorantiam: ſupra modum eſt cum ſcienter admittitur. Item hoc dicit: quoniam peccatum cum per ætatem obnoxium non erat adoleſcenti ætati, dominante ſibi lege commiſſi, reputatur in culpam, factum eſt vltra modum peccatum.

y *Peccatum per mandatum.*] Nunc ex perſona eius, qui ætatem legitimam habet, ſermo profertur. Qui enim dicit,



datum. [a] Scimus enim quia lex ſpiritualis eſt: [b] Ego autem carnalis ſum, [c] venundatus ſub peccato. Quod enim operor, non intelligo. Non enim quod volo bonum, hoc ago, ſed quod odi malum, illud facio. Si [d] autem quod nolo, illud facio: conſentio legi, quoniam bona eſt. [e] Nunc autem iam non ego operor illud, ſed [f] quod habitat in me peccatũ. [g] Scio enim quia non habitat in me, hoc eſt, in carne mea bonum. [h] Nam velle adiacet mihi, [i] perficere autem bonum non inuenio. [k] Non enim quod volo bonum, hoc facio: ſed quod nolo malum, hoc ago. Si [l] autem quod nolo, illud facio: iam nõ ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatum. [m] Inuenio igitur legem volenti mihi facere bonum, [n] quoniam mihi malum adiacet. [o] Condelector enim legi dei ſecũdum interiorem hominẽ. [p] Video autem aliam legem in membris meis, [q] repugnantem legi mẽtis meæ, & [r] captiuãtem me in lege peccati, quæ eſt in mẽbris meis. [ſ] Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? [t] Gratia dei per Ieſum Chriſtũ dominum noſtrum. [u] Igitur ego ipſe mente ſeruio legi dei: [x] carne autem legi peccati.

## CAP. VIII.

[y] NIhil ergo nunc damnationis eſt his qui ſunt in Chriſto Ieſu, qui non ſecundum carnem ambulant. [z] Lex enim ſpiritus vitæ in Chriſto Ieſu, [a] liberauit me a lege peccati & mortis. Nam [b] quod impoſſibile

A dicit, Quia lex ſpiritualis eſt, ſeipſum condemnat propria voluntate peccante. Vnde adiecit, Ego autem carnalis ſum, venundatus ſub peccato, vt oſtendat, qui cum eſſet liber, ipſe ſe venundedit peccato. Quid enim iterum dicit, Quod enim operor non intelligo, hoc eſt, nolens diſcernere nocere, volens noceo. Aliena deſidero, in eis fraudare non optans: hoc enim oſtendit, dicens, Non enim quod volo ago, hoc eſt, mihi bonum fieri: ſed quod odi illud facio: ſimiliter intelligitur, mihi malum fieri. Si enim quod nolo mihi malum fieri hoc facio, conſentio legi, quia bona eſt, præcipiens quod tibi fieri non vis, alij non feceris.

a *Scimus enim quod lex ſpiritualis eſt.*] Quæ ſpiritualia mandat.

b *Ego autem carnalis ſum.*] Ego quamcumque legem accipio, & carnaliter viuere conſueui.

c *Venũdatus ſub peccato. Quod*
B *enim operor non intelligo. Non enim &c.*] Propoſito peccato, vt ſi conſilium eius accepero, ipſius ſeruus efficiar, ſponte memetipſum ſubiiciens: etiam quaſi inebriatus conſuetudine peccatorum ignoro quid facio. Quod enim operor non intelligo. Siue ita pronuntiandum: Ego non intelligo malum eſſe, quod inuitus admitto, cum malũ nolo facere quod committo: vtique cum lege ſentio, quæ mala & nõ vult & prohibet. Poteſt autem & intelligi: Si pecco, legis ſeueritati meipſum ſubiicio. Item, inuenitur peccare, qui voluntati carnis inſeruit.

d *Si autem quod nolo illud facio &c.*] Si ea quæ lex præcepit contraria voluntati carnis, cuſtodire voluero, ſecundum carnem quod nolo illud facio: ſecundum vero voluntatem ſpiritus, legi dei ſpirituali atque bonæ conuenio.

C e *Nunc autem iam non ego operor illud.*] Ante conſuetudinẽ ergo libens ego ipſe faciebam. Item dicens. Iam non ego operor illud, oſtendit quia non eſt hominis rationalis, irrationalium animalium ritu viuendum. Inferens autem, quod habitat in me peccatum: docuit quia totum ſe tradiderit paſſionibus carnis, quæ deo ſunt inimicæ.

f *Sed quod habitat in me peccatum.*] Habitat quaſi hoſpes, & quaſi aliud in alio: non quaſi vnum, vt accidentia ſcilicet non naturalia.

g *Scio enim quia nõ habitat in me, hoc eſt, in carne mea bonum.*] Non dicit, Non eſt caro mea bona. Item, hoc ex perſona eius dicitur, qui peccandi conſuetudinem habet, & carnis vitiis tenetur obnoxius.

h *Nam velle adiacet mihi.*] Eſt voluntas, ſed non eſt effectus: quia carnalis conſuetudo voluntati reſiſtit. Item voluntas carnis amatur magis quam dei. Ideo dicit, velle adiacet mihi, vt id, quod mihi bonum fieri volo, non perficiam proximo: nam quod odi pati, illud facio.

i *Perficere autem bonum non inuenio.*] Non video facere.

k *Non enim quod volo bonum, hoc facio: ſed quod nolo malum, hoc ago.*] Sicut verbi gratia, ſi quis iam deuorare conſueuit, etiam cum non optat incurrit.

l *Si autem quod nolo illud facio, ſed quod habitat in me peccatum.*] Non ego qui inuitus, ſed conſuetudo peccati: quam tamen neceſſitatem mihi ipſe paraui. D

m *Inuenio igitur legem volenti mihi facere bonum.*] Si ego volo, inuenio mihi legem bonum facere contra adiacens malum. Item, hoc eſt quod ait, ſecundum animæ voluntatem bonum velle ſe facere: adiacere ſibi malum iuxta deſideria carnis.

n *Quoniam mihi malum adiacet.*] Quod dicit, Quoniam mihi malum adiacet, oſtendit quia non per neceſſitatem peccat: ſed propria volũtate ducitur ad peccatum, cum vult eſſe carnis amator.

o *Condelector enim legi dei ſecundum interiorem hominem.*] Conſentio legi ſecundum mentem. Item, interior homo noſter rationalis & intelligibilis, eſt anima quæ conſentit legi dei. Lex enim eius eſt rationabiliter viuere, & non duci irrationabilium animaliũ paſſionibus. E
Exterior vero, eſt corpus noſtrum. Eius autem lex prudentia carnis eſt, quæ docet edere, & potare, & cæteris vti luxuriis, quæ repugnant rationi. Et ſi ſuperauerint, legi peccati ſubiiciunt. Sic enim ita eſt ſicut quidam æſtimãt: quia quod nolumus hoc facimus.

p *Video autem legem &c.*] Deſideria conſueta, vel perſuaſionem inimici.

q *Repugnantem &c.*] Conſcientiæ ſcilicet naturali, vel legi diuinæ: quæ in mente conſiſtit.

r *Et captiuantem me in lege peccati, quæ eſt &c.*] In conſuetudinem delictorum.

ſ *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore &c.*] Ego qui ſic detineor, quis me liberabit de conſuetudine mortifera corporali?

t *Gratia dei per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum.*] Admirabiliter intulit, dicens. Gratia dei per Ieſum Chriſtum do- F
minum noſtrum: quia quæ Moyſes & naturalis lex non docuit, hæc docuit dominus noſter Ieſus Chriſtus: contemnere mundum, & ſuperare vitia. Vnde beatus Apoſtolus hoc docet, dicens. Qui autem Chriſti ſunt, carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis, & concupiſcentiis. Item, quem lex non potuit liberare, numquid non Paulus nondum erat dei gratia liberatus? Vnde probatur, quia ex alterius perſona hæc loquitur.

v *Igitur ego ipſe &c.*] Recapitulat vt concludat, & rurſum in perſona eius, qui ſub lege erat, hæc loquitur.

x *Carne autem legi peccati.*] Homo carnalis duplex eſt quodammodo, & in ſemetipſo diuiſus.

### CAP. VIII.

y *NIhil ergo nunc damnationis &c.*] Hic apoſtolus, nihil in illis damnatione dignum eſſe ait, qui carnis opera crucifixerunt.

z *Lex enim ſpiritus in Chriſto.*] Notandum quia gratiam legem appellat.

a *Liberauit me a lege peccati & mortis.*] Quæ mortificat peccatores.

b *Nam quod impoſſibile erat legi.*] Hic oſtendit quoniam

A lex per infirmitatem carnis non poterat impleri. In eo autem in quo dicit. Deus cum filium ſuum miſiſſet in ſimilitudinem carnis peccati: & propter peccatum miſiſſe demonſtrat, quoniam ante incarnationem erat filius: & ſuſcepta poſtea carne, quæ ad peccandum eſſet procliuior, ipſe tamen abſque peccato eam ſuſceperit. Et idcirco dicitur in ſimilitudinem carnis peccati ſuſcepta carne veniſſe, & peccatum in eadẽ carne damnaſſe: quoniã carnem, quam ſuſceperat, innoxiam ſeruauerit ab omni contagione peccati. Item legem dicit non præcepta ſacrificiorum, & cætera quæ erant vmbra, vſque ad tempus Chriſti data: ſed illam quam & dominus noſter Ieſus Chriſtus docuit, dicens.
Matth.7.b Omnia quæcunque vultis vt faciant vobis homines: ſic & vos facite illis. Iſta eſt enim lex & prophetæ. Infirma enim erat qua nos volebamus. Non enim impoſſibilia
B mandata. Vnde filius dei formam ſerui accipiens, factus eſt homo, vt peccatum damnaret in carne, & nos inſtrueret quemadmodum oporteat peccatũ damnare in carne: vt iuſtificatio legis impleatur in nobis.

bile erat legi in [a] quo infirmabatur per carnem, [b] deus filium ſuum mittens in [c] ſimilitudinem carnis peccati: & [d] de peccato damnauit peccatum in carne, vt [e] iuſtificatio legis impleretur in nobis, [f] qui non ſecundum carnem ambulamus, ſed ſecundum ſpiritũ. Qui enim ſecũdum carnem ſunt, quæ carnis ſunt, ſapiunt: qui vero ſecũdum ſpiritum ſunt, quæ ſunt ſpiritus, ſentiunt. Nam [g] prudẽtia carnis mors eſt, prudẽtia autem ſpiritus vita, & pax. [h] Quoniam ſapientia carnis inimica eſt deo. Legi enim dei non eſt ſubiecta, nec enim poteſt. [k] Qui autem in carne ſunt, [l] deo placere non poſſunt. Vos [m] autem in carne non eſtis, ſed in ſpiritu: ſi tamen [n] ſpiritus dei habitat in vobis. Si [o] quis autem ſpiritum Chriſti non habet, hic non eſt eius. Si [p] autem Chriſtus in vobis eſt, corpus quidẽ mortuum eſt propter peccatum, ſpiritus [q] vero viuit propter iuſtificationem. Quod ſi [r] ſpiritus eius qui ſuſcitauit Ieſum a mortuis, habitat in vobis: qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtum a mortuis, viuificabit & mortalia corpora veſtra propter inhabitantem ſpiritum eius in vobis. [ſ] Ergo fratres, debitores ſumus non carni, vt ſecũdum carnem viuamus. Si [t] enim ſecundum carnem vixeritis, moriemini. Si autem

a *In quo infirmabatur per carnem.*] In illis infirmabatur, non in ſe.

b *Deus filium ſuum mittens.*] Contra Photinum qui negat filium ante carnem.

c *In ſimilitudinem carnis peccati.*] Dicẽs in ſimilitudinem carnis peccati, oſtendit eum eandem quidem carnem: ſed abſque peccato portaſſe. Item hic ſimilitudo veritatem habet, ſicut Adam genuit ad ſimilitudinem ſuam. Similẽ ergo cæteris hominibus carnem dominus deus noſter Ieſus Chriſtus aſſumpſit.

d *Et de peccato damnauit peccatum &c.*] Quaſi ſi dicas: de hoſte expugnauit hoſtẽ. Siue ſicut hoſtias, quæ pro peccato offerebant in lege, peccati nomine vocabant, cum ipſi delicta neſcirent: ſicut ſcriptum eſt: Et imponent ma-
C nus ſuper caput peccati ſui. Sic & Chriſti caro quæ pro peccatis noſtris oblata eſt, peccati nomen accepit. Quidã autem dicunt quod peccato Iudæorum quod dominum occiderũt, peccatum diaboli quod hoſtem deceperat per
Hebr.2.d hominẽ cõdemnarit: ſicut ad Hebræos dicit: Vt per mortẽ deſtrueret eũ qui habebat mortis imperiũ. Siue de illi⁹ carnis ſubſtãtia quæ ante ſeruiebat peccato vicit nunquã peccando peccatum: & in eadem carne damnauit peccatum, vt oſtenderet voluntatem eſſe in crimine non naturã, quæ talis a deo facta eſt, vt poſſit non peccare ſi velit.

e *Vt iuſtificatio legis impleretur in nobis.*] Vt quod in illis repugnante carnali conſuetudine implere non potuit, in nobis ſaltem impleatur, qui exemplo Chriſti mortificabimus carnem.

f *Qui non ſecũdum carnem ambulamus, &c.*] Homo ex ſpiritu & carne conſtructus eſt. Quando ergo carnalia agit, totus caro dicitur: quando vero ſpiritualia, totus ſpiritus appellatur. Vnaquęque enim ſubſtãtia, cum eadẽ alteram in ſuã ditionẽ erigit, & vim quodãmodo propriã, & nomẽ amittit. nã ſingulæ cognata ſibi & vicina deſiderant.

g *Nam prudentia carnis &c.*] Notandum quia non caro mors, ſed prudentia. Eius autẽ mortẽ dicens, æternã pœnã ſignificat. Item ipſe alibi dicit: prudentiã humanã eſſe, D
malo vicẽ referre. Talis ergo prudẽtia mortẽ parit tranſgrediendo præceptum. Spiritus vero prudentiæ, in præſenti pacem habet, & non reddendo vicem & vitam in futuro. Prudentia vero a prouidendo eſt appellata.

h *Quoniam prudentia carnis inimica eſt deo &c.*] Non ipſa caro, vt Manichæi dicũt, ſed ſenſus carnalis inimicus eſt deo. Omne enim non ſubiectum, inimicum eſt: & quicunque ſe voluerit vindicare, etiam veteris legis nonnunquam modum excedit.

i *Nec enim poteſt.*] Impoſſibile dixit: vt vel ſic eos a carnis concupiſcentiis reuocaret.

k *Qui autẽ in carne ſunt.*] Hic probatur quia ſuperius non carnem, ſed opera accuſauerat carnis: quia quibus hoc dicitur, vtique in carne viuebant.

l *Deo placere non poſſunt.*] Fieri enim non poteſt vt carni E
deditus, aliquando nõ peccet.

m *Vos autem in carne &c.*] Hoc eſt in ſpiritualibus operibus occupati.

n *Si tamen ſpiritus &c.*] Hic oſtẽdit, quoniã ſpiritus ſanctus patris & filij ſit. Item in illo ſpiritus dei habitat, in quo eius apparent fructus, ſicut ait ad Galatas: Fructus autem ſpiritus eſt, charitas, gaudium &c.

o *Si quis autem ſpiritum Chriſti non habet &c.*] Spiritus Chriſti eſt humilitas & patientia, omniumque virtutum eſt: qui dilexit inimicos, & pro eis orauit.

p *Si autẽ Chriſtus in vobis eſt, corpus quidem mortuum eſt propter peccatũ.*] Si Chriſtum imitamini, carnalis ſenſus quaſi mortu⁹ nõ reſiſtit. Vnde & Dauid aiebat. Ego tãquã ſurdus nõ audiebã, & ſicut mutus non aperiẽs os ſuum &c. Pſal.37.c

q *Spiritus vero viuit propter iuſtificationem.*] Nunc ſpiritum noſtrum ſignificat, qui propter iuſtitiam ſuam vita appellatur, quaſi iuſtificãs corpus, beata illa æterna vita. Item, ſpiritus viuit vt iuſtitiam operetur. Non enim hoc ſolum quæritur, vt a carnalibus ceſſemus, ſed etiam vt ſpiritua- F
lia faciamus.

r *Quod ſi ſpiritus eius qui ſuſcitauit Ieſum a mortuis habitat in vobis, qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtũ a mortuis, viuificabit & mortalia corpora &c.*] Si tamen purificati vt in nobis ſpiritus ſanctus habitare dignetur, nõ patitur deus templum ſpiritus interire: ſed quomodo Ieſum a mortuis ſuſcitauit, ita & corpora veſtra reſtaurabit.

ſ *Ergo fratres debitores ſumus non carni vt ſecundum carnem viuamus.*] Hoc totum agit, vt oſtendat eis legem non eſſe neceſſariã, quæ carnalibus data eſt. Item, manifeſte nunc oſtendit, quia non de communi & naturali morte ſuperius fecerit mentionem, dicens.

t *Si enim ſecundum carnem vixeritis, moriemini.*] Significat autem mortem pœnæ æternæ. Non enim quia caro humana mala ſit, & ſpiritus bonus, laudat ſpiritum, & vituperat carnem: cum ipſe doceat, dicens. Et virgo cogitat quæ ſunt domini, vt ſit ſancta corpore & ſpiritu. Nouit enim & mentem accuſare, dicens. Homines corrupti 1.Cor.7.f
mente: hoc enim dicit, oſtendere volens maximam partem paſſionum deſideria humani corporis eſſe, quod cum cæteris irrationalibus animalibus commune habemus



A mus. Sicut enim cætera animalia de terra habent natiuitatem: ita & nos corpus. Anima autem noſtra ſpiritus eſt incorporeus & rationalis & immortalis. Si enim ſecundum carnem vixeritis, moriemini. Secundum rationem expoſitam: carnales homines iuſtitiam cuſtodire non poſſunt.

[a] autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. [b] Quicunque enim ſpiritu dei aguntur, hi ſunt filij dei. [c] Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum dei: in [d] quo clamamus, Abba Pater. Ipſe [e] enim ſpiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro, quod ſumus filij dei. Si [f] autem filij & hæredes, hæredes quidem dei, cohæredes autem Chriſti, ſi tamen [g] compatimur [h] vt glorificemur. [i] Exiſtimo enim quod non ſunt condignæ paſſiones huius temporis [k] ad futuram gloriã, quæ reuelabitur in nobis. [l] Nam expectatio creaturæ reuelationẽ filiorum dei expectat. [m] Vanitati enim creatura [n] ſubiecta eſt, [o] nõ volẽs, ſed propter eum qui ſubiecit eam in ſpe: quia & ipſa creatura liberabitur a ſeruitute corruptionis in libertatẽ gloriæ filiorũ dei. [p] Scim⁹ enim quod omnis creatura ingemiſcit, & parturit vſque adhuc. [q] Nõ ſolum autem illa, ſed & noſipſi primitias ſpiritus habentes, & ipſi intra nos gemimus adoptionẽ filiorum dei, [a] expectan-

a *Si autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.*] Spiritualibus actionibus, carnis opera ſubieceritis. Notandũ ſane opera carnis, non ſubſtantiam accuſare.

b *Quicunque autem ſpiritu dei aguntur, hi filij dei ſunt.*] Quicunque merẽtur ſancto ſpiritu gubernari, ſicut econtrario, qui peccant, ſpiritu diaboli agũtur, ab initio peccatore. Item, quicunque ſecundum doctrinam ſpiritus ſancti viuunt, ipſi ſunt qui ſpiritu dei aguntur.

c *Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum &c.*] Notandum eſt, quia Iudæi etſi filij dei erant, tamen cum eſſent
B ſub lege velut ſub pædagogo agentes, ſpiritum timoris habebant. Item Iudæi acceperunt ſpiritum, qui illos ad ſeruitutem cogeret per timorem. Timere enim ſeruorum eſt, diligere filiorum, ſicut ſcriptum eſt: Seruus dominum ſuum timebit, & filius diliget patrem ſuum. Illi ergo qui operari charitatis voluntate nolent, timoris neceſſitate cogantur. Nos vero omnia voluntarie operemur, vt filios nos omnes probemus non ſeruos timoris. Item vos Romani in adoptionem filiorum vocati eſtis, non ſicut Iudæi, qui ſubditi legis imperio, in ſeruitute tenebantur.

d *In quo clamamus abba pater.*] Qui vocat patrem, filium ſe eſſe profitetur. Debet ergo patri in moribus ſimilis inueniri, ne nomine quoque in vacuum vſurpato, maiori pœnæ ſubiaceat.

e *Ipſe enim ſpiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro, quod ſumus filij dei.*] Teſtimonium adoptionis eſt, quod habemus ſpiritum, per quem ita oramus. Tãtam enim arrham accipere non poterant niſi filij.

f *Si autem filij & hæredes: hæredes quidem dei &c.*] Qui meretur eſſe filius, meretur effici hæres patris & veri filij cohæres.

1.Ioan.3.d g *Si tamen compatimur.*] Si talia patimur cum neceſſe fue-
C rit, pro nomine eius, qualia pertulit ille pro nobis.

h *Vt & glorificemur.*] Sicut Ioãnes ait, Scimus quoniam cum apparuerit, ſimiles ei erimus.

i *Exiſtimo enim quod non ſunt condignæ paſſiones &c.*] Hic vult futuram gloriam commendare, vt præſentes preſſuras facilius toleremus. Et re vera nihil poſſet homo condignum pati gloriæ cæleſti, etiam ſi talis eſſet illa qualis modo eſt vita. Quicquid enim paſſus fuerit a morte, plus non eſt quam etiam peccatis ſuis antea merebatur. Nunc autem & peccata donantur: & tunc vita æterna præſtabitur, conſortium angelorum, ſplendor ſolis, & cætera, quæ ſanctis legimus repromiſſa.

k *Ad futuram gloriam quæ reuelabitur &c.*] Modo enim abſcondita eſt cum Chriſto in deo, & nondum apparuit quid erimus: quod dominus repromiſit ſanctis.

l *Nam expectatio creaturæ, reuelationem filiorum dei &c.*] Diuerſi hunc locum, diuerſis modis exponunt. Siue omnis creatura reſurrectionis tempus expectat: quia tũc in melius commutabitur, ſiue angelica, ſiue rationalis creatu-
1.Pet.1.b ra. Petrus enim dicit, etiam angelos gloriam deſiderare ſanctorum. Quidam etiam ſic dicunt, Adam & Euam D
eſſe creaturam, quos olim ſerpens a ſpe diuinitatis vanitati ſubiectos, corruptioni effecerit deſeruire, non ex ſemetipſis peccantes, ſed ſerpentis inſtigatione & conſilio. Et ipſi, inquiunt, liberabuntur, vt iam non corruptioni deſeruiant. Omnem autem creaturam dicunt eſſe, quicumque vſque ad aduentum Chriſti iuſti fuerunt, quia & ipſi nondum accipientes expectant, deo pro nobis aliquid melius prouidente. Non ſolum autem illi, ſed & nos ipſi in quibus completa ſunt, necdum tenemus, ſed in ſpe ſuſtinem⁹, quamuis quæ multi videre iuſti cupierunt, viderimus. Item dicens, Si tamen compatimur vt & glorificemur, & inſerens, Expectatio creaturæ, De rationali creatura ſermonem fecit, & ſicut exiſtimant de irrationali vel inſenſibili, quæ ad ſeruitutem hominum creata eſt, & poſt hæc peritura, quãdo ſol ob- E
ſcurabitur, & luna non dabit lumen ſuum, & ſtellæ cęli cadent ſuper terram, & tũc erit nouum cælum & noua tempora. Creatura autem Adam eſt & Eua, quæ adhuc expectat ſe a deo recipere adoptionem.

m *Vanitati enim creatura.*] Vanitas eſt omne quod quandoque finitur. Item vanitas eſt præuaricatio, cui ſubiecta Eua, non propria voluntate, ſed a ſerpente decepta ſpe illa, qua audierat, Et eritis quaſi dij, ſcientes bonum & ma-
lum. Seruitus autem eſt corruptionis quã audiuit Adam: Gen.3.d
Terra es, & in terram ibis. In reſurrectione recepturi ſunt incorruptionem filiorum dei.

n *Subiecta eſt.*] Si angeli hominibus miniſtrant.

o *Non volens, ſed propter eum qui ſubiecit eam in ſpe: quia & ipſa &c.*] Iam non ſeruiet eis qui dei imaginem corruperunt.

p *Scimus enim quod omnis creatura ingemiſcit & parturit vſque adhuc.*] Sicut gaudent angeli ſuper pænitentes, ita dolent ſuper conuerti nolentes. Item nunc communem creaturam nominat, poſt Adam & Euam, iuſtos qui fuerunt vſque ad tempus Chriſti, qui & ipſi Adæ & Euæ, qui dicuntur creatura ſimul congemiſcunt, recipere deſiderantes præmia virtutum, quæ dominus promiſit F
eis.

q *Non ſolum autem illa, ſed & noſipſi primitias ſpiritus habentes, & ipſi intra nos gemimus adoptionem filiorum dei.*] Non ſolum angeli qui benigniores nobis ſunt de huiuſmodi dolent, ſed etiam nos qui iam ſpiritum ſanctum habemus, de talibus ingemiſcimus, ſicut & Hieremias ingemiſcens
aiebat: Heu mihi anima quia periit a terra reuerens, & re- Hier.9.d
liqua. Item dicens, Non ſolum autem illa, ſed & noſipſi primitias ſpiritus habentes, manifeſte edocuit, quia non de irrationali vel inſenſibili creatura ſermonem fecerit, quæ non participat ſpiritum ſanctum, ſed de ſanctis dicit qui deo placuerunt naturali lege, ſimiliter & Moyſi: Diſcipuli autem Chriſti primitias dicuntur habere ſpiritus, id eſt prima & præclara chariſmata, per quæ ditauerunt omnem terram. Non enim tanta fuit gratia ante legẽ & in lege Moyſi. Et quod priores ſint diſcipuli Chriſti, Hebræis ſcribens docet: Sed & hi omnes teſtimonio fidei probati non acceperunt repromiſſionem deo pro nobis melius aliquid prouidente, & ne ſine nobis conſummarentur.

A a *Expectantes redemptionem corporis noſtri &c.* ] Nundum rem ipſam promiſſam percepimus, ſed ſperamus, ſicut ad Corinthios ait: Per fidem enim ambulamus, & non per ſpeciem. 1.Cor.5.b

b *Spes autem quæ videtur, non eſt ſpes &c.* ] Quod videtur, non ſperatur: ſed ſi proprium eſt, poſſidetur. Nulla enim ſpes in rebus viſibilibus eſt Chriſtianis. Non enim nobis præſentia promiſſa ſunt, ſed futura.

c *Si autem quod non videmus ſperamus, per patiẽtiam expectamus.* ] Ideo fides per patientiam grãdis eſt præmij: quia quod non videt, credit & quaſi iam acceperit, ita ſecura eſt de nondum acceptis: ſicut ait ad Hebræos: Patiẽtia vobis neceſſaria eſt, vt voluntatem dei facientes, reportetis repromiſſionem. Hebr.10.g Spes enim ſine patientia eſſe non nouit.

d *Similiter autem & ſpiritus adiuuat infirmitatem noſtram.* ] B Secundum hanc ſpem adiuuat, vt non terrena, ſed cæleſtia poſtulemus. Infirma enim eſt noſtra poſſibilitas, niſi doctrina ſancti ſpiritus adiuuetur.

e *Nam quid oremus ſicut oportet neſcimus.* ] Quia adhuc per ſpeculum videmus. Frequẽter obſunt, quę prodeſſe putamus, & ideo nobis poſtulata minime conceduntur prouiſione diuina, ſicut & ipſe alibi ait. Propter quod ter dominum rogaui, vt diſcederet a me, & reliqua. 2.Cor.12.c Aliter, Difficile orationis noſtræ deſiderium ſecundum quod corde cõcepimus, exprimere vix voce valemus: vnde ſubſecutus eſt.

[a] expectãtes redemptionem corporis noſtri. Spe enim ſalui facti ſumus. [b] Spes autem quæ videtur, non eſt ſpes. Nam quod videt quis, quid ſperat? Si [c] autem quod non videmus ſperamus, per patientiam expectamus. [d] Similiter autem & ſpiritus adiuuat infirmitatẽ noſtram. Nam [e] quid oremus ſicut oportet neſcimus, ſed ipſe ſpiritus [f] poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. [g] Qui autem ſcrutatur corda ſcit quid deſideret ſpiritus, [h] quia ſecundum deum poſtulat pro ſanctis. Scimus autem [i] quoniam diligentibus deum, omnia cooperantur in bonum his [k] qui ſecũdum propoſitũ vocati ſunt ſancti. Nam quos præſciuit, & [l] prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui, [m] vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. [n] Quos autem prædeſtinauit, hos & vocauit: & quos vocauit, hos & iuſtificauit: quos autem iuſtificauit, illos & magnificauit. [o] Quid ergo dicemus ad hæc? Si deus pro nobis, quis contra nos? [p] Qui etiam proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum, [q] quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? [r] Quis accuſabit aduerſus electos dei? Deus qui iuſtificat. Quis eſt qui condemnet? [ſ] Chriſtus Ieſus qui mortuus eſt, imo qui & reſurrexit, qui eſt ad dexterã dei, [t] qui etiam interpellat pro nobis. [u] Quis ergo nos ſeparabit a charitate Chriſti? tribulatio, an anguſtia, an fames, an nuditas, an periculũ, an perſecutio, an gladiꝰ? Sicut

f *Sed ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis &c.* ] Deꝰ ergo qui ſcrutatur corda, & ſi ſermone comprehendere non ſufficimus, nouit inquantum modo credere cupiamus. Scit tamen quia pro ſanctis rebus, non pro ſæcularibus poſtulamus ſecundum ipſius voluntatem.

g *Qui autẽ ſcrutatur corda, ſcit quid deſiderat ſpiritus.* ] Quaſi C ſummus ſacerdos.

h *Quia ſecundum deum poſtulat pro ſanctis.* ] Hic gratiam ſpiritus, ſpiritum nominauit: ſicut alibi dicit, Si orauero lingua, ſpiritus meus orat: & æmulatores eſtis ſpirituum. 1.Cor.14. Poſtulat autem, quia poſtulare nos facit gemitibus, qui enarrari nõ poſſunt: ſicut tẽtare nos dicitur deus vt ſciat, hoc eſt, vt ſcire nos faciat quales ſimus. Sed & hoc commune quod dominus fieri iubet, ipſe dicitur operari: vt ille ædificauit domum, aut ille codicẽ fecit, cum nec ipſe ſcripſerit, nec ille conſtruxerit. Item gratiam ſpiritus, nominat ſpiritum, qui docet nos pro nobis domino poſtulare, ſicut Eſaias dicit, Spiritus ſapientiæ & ſcientiæ & intellectus. Eſa.11.a Et Corinthiis ſcribẽs dicit, Sic & vos quoniam æmulatores eſtis ſpirituum, ad ædificationem eccleſiæ quærite vt abundetis. 1.Cor.14.c

i *Scimus autem quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonũ.* ] Omnia quæcunq; fecerimus, vel paſſi fuerimus propter dilectionẽ dei, omnia nobis ad mercedẽ creſcũt. Omnia enim quæcunque iuſtus fecerit, proſperabuntur.

k *His qui ſecundum propoſitum vocati ſunt ſancti. Nam quos præſciuit.* ] Secundum quod propoſuit ſola fide ſaluare quos præſciuerat crediturοs, & quos gratis vocauit ad ſalutem, multo magis glorificabit ad ſalutem, operantes. D

l *Et prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui.* ] Prædeſtinare idem eſt quod præſcire. Ergo quos præuidit conformes futuros in vita, voluit vt fierent conformes in gloria. Qui transformauit corpus humilitatis noſtræ, conforme corpori claritatis ſuæ.

m *Vt ſit ipſe primogenitus in fratribus.* ] Primogenitus ex mortuis in gloriã. Item hic ſecundum quod homo factus eſt, ſecundum gratiam quæ in eo erat filius dei, primogenitus interpellat pro nobis, non quaſi deus interpellat, ſed quaſi ſummus ſacerdos.

n *Quos autem prædeſtinauit &c.* ] Quos præſciuit crediturοs, hos vocauit. Vocatio autem volentes colligit, nõ inuitos. Aut certe diſcretio non in perſonis, ſed in tempore eſt. Hoc ideo dicit, propter fidei inimicos: ne fortuitam dei gratiam iudicarent. E Ergo vocãtur per prædicationem vt credant: credentes iuſtificentur per baptiſmum: glorificẽtur in virtutibus gratiarum.

o *Quid ergo dicemus ad hæc? Si deus pro nobis, quis cõtra nos?* ] Vult oſtendere quod nemo poſſit impedire eos qui diligentes deum, diliguntur a deo, quominus gloriã quæ promiſſa eſt, conſequantur: eo quod perfecta quæ in illis eſt charitas, omnem cauſam mortalis timoris foras expellat.

p *Qui etiam proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum.* ] Præmiſit tradit, vt tradentibus maneret libertas arbitrij: & nobis patientiæ monſtraretur exemplum. Quod dicit, pro omnibus, notandum quia nõ pro aliquantis.

q *Quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit?* ] Quid poteſt habere charius, quod nobis neget, qui filium non negauit? F

r *Quis accuſabit aduerſus electos dei &c.* ] Quos deus elegit credentes, ac ſignis & virtutibus iuſtos oſtendit, quis pro priſtinis audebit accuſare delictis, vel pro contemptu legalium mandatorum?

ſ *Chriſtus Ieſus qui mortuus eſt, imo qui & reſurrexit &c.* ] Secũdum aſſumpti hominis loquitur formam, qui mortuus eſt, & reſurrexit.

t *Qui etiam interpellat pro nobis.* ] Vt cum ipſo ſimus, vbi ipſe eſt. Solẽt plane Ariani ex interpellationis cauſa, mouere calumniã, dicentes, quod qui interpellatur interpellante ſit maior. Quibus reſpondendum eſt, deum obliuionẽ nõ pati, vt pro ipſis commoneatur ſemper quos ipſe elegit, ſed in hoc interpellare eum dicitur, dum ſemper patri hominem quem ſuſcepit, quaſi noſtrum pignus oſtẽdit, & offert vt verus pontifex & æternus.

u *Quis ergo nos ſeparabit a charitate Chriſti? Tribulatio, an anguſtia, an fames, an nuditas &c.* ] Poſt tanta & præclara beneficia vel promiſſa, quæ poterit tam grauis eſſe preſſura, quæ nos ab eius charitate diuellat, & dicendo omnes, docet tales eſſe debere, qui a Chriſto nec periculis debeant ſeparari. Tunc vero Iudæi volebant illos a Chriſto ita



A ita ſeparare, vt ad legis eos cuſtodiam reuocarent.

a *Quia propter te mortificamur tota die.* ] Non propter aliquod crimen, ſed propter te, qui dixiſti: Beati eritis cum perſequentur vos &c.

b *Æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis.* ] Hoc in nobis Chriſtianis maxime impletur, quibus non licet noſmetipſos defendere, ſed exemplo domini & magiſtri, qui ſicut ouis ad victimam ductus eſt, omnia illata patiẽtiſſime tolerare.

c *Sed in his omnibus ſuperamus &c.* ] Has omnes tribulationes pro nihilo ducimꝰ, propter eum qui nos tãtum dilexit, vt etiam moreretur pro nobis. Et quando pro eius nomine morimur, tunc maxime triumphamus: pręſertim cum leue ſit pro ſe pati, quod pro aliis Chriſtus dominus pati dignatus eſt.

d *Certus ſum enim, quia neque mors, neque vita &c.* ] B Pro certo confido, quia nec ſi mihi quis mortem minetur, nec ſi vitã promittat, nec ſi ſe angelum dicat a domino deſtinatum, nec ſi ſe angelorum principem mentiatur, nec ſi in præſenti honorem conferat, neque ſi polliceatur gloriam futurorũ, neque ſi virtutes operetur, nec ſi cælum promittat, & inferno deterreat, vel profunditatem ſciẽtia ſuadere conetur, vnquã nos poterit a Chriſti ſecernere charitate.

e *Neque creatura alia poterit nos ſeparare a charitate dei.* ] Omnem pene creaturã nominauit, & non fuit his cõtentus niſi addiderit, vt etiam ſi ſit alia creatura, nec ipſa valeat ſeparare.

Sicut ſcriptum eſt: [a] Quia propter te mortificamur tota die. [b] Æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis. [c] Sed in his omnibus ſuperamus, propter eum qui dilexit nos. [d] Certus ſum enim, quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque inſtantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neq; profundum, [e] neque creatura alia poterit nos ſeparare à charitate dei, [f] quæ eſt in Chriſto Ieſu domino noſtro.

## CAP. IX.

[g] VEritatem dico in Chriſto Ieſu: non mẽtior, teſtimonium mihi perhibente cõſcientia mea in ſpiritu ſancto: quoniam triſtitia mihi magna eſt, & continuus dolor cordi meo. [h] Optabam enim ego ipſe anathema eſſe a Chriſto pro fratribus meis, qui ſunt cognati mei ſecundum carnem, [i] qui ſunt Iſraelitæ: quorum adoptio eſt filiorum, & [k] gloria & teſtamentum & legiſlatio & [l] obſequium & promiſſa, [m] quorum patres [n] ex quibus eſt Chriſtus ſecũdum carnẽ, qui eſt ſuper omnia deus benedictus in ſæcula, amẽ. [o] Non autem quod exciderit verbum dei. [p] Non enim omnes qui ex circumciſione ſunt Iſrael, hi ſunt Iſraelitæ, neque qui ſemẽ ſunt Abrahę omnes filij: ſed in [q] Iſaac vocabitur tibi ſemen, id [r] eſt nõ qui filij carnis, hi filij dei, ſed qui ſunt promiſſionis, æſtimantur in ſemine. [ſ] Promiſſionis enim verbũ hoc eſt: Secundum [t] hoc tempus

f *Quæ eſt in Chriſto Ieſu domino noſtro.* ] Deum diligit in Chriſto, cuius dilectio conſiſtit in cuſtodia mãdatorum, ſicut ipſe ait: Si diligitis me, mandata mea ſeruate. Necnon imitationem amoris ſui in fraterna charitate conſtiC tuit, dicens, In hoc cognoſcent homines: quia mei diſcipuli eſtis, ſi dilexeritis inuicem. Et Ioannes ait, Si fratrem quem vides, non diligis, deum quem non vides, quomodo potes diligere? 1.Ioan.4.d

## CAP. IX.

g *VEritatem dico in Chriſto Ieſu: &c.* ] Contra Iudæos acturus, primum illis ſatisfacit: non ſe odij cauſa hæc dicere, ſed amoris, eo quod doleat illos non credere Chriſtum, ad quos primum ſaluandos aduenerat. Quod autem dicit, ſe in Chriſto dicere veritatem, oſtendit hominem baptizatum, qui per communicationem corporis & ſanguinis Chriſti in ipſo manet, & ipſe in illo, quicquid vel facit vel loquitur, in Chriſto eum loqui vel agere, cuius eſt membrum. Et quicquid ei illatum iniuriæ fuerit, Chriſto ſimiliter irrogari. Nam quod ait, Conſciẽtiam ſibi in hac parte teſtimonium perhibere, illum docet veritatem diſcere, cuius conſcientiam in omnibus atteſtatur. Nec eum mendacij reum interna accuſatione conſtituit. Item Apoſtolus ſe triſtem dicit valde pro fratribus ſuis ſecundum carnem, qui dicit nullum nos ſeparare a charitate Chriſti, ſciens ſe quando perſecutor erat & optabat ſe anathema eſſe a Chriſto, vocatum a Chriſto ſecundum eius miſericordiam, & volebat eos credere, & eandem miſericordiam promereri. D

h *Optabam enim ego ipſe anathema eſſe a Chriſto &c.* ] Optabam aliquando cum perſequerer Chriſtum, non modo optarem, ſciebam quod ipſorum eſſent hæc omnia. Sed poſtquam cognoui veritatem, dereliqui eos quos taliter diligebam, & ipſi nondum conuertuntur.

i *Qui ſunt Iſraelitæ, quorum adoptio eſt filiorum.* ] De ipſis enim dicebar, Filiꝰ meus primogenitus Iſrael. Exod.4.f

k *Et gloria & teſtamentum et legiſlatio.* ] Veteris latio, & noui promiſſio.

l *Et obſequium & promiſſa.* ] Hoc eſt miniſterium angelorum vel prophetarum.

m *Quorum patres.* ] Abrahã, Iſaac, & Iacob.

n *Ex quibus eſt Chriſtus ſecundum carnem: qui eſt ſuper omnia deus benedictus &c.* ] Contra Manichæum, Photinum, & Arium, quia & ex Iudæis eſt ſecundum carnem, & deus benedictus in ſæcula, ſicut & Thomas adorat & dicit, E Deꝰ meus, deus meꝰ. Ioan.20.g Quod ille confirmat, dicens, Quia vidiſti, ideo credidiſti.

o *Non autem quod exciderit verbum dei.* ] Licet Apoſtolus doleat Iudæos excidiſſe a promiſſionis gratia, oſtendit tamen non inane fuiſſe verbum dei, & his promiſſa deberi, non qui ſecundum carnem ex Abrahã Iſaac & Iſrael nati ſunt: ſed qui ſeruãtes fidem patriarcharum, de quorum ſemine putantur. Item quia ſuperius dixerat dolere ſe, quod genus Iſrael proprio vitio excluderetur a regno, quorum hæc omnia fuerunt. Hic oſtendit illos qui non credunt, non eſſe filios Abrahæ: ne omnibus Iudæis præiudicare putaretur, & obijceretur ei, Nũquid deus mentitus eſt Abrahæ?

p *Non enim omnes qui ex circumciſione &c.* ] Si non omnes, tamẽ aliquanti, & ſi non omnes Iſraelitæ Iſrael ſunt, ſunt ergo ex gentibus aliquanti, in quibus non eſt dolus.

q *Sed in Iſaac &c.* ] In ſolo Iſaac vocati ſunt, etiam tunc filij Abrahæ, non etiam in Iſmael, cum & ipſe ex eius ſtirpe deſcenderet. Item ſemen Iſaac non iſti qui ſecundum carnem nati ſunt, ſed hi qui ſecundum ſpiritum ſunt, hoc F eſt, ſecundum fidem Iſaac. Qui enim talis, huius promiſſio eſt & adoptio filiorum. Habebat enim primogenitũ Eſau: & non eſt a deo dilectus, niſi Iſrael.

r *Id eſt non qui filij carnis, hi filij dei, ſed qui filij &c.* ] Iſmael enim ſecundum carnalem vſum natus eſt ex ancilla: Iſaac vero ſuper naturam de ſenibus ex repromiſſione dei eſt generatus. Ita nunc Chriſtianos promiſſio facit filios Abrahæ, quam meruit fides, vt ſcilicet pater ſit gẽtium plurimarum.

ſ *Promiſſionis enim verbum hoc eſt.* ] Hic oſtendit poſteriorem populum more Iſaac eſſe repromiſſionis.

t *Secundum hoc tempus veniam, & erit Saræ filius.* ] Antequam naſceremini, imo priuſquam Rebecca Eſau & Iacob vtero ſuo funderet, in Iacob dilexi vos: in Eſau Idumæum odio habui. Quẽ locum Paulus apoſtolus myſtica diſputatione euẽtilans, ſcriptum eſt ad Romanos: duo pariter teſtimonia de Geneſi Malachiaque cõiungit. Sed & Rebecca de vno concubitu habens Iſaac patrem no-

A ſtrum. Nam cum nõdum nati eſſent, aut aliquid egiſſent boni vel mali, vt ſecundum electionem, propoſitum dei maneret, non ex operibus, ſed ex vocatione dictum eſt ei, Quia maior ſeruiet minori: Sicut ſcriptum eſt, Iacob dilexi, Eſau autem odio habui. Hoc enim quod dicitur, Sicut ſcriptum eſt, & ad Geneſeos librum, & ad prophetam Malachiam refertur. Et non ſolum ait: Iacob dilexi antequam naſceretur: & odio habui Eſau, priuſquam ex matris vtero funderetur, ſed in poſteros eorum amorem meum & odiũ cõſeruaui. Odium in Eſau, cuius mõtes qui appellantur Seir, redegi in ſolitudinẽ, & vrbes feci eſſe deſertas & a ſerpentibus ac beſtiis obtineri. *Gen 25.c* *Malac.1.a*

a *Non ſolum autem illa, ſed & Rebecca.*] Non ſolum autem Iſmael & Iſaac, qui quamuis ex vno quidem patre, diuerſa tamen matre ſunt generati: nõ ſunt vnum apud deũ, ſed etiam Iacob & Eſau, qui B ex vno ſunt de Rebecca nati concubitu antequam naſcerentur, fidei ſunt apud deum merito ſeparati, vt propoſitum dei de eligẽdis bonis & refutandis malis, etiam in præſenti maneret. Ita ergo & nunc quos præſciuit de gentibus credituros, elegit, & ex Iſrael reiecit incredulos.

b *Ex vno concubitu habens Iſaac patrem noſtrum.*] Quæ legitur primo geminos ędidiſſe, in eo quaſi nouum aliquid acceſſerit, perterrita deum interrogat.

c *Cum enim nondum nati fuiſſent &c.*] Siue vt hoc ſignificaret, quod modo etiam de geminis qui non credit, abiicietur.

d *Non ex operibus, ſed ex vocatione dictum eſt ei.*] Præſcientia dei non præiudicat peccatores, ſi cõuerti voluerint. Dicit enim per Ezechielem. Si dixero peccatori, morte morieris, & ille conuerſus iuſtitiam fecerit: vita viuet, & non morietur. *Ezech.18.f*

e *Quia maior ſeruiet minori.*] In Geneſeos libro dictum eſt. Duæ gentes & duo populi in vtero tuo: & populus populum ſuperabit, & maior ſeruiet minori. Ergo prophetia non de his eſt, qui ſecundum carnem ſunt Iacob & Eſau, ſed de his qui futuri erant ex operibus boni & mali: & ex ipſis operibus aut odium dei habere, aut miſericordiam eius conſequi. *Gen.25.*

f *Sicut ſcriptum eſt. Iacob dilexi, Eſau autem odio habui.*] Hoc C autem quod dicitur, ſicut ſcriptum eſt, & ad Geneſeos librum, & ad prophetam Malachiam pertinet. In Geneſeos libro ad Rebeccam dicitur, Duæ gentes & duo populi in vtero tuo. Vnde bene oſtendit Apoſtolus promiſſiones non eſſe eorum, qui ſecundum carnem filij ſunt Abrahæ, ſed eorum qui fidem patrum ſeruant atque cuſtodiunt. *Malach.1*

g *Quid ergo dicemus? Nunquid iniquitas apud deum? Abſit.*] Timuit ne quod ipſe propterea dixerat, vt probaret apud deum prærogatiuam generis nil valere, ſiue iam tunc ſignificatum poſteriorem populum meliorem futurum, non intelligentes, putarent eum dicere, quod alios deus bonos faceret, alios malos, ſecundum ipſorum ſententiam, quod erat iniquorum punire, qui non ſua ſponte peccaſſent, proponit ſibi ex aduerſo teſtimonia, quibus ipſi hoc affirmare ſolebant. Quibus exemplis per breues ſubiectiones reſpondet, oſtendens ita intelligi non poſſe.

h *Moyſi enim dicit: Miſerebor cui miſereor, & miſericordiam præſtabo.*] Hoc recto ſenſu ita intelligitur: Illius miſerebor quem præſciui poſſe miſericordiam promereri, vt

pus veniam, & erit Saræ filius. [a] Non ſolum autem illa, ſed & Rebecca [b] ex vno concubitu habens Iſaac patris noſtri. [c] Cum enim nondũ nati fuiſſent, aut aliquid boni egiſſent aut mali: vt ſecundum electionem propoſitum dei maneret, [d] non ex operibus, ſed ex vocante dictum eſt ei, [e] Quia maior ſeruiet minori, [f] ſicut ſcriptum eſt. Iacob dilexi: Eſau autem odio habui. [g] Quid ergo dicemus? Nunquid iniquitas apud deum? Abſit. [h] Moyſi enim dixit: Miſerebor cui miſertus ſum: & miſericordiam præſtabo [i] cui miſerebor. [k] Igitur non volentis, neque currentis, ſed miſerentis ẽſt dei. Dicit enim [l] ſcriptura Pharaoni. Quia in hoc ipſum excitaui te, vt oſtendã in te virtutẽ meã: & vt annuntietur nomẽ meũ in vniuerſa terra. [m] Ergo cuius vult, miſeretur: & quẽ vult, indurat. Dicis [n] itaque mihi. Quid adhuc quæritur?

iam tunc illius ſim miſertus. D

i *Cui miſerebor.*] Econtrario Iudæi ſermo eſt, igitur non volentis, neque currentis: Et iterum, Ergo cuius vult, miſeretur: & quem vult, indurat. Non enim apoſtolus tollit quod in propria voluntate habemus, qui ſuperius dicit, Ignoras: quia bonitas dei te ad pænitentiam adducit? Et iterũ Timotheo ſcribit: In magna autem domo, non ſolum ſunt vaſa aurea & argentea, ſed & lignea & fictilia. Et quædam quidem in honorem, quædã in contumeliam. Si quis autẽ mũdauerit ſe ab his, erit vas in honorem ſanctificatum. *2.Tim.2.c*

k *Igitur non volentis, neque currentis, ſed miſerentis eſt dei.*] Hoc loco Paulus apoſtolus vſque ad illum locum: Quid enim adhuc quæritur? Voluntati enim eius quis reſiſtere poterit? perſonam de contrario aſſumit, venientis & dicentis, non eſſe in nobis, aut recte, aut malum agere: ſed in dei arbitrio cõſtitutum, qui cuius vult, miſeretur: & quem vult, indurat. Homo tu quis es qui contradicas deo? Nunquid dicit figmentum ei qui ſe finxit, quid me feciſti ſic? Nunc Apoſtolus contradicentem ſibi ſuperius increpat, oſtendens hoc ipſum quod dicit: Cui vult miſeretur: & quem vult, indurat: Et quid adhuc quæritur? Voluntati enim eius quis reſiſtere poterit? Ex hoc igitur demonſtrat, eum eſſe proprij arbitrij vel voluntatis, quod ſi vt ipſi econtrario veniens dicit, Cuius vult, miſeretur deus; & quem vult, indurat, nihil differt, quod figulus tractat in manibus, quod fingendi ex ſe vas aliquid contradicere non poteſt, quid ex eo vult efficere. Hic autem in eo in quo contradicit, quæritur de dei voluntate, oſtendit liberi eſſe arbitrij, qui audet de dei iudicio retractare. Item ſi non eſt volentis, neque currentis, vt quidam putant: quare ipſe currit, dicens. Curſum conſummaui. Et alios vt currerent, adhortatus eſt dicens, Sic currite, vt omnes comprehendatis. Vnde intelligitur, quia hic interrogantis voce vtitur, & redarguentis potius, quam negantis. E

l *Dicit enim ſcriptura Pharaoni. Quia in hoc ipſum excitaui te, vt oſtendam in te virtutem meam: & vt annuntietur &c.*] Hoc & illi male proponunt. Sed hic locus duobus modis a diuerſis exponitur. Siue quod vnuſquiſque modum & finem peccatorum ſuorum implet vt puniatur, ſicut Sodomitæ & Amorræi. Hic ergo iam modum exceſſerat, & idcirco voluit deus quaſi de iam perituro aliis prouidere, vt populus eius agnoſceret iuſtitiam ipſius atque virtutem; vt nec peccarent, nec ſuos aduerſarios vererentur. Tale eſt hoc quod in Pharaone geſtum eſt: quale ſi medicus de cruciatu iam damnati rei multis inueniat ſanitatem, cauſas inquirẽdo morborum. Vel ſi iudex cum poſſit criminoſum ſtatim punire, ad omniũ timorem diuerſis pœnis afficiat. Siue dei patientia induratus eſt. Ceſſante enim plaga dei durior fiebat: & quamuis ſciret eum non conuerti, tamen etiam in ipſo ſuam clementiam voluit demonſtrare. F

m *Ergo cuius vult, miſeretur: & quem vult, indurat.*] Ergo ſi hoc ſic intelligitur. Cuius vult, miſeretur: & quem vult, indurat; quod ſatis iniquum eſt: & ita propoſitio veſtra concluditur, vt dicatis malitiæ veſtræ, non vos eſſe cauſam, ſed domini voluntatem, cui contradici non poſſit, ſed reſiſtit hic rationi veſtræ ipſa natura iuſtitiæ dei.

n *Dicis itaque mihi. Quid adhuc quæritur &c.*] Apoſtolus contra aduerſarios dicit. Dicis itaque mihi. Quid adhuc quæritur?



A quæritur? Et iterum infert, confirmans hoc quod dixerat; homo tanto magis vere quæritur, & iuſte ex verbis tuis. Nemo enim propriam non habens voluntatem, dicere poteſt de deo: quid adhuc quæritur. Vnde recte arguens eius imprudentiam, dicit. Tu quis es qui reſpondeas deo? Qui enim a deo induratus eſt, ſicut tu dicis, contradicere ſuo creatori non poteſt, quaſi non habens propriam voluntatem, ſicut & lutum inſenſibilis materia fictori ſuo reſpondere non poteſt: quia in poteſtate figuli poſitum eſt.

a *O homo, tu quis es, qui reſpondeas deo &c.*] Quibuſdam videtur & hoc adhuc ex ipſorum perſona dicere: quia ipſum eſt dicere, neminem poſſe contradicere voluntati dei alterius miſerentis, alterum indurantis, & addere neminem deo reſpondere. B Quidã vero dicũt iam hinc Apoſtolũ reſpondere, quod etiam ſi ita eſſet, vt illi calũniantur, non debere eos ſuo reſpondere factori: eo quod tales ſimus ad comparationem dei, quale ad ſuum eſt luti artificem figmentum. In Græco habet, μενοῦνγε ὦ ἄνθρωπε quod eſt, o homo tanto magis.

b *An non habet poteſtatem figuli luti ex eadem maſſa facere aliud quidem vas in honorem &c.*] Secundũ hos qui hæc verba Apoſtoli dicunt, maſſam dicit omnes in Aegypto commorantes: quia & Iſrael ibi idolis deſeruierat.

c *Quod ſi deus volens oſtendere iram, & notam facere potentiam &c.*] Quia illum diu ſuſtinuit blaſphemantem, & populum ſuum variis operibus affligentem. Præterea, quam innoxiam ætatem paruulorum crudeliter iuſſerat enecare. Item competens reſponſum: quia patientia & eius bonitas facit eos qui propriam C habet voluntatem viuendi, ſiue vaſa iræ, ſiue miſericordiæ.

d *Vaſa iræ apta in interitum.*] Implendo peccata ſua, vaſa iræ digna ſunt facti, & a ſemetipſis ad interitũ præparata.

e *Vt oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ &c.*] Digni erant miſericordia: quia & minora commiſerant, & grauiter fuerant afflicti.

f *Quos & vocauit, non ſolum ex Iudæis, ſed etiam ex gentibus.*] Quia & tunc aliquanti Aegyptiorum exierant cum filiis Iſrael, quod ſi deus perſonã acciperet, ſolus Iſrael debuit habere ſalutem. Ita & nunc non ſolum Iudæos, ſed etiam gentes vocauit ad fidem. Secundũ eos autem qui hæc nõ ex Apoſtoli, ſed ex Iudæorum perſona dici putant. Intantum, inquiunt, quos voluit, ſaluauit; vt etiam gentes elegerit idololatras, qui nunquam ſeruierãt deo, & ex Iſrael paucos vocaret, ſecundum teſtimonium Eſaiæ.

g *Sicut in Oſee dicit.*] Non populum, duas tribus dicit; & non miſericordiam conſecutam, decem tribus.

h *Vocabo non plebem meam, plebem meam.*] Hoc loco Iudam ſignificat.

i *Et non dilectam, dilectam: & non miſericordiam conſecutam, miſericordiam conſecutam.*] Iſraeliticum populum.

k *Et erit in loco vbi dictum eſt eis, non plebs mea vos.*] Gentes

quæritur? Volũtati enim eius quis reſiſtit? [a] O homo, tu quis es, qui reſpondeas deo? Nunquid dicit figmẽtum ei qui ſe finxit, quid me feciſti ſic? [b] An non habet poteſtatem figulus luti ex eadem maſſa facere aliud quidem vas in honorem, aliud vero in cõtumeliã? [c] Quod ſi deus volens oſtendere iram, & notam facere potentiam ſuam ſuſtinuit in multa patientia [d] vaſa iræ apta in interitum, [e] vt oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ, quæ præparauit in gloriã: [f] Quos & vocauit, non ſolum ex Iudæis, ſed etiam ex gentibus; [g] ſicut in Oſee dicit. [h] Vocabo non plebem meam, plebem meã: [i] & non dilectam, dilectam: & non miſericordiam conſecutam, miſericordiam conſecutam. [k] Et erit in loco vbi dictum eſt eis. Non plebs mea vos; [l] ibi vocabuntur filij dei viui. [m] Eſaias autem clamat pro Iſrael. [n] Si fuerit numerus filiorum Iſrael tanquam arena maris, reliquiæ ſaluæ fient. [o] Verbum enim conſummans & abbreuians in æquitate: quia verbum breuiatum faciet dominus ſuper terram. [p] Et ſicut prædixit Eſaias. Niſi dominus [q] ſabaoth reliquiſſet nobis ſemen, ſicut Sodoma facti eſſemus, & ſicut Gomorra ſimiles fuiſſemus. [r] Quid ergo dicemus, quod gentes, quæ non ſectabãtur iuſtitiã, apprehenderũt iuſtitiã? [ſ] Iuſtitiã autẽ quæ ex fide eſt. [t] Iſrael vero ſectando legẽ iuſtitię, in legẽ iuſtitiæ nõ peruenit. Quare? quia nõ ex fide, ſed quaſi ex operibus. [u] Offenderũt enim in lapidẽ offenſionis, ſicut ſcriptum

demonſtrat in Chriſto credituras, ſicut in euangelio per parabolam loquitur nuptiali cœna facta, cum Iſrael venire voluiſſet, & pro ipſo gentes vocantur. D

l *Ibi vocabuntur filij dei viui.*] Vocationem gentium ſignificat.

m *Eſaias autem clamat pro Iſrael.*] Communicatio pro ipſis eſſe monſtratur.

n *Si fuerit numerus filiorum &c.*] Paucitatem eorũ credituram eſſe demonſtrat.

o *Verbum enim conſummans & abbreuians in æquitate, quia verbum breuiatum faciet dominus ſuper terram.*] Hiſtoriæ hoc habet ſenſus. Sicut ego verbum abbreuio, & cito definio; ita deus hoc omni velocitate perficiet. In prophetia autem verbum breuiatum, nouum teſtamentum accipitur: quia in eo breuiter comprehenſa ſunt omnia & clauſa.

p *Et ſicut prædixit Eſaias.*] Bene prædixit, quia ſuperius ſcriptum eſt. E

q *Niſi dominus Sabaoth reliquiſſet nobis ſemen &c.*] Quia non eſt paſſus paucos iuſtos perire cum multitudine impiorum in fide, niſi ſemen Abraham Chriſtus fuiſſet miſſus ad populum liberandum qui corruiſſet.

r *Quid ergo dicemus; quod gentes quæ non ſectabantur iuſtitiam, apprehẽderunt iuſtitiam?*] Si ſuperiora ex perſona Apoſtoli dicuntur, hic ſibi iterum proponit: quia poterant dicere, ſi non eſt ita vt dicimus: quia non eſt volentis neque currentis, quomodo gentes inuenerunt iuſtitiam, quam nunquam antea quæſierunt: Iſrael vero quærens ſemper iuſtitiam, non potuit inuenire? Si vero totus ſuperior ſenſus contradicentibus applicatur; hic reſpondet Apoſtolus, & breuiter recapitulat quæſtionem, dicens. Quid ergo dicemus ad ea, quæ nobis obiecta ſunt; niſi quia gentes vocatæ crediderunt, & illi credere noluerunt? F

ſ *Iuſtitiam autem quæ ex fide eſt.*] Quia iuſtitia ex fide eſt, cui illi credere noluerunt.

t *Iſrael vero ſectando legem iuſtitiæ, in legem iuſtitiæ non peruenit. Quare? quia non ex fide, ſed quaſi ex operibus legis.*] Reddit cauſas, quare non inuenerint iuſtitiam: quia falſo in operibus gloriati, credere noluerunt, quaſi iuſtitiam gratiam reputantes dicens. Quoniam populus Iudæorum ex operibus legis iuſtificari ſe putans in legem iuſtitiæ, id eſt ad fidem Chriſti dedignando non potuit peruenire.

v *Offenderunt enim in lapidem offenſionis &c.*] Qui videt lapidem, non offendit: qui autẽ cæcus eſt, impingit: quod contigit Iudæis, quos ſua malitia excæcauit, & Chriſtum non agnoſcentes crucifixerũt. Sed & idcirco lapis offenſionis & petra ſcandali, prædictus eſt Chriſtus: quia multi in natiuitate eius & paſſione ſcandalum patiuntur, ſicut ſcriptum eſt. Quia ſcandalizabantur in eo. Et apoſtolus ait. Chriſtum crucifixum, Iudæis ſcandalum, gentibus ſtultitiam: ipſis vero vocatis, Chriſtum dei virtutem & dei ſapientiam. Vnde & hic ſequitur. Qui credit in eo, non confundetur. Petrus quoque dicit, quod credenti- *Matth.24.a* *1.Cor.1.d* *1.Pet.2.a*

A bus lapis electus ſit angularis, incredulis vero offenſionis.

a *Et omnis qui crediderit in eum, non confundetur.*] Non Iudæus ſolus, ſed omnes credentes in eo non confundentur de priſtinis delictis.

*&c.*] Ille quidem ſecundum hiſtoriam de lege hoc dixit, D ſed Apoſtolus illud ad Chriſtum aptat: quia lex nec in cælo fuit, nec in abyſſo. Siue ideo illud ſemper iubet lex meditari, vt ibi Chriſtum valent inuenire.

ptum eſt. Ecce pono in Sion lapidem offenſionis,& petram ſcandali,& [a] omnis qui credit in eum,non confundetur.

## Cap. X.

[b] FRatres, Voluntas quidem cordis mei, & obſecratio ad deum fit pro illis in ſalutem. [c] Teſtimonium enim perhibeo illis, quod æmulationem quidem dei habent, ſed non ſecundum ſcientiam. [d] Ignorantes enim iuſtitiam dei, & ſuam quærentes ſtatuere, iuſtitiæ dei non ſunt ſubiecti. Finis [e] enim legis, Chriſtus ad iuſtitiam omni credenti. [f] Moyſes enim ſcripſit. Quoniam iuſtitiam quæ ex lege eſt, [g] qui fecerit homo viuet in ea. [h] Quę autem ex fide eſt iuſtitia, ſic dicit. Ne dixeris in corde tuo, [i] quis aſcendet in cælum, id eſt Chriſtum deducere; aut quis deſcendet in abyſſum:hoc eſt Chriſtum a mortuis reuocare. Sed [k] quid dicit ſcriptura? Prope eſt verbũ in ore tuo:& in corde tuo,hoc eſt verbum fidei quod prædicamus, [l] quia ſi confitearis in ore tuo dominum Ieſum, & in corde tuo credideris, quod deus illum ſuſcitauit a mortuis, [m] ſaluus eris. [n] Corde enim creditur ad iuſtitiam ore autem confeſſio fit ad ſalutem. Dicit [o] enim ſcriptura. Omnis qui credit in illum, [p] non confundetur. Non [q] enim eſt diſtinctio Iudæi & Græci. Nam idem dominus omnium,diues in omnes qui inuocant illum. Omnis [r] enim quicumque inuocauerit nomen domini, ſaluus erit. Quomodo ergo inuocabunt in quẽ non crediderunt? [ſ] Aut quomodo credent ei,quem non audierunt? Quomodo autem audient ſine prædicante: Quomodo vero prædicabunt,niſi mittantur, [t] ſicut ſcriptum eſt. Quam ſpecioſi pedes euãgelizantium pacem,euangelizantiũ bona? [u] Sed non omnes obediunt euangelio. Eſaias [x] enim dicit. Dñe,quis credidit auditui noſtro? [y] Ergo

Cap. X.

b *FRatres; Voluntas quidem cordis mei, & obſecratio ad deum ſit pro illis in ſalutem.*] Hic ſe oſtendit non ſolis labiis, ſed & corde pro inimicis orare.

c *Teſtimonium enim perhibeo illis, quod æmulationem quidem dei habent,ſed non ſecundũ ſcientiam.*] Habent ſcientiam ſectandæ legis,ſed non intelligunt, quia Chriſtus ſecundum legem venit. Et quia per legem iuſtificari nõ poſſunt,periclitantur reuera, ſi ſine ſcientia fiat, quia ſæpe vertitur in contraria.

B d *Ignorantes enim iuſtitiam dei, & ſuam quærentes ſtatuere, iuſtitiæ dei non ſunt ſubiecti.*] Ignorantes quod deus ex ſola fide iuſtificat, & iuſtos ſe ex legis operibus, quam non cuſtodierunt eſſe putãtes, noluerunt ſe remiſſioni ſubiicere peccatorum, ne peccatores fuiſſe viderentur,ſicut ſcriptum eſt. Phariſæi autem ſpernentes conſilium dei in ſemetipſis, noluerunt baptizari baptiſmo Ioannis. Item, quia ſacrificia legis, & cætera quæ vmbra erant veritatis, quæ per Chriſtum perfici habebant, præſentia Chriſti ceſſauerunt,cui credere noluerunt: Bene dicit Apoſtolus, iuſtitiam ſuam,quia iam non dei eſt,ſed ipſorum.

e *Finis enim legis, Chriſtus ad iuſtitiam omni credenti.*] Talis eſt ille qui Chriſtum credidit, die qua C credidit, qualis ille qui vniuerſam legem impleuit.

Leuit.18.a f *Moyſes enim ſcripſit: quoniam iuſtitiam quæ ex lege eſt.*] Moyſes diſtinxit in Leuitico inter vtramque iuſtitiam, fidei ſcilicet,atque factorum,quod altera operibus, altera ſola fidei credulitate accendente fiat. Item. Apoſtolus oſtendere volens differentiam iuſtitiæ legis,ac fidei,teſtem vocat Moyſen. Item,docentem de iuſtitia legis, qui fecerit homo,viuet in ea. De iuſtitia autẽ fidei; Ne dicas,inquit, in corde tuo, quis aſcendet in cælum, hoc eſt,ne dubites credere mandato, quod futurum eſt annuntiare Chriſtum,qui venturus eſt dare tibi iuſtitiam ex fide.

g *Qui fecerit homo viuet in ea.*] Nemo enim illorum viuit: quia in hoc tempore nemo perfecit legem ſine Chriſto: quia & hoc legis eſt, vt ipſi credatur. Quidam ex hoc loco putant, Iudæos præſentem tantum vitam ex legis operibus meruiſſe,quod verum non eſſe,domini verba declarant: qui de vita interrogatus æterna, mandata legis Matth.29.c opponit, dicens. Si vis in vitam venire, ſerua mandata. Vnde intelligimus, quod qui ſuo tempore legem ſeruauit,vitam habuit æternam.

h *Quæ autem ex fide eſt iuſtitia, ſic dicit. Ne dixeris in corde*

i *Quis aſcendet in cælum, id eſt, Chriſtum deducere, aut quis deſcendet &c.*] Quia Chriſtus deus & homo eſt, in eo quod deus verbum; qui cum in forma dei erat, ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens, factus eſt homo. Propterea dicit. Quis aſcendet in cælum, hoc eſt Chriſtum deducere. Deducere dicitur ſecundum formam dei, reducere autem ex mortuis ſecundum formam ſerui.

k *Sed quid dicit ſcriptura. Prope eſt verbum in ore tuo: & in corde tuo, hoc eſt verbum fidei quod prædicamus.*] In Deuteronomio. Nouum ſcilicet teſtamentum. Deut.30.e E

l *Quia ſi confitearis in ore tuo dominum Ieſum, & in corde tuo credideris, quod deus illum ſuſcitauit a mortuis.*] Teſtimonium cordis, eſt oris confeſſio.

m *Saluus eris.*] A delictis præteritis cum futuris.

n *Corde enim creditur ad iuſtitiam: ore autem confeſſio fit ad ſalutem.*] Ergo ſi fides ſufficit ad iuſtitiam, & confeſſio ad ſalutem,inter Iudæum & gentilem credentes nulla diſcretio eſt.

o *Dicit enim ſcriptura. Omnis qui credit in illum.*] In Eſaia. Non ſolum Iudæus. Eſa.53.a

p *Non confundetur.*] Nolite ergo vos illos confundere de priſtinis actibus, quos ſcriptura dicit confundi nõ poſſe.

q *Non enim eſt diſtinctio Iudæi & Græci. Nam idem dominus omnium, diues in omnes qui inuocant illum.*] Vnus dominus omnium, & abundans F miſericordia & ſalute,habet vnde largitur.

r *Omnis enim quicunque inuocauerit &c.*] In Iohele. De gentibus obiectio Iudæorum, quod deum inuocare non poſſunt. Iohel.2.g

ſ *Aut quomodo credent ei,quem non audierunt? Quomodo autem audient ſine prædicante? Quomodo vero prædicabunt, niſi mittantur.*] Quia nunquam ad illos prophetæ ſunt miſſi.

t *Sicut ſcriptum eſt. Quam ſpecioſi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona.*] Iſtorum pedes pulchri ſunt, qui pacem annuntiant: illorum autem qui annuntiant ſæculi curſum,turpes ſunt atque deformes.

v *Sed non omnes obediunt euangelio.*] Ergo ſi nec illi omnes obaudierunt,ad quos iuſti ſunt miſſi; quanto minus iſti, ad quos nemo eſt deſtinatus?

x *Eſaias enim dicit. Domine, quis credidit auditui noſtro?*] Quis credit quod auditum a nobis, vel quod nos a te, vt aliis annuntiaremus,audiuimus.

y *Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Chriſti.*] Hic reſponſio Apoſtoli.

a Sed



go fides ex auditu:auditus autem per verbum Chriſti. [a] Sed dico, Nunquid non audierunt? Et quidem, In [b] omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. [c] Sed dico: Nunquid Iſrael non cognouit? Primus [d] Moyſes dixit. [e] Ego ad æmulationem vos adducam in non gentem:in gentem inſipientem,in iram vos mittam. [f] Eſaias autem audit & dicit. Inuentus ſum a non quærentibus me:palam [g] apparui his qui me non interrogabant. Ad Iſrael [h] autem dicit. [i] Tota die expandi [k] manus meas ad populum non credentem,ſed contradicentem mihi.

## Cap. XI.

[l] DIco ergo. Nunquid deus repulit populum ſuum. Abſit? [m] Nam & ego Iſraelita ſum [n] ex ſemine Abraham, de tribu Beniamin. [o] Non repulit deus plebem ſuam quá præſciuit. An [p] neſcitis in Elia quid dicit ſcriptura; [q] quemadmodum interpellat deum aduerſum Iſrael? Domine, [r] prophetas tuos occiderunt,altaria tua ſuffoderunt; & ego relictus ſum ſolus, & quærunt animam meam. [ſ] Sed quid dicit illi diuinũ reſponſum? Reliqui millia ſeptem mihi virorũ, [t] qui non curuauerunt genua ante Baal. Sic [u] ergo & in hoc tempore [x] reliquiæ ſecundum electionem gratiæ dei ſaluæ factæ ſunt. Si [y] autẽ gratia, iã nõ ex operibus; [z] alioquin gratia iam nõ eſt gratia. [a] Quid ergo? Quod quærebat Iſrael, hoc nõ eſt conſecutus. [b] Electio autẽ cõſecuta eſt, [c] cęteri vero excæcati ſunt,ſicut ſcriptũ [d] eſt. Dedit illis deus ſpiritũ compunctionis; oculos vt non videát:& aures vt non audiant, vſque in [e] hodiernũ diẽ. Et Dauid dixit. Fiat menſa

A a *Sed dico. Nunquid non audierunt? Et quidem.*] Etiam ante illos audiſſe confirmat.

b *In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.*] Vult hoc teſtimonium per Allegoriam,vocibus intelligi prophetarum.

c *Sed dico. Nunquid Iſrael non cognouit?*] Gentes eſſe vocandas ad fidem.

d *Primus Moyſes dicit.*] Ideo primus Moyſes, quia omnes pene prophetæ poſtea de gentium ſalute dixerunt.

e *Ego ad æmulationem vos adducam in non gentem, in gentem inſipientem, in iram vos mittam.*] In cantico Deuteronomij. Antequam crediderint deum, non erant gentes dei. Quaſi ergo dicat: eos qui non ſunt gens mea, vocabo,& credent mihi ad veſtram irritationem, vt quibus maiores debuiſtis eſſe, B gaudeatis æquare: ſicut ſi quis habeat filium inobedientem,& ad corrigendum eum, dimidium patrimonij ſui det ſeruo ſuo, vt tandem ille conuerſus gaudeat,vel ſi tantum accipere mereatur. Siue non eramus gens: quia mortui eramus in peccatis. Deut.32.c

f *Eſaias autem audit & dicit, Inuentus ſum a non quærentibus me.*] Gentibus quæ non deum in lege, ſed in idolo ignoranti requirebant.

g *Palam apparui eis qui me non interrogabant.*] Non deũ, ſed dæmonia interrogabant per augures & aruſpices idolorum atque aſtrologos.

h *Ad Iſrael autem dicit.*] Ipſe quia talia gentibus iræ promiſit Iudæis ecce qualia comminatur, vt ſciatis vtrũque prædictum.

C i *Tota die expandi.*] Toto tempore mirabilia vel plagas oſtendit;& nec ſic credere voluerunt.

k *Manus meas ad populum non credentem &c.*] Extenſio manuum,allegorice ſignat crucem.

Cap. XI.

l *DIco ergo, Nunquid repulit deus populum ſuum? Abſit.*] Quia ſatis illos humiliauerat, modo quaſi bonus doctor conſolatur eos, ne illos nimium exacerbare videretur. Non omnes ait repulit, nec ſemper, niſi quamdiu non credunt.

m *Nam & ego Iſraelita ſum.*] Si omnes repuliſſet,me non ſuſcepiſſet.

n *Ex ſemine Abraham de tribu Beniamin.*] Non ex ſemine proſelytorum.

o *Non repulit deus plebem ſuam quam præſciuit.*] Illam plebem non repulit,quam præſciuit eſſe credituram.

p *An neſcitis in Elia quid dicit ſcriptura.*] In Regum libro, vbi ſcriptum eſt de Elia.

q *Quemadmodum interpellat deum aduerſus Iſrael.*] Gentibus ſuperbiam tollit, ne glorientur quod ex Iudæis pauciſſimi crediderunt,& ipſi ſoli remanſerunt deo.

r *Domine prophetas tuos occiderunt &c.*] Omnes prophetæ illa tantummodo ſciebant,quæ illis fuiſſent a domino reuelata. Vnde & rex Hieremiam dubie interrogat, ſi in ea D hora qua cum illo loquebatur, apud eum ſermo domini haberetur. Sed & Eliſeus dicit. Quomodo hæc dominus 4.Reg.4.c abſcondit a me? Ita ergo & Elias hoc loco, præter ſe, eſſe alios qui deum colerent,ignorauit.

ſ *Sed quid dicit illi diuinum reſponſum &c.*] Si prophetam tanti latuerunt, quanto magis vos neſcitis, quam multi Iudæorum & ſaluati ſunt,& ſaluandi.

t *Qui non curuauerunt genua ante Baal.*] Non ſolum immolando, idolis ſeruitur,ſed etiam delinquendo. Si enim deus factis negatur, vtique & dæmones honorantur.

v *Sic ergo & in hoc tempore.*] Sicut ergo tunc non omnes perierunt, ita & nunc aliquanti ſaluantur.

x *Reliquiæ ſecundum electionem gratiæ dei ſaluæ factæ ſunt.*] Electio gratiæ,fides eſt,ſicut E opera electio legis. Cæterum quæ electio, vbi nulla diuerſitas meritorum?

y *Si autem gratia iam non ex operibus.*] Ne dicerent illi, de quibus Eliæ dicitur. Iuſti erant, iſti vero peccatores, quo modo electi ſunt,ſubiecit: quia & ipſi gratis ſaluati ſunt,ſicut & gentes.

z *Alioquin gratia iam non eſt gratia.*] Quia gratuitum munus appellatur.

a *Quid ergo? Quod quærebat Iſrael, hoc non eſt conſecutus.*] Ideo Iſrael totus non eſt cõſecutus iuſtitiam: quia eam non ex fide quærebat,ſed ex ſolis operibus legis ſe iuſtificari putabat, cum maxime legis mandata contemneret. Vnde a Saluatore arguũtur; Matth.25.c Culicem liquantes,& camelum glutientes. Item propterea hoc dicit, quia Iudæorum erant promiſſiones, per quas venturus erat F Chriſtus ſaluare eos a ſuis peccatis:ſed quia venit, & non crediderunt,ideo dicit, Iſrael non conſecutus.

b *Electio autem conſecuta eſt.*] Qui per fidem electi ſunt.

c *Cæteri vero &c.*] Cæteri per infidelitatem excæcati ſunt, ſicut ſcriptum eſt. Niſi credideritis, non intelligetis.

d *Sicut ſcriptum eſt. Dedit illis deus &c.*] In Eſaia. Ante hominem vita & mors,quod placuerit ei, dabitur illi, ne libertas ſcilicet tollatur arbitrij. Dei ergo dare, permittere eſt. Spiritum autem compunctionis,quem deſiderabant. Semper enim verbis dei fuerunt increduli: nam ſi voluiſſent habere ſpiritum fidei accepiſſent. Sed & nunc Chriſtiani qui de reſurrectione dubitant,& præmio ac gehenna,ſimilem ſibi ſpiritum quæſierunt. Hoc enim loco propheta de infidelibus loquitur. Diuina ſcriptura hoc habet, cum vnuſquiſque habeat libertatem faciendi bonum vel malum, deum dicat tradere aut dare: propterea quia ipſe eſt qui dedit libertatem. Hæc enim facit eius patientia, quia non ſtatim peccantibus infert vindictam, nec bonis præmia. Eſa.7.b

e *Vſque in hodiernum diem.*] Vſquequo conuertantur; ſicut de velamine cordis,ad Corinthios dicit.

menſa [a] eorum coram ipſis in laqueum,& in captionem,& in ſcandalum, & in retributionem illis. Obſcurētur oculi eorum ne videāt, & dorſum eorum ſemper incurua. [b] Dico ergo, Nunquid ſic offenderunt vt [c] caderent? Abſit. [d] Sed illorum delictum, ſalus eſt gentibus,vt illos æmulentur. Quod ſi delictum [e] illorum diuitiæ ſunt mundi, & diminutio eorū diuitiæ gentium,quanto magis plenitudo eorum? [f] Vobis enim dico gentibus, [g] quandiu quidem ego ſum gentiū Apoſtolus, miniſterium meum honorificabo, ſi [h] quo modo ad æmulandum prouocem carnē meam,& [i] ſaluos faciam aliquos ex illis. Si [k] enim amiſſio eorum reconciliatio eſt mundi, [l] quæ aſſumptio, niſi vita ex mortuis?[m] Quod ſi delibatio ſancta eſt,& maſſa. Et ſi [n] radix ſancta, & rami. Quod ſi [o] aliqui ex ramis fracti ſunt, [p] tu autem cum oleaſter eſſes,inſertus es in illis,& [q] ſocius radicis & pinguedinis, oliuæ factus es, [r] noli gloriari aduerſus ramos. quod ſi gloriaris,non tu radicē portas,ſed radix te. Dicis [ſ] ergo. Fracti ſunt rami, vt ego inſerar. Bene propter incredulitatē fracti ſunt. Tu autē fide [t] ſtas, [u] Noli altū ſapere,ſed time. Si ēm [x] deus naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat. [y] Vide ergo bonitatem, & ſeueritatem dei. In [z] eos quidem qui ceciderunt, ſeueritatem:in te autem bonitatē dei,ſi [a] permanſeris in bonitate: [b] alioquin & tu excideris. Sed & illi ſi non permanſerint in incredulitate,inſerentur. [c] Potens eſt enim deus iterum inſerere illos. Nam & ſi tu ex naturali excíſus

A a *Et Dauid dicit. Fiat menſa eorum coram ipſis &c. & dorſum illorum ſemper incurua.*] Aliter, ſemper incurua onera peccatorum, vt non dimittantur niſi crediderint,quia in paſſione Chriſti beati ſunt, paſcha comedentes. Hoc enim de illis prophetatur, qui ſaluatorem aceto & felle potarunt,& tamen ipſis dicit Petrus, Et nunc ſcio quia per ignorantiam feciſtis hoc:pænitemini ergo,& baptizetur vnuſquiſque veſtrum. Et ipſe Paulus poſt modicum ait. Et illi ſi non permanſerint in incredulitate,inſerentur; vt ſciamus quia ſpiritus compunctionis facultatem illis non abſtulit conuertendi. Denique ſtatim ipſe ſoluit in ſequentibus verbis. Item ſacerdotes cum arbitrantur, quod ſi Chriſtum interfecerint, haberent ſemper menſam ſacrificiorum & decimarum, facta eſt illis in laqueum. Perdiderunt enim templum in quo vanam ſpem habuerunt, & nunc ſunt inter gentes maledicti.

*Pſal. 68. — Act. 3.c — Rom. 11.c*

B b *Dico ergo. Nunquid ſic offenderunt.*] Modo iterum partem releuat Iudæorum.

c *Vt caderent. Abſit.*] Non penitus & irremediabiliter ceciderunt.

d *Sed illorum delictum ſalus eſt gentibus &c.*] Vſque adeo illos dilexit, vt propter ſalutem illorum gentes vocarentur, quo eas videntes ad regnum dei admitti, vel ſic facilius conuerterentur. Item, quia diſpenſatio dei ita fuit, vt per mortem Chriſti, omne genus humanum ſaluaretur, ſicut ipſe dominus dicit. Cum exaltatus fuero, omnia ad me traham,ideo dicit. Sed illorum delictum ſalus gentium:dicens autem. Vt illos æmulentur, oſtendit, quia niſi gentes Chriſto crediſſent, reliquiæ illorum nunquam ſaluatæ fuiſſent.

*Ioan. 12.c*

C e *Quod ſi delictum &c.*] Si delictum eorum tantum vobis profuit,vt ſine operibus legis, vos illis faceret cohærere, & ſi pauci eorum credentes,omnes vos ad ſalutem vocarunt:quanto magis ſi omnes crediderunt, prodeſſe poterant vobis per doctrinam?

f *Vobis enim dico gentibus.*] Vult oſtendere ad Iudæorum ſalutem magnopere feſtinare.

g *Quamdiu quidem ego ſum gentium Apoſtolus &c.*] Quandiu fuero in corpore conſtitutus, honorificabo miniſterium noſtrum,dum exemplo meo, plures eorum ſaluare contendo.

h *Si quomodo ad æmulandum prouocem &c.*] Vt omni modo talem me exhibeam,vt me deſiderent imitari.

i *Et ſaluos faciam aliquos ex illis.*] Vel aliquantos,quia nolunt omnes.

k *Si enim amiſſio &c.*] Repetit quod dixerat ſuperius.

l *Quæ aſſumptio,niſi vita ex mortuis?*] Vnde gētibus aſſumptio, niſi ex illorum viuerent morte? Ex Iudæis mortuis Chriſtus vel apoſtoli vita fuerunt gentibus. Siue ſi quos inde liberauero, ad veſtram proficient vitam. Item hoc dicit; quoniam ſicut gentes per fidem aſſumptæ ſunt, ita etiam Iudæi ſi crediderint, ex mortuis ad vitam tranſibunt.

m *Quod ſi delibatio ſancta eſt, & maſſa.*] Si illi qui pauci ex eis crediderunt ſancti ſunt, & omnes ſi credant. Hic primitias,Chriſtum dicit:maſſam autem populum Hebræorum,a quibus Chriſtus ſecundum carnem eſt. D

n *Et ſi radix ſancta,& rami.*] Radix, patriarchæ, rami, Apoſtoli, hoc eſt & primi & nouiſſimi ſancti ex ipſis ſunt. Item, hoc loco radicem, Abrahā ſignificat,quoniam propter fidem, pater multarum gētium vocatur. Ramos vero poſteros eius, fidem ſimiliter retinentes.

o *Quod ſi aliqui ex ramis fracti ſunt.*] Non propter te fracti ſunt, ſed propter illos tu inſertus es, quia illi fracti ſunt.

p *Tu autem cum oleaſter &c.*] Olea quidem,ſed inculta atque ſilueſtris. Item hoc loco contra naturam gētilem populum inſitum dicit in radice,hoceſt,in fide patriarcharum, & non ſecundum naturam arborum quaſi inſertum, proprij generis fructū ferre, ſed bonitatem radicis ſequi,in quam inſertus es. E

q *Et ſocius radicis & pinguedinis oliuæ factus es.*] Radicis patrum, pinguedinis Chriſti.

r *Noli gloriari aduerſus ramos &c.*] Noli de illorum perditione gaudere, alioquin audies quod non illi per te ſtant,ſed tu per illos. Nec tu illis vitam præſtas, ſed illi tibi.

ſ *Dicis ergo, Fracti ſunt rami, vt ego inſerar. Bene propter incredulitatem fracti ſunt.*] Tu dicis ideo illos fractos, vt tu inſeraris, Videamus,ſi propterea,& non magis propter incredulitatem ſuam ceciderunt.

t *Tu autem fide ſta.*] Non enim deus perſonam tuam acciperet,& illos ſine cauſa proiiceret.

v *Noli altum ſapere,ſed time.*] Quidam hunc locum non intelligentes, nec attendentes cauſam vel perſonas, de qua,& de quibus loquitur Apoſtolus, putant hic ſapientiam eſſe prohibitam. Quod ſi ita eſt,ſecundum illos, inuenietur ſibiipſe contrarius: qui hic vetat, quod alibi, vt Epheſij & cæteri accipiant, magnis ſupplicationibus ad dominum deprecatur. Noli ergo altum ſapere, hoc eſt, noli contra eos eſſe ſuperbus. F

x *Si enim deus naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat.*] Si illis non pepercit propter incredulitatem, qui ex radice ſancta ſunt,multo minus tibi,ſi peccaueris.

y *Vide ergo bonitatem, & ſeueritatem dei.*] Contra eos qui alium deum iuſtum,alium aſſerunt bonum. Et contra eos qui negant deum in peccantibus vindicare.

z *In eos quidem qui ceciderunt ſeueritatem, in te autem bonitatem dei.*] Quia & illi iuſte fracti ſunt, & tu clementer inſertus es.

a *Si permanſeris in bonitate.*] In fide quæ tibi dei bonitate collata eſt.

b *Alioquin & tu excideris, ſed & illi ſi non permanſerint in incredulitate,inſerentur.*] Sin vero,& tu ſeueritatem ſenties, & illi bonitatem.

c *Potens eſt enim deus iterum inſerere.*] Apud homines quidem impoſſibile eſt aridos ſurculos reformare, apud deum



ciſus [a] es oleaſtro,& [b] contra naturam inſertus es in bonam oliuam: quanto magis hi qui ſecundum naturā inſerentur ſuæ oliuæ? [c] Nolo enim vos ignorare fratres [d] myſteriū hoc, vt non ſitis [e] vobiſmetipſis ſapientes: [f] quia cæcitas ex parte contigit Iſrael, donec [g] plenitudo gentium intraret, & ſic omnis Iſrael ſaluus fieret. [h] Sicut ſcriptum eſt, Veniet ex Sion qui eripiat,& auertat impietatem ab Iacob. Et [i] hoc illis a me teſtamētum cum abſtulero peccata eorum. Secundum [k] euangelium quidem inimici propter vos, ſecundum [l] electionem autem chariſſimi propter patres.[m] Sine pænitentia enim ſunt dona & vocatio dei. [n] Sicut enim aliquando & vos non crediditis deo: [o] nunc autem miſericordiam conſecuti eſtis propter incredulitatem illorum: [p] ita & iſti nunc non crediderunt in veſtram miſericordiam, [q] vt & ipſi miſericordiam conſequātur. Concluſit enim deus omnia in incredulitate,vt [r] omnium miſereatur. O [ſ] altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ dei: quam [t] incomprehenſibilia ſunt iudicia eius,& ininueſtigabiles viæ eius. [u] Quis enim cognouit ſenſum domini,aut [x] quis cōſiliarius eius fuit,aut [y] quis prior dedit illi, & retribuetur ei? [z] Quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia. Ipſi [a] honor & gloria in ſæcula ſæcula ſæculorum. Amen.

## Cap. XII.

OBſecro [b] itaque vos fratres [c] per miſericordiam

A deum omnia poſſibilia & facilia ſunt.

a *Nam & ſi tu ex naturali exciſus es oleaſtro.*] Quia iam olim patres eorum naturalem legem obliti, degenerauerant a natura; & per ſucceſſiones peccandi, conſuetudine permanente, quaſi naturaliter amari, & infructuoſi eſſe cœperunt. Item hoc loco contra naturam gentilem populum inſitum dicit in radice, hoceſt, in fide patriarcharum,& non ſecundum naturam arborum quaſi inſertū, proprij generis fructum ferre, ſed bonitatem radicis ſequi,in quam inſertus eſt.

b *Et contra naturam inſertus es in bonam oliuam, quanto magis hi qui ſecundū naturā inſerentur ſuæ oliuæ?*] Contra naturam eſt oliuæ inſerere oleaſtrum: quia magis ramus ſolet vim radicis imitari,quam radix ramorum in ſuam vertere qualitatem.

B c *Nolo enim vos ignorare fratres.*] Hoc totum contra illos,ne ſuperbiant gentes.

d *Myſterium hoc.*] Arcanū quod hominibus ignotum eſt, quare ſaluatæ ſunt gentes: quia occaſionem eis ſalutis etiam cæcitas præſtiterit Iſrael.

e *Vt non ſitis vobiſmetipſis ſapientes.*] Ne ſecundum humanam ſapientiam dicatis. Nos deus elegit, & illos abiecit.

f *Quia cæcitas ex parte contigit in Iſrael.*] Intantum Iſrael & delicta & perfidia occuparunt,vt veniret tempus,quo gentes omnes admitterentur ad vitam:& ita omnis Iſrael per fidem ſolam ſaluaretur, quomodo gentium plenitudo vita æquales eſſent in Chriſto, quia inæquales fuerant in delictis.

g *Donec plenitudo gentium intraret, & ſic omnis Iſrael ſaluus fieret.*] Tamdiu permanſit, donec gentes ſaluatæ viderēt, quod omnes vocati ſunt ad ſalutem, ſiue ex Iuda & Iſrael,& lege ſcilicet. Item hoc oſtendit quoniam intrante in fidem Chriſti gentium ſupplemento, tunc zelo & æmulatione permoti,reliqui populi Iudæorum, credentes in Chriſto ſalui fiant. Præponit autem interdum Apoſtolus gentes,populo Hebræorum in fide, ea ratione: quoniam etiam ſi aliquanti ex illis Chriſto crediderant, tamē legis Moſaicę adhuc præcepta ſeruabant. Vnde & ipſi poſtea exemplo gentium, Chriſtianam fidem integre cuſtodire cœperunt. Non enim pro multitudine, plenitudinē dicit, ſed quia repleti ſunt a domino noſtro ſicut & ipſe ait Paulus de credentibus. Et ipſum dedit caput ſuper omnem eccleſiam,quæ eſt corpus ipſius, plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimplet. C

h *Sicut ſcriptum eſt,Veniet &c.*] Quidam hæc omnia futura exiſtimant. Quibus reſpondendū eſt:Ergo & hoc teſtimonium,Veniet ex Sion qui eripiat Iſrael, adhuc futurum eſt,vt rurſum Chriſtus adueniat liberare,& a deo pro tempore excæcati ſunt, & non ſemetipſis quid de illis, quomodo pereunt,non credentes.

i *Et hoc illis &c.*] Teſtamentum nouum quod promiſit Hieremias, quod non niſi noui abolitis peccatis accipiēt.

*Hier. 31.*

k *Secundum euangelium &c.*] Inimici mihi ſunt, propter quæ vobis prædico, Chriſtum prohibentes non gentibus loqui vt ſaluæ fiant.

l *Secundum electionem autem chariſſimi &c.*] Si autem credant,chariſſimi ſunt dupliciter commendati. D

m *Sine pænitentia enim ſunt dona & vocatio dei.*] Si crediderint, non illis poterunt imputari peccata:quia dominum non pænitet Abrahæ ſemen promiſiſſe. Siue illi ſine afflictione pænitentiæ ſi crediderint,ſaluabuntur.

n *Sicut enim aliquando & vos non crediditis deo.*] Quando adhuc illi credebant.

o *Nunc autem miſericordiam &c.*] Non veſtro merito.

p *Ita & iſti nunc non crediderunt in &c.*] Miſericordia gentium,Chriſtus eſt.

q *Vt & ipſi miſericordiā &c.*] Intantum non crediderunt, vt & ipſi operibus ſuis non iuſtificentur, ſed miſericordia,ſicut & vos.

q *Concluſit enim deus &c.*] Non vi concluſit, ſed ratione concluſit, quos inuenit in incredulitate,hoc eſt, Iudæos omnes & gentes hic concluſit: quia antea Iudæi peccatores tantum erant, non etiā perfidi: poſtquam autem Chriſtum non crediderunt,gentibus ſunt æquales: & omnes ſimiliter miſericordiam conſequuntur. E

r *Vt omnium miſereatur.*] Hac de cauſa.

ſ *O altitudo diuiarum ſapientiæ &c.*] Laudat ſapientiam dei: qui tandiu expectauit ſecundum præſcientiam, donec omnes miſericordia indigerent: vt omnibus de falſa iactātia operum gloria tolleretur.

t *Quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius.*] Iudicia dei abyſſus multa. Aliqui enim comprehendere non poſſunt. *Pſal. 35.*

v *Quis enim cognouit ſenſum domini?*] Ante nemo cognouit: nam in præſenti ipſe Paulus vtique ſciebat, qui aliis oſtendebat. Nos autem ſenſum domini habemus. Siue legem ipſius per ſe nemo cognouit: & nemo peculiari deo confabulatione inſtructus, doctrina non indiget legis. F

x *Aut quis conſiliarius eius fuit?*] Vt eius nouerit ſacramēta.

y *Aut quis prior &c.*] Quis prior fecit aliquid boni, & non dei miſericordiam glorificet, ſed ſuo ſe merito recepiſſe glorietur.

z *Quoniam ex ipſo &c.*] Ab ipſo omnis creatura accepit initium, & per ipſum regitur, & in ipſo omnia concluduntur,nec ipſe continetur ab vllo.

a *Ipſi honor & gloria &c.*] Ipſe ſolus glorificandus eſt,cuius eſt etiam quod ſumus & viuimus,ac mouemur. Simul etiam contra Arianos facit hic locus, cum dicitur, Deus id eſſe,ex quo omnia,& per quem omnia facta eſſe monſtrantur: ſiquidem omnia per verbum in principio facta, euangeliſta ſignauit. Et quod de filio euangeliſta teſtatur, hoc Apoſtolus per vnitatis myſterium, de patre intelligendum edocet credendum.

Cap. XII.

b *OBſecro itaque vos fratres.*] Quia de ſenſu domini dixerat: modo dicit quales ſe exhibere debeant, vt ſenſum domini habere mereantur. Hucuſque de dogmatibus dicit: hinc iam moralia docet.

c *Per miſericordiam dei.*] Qua magis nihil eſt, per

cordiam dei, vt [a] exhibeatis corpora veſtra [b] hoſtiam viuentem, ſanctam, [c] deo placentem, [d] rationabile obſequiũ veſtrum. Et [e] nolite conformari huic ſæculo, ſed reformamini in nouitate ſenſus veſtri: vt probetis quæ ſit voluntas dei [f] bona, & beneplacens, & perfecta. [g] Dico enim per gratiã quæ data eſt mihi [h] omnibus qui ſunt inter vos: non [i] plus ſapere quam oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem: & vnicuique [k] ſicut deus diuiſit menſuram [l] fidei. Sicut [m] enim in vno corpore multa membra habemus: omnia autem membra non eundem actum habent, ita multi vnum corpus ſumus in Chriſto: ſinguli [n] autem alter alterius membra: habentes [o] autem donationes ſecundum gratiam, quæ data eſt nobis differentes. Siue [p] prophetiam ſecundum rationem fidei: ſiue [q] miniſterium in miniſtrando: [r] ſiue qui docet in doctrina. Qui exhortatur in exhortãdo: [ſ] qui tribuit in ſimplicitate: [t] qui præeſt in ſollicitudine: [u] qui miſeretur in hilaritate. Dilectio [x] ſine ſimulatione. Odientes malum, adhærentes bono. [y] Charitatem fraternitatis inuicem diligentes, [z] honore inuicem præuenientes. [a] Sollicitudine non pigri, [b] ſpiritu feruentes, domino [c] ſeruientes. [d] Spe gaudentes, in [e] tribulatione patientes, orationi [f] inſtantes: neceſſitatibus [g] ſanctorum communicãtes: [h] hoſpitalitatem ſectantes. [i] Benedicite perſequentibus vos. Benedicite, & nolite maledicere. [a] Gau-

A quam liberati ſumus.

a *Vt exhibeatis corpora veſtra.*] Quãto magis animam, non animalium, ſicut in lege, quæ tamẽ licet in figura fuerint, immaculata offerebantur & viua.

b *Hoſtiam viuentem, ſanctam.*] Hoc eſt, caſtam & alienam ab omni morte peccati.

c *Deo placentem.*] Domino, non hominibus tantũ placete, ſiue talis ei placet hoſtia.

d *Rationabile obſequium veſtrum.*] Omne opus bonum tunc placet deo, ſi rationabiliter fiat. Nam mercede priuatur, vtputa, ſi quis hominum cauſa ieiunat, bonũ obſequium inſipiẽter facit: ita & de omnibus adiacentibus ſentiendum eſt.

e *Et nolite conformari &c.*] Nolite ſimiles eſſe filiis mũdi, quia facti eſtis filij dei: ſed renouate ſenſum veſtrum, B per quem regitur corpus, & omnia membra diriguntur, vt etiam corporis actus noui fiant, quo poſſitis voluntatem dei & ſenſum eius agnoſcere. Hæc enim nõ niſi nouo ſenſui reuelantur.

f *Bona, & bene &c.*] Hoc eſt, quod bonũ ſit & melius, & optimum.

g *Dico enim per gratiam &c.*] Prohibet vſum humanæ ſapientiæ quæ præter legẽ eſt: non ſenſu proprio loqui ſe dicit, ſed auctoritate gratiæ dei.

h *Omnibus qui ſunt &c.*] Qui ſunt ſacerdotes ſiue doctores, quorum cæteri ſequuntur exemplum.

i *Non plus ſapere, quam oportet ſapere ad ſobrietatem: & vnicuique.*] C Plus vult ſapere, qui illa ſcrutatur, quæ lex non dicit. Vnde & Salomon ait.
Eccl.3.e Altiora te ne quæſieris: & maiora te ne ſcruteris: : ſed quæ præcepit tibi deus, illa cogita ſemper.

k *Et vnicuique ſicut &c.*] Notandum quod deum dicat
1.Cor.12.b ſpiritum ſanctum, quomodo ad Corinthios ait, dona diuidere ſingulis prout vult.

l *Menſuram fidei.*] Menſura fidei, virtutis intelligenda eſt gratia, quam non niſi fideles accipiunt.

m *Sicut enim in &c.*] Per comparationem corporis, eos ad concordiam cohortatur, ne vel hinc moueantur, quia dona accepere diuerſa: non enim poterant omnia habere ſinguli, ne ſuperbirent nullius egẽtes: nec omnes eadem, vt corporis Chriſti ſimilitudo in nobis monſtretur. Item quod dicit in vno corpore multa membra, propter diuerſitatem officiorum dicit. Non enim poteſt oculus audire, nec auris videre, & ſic cætera intelligenda.

n *Singuli autem alter alterius membra.*] Vt præſtãdo alterutrum quod habemus, magis ac magis charitas in nobis confirmetur.

o *Habentes autem donationes ſecundum gratiam, quæ data eſt nobis differentes.*] Donum non ex noſtro, ſed ex donantis arbitrio pendet. Et omnibus quidem credentibus gloria promittitur in futuro; ſed qui tam mundum cor habuerit, vt hoc mereatur, gratiam virtutum accipit etiam in præſenti.

p *Siue prophetiam ſecundum rationem fidei.*] Fidei, non legis: ſiue quia fides illa meretur. Vnuſquiſque enim tantum accipit, quantum credit. Item ſecundum fidem quæ vnicuique à deo data eſt atque conceſſa. D

q *Siue miniſterium in miniſtrando.*] Miniſterium ſacerdotalis, vel diaconatus officij.

r *Siue qui docet in doctrina, quia exhortatur &c.*] Qui docet, maior eſt eo qui exhortatur. Exhortari enim pro viribus ſuis poſſunt, etiã minus periti. Notandum ſanè, quod tertio tantum poſuerit: ſiue quòd quare fecerit, ſpiritualis debet lector agnoſcere.

ſ *Qui tribuit in ſimplicitate.*] Omnibus ſimpliciter largitur, cunctos credẽs bonos eſſe, & indigere quæ petunt.

t *Qui præeſt in ſollicitudine.*] Qui præeſt eccleſiæ vel fratribus, debet eſſe ſollicitus.

u *Qui miſeretur in hilaritate.*] Maxime circa ægrotos miſericordiam exhibendo. Siue miſericordiæ titulus generalis eſt, qui circa omnes E placido exhibendus eſt animo. Hilarem enim datorem diligit deus, & triſtem ſine dubio odit: quia melius eſt verbum bonum ſuper datũ optimum. 1.Cor.9.b

x *Dilectio ſine ſimulatione &c.*] Tota puritas debet eſſe in Chriſtianis, ſicut deus pura lux eſt. Fingere enim ſeruorum eſt. Et diligamus non lingua tãtum, ſed opere & veritate. Ita etiã ſi neceſſe fuerit, pro inuicẽ moriamur.

y *Charitatem fraternitatis inuicem diligentes.*] Ita vos diligite, quaſi ex vna matre generati.

z *Honore inuicem præuenientes.*) Hoc ſi ſemper ſeruaremus, & charitatem & patiẽtiam teneremus: ſicut alibi F ait. Alter alterutrum maiorem æſtimantes. Si enim nos omnibus minores iudicaremus, nec vltro alicui iniuriam faceremus: nec illatam nobis grauiter deputaremus.

a *Sollicitudine non pigri.*] Ne per ſollicitudinẽ ſæculi, pigri in dei opere efficiamini & inertes.

b *Spiritu feruentes.*] Quia frigidos dominus non amat, & in tepidis nauſeat. Tunc planè ſpiritu feruemus ſi ſæculo frigidi ſumus.

c *Domino ſeruientes.*] Non ſæculo: neque vitio, ſed deo.

d *Spe gaudentes.*] Spe non præſenti. Spes enim quæ videtur, non eſt ſpes.

e *In tribulatione patientes.*] Propter gaudium ſpei futuræ, omnia ſuſtinere: ſicut ait: Omnes gaudium exiſtimate.

f *Orationi inſtantes.*] Inſtantia orationis nobis præſtat auxilium in aduerſis. Iacob.1.a

g *Neceſſitatibus ſanctorum communicantes.*] Miniſtrate eis qui propter Chriſtum, ſua omnia contemnentes, alienis ad tempus indigent miniſteriis. Quidam codices habent, Memoriis ſanctorum communicantes: quod ita intelligitur, quòd meminerit, in qualibus ſancti, vel quibus operibus promeruerint deum, vt participes eorũ fiant imitantes ſemper. Denique ſequitur.

h *Hoſpitalitatem ſectantes.*] Quia & hoc ſancti fecerunt: ſicut Abraham, ſicut Lot, qui etiam inuitos hoſpites detinebant: de qua dicitur. Per hanc enim quidam deo placuerunt angelis hoſpitio receptis.

i *Benedicite perſequentibus &c.*] Ne putaremus vtrunque nos facere debere. Ait enim & beatus Petrus. Neq; male- 1.Petr.3.b



[a] Gaudere cum gaudentibus: flere cum flentibus. Idipſum [b] inuicem ſentientes. [c] Non alta ſapientes, ſed humilibus conſentientes. [d] Nolite eſſe prudentes apud voſmetipſos. [e] Nulli malum pro malo reddentes, [f] prouidentes bona: non tantum coram deo, ſed etiam coram omnibus hominibus. Si [g] fieri poteſt quod ex vobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habẽtes. [h] Non voſmetipſos defendentes chariſſimi, ſed date locum iræ. [i] Scriptum eſt enim. Mihi vindictam, & [k] ego retribuam: dicit dominus. Sed & ſi eſurit [l] inimicus tuus, ciba illum: ſi ſitit, potum da illi. [m] Hoc enim faciens, carbones ignis congeres ſuper caput eius. [n] Noli vinci a malo, ſed vince in bono malum.

## CAP. XIII.

[o] Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit: [p] non eſt enim poteſtas niſi a deo. [q] Quæ autem ſunt, a deo ordinata ſunt. [r] Itaque qui reſiſtit poteſtati, dei ordinationi reſiſtit. Qui autem reſiſtũt, ipſi ſibi damnationẽ acquirunt. [ſ] Nam principes nõ ſunt timori boni operis, ſed mali. Vis [t] autem non timere poteſtatem? [u] Bonum fac, & habebis laudem ex illa. [x] Dei enim miniſter eſt tibi in bonũ. Si autẽ malũ feceris, time. [y] Nõ em̃ ſine cauſa gladiũ portat. Dei em̃ miniſter eſt, [z] vindex

A dictum pro maledicto, ſed econtrario benedicentes.

a *Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus.*] Vt ſi quid patitur vnum membrum, compatiantur omnia membra. Sicut Iob ait. Si non ingemui vel lacrymatus ſum, cum viderem homines in neceſſitate. Et dominus fletibus Mariæ, ad fletum prouocatur, vt nobis daret exemplum. Nec
Ioan.11. enim pro Lazaro quem erat ſuſcitaturus, fleuiſſe credendus eſt: nec propter incredulitatem illorum, qui ei ſæpe non crediderunt mirabilia facienti. Nos autem iam peruerſo modo flemus cũ gaudentibus, & gaudemus cum flẽtibus. Si quis enim laudatus fuerit, contriſtamur: ſi quis ceciderit, exultamus. Vnde oſtendimus nos qui talia facimus, de corpore Chriſti non eſſe, qui non dolemus de vno membro præciſo: ſed inimici ſumus par- B tis noſtræ, & amici partis aduerſæ: qui non dolemus de acie noſtra viros fortiſſimos corruentes: nec gaudemus, ſi videamus eos fortiter dimicantes: quamuis ipſi tam validi non ſimus ad pugnandum.

b *Idipſum inuicem ſentientes.*] Vt ita alteri ſentiatis, ſicut vobiſmetipſis.

c *Non alta ſapientes, ſed humilibus conſentientes.*] Superba ſapit iſte, qui ſuam per ſe vlciſci cupit iniuriam: & non humilibus rebus, ideſt, humilitate conſentit.

d *Nolite eſſe prudentes apud voſmetipſos.*] Nolite in humana ſapientia gloriari; ſed ſtulti eſtote ſæculo, vt ſitis domino ſapientes: ſicut ſcriptum eſt. Beatus homo quem
Pſal.93.b tu erudieris domine: & de lege tua docueris eum.

e *Nulli malum pro malo reddentes.*] Humana ſapientia eſt, ſi quæramus vicem reddere inimicis. Stultitia enim eſt in hoc ſæculo, ſi percutienti & aliam maxillam præbere vo- C lueris. Quod ſi tantæ patientiæ & humilitatis fueris: non ſolum apud dominum, ſed & apud omnes homines poteris probabilis apparere.

f *Prouidentes bona: non tantum coram deo, ſed etiam coram hominibus.*] Tantum caue ne ideo facias, vt non deo, ſed ſolis hominibus placere deſideres.

g *Si fieri poteſt quod ex vobis eſt, cum omnibus hominibus pacem*
Pſal.119.b *habentes.*] Quod veſtrum eſt, vos cum omnibus pacem habetote: & dicite cum propheta. Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus: optantes ſcilicet conuerſionem eorum atque ſalutem, ſicut quæ vobis fieri poſſit.

h *Non voſmetipſos defendentes chariſſimi, ſed date locum iræ.*] Aut fugiendo, aut permittendo nocere.

i *Scriptum eſt enim: Mihi vindictam.*] Ego quaſi meam, dicit dominus, non quaſi veſtram iniuriam vindicabo: quo-
Zach.2.c niam dicit propheta. Qui vos tangit tanquam qui tangit pupillam oculi ipſius.

k *Ego retribuam dicit dominus.*] Facienti bona, retribuere promittit.

l *Sed & ſi eſurit inimicus tuus, ciba illum: ſi ſitit, potum da illi.*] Noli illi negare, quod deus nulli negat: quamuis ſit blaſphemus & impius.

m *Hoc enim faciens, carbones ignis congeres ſuper caput eius.*] Vt cum ſibi carbones intellexerit per ſuam indebitam miſericordiam congregari, excutiat eos: hoc eſt, conuertatur, & diligat te, quem habuerat aliquando peroſum. Cæterum non eſt miſericordia, ſed crudelitas: ſi ideo eam facias, vt illi aliquid peius eueniat: pro quo deum præcipe- D ris deprecari. Item hoc loco docet nos imitari deum debere, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos. Cibando enim inimicum & potando, eum ad pacem vel reconciliationem prouocamus: vt ſi ille in malitia perſtiterit, ignem ſuo congerit capiti.

n *Noli vinci malo, ſed vince in bono malum.*] Ille dicitur vinciſſe alterum, qui eum ad ſuam duxerit partem: ſicut hæreticum vel paganum. Si ergo te fecerit ſibi vicẽ reddere, ille te vicit, ſibi ſimilem te faciendo: ſi autem per patientiam tuam feceris eum ceſſare ab iniuria, tu viciſti.

CAP. XIII.

o *Omnis anima poteſtatibus ſublimiorib⁹ ſubdita ſit.*] E Hæc cauſa aduerſus illos prolata eſt, qui ſe putabant ita habere libertatem Chriſtianam, vt aut nulli honorem deferrẽt, aut tributa dependerent. Quocumque ergo modo eos humiliare deſiderat: ne forte propter ſuperbiam, magis quam propter deum contumeliam patiantur. Ideoque docet illos humilitate tempus redimere. Aliter: quod ſublimiores poteſtates, eccleſiaſticæ dignitates intelligantur.

p *Non eſt enim poteſtas niſi a deo.*] Et quomodo deus dicit per prophetam: Regnauerunt, & non ex me?

q *Quæ autem ſunt, a deo ordinata ſunt.*] Si de ſæculi poteſtatibus dicere videatur, non ideo iuſtæ erunt, etiam ſi a deo exordium acceperunt, Secundum deſiderium vniuſcuiuſque dantur. Nam dicit Salomon: Quoniam data eſt no- Sap.6.b bis poteſtas a deo. Sed cum eſſetis miniſtri regni illius, F non recte iudicaſtis. Horrende & cito apparebit vobis & cætera. Conſtituitur enim a deo vt iuſte iudicet: & vt peccatores habeant, quod timeant, ne peccent.

r *Itaque qui reſiſtit poteſtati &c.*] Sicut ad Rahab dicitur: Qui exierit foras, ipſe ſibi reus erit.

ſ *Nam principes non ſunt timori boni operis, ſed mali.*] Malus debet timere poteſtatem: nam bonus non habet quod timeat, qui ſi iniuſte occiditur, gaudet.

t *Vis autem non timere poteſtatem?*] Accipe conſilium meum, & nunquam timebis.

v *Bonum fac, & habebis laudem ex illa.*] Ipſa damnatio malorum, laus eſt bonorum.

x *Dei enim miniſter eſt tibi in bonum: ſi autem &c.*] Qui pro tua ſollicitus eſt quiete. Item hic dicendo: Miniſter eſt tibi boni cauſa, oſtendit in his quæ recta ſunt iudicibus obediendum, non in illis quæ religioni contraria ſunt.

y *Non enim ſine cauſa gladium portat: dei enim miniſter eſt.*] Et in te habet officium, ſi peccaueris: nec tibi proficit ad mercedem. Siue ſacerdotes gladium ſpiritualem portant: ſicut Petrus percuſſit Ananiam & Sapphiram, & Paulus Act.5.3.b Magum. & 1.a

z *Vindex in iram ei qui malum agit.*) Quia deus non diligit malos: qui odit omnes qui operantur iniquitatem.

dex in iram ei qui malum agit. Ideoque [a] neceſſitate ſubditi eſtote: non ſolum propter iram, ſed etiam propter conſcientiam. [b] Ideo enim & tributa præſtatis. Miniſtri enim dei ſunt, in hoc ipſum ſeruientes. [c] Reddite ergo omnibus debita. Cui tributum, tributum: [d] cui vectigal, vectigal: [e] cui timorem, timorem: [f] cui honorem, honorem. [g] Nemini quicquam debeatis, niſi vt [h] inuicem diligatis. [i] Qui enim diligit proximum, legem impleuit. [k] Nam non adulterabis, non occides, non furaberis, nō falſum teſtimonium dices, non concupiſces: & ſi quod eſt aliud mandatum, in hoc verbo inſtauratur. Diliges proximum tuum ſicut teipſum. [l] Dilectio proximi, malum non operatur. [m] Plenitudo ergo legis, eſt dilectio. Et [n] hoc ſcientes tempus: quia hora eſt iā nos de ſomno ſurgere. Nunc [o] enim propior eſt noſtra ſalus, quam cum credidimus. [p] Nox præceſſit, dies autem appropinquauit. [q] Abiiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis: ſic [r] vt in die honeſte ambulemus. [ſ] Non in comeſſationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitiis, [t] non in contentione & æmulatione, ſed [u] induimini dominum Ieſum Chriſtum: & [x] carnis curam ne feceritis in deſideriis.

## CAP. XIIII.

[y] INfirmum autem in fide aſſumite: non in diſcepta-

A a *Ideoque neceßitate ſubditi eſtote: non ſolum propter iram, ſed etiam propter conſcientiam.*] Non ſolum quia poſſunt poteſtates etiam ſine cauſa iraſci, ſed & ne propter alicuius peccati conſcientiam cendemnemini. Siue non ſolum, ne iraſcantur ſacerdotes, ſed etiam quia ſanctis illis & iuſtis honorem debetis. Item malum agentes & contra præcepta viuentes, propter vindictam ſubditi ſunt poteſtatibus: recte autem viuentes propter cōſcientiam ſubditi ſunt, quia bona & iuſta ſunt quæ iubentur.

b *Ideo enim & tributa præſtatis &c.*] Poſſunt & tributa ſacerdotum intelligi, quæ illis a deo ſunt conſtituta. Siue ideo regibus tributa præſtatis: quia voluiſtis poſſidendo ſæculo eſſe ſubiecti. Miniſtros autem dei illos appellat: vt vel ſic eis reddant, quod eis debebant, ne

B videretur Chriſtus ſuperbiam docuiſſe.

c *Reddite ergo omnibus debita: cui tributum, tributum.*] Poteſt etiam eleemoſyna debitum appellari. Dicit ſcriptura: Inclina pauperi aurem

Eccl.4.d tuam, & redde debitum tuum.

d *Cui vectigal, vectigal.*] Vectigal noſtrum eſt, vt tranſeuntibus donemus: vel nos tranſeuntes ſedentibus ad viam, & inde venientibus largiamur.

e *Cui timorem, timorem.*]

Pſal.17. Quomodo ergo ſcriptum eſt alibi: Præter deū neminē eſſe timendum? Sed ſic, inquit, age, vt neminem timeas. Timor enim dei, timorem expellit humanum. Sed quoniam cauſas adhuc timoris habetis, neceſſe eſt vt timeatis.

f *Cui honorem, honorem.*] Etiam timorem maioribus, honorem tantum æqualibus.

C g *Nemini quicquam debeatis.*] Præclare dixit Apoſtolus, reddenda vnicuique quæ debentur, ſola tantum dilectione nos inuicem obnoxios eſſe debere. Si autem ſemper fratribus debuerimus, dilectionem ſeruemus, vt perpetuæ charitati connectamur. Nam non adulterabis, non occides, non furaberis, non concupiſces: & ſi quid eſt aliud madatum, in hoc verbo inſtauratur: Item nemini debitum non reddatis.

h *Niſi vt inuicem diligatis.*] Hoc ſolum ſemper debet manere, quod nunquam perſolui poteſt.

i *Qui enim diligit proximum, legem impleuit.*] Secundum domini parabolam, ſine diſcretione cunctis miſericordiam fieri iubentis, omnis homo proximus eſſe cenſendus eſt. Item dilectionem ideo pręmiſit: quia fidelibus ſcribebat, & de iuſtitiæ conuerſatione tractabat.

k *Nā nō adulterabis &c. Diliges proximū tuū ſicut te ipſum.*] Recapitulatur omnis iuſtitia in proximi dilectione, & iniuſtitia naſcitur, dum plus cæteris nos amamus. Qui enim ſicut ſe diligit proximum: non ſolum illi malum non facit, ſed etiam bonum facit, quia & circa ſe vtrunque cupit impendi.

l *Dilectio proximi, malum non operatur.*] Etiam bonum non facere, malum eſt. Nam ſi viderit illum fame periclitari: nonne ipſe illum occidit, ſi ille cum affluat, non dederit victum: quamuis ei proprias non tulerit facultates? Quiſque enim in quacunque neceſſitate ſuccurrere morituro D poteſt: ſi non fecerit, occidit.

m *Plenitudo ergo legis, eſt dilectio.*] Hoc eſt perfectio.

n *Et hoc ſcientes tempus: quia hora eſt iam nos de ſomno ſurgere.*] Hoc eſt, vt ad perfectiora tendatis. Non enim ſemper debetis eſſe paruuli & lactentes, ſicut alibi dicit: Etenim Heb.5.c cum debereris magiſtri eſſe & cætera. Item hortatur Apoſtolus, vt tenebroſa & ſomni torpore depreſſa opera relinquentes, in lumine, hoc eſt, in bonis operibus ambulemus. Item de ſomno inertiæ & ignorantiæ conſurgamus: Iam enim ſcientia lucet.

o *Nunc enim propior eſt noſtra ſalus, quam cum credidimus.*] Scientia proficiente propior eſt ſalus, quam quando primum credidimus.

p *Nox præceßit: dies autem appropinquauit.*] Comparat diei ſcientiam, & ignorantiam E noctì, ſecundum Oſee dicē- Oſee 4.b tem. Nocti aſſimilaui matrem tuam: factus eſt populus meus tanquam non habens ſcientiam.

q *Abiiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis.*] Cum ignorantia abiiciamus ſimul & opera ignorantiæ, & arma lucis: hoc eſt, luminis opera induamur. Qui enim male agit, odit lu- Ioan.3. cem: qui vero facit veritatem, venit ad lucem.

r *Sic vt in die honeſte ambulemus.*] Sicut lux diei prohibet vnumquemque agere, quod nocte libere committebat: ita & ſcientia nos prohibet legis mandata contemnere: quod ſciamus nos ſemper a deo videri.

ſ *Non in comeſſationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitiis.*] Comeſſatio, eſt menſę collatio. Nos vero habemus ſpirituale conuiuium dicentes: Cum conuenitis, vnuſquiſque pſalmum habet, & cætera. Ebrietatem ergo pernitioſam eſſe, & luxuriæ materiam: ex hinc cognoſci- F mus, quia impudicitiam ſubiunxit. Et alibi ait, Nolite ine- Eph.5.d briari vino in quo eſt luxuria.

t *Non in contentione & æmulatione.*] Etiā contentionem & inuidiā crimino ſam eſſe: & aliis multis probatur exemplis, dicente Iacobo: Si enim zelum amarum habetis & Iacob.3.d cætera.

v *Sed induimini dominum* Ieſum *Chriſtum.*] Solus Chriſtus videatur in vobis non vetus homo. Qui enim dicit ſe in Chriſto manere, debet ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare, in quo omnes ſunt virtutes.

x *Et carnis curam ne feceritis in deſideriis.*] Sicut Salomon Eccl.18.b air: Poſt concupiſcentias tuas non eas. Et iterum: Si dederis concupiſcentiam animæ tuæ, in gaudium facies te inimicis tuis venire.

## CAP. XIIII.

y I*Nfirmum autem in fide aſſumite.*] Hic oblique illos increpare incipit, qui ſe fortes putabant, vt immoderate carnibus veſcerentur. Item hic infirmos fideles dicit, qui carnes quæ in macello tunc temporis vendebantur, idololatrias eſſe credebant: & propter hoc ſic putantes, ne polluerentur, oleribus veſcebantur. Vnde præcipitur ab Apoſtolo: ne imperiti ita ſentientes iudicent, qui habent fidem: omnia quæ in macello veneunt, ſine



diſceptationibus [a] cogitationum: [b] Alius enim credit ſe manducare omnia. [c] Qui autem infirmus eſt, olus manducet. Is [d] qui mā-ducat, non manducantem non ſpernat: & [e] qui non manducat, manducantem non iudicet. Deus enim illum aſſumpſit. Tu [f] quis es, qui iudicas alienum ſeruum? [g] Domino ſuo ſtat aut cadit: ſtabit [h] autem. Potens eſt enim deus ſtatuere illum. Nam [i] alius iudicat diem inter diem: alius autem iudicat omnem diem. Vnuſquiſque in ſuo ſenſu abundet. [k] Qui ſapit diem, domino ſapit: & [l] qui manducat, domino manducat. Gratias enim agit deo. Et [n] qui non manducat, domino non manducat: & gratias agit deo. [n] Nemo enim noſtrum ſibi viuit, & nemo ſibi moritur. Siue enim viuimus, domino viuimus: ſiue morimur, domino morimur. Siue ergo viuimus ſiue morimur, domini ſumus. In [o] hoc enim Chriſtus mortuus eſt & reſurrexit: vt & viuorum & mortuorum dominetur. [p] Tu autem quid iudicas fratrem tuum: aut [q] tu quare ſpernis fratrem tuum? [r] Omnes enim ſtabimus ante tribunal Chriſti. [ſ] Scriptū eſt enim: Viuo ego, dicit dominus: quoniam mihi flectetur omne genu: & omnis lingua confitebitur deo. [t] Itaque vnuſquiſque noſtrum pro ſe rationem reddet deo. [u] Non ergo amplius inuicē iudicemus. [x] Sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri, vel ſcādalum. [y] Scio & confido in domino Ieſu: quia nihil cōmune per ipſum, niſi ei [z] qui exiſtimat quid cōmune eſſe, illi commune eſt. [a] Si enim propter

A ſine diſceptatione manducent: quoniam omnis creatura dei bona eſt: & nihil damnandum eſt eorū, quæ deus hominibus ad edendum creauit.

a *Non in diſceptationibus cogitationum.*] Nolite ſecundū veſtras cogitationes, quem lex non iudicat iudicare.

b *Alius enim credit ſe manducare omnia.*] Qui tantam fidē habet, vt non moueatur aut abſtinentia confractus, aut ſenio.

c *Qui autem infirmus eſt, olus manducet.*] Infirmus aut ætate, aut corporis calore. Item hic probatur: quia non de Iudæis dicatur, vt quidā putant, ſed de abſtinentibus. Non enim carnes ſecundum legem, ſed ſola olera manducabant. Aliter: Si idcirco tibi infirmitas animæ generatur: quia alium eiuſdem propoſiti, carnibus pro ſua

B fide veſci perhorreſcens, forte cognoſcis: noli eſſe iudex alterius voluntatis, nec exigere ab aliquo. Vnicuique in voluntate demiſſum eſt: ſed ſi tibi ſcandalum eſt, & non vis carnibus veſci, tibiipſi impone modum: & melius faciens, ſola olera manduca. Magis vnuſquiſq; per tuā æquanimitatem ad abſtinentiam prouocetur, quā irritatus de hoc ſcandalizet te. Magis in edendis carnibus confirmetur, quod tum non potes quaſi culpam in alio reprehendere, ſi vnuſquiſq; aut fideliter hoc præſumit, aut forte aſperitate valetudinis, aut ſenecta hoc faciat exigente.

d *Is qui manducat, non man-*

C *ducantem non ſpernat.*] Habebant inter ſe ſcandala: illi illos quaſi carnales iudicabant: & illi illos tanquàm ſtultos irridebant, & ſuperſtitioſos iudicabant.

e *Et qui non manducat, manducantem non iudicet: deus enim illum aſſumpſit.*] Ita illos deus vocauit, vt te.

f *Tu quis es qui iudicas alienum ſeruum.*] Cuius tu auctoritatis es, vt iudices eum, quem lex non iudicat? Vnde & Ia-

Iaco.4. cobus ait: Qui iudicat fratrem, ſcilicet ſapientiorem ſe, iudicat legem. Cæterum ipſe Paulus contra mandatum facientes iudicauit, & aliis iudicandi tribuit facultatem. Ad eum qui fide infirmus eſt, ſermo dirigitur, non eum debere iudicare manducantem. Omnia quæcunque in macello veneunt: qui robuſtus fide eſt, omnia munda mundis eſſe cognoſcit.

g *Domino ſuo ſtat aut cadit.*] Siue viuit, ſiue moritur: quia & ille propter deum abſtinet: & ille ſecūdum deum mā-ducat.

h *Stabit autem: potens eſt enim deus ſtatuere illum.*] Deus qui

Dan.1.c tres pueros leguminibus paſtos, meliores apparere fecit: quam illos qui de menſa regis edebāt, poteſt & illos diutius facere in corpore ſtare.

i *Nam alius iudicat diem &c.*] Iudæi in eſcis diem inter diem iudicare non poterant. Ergo de ieiunio & abſtinentia dicit, quæ non ſunt ſub certo modo legis redacta, vt vnuſquiſque tantum faciat, quantum poteſt: quantam mercedem habere voluerit. Vnde ſequitur: Vnuſquiſque id faciat in tali cauſa, quod melius eſſe iudicat. Item hoc

D eſt quod dicit, aliquos eſſe, qui certis anni temporibus: alios eſſe qui omni tempore vitæ ſuæ ab eſu carnium decreuerunt abſtinendum.

k *Qui ſapit diem, domino ſapit*] Domino ſapit, qui propter deum ieiunat, & non propter homines.

l *Et qui māducat, domino manducat &c.*] Qui propter dominum manducat: vt prædicandi euangelium poſſit habere virtutem, non ſuæ gulæ ſtudet, ſed aliorum ſaluti: propter quod conuerſi, gratias referant deo.

m *Et qui non manducat, domino non manducat: & gratias agit deo.*] Quia per exemplū illius multi ſaluātur, & gratias referunt deo. Qui enim voce agit gratias, ſolus agit: qui autem etiam in opere, in multis agit.

n *Nemo enim noſtrum ſibi viuit, & nemo ſibi moritur &c.*] Nemo fidelium ſibi viuit, & nemo ſibi moritur: quia Chriſtus pro omnibus mortuus eſt, vt & qui viuunt, iā

E non ſibi viuant, ſed illi. Cauendum econtrario, ne nos aut nobis viuamus manducando: aut propter homines moriamur ieiunando.

o *In hoc enim Chriſtus mortuus eſt & reſurrexit: vt & viuorū & mortuorū dominetur.*] Aduentus Chriſti & viuos inueniet, & mortuos ſuſcitabit. Nihil ergo refert, vtrū te reſuſcitet, an viuum inueniat: tantum labora, vt coram eo iuſtus appareas.

p *Tu autem quid iudicas fratrē tuum?*] Qua auctoritate quaſi voracem damnas?

q *Aut tu quare ſpernis fratrem tuum?*] Quaſi infirmum deſpiciens, aut ſuperuacue ieiunantem.

r *Omnes enim ſtabimus ante tribunal Chriſti.*] Tunc cōſcientias noſtras dominus iudicabit, quid & quali voto fece-

F rimus.

ſ *Scriptum eſt enim: Viuo ego dicit dominus: quoniam mihi flectetur omne genu: & omnis lingua confitebitur deo.*] Hoc teſtimonio probat: quia omnes ſoli domino reddemus noſtrorum actuum rationem.

t *Itaque vnuſquiſque noſtrum pro ſe rationem reddet deo.*] De his quibus lex tacet. Cæterum ſi videns peccantem non arguerit, reddet etiam deo pro eo rationem.

u *Non ergo amplius inuicem iudicemus.*] Sufficit quod nunc vſque feciſtis.

x *Sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri, vel ſcādalum.*] Hic ſubtiliter ingreditur ad abſtinentiam commendandam: & dicit illos abſtinere debere, quamuis firmi ſint, ne exemplo illorū, infirmi ſcandalum patiantur.

y *Scio & confido in domino Ieſu: quia nihil cōmune per ipſum.*] Non hoc ideo dico: quia putem aliquid commune eſſe. Per Chriſtum enim ſcio omnia eſſe mundata. Commune enim dicitur, quicquid immundum videtur in eſca Iudæorum.

z *Niſi ei qui exiſtimat quid commune eſſe.*] Illi per conſcientiam fit commune, qui adhuc ritu Iudaico, aliquid poſt Chriſti fidem in talibus cauſis arbitratur immundum.

a *Si enim propter cibum frater tuus contriſtatur.*] Non dixit,

A propter ieiunium: ſed ne illum tuo exemplo aut prouoces, aut compellas.

a *Iam non ſecundum charitatem ambulas.*] Quia inuitus mãducat, quod illi non expedit. Etiam nõ diligis proximum ſicut te, ſi non illius vtilitatem cogitas ſicut tuam.

r *Quia non ex fide.*] Non eſt enim ex fide, ſi tu alium idcirco condemnas: quia te ieiunante, ille manducat. Aliter: Qui ſe ita diiudicat. Idipſum enim eſt diſcretio & iudicium: quia iudicium diſcernendo fit, & diſcretio iudicando. D

b *Noli cibo tuo illum perdere, pro quo Chriſtus mortuus eſt.*] Non dixit, abſtinentia tua, ſicut quidam volunt.

c *Non ergo blaſphemetur bonum noſtrum.*] Libertatem quam habemus in domino, vt omnia nobis munda ſint, non ea ita debemus vti, vt videamur propter gulam & epulas ambulare. Siue blaſphematur, ſi propter talia contendimus.

d *Non eſt enim regnũ dei eſca & potus.*] Non per eſcam iuſtificamur. Sed & hoc notãdum, quòd non dixerit: ieiunium & ſobrietas nõ eſt regnum dei, ſed eſca & potus. Item hic manifeſte monſtratur, quoniam regnum cælorum cibum & potum non
B habet temporalem, ſed illic ſpiritualiter viuitur.

e *Sed iuſtitia, & pax, & gaudium in ſpiritu ſancto.*] Quæ per abſtinentiam facilius cuſtoditur. Vbi vero iuſtitia, ibi & pax: vbi pax, ibi & gaudium ſpirituale: quia ex diſſenſione ſemper triſtitia & moleſtia generatur.

f *Qui enim in hoc ſeruit Chriſto, placet deo: & probatus eſt hominibus.*] De tali homine nemo poteſt dubitare, quia ſãctus eſt.

g *Itaque quæ pacis ſunt, ſectemur.*] Vt nõ inuicem nos de huiuſmodi iudicemus.

propter cibum frater tuus contriſtatur; [a] iam non ſecundum charitatem ambulas. [b] Noli cibo tuo illũ perdere, pro quo Chriſtus mortuus eſt. [c] Non ergo blaſphemetur bonum noſtrum. [d] Non eſt enim regnum dei, eſca & potus, ſed [e] iuſtitia, & pax, & gaudium in ſpiritu ſancto. [f] Qui enim in hoc ſeruit Chriſto, placet deo, & probatus eſt hominibus. [g] Itaque quæ pacis ſunt, ſectemur: & [h] quæ ædificationis ſunt, inuicẽ cuſtodiamus. [i] Noli propter eſcam deſtruere opus dei. [k] Omnia quidem munda ſunt, ſed [l] malum eſt homini, qui per offendiculum manducat. [m] Bonum eſt non manducare carnem, & non bibere vinum: [n] neque in quo frater tuus offenditur, aut ſcandalizatur, aut infirmatur. [o] Tu fidem quam habes penes temetipſum, habe coram deo: [p] Beatus qui non iudicat ſemetipſum in eo quod probat. [q] Qui autem diſcernit ſi manducauerit, damnatus eſt: [r] quia non ex fide. Omne [ſ] autem quod non eſt ex fide, peccatum eſt.

## CAP. XV.

[t] DEbemus autem nos firmiores imbecillitates infirmorum ſuſtinere: & non [u] nobis placere. Vnuſquiſque veſtrum proximo ſuo placeat in [x] bonum ad ædificationem. Etenim [y] Chriſtus non ſibi placuit, ſed [z] ſicut ſcriptum eſt: Improperia improperantiũ tibi ceciderunt ſuper me. [a] Quæcũque enim ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinã ſcripta ſunt: [b] vt per patientiã & cõſolationẽ ſcripturarum ſpem habeamus. [c] Deus autẽ patientiæ & ſo-

ſ *Omne autem quod non eſt ex fide, peccatum eſt.*] Non ex fide, quæ per charitatem operatur. Quicquid ergo alium deſtruit, ex fide non eſt, & idcirco peccatum.

## CAP. XV.

t *DEbemus autem nos firmiorum ſuſtinere.*] Si vere firmi eſtis, ſic facite vt ego, qui factus ſum infirmus, vt infirmos lucrifacerem.

u *Et non nobis placere, vnuſquiſque proximo ſuo placeat.*] Non à nobiſipſis, ſed a proximis collaudemur, ſicut & alibi ſuum nobis proponit exemplum, dicens. Sicut & ego omnibus per omnia E placeo, non quærens quod mihi vtile eſt, ſed quod multis, vt ſalui fiãt. Nemo enim poteſt ædificare alterum, cui per bonam vitam non ante placuerit. Sed & ſibi placẽtes ſunt, qui propria commoda quęrentes, ſuam faciunt voluntatem.

x *In bonam ædificationem.*] Oſtendit modum placendi & cauſam, ne ad vanam gloriam placeamus. Simul cum dicit. In bonam ædificationem, oſtẽdit malã eſſe, ſicut eſt illud, Aedificabitur ad manducandum idolothyta. 1.Cor.8.c.

y *Etenim Chriſtus nõ ſibi placuit.*] Imitatur hoc & diſcipulus Chriſti, non quærit ſuum cõmodum. Ille enim F ob aliorum ſalutem, etiam mortuus eſt, & improperia amariſſima ſupportauit, dicentium. Vah qui deſtruis templum & cætera. Mar.15.e

C h *Et quæ ædificationis ſunt inuicem cuſtodiamus.*] Sed ædificatio eſt abſtinẽtia. Cæterum eſca, etiam ſi neminem perdat, nullum ædificat.

i *Noli propter eſcam deſtruere opus dei.*] Hominem ſcilicet à deo creatum.

k *Omnia quidem munda ſunt.*] Repetit quod ſuperius dixerat, ne creaturam damnare videretur.

l *Sed malũ eſt homini, qui per offendiculum manducat.*] Ipſum mundum, illis fit malum, ſi per illud alterum offendat.

m *Bonum eſt non manducare carnem, & non bibere vinum.*] Exponit quid ſit per quod offendere dicebat infirmum. Item hoc loco laudat quidem abſtinentiam carnis & vini: ſed multo magis admonet, propter ſcandalum fratris abſtinendum eſſe à cibo & potu eorum, quæ idolis immolantur.

Eccl.19.a n *Neque in quo frater tuus offenditur, aut ſcandalizatur, aut infirmatur.*] Infirmatur à pudicitia. Vinum enim & mulieres apoſtatare faciunt etiam ſapientes.

o *Tu fidem, quam habes penes temetipſum, habe coram deo.*] Si in hoc fidelem te putas: ſic manduca, vt nemo tuo infirmetur exemplo.

p *Beatus qui non iudicat ſemetipſum in eo quod probat.*] Quia non ſuam infirmitatem probando cõſiderat, ſed alterius ſalutem infirmi.

q *Qui autem diſcernit ſi manducauerit, damnatus eſt.*] Si quis de alio diſcernat & dicat, Iſta ſi mãducauerit, planè damnandus eſt. Hoc nõn habet fides, & ideo ſubſequitur.

z *Sicut ſcriptum eſt. Improperia improperantium tibi ceciderunt ſuper me.*] Quæcunque non ſolum Chriſto, ſed etiam ſanctis exprobrantur dei cauſa, deo improperiari dicuntur, vt eſt illud. Vbi eſt deus tuus? Pſal.41.

a *Quæcunque enim ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt.*] Nihil enim ſcriptum eſt ſine cauſa. Nam & merita vel tentationes iuſtorum ad noſtram proficiunt ædificationem: quia deo manifeſtiſſimi erant.

b *Vt per patientiam & conſolationem ſcripturarum ſpem habeamus.*] Per ſcripturarum ſolatia, ſpem futuram patientiſſime expectamus: ſicut ſcriptum eſt: Pax multa diligentibus legem tuam, & non eſt illis ſcandalum: hoc eſt qui conſolatione legis vtuntur, moueri vlla tentatione non poſſunt, vt per exempla patientiæ & conſolationis eorum quæ ſcripta ſunt, ſperemus conſolationem etiam in præſentibus tentationibus. Magna enim cauſa ſolatij eſt, ſi quæ nos patiamur, dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ & ſanctos eius ſciamus eſſe perpeſſos. Pſal.118.b

c *Deus autem patientiæ & ſolatij.*] Hoc loco deum patientiæ, ſpiritum ſanctum ſignificat, qui donat nobis ſecundũ Chriſtum vnanimes glorificare deum & patrem domini noſtri Ieſu Chriſti. Item patientiæ eius quæ eſt in conuer-



A conuerſione & ſolatio, non ira neque diſſidio.

a *Det vobis idipſum ſapere in alterutrum ſecundum Ieſum Chriſtum.*] Vt vnuſquiſque ſic quærat ſalutem alterius quaſi ſuam, ſicut Chriſtus ſua morte omnes ſaluauit à morte.

b *Vt vnanimes vno ore honorificetis deum & patrẽ domini noſtri Ieſu Chriſti.*] Tunc vere deus honorificatur, ſi vno animo & concordi voce laudatur. Si enim duo conuenerint ſuper terram ex omni re, quæcunque petierint, fiẽt illis.

c *Propter quod ſuſcipite inuicẽ.*] Propter honorem dei inuicem onera veſtra portate, ſic adimplebitis legem Chriſti: quia nos ſuſcepit in ſe, cum eſſemus impij. Quanto ergo magis nos inuicem, vt ſimiles nos ſuſtinere debemus. Iterum hi vtrũque populum ad vnitatem horta-
B tur. Conſentio vobis ô Iudæi, quia Chriſtus vobis promiſſus ad vos venerit primum, & gentes propter miſericordiam dei vocatæ ſint, tamen vnum corpus eſtis effecti.

d *Sicut & chriſtus ſuſcepit vos in honorem dei.*] Siue in gloriã diuinitatis, ſiue propter honorem dei.

e *Dico enim Chriſtum Ieſum miniſtrũ fuiſſe circunciſionis propter veritatem dei.*] Hic oſtendit, quoniam ſecundum carnem Chriſtus, iuxta promiſſiones patrum ex ipſis natus ſit, vt præcepta legis impleret. Item non venerat miniſtrari, ſed miniſtrare, & dare animam ſuam redemptionẽ pro multis. Matt.29.d

C f *Ad confirmandas promiſſiones patrum.*] Quia illis promiſerat Chriſtus: ſicut ipſe dicit. Non veni niſi ad oues perditas domus Iſrael. Math.15.d

g *Gentes autem ſuper miſericordia honorare deum.*] Cui enim plus dimittitur, plus diligit.

bet eſſe futura. Et ibi omne gaudium vbi pax eſt. Nullum vero in diſſenſione gaudium, ſed vniuerſa mœſtitia. D

o *In credendo vt abundetis in ſpe & virtute ſpiritus ſancti.*] Abundantia, in ſpe, in ſpiritu, virtutibus conſiſtit & ſignis.

p *Certus ſum autem fratres &c.*] Bonus doctor laudando prouocat ad profectum, vt erubeſcant tales non eſſe, quales ab Apoſtolo putantur.

& ſolatij det [a] vobis idipſum ſapere in alterutrum ſecundum Ieſum Chriſtum: vt [b] vnanimes vno ore honorificetis deum & patrem domini noſtri Ieſu Chriſti. [c] Propter quod ſuſcipite inuicem [d] ſicut & Chriſtus ſuſcepit vos in honorem dei. [e] Dico enim Chriſtum Ieſum miniſtrum fuiſſe circunciſionis propter veritatem dei [f] ad confirmandas promiſſiones patrum: [g] gentes autem ſuper miſericordia honorare deum: ſicut [h] ſcriptum eſt. Propterea confitebor tibi in gentibus domine: & nomini tuo cantabo. Et [i] iterum dicit: Lætamini gẽtes cum plebe eius. Et [k] iterum Laudate omnes gentes dominũ, & magnificate eum omnes populi. Et rurſus Eſaias ait: Erit radix Ieſſe: & [l] qui exurget regere gentes: in eum gentes ſperabunt. [m] Deus autẽ ſpei repleat [n] vos omni gaudio & pace in [o] credendo: vt abundetis in ſpe & virtute ſpiritus ſancti. [p] Certus ſum autẽ fratres mei, & ego ipſe de vobis: [q] quoniam & ipſi pleni eſtis dilectione, repleti [r] omni ſcientia: ita vt poſſitis alterutrum monere. [ſ] Audacius autem ſcripſi vobis fratres ex parte, [t] tãquàm in memoriam vos reducens, [u] propter gratiam quæ data eſt mihi à deo: [x] vt ſim miniſter Chriſti Ieſu in gentibus, [y] ſanctificans euangelium dei: [z] vt fiat oblatio gentium accepta, & ſanctificata in ſpiritu ſancto. [a] Habeo igitur gloriam in Chriſto Ieſu ad deum. [b] Non enim audeo aliquid loqui eorum quæ per me non efficit Chriſtus, in obedientiam gentium, in [c] verbo & factis, in virtute ſignorum & prodigiorum in [d] virtute ſpiritus ſancti: [e] ita vt ab Hieruſalem per circuitum vſq; ad Illyricum repleuerim euangelium Chriſti. Sic [f] autem prædicaui euangelium

q *Quoniam ipſi pleni eſtis dilectione.*] Prouidit ne vnquam contẽtioſius dura increpaſſe videatur. Vel diſſidentes aut ſtultos oſtẽdit Chriſtianos ſemper alterutrum monere debere.

r *Repleti omni ſcientia, ita vt poſſitis alterutrũ monere.*] Hoc eſt noui & veteris teſtamẽti.

ſ *Audacius autem ſcripſi vobis fratres ex parte.*] Imò ideo magis ſcribendi fiduciã habui, quia noui vos vt prudentes cito accipere rationem: ſicut ſcriptum eſt. Argue ſapientem, & amabit te. Item hoc loco aut humiliãs ſe Apoſtolus loquitur, aut certe quoniam habentibus iam prædicationẽ Petri ipſe audeat prædicare. Prou.9.b E

t *Tanquàm in memoriam vos reducens.*] Recordãs vos eſſe prudentes ſiue non ignaros, non doceo, ſed commoneo vt ſcientes.

u *Propter gratiam, quæ data eſt mihi à deo.*] Nõ propter munera terrena vel laudem, ſed vt impleam officium quod accepi.

x *Vt ſim miniſter Chriſti Ieſu in gentibus.*] Seruiens euangelio, hoc eſt reuocãs ei ſeruos quoſdam fugitiuos.

y *Sanctificans euangelium dei.*] Meo exemplo ſanctum eſſe demonſtrans, quod cum tãto timore perficio. Quidam enim vt humanum contemnunt, quod prædicant vt di- F uinum: & ita fit vt res ſancta videatur eſſe non ſancta, cũ non perficitur ſancte. Vnde dicitur. Sãctificate ieiũnium, id eſt ſanctum facite ſiue monſtrate. Ioel 2.d

Luc.7.g h *Sicut ſcriptum eſt. Propter hæc confitebor tibi in gentibus, & nomini tuo cantabo.*] Tulit Iudæis arrogantiam, dum gentium ſalutem docet eſſe prædictam, quàmuis non fuerit nuntiatus ipſe Chriſtus in gentibus. Confitetur eos miſericordiam conſecutos: quia & ipſi ſunt in corpore eius.

i *Et iterum dicit. Lætamini gentes cum plebe eius.*] Qui cũ ipſis eſtis ad ſalutem adducti.

k *Et iterum: Laudate omnes gentes dominum, & magnificate eum omnes populi. Et rurſum Eſaias ait: Et radix Ieſſe.*] Ieſſe pater fuit Dauid, de cuius ſemine, id eſt Maria, natus eſt Chriſtus.

l *Et qui exurgeret regere gentes, in eum gentes ſperabunt.*] Non de proſelytis aſſerit, ſed & illud huic loco ſimile eſt. Non deficiet princeps ex Iuda, nec dux de femoribus eius. vnde probatur vere iam veniſſe Chriſtum, in quo omnes gentes ſperare manifeſtum eſt.

m *Deus autem ſpei.* In quo omnes ſperamus, hoc oſtendit quomodo deus abſque virtute ſpiritus ſancti, non replet aliquãdo nationem gratia: quoniam vnum donum eſt patris & ſpiritus ſancti.

n *Repleat vos omni gaudio & pace.*] Pax fidelium, in ſpe de-

z *Vt fiat oblatio gentium &c.*] Vt exemplo meo gentes efficiantur hoſtia deo accepta, non igni ſanctificata vel ſuſcepta, ſed ſpiritu ſancto, ſicut ſcriptum eſt. Quia ſedit ſuper apoſtolos quaſi ignis, & viſæ ſunt eis variæ linguæ.

a *Habeo igitur gloriam Chriſti Ieſu ad deum.*] Qui gloriatur, in domino glorietur. Gloriam habeo apud deum, licet apud homines infamer & maculer. 1.Cor.1.d

b *Non enim audeo aliquid loqui eorũ quæ per me non efficit Chriſtus in obedientia gentium.*] Hic oſtendit Chriſti & ſpiritus ſancti, vnam eſſe potentiam atque virtutem. Item nõ auſus ſum aliquid dicere me in his duntaxat rebus propria virtute feciſſe, & nõ omnia per me eſſe deum operatum.

c *Verbo & factis &c.*] Hoc eſt doctrina & ſignis. Non enim de operibus hic, ſed de virtutibus loquebatur.

d *In virtute ſpiritus ſancti.*] Vnam eſſe virtutem atque potentiam.

e *Ita vt ab Hieruſalem per circuitum vſque ad Illyricum &c.*] Repletur euangelium, cum etiam gentes credunt.

f *Sic autem hic prædicaui euangelium, non vbi nominatus eſt*

A *Chriſtus, ne ſuper alienum fundamentum ædificarem.* ] Non omnis qui ſuper alienum fundamentum ædificat male facit: ſed ſi ædificet aurum & cætera. Hic pſeudoapoſtolos tangit, qui ſemper ad eos qui iam crediderant, ibant: & nunquàm ad gentes: quia non poterant virtutes operari. Et oſtendit perfectè ſe laboraſſe, qui & fundamentum poſuit, & ædificium ſuperſtruxit.

o *Nam ſi ſpiritualium eorum participes facti ſunt gentiles, debent & in carnalibus miniſtrare eis.* ] Quia doctores ex ipſis habebant, & ſocij facti fuerant radicis, & pinguedinis oliuæ: ideoque vnuſquiſque in quo abundat debet alteri impertire. D

lium hoc non vbi nominatus eſt Chriſtus, ne ſuper alienum fundamentum ædificarem: ſed [a] ſicut ſcriptum eſt: [b] Quoniam quibus non eſt annuntiatum de eo, videbunt: & qui non audierunt de eo, intelligent: [c] propter quod & impediebar plurimum venire ad vos: & [d] prohibitus ſum vſque adhuc. Nunc vero vlterius locum non habens in his regionibus: [e] cupiditatem autem habens veniendi ad vos [f] ex multis iam præcedentibus annis: [g] cum in Hiſpaniam proficiſci cœpero, ſpero quòd præteriens videam vos: & à [h] vobis deducar illuc, ſi vobis primum ex parte fruitus fuero. [i] Nunc igitur proficiſcar in Hieruſalē, [k] miniſtrare ſanctis. [l] Probauerunt enim Macedonia & Achaia collationem aliquam facere in pauperes [m] ſanctorum qui ſunt in Hieruſalem. Placuit enim eis, & [n] debitores ſunt eorum. Nam ſi [o] ſpiritualium eorum participes facti ſunt gentiles, debēt & in carnalibus miniſtrare eis. Hoc [p] igitur cum conſummauero, & aſſignauero eis fructū hunc, per vos proficiſcar in Hiſpaniam. Scio [q] autem quoniam veniens ad vos, in abundantia benedictionis Chriſti veniam. Obſecro ergo [r] vos fratres per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & [ſ] per charitatem ſancti ſpiritus vt adiuuetis me in orationibus veſtris pro me ad deum, vt [t] liberer ab infidelibus qui ſunt in Iudæa, & obſequij mei oblatio accepta fiat in Hieruſalem ſanctis, vt [u] veniam ad vos in gaudio per voluntatem dei, & refrigerer vobiſcum. [x] Deus autem pacis ſit cum omnibus vobis. Amen.

## CAP. XVI.

[y] COmmendo autem vobis Phœben ſororem noſtram, [z] quæ eſt in miniſterio eccleſiæ,

Eſa.52.d a *Sicut ſcriptum eſt.* ]In Eſaia. Oſtēdit ſuum laborem iam ante fuiſſe prædictum.

b *Quoniam quibus non eſt annuntiatum de eo, videbunt, & qui non audierunt, intelligent.* ] Oſtēdit Chriſtus in apoſtolis, & per virtutes quæ in eius nomine fiebant.

c *Propter quod & impediebar plurimum venire ad vos.* ] Expoſuit illud quod in capite dixerat.

d *Sed prohibitus ſum vſque adhuc. Nunc vero vlterius locum non habens in his regionibus.* ]Vbi iam toti firmi ſunt, cauB ſam ſe negat habere ponendi fundamentum.

Philip.1.c Pſal.118.c e *Cupiditatem autem habens veniendi ad vos.* ] Notandum, eſſe cupiditatem etiam bonam. Sicut cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Et, Cōcupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas.

f *Ex multis iam præcedentibus annis.* ] Qualis neceſſitas fuerit oſtendit, quæ illum multis detineret annis.

g *Sed cum in Hiſpaniam proficiſci cœpero &c.* ] Vtrum in Hiſpania fuerit, incertū habetur.

h *Et à vobis deducar illuc, ſi vobis primum ex parte fruitus fuero.* ] Quia ita vos exhibeC tis, vt nec apud vos locum, aut neceſſitatem habeā diutius remorandi: & ideo ex parte illis fuiſſe dicit, quia non credere indigebant, ſed tantummodo confirmari. Siue ideo ex parte, quia nulla magnitudo temporis faciat charitatem.

p *Hac igitur cum conſummauero, & aſſignauero eis fructum hunc, proficiſcar per vos in Hiſpaniam.* ] Si vos bene exhibueritis, abundabit nobis bona doctrina in vos: quia quantum proficit diſcipulus, tantum prouocatur ad docendum & doctor. Sicut alibi ait. Os noſtrum patet ad vos ô Corinthij. Siue abundanter benedicitur in aduentu meo Chriſtus in vobis. 2.Cor.6.c

q *Scio autem quoniam veniens ad vos, in abūdantia benedictionis Chriſti veniam.* ] Sciens Apoſtolus quoniam propter prædicationem Chriſti Romam vinctus ducēdus erat, in abūdantia benedictionis prædicat ſe eſſe venturum. E Vel certe quoniam conſcius ſibi erat, nihilominus habere ſe gratiā ab aliis apoſtolis.

r *Obſecro igitur vos fratres per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.* ] Rogat vt pro eo tota inſtanter oret eccleſia: quia nouit multum valere preces in communi multorum. Iacobo enim occiſo, Petrus fratum precibus de carcere liberatur: qui non tam illi quàm ſibi beneficium præſtituerunt, ſcilicet vt eius poſſint doctrina firmari.

ſ *Et per charitatem ſpiritus, vt adiuuetis me &c.* ] Spiritualis enim charitas facit, vt pro inuicem exoretis.

t *Vt liberer ab infidelibus, qui ſunt in Iudæa: & obſequij mei oblatio accepta fiat in Hieruſalē ſanctis.* ] Siue vt omnes credāt, ſiue fidelibus miniſtrās, in manus infidelium nō incurram, ne ad vos venire non poſſim. F

i *Nunc igitur proficiſcar in Hieruſalem.* ] Hoc mihi reſtat deinceps vt veniam.

k *Miniſtrare ſanctis.* ] Sancti erant in Hieruſalem, qui omnibus ſuis diſtractis, & ante apoſtolorum pedes depoſitis, orationi, lectioni, doctrinæque vacabant. Quales autem fuerint, ex hoc cognoſcitur, vt ipſe apoſtolus per ſe illis pergeret miniſtrare: & quibus oblationem ſuam eſſe optat acceptam, id eſt, vt eam dignentur accipere, oſtendens hoc non tam prodeſſe accipientibus quàm dantibus. Hoc contra illos facit, qui gloriam perfectionis impugnant.

l *Probauerunt enim Macedonia & Achaia collationem aliquā facere.* ]Probauerunt hoc ſibi vtile fore, ſi collationem aliquam ſumptuum facerent ſanctis.

m *In pauperes ſanctorum, qui ſunt in Hieruſalem. Placuit enim eis.* ] Quia propter ſanctorum ædificationē eſſe pauperes voluerūt. Siue ſimpliciter pauperes ſanctorum intellige.

n *Et debitores ſunt eorum.* ]Exemplo eorum prouocat Romanos ad ſimile opus, oſtendens hoc illis non immerito placuiſſe.

u *Vt veniam ad vos in gaudio per voluntatem dei, & refrigerer vobiſcum.* ] Tunc in gaudio veniam, ſi oblatio mea ab eis accepta fuerit: & ſecurus verbum dei abundantius loquar. Triſtitia enim animi multum impedit ad doctrinam.

x *Deus autem pacis ſit cum omnibus vobis. Amen.* ]Deus pacis nō niſi in pacificis eſt. Pulchre autem finiuit, duobus populis in concordiam reuocatis.

## CAP. XVI.

y *COmmendo autem vobis Phœben ſororem noſtram.* ] Iam quaſi finito textu epiſtolæ, vt ſolet commendationis gratiam ſubter adnexuit. Item hic monſtrat Apoſtolus non accipiendam aut eligēdam perſonam eſſe viri vel feminæ, quando Romanis per mulierem, vt fertur, literas mittit. In eadem epiſtola aliis feminis mandat ſalutem.

z *Quæ eſt in miniſterio eccleſiæ, quæ eſt in Cenchræis.* ] Sicut etiam nunc in orientalibus diaconiſſæ mulieres, in ſuo ſexu miniſtrare videntur in baptiſmo, ſiue in miniſterio verbi: quia priuatim docuiſſe feminas inuenimus, ſicut Priſcillam, cuius vir Aquila vocabatur.

a *Vt eam*



A a *Vt eam ſuſcipiatis in domino digne ſanctis, & aſſiſtatis ei in quocunque negotio veſtri indiguerit. Etenim ipſa quoque aſſiſtit multis, & mihiipſi.* ] Vt adiuuetis eam ſiue ſumptuum opibus, ſiue ſolatio: quia & ipſa quàmdiu habuit, plures adiuuit.

b *Salutate Priſcam & Aquilam &c.* ]Qui confirmaſſe ſe apoſtolo dicuntur in fide, quos & ideo adiutores appellat: quia in opere doctrinarum vbi ipſe laborabat & iſti iuuerunt.

c *Qui pro anima mea ſuas ceruices ſuppoſuerunt. Quibus non ſolum ego gratias ago, ſed & cūctæ eccleſiæ gentium.* ] Probando meam doctrinam, ſe periculo ſubiecerunt, propter quod illis omnes eccleſiæ gratias agunt: quia per illos ego ſeruatus ſum.

B d *Et domeſticam eorum eccleſiam.* ]Oſtendit congregationem fidelium, eccleſiam nominari.

e *Salutate Epænetum dilectum mihi: qui eſt primitiuus eccleſiæ Aſiæ in Chriſto Ieſu. Salutate Mariam, quæ multū laborauit in nobis.* ] Primitiuos eccleſiæ Aſiæ: iſtos omnes quos ſalutat, intelligimus ex nominibus fuiſſe peregrinos, per quorum exemplum atq; doctrinam, non abſurde exiſtimamus crediδiſſe Romanos.

f *Salutate Andronicum & Iuniam cognatos & concaptiuos meos, qui ſūt nobiles in apoſtolis, qui & ante me fuerūt in Chriſto Ieſu. Salutate Ampliatum dilectiſſimum mihi in domino. Salutate Vrbanum adiutorē noſtrū in Chriſto Ieſu, & Stachyn dilectum meum. Salutate Apellen, probum in Chriſto. Salutate eos qui ſunt ex Ariſtobuli &c. Salutate Rufum & electū in domino, & matrem eius & meam.* ] Aetate nō partu matrem ſalutate. Hi ex Iudæis erant, & quia ſimul cū Paulo fuerant tribulati, nec territi: ideo nobiles hoc merito habebantur: qui ad profectum Romanorum inter cæteros fuerant deſtinati, quique priores Paulo crediδiſſe, ipſius teſtimonio referuntur.

C g *Salutate Aſyncrium, Phlegontam, Hermam, Patrobam, Hermem: & qui cū eis ſunt fratres. Salutate Philologum & Iuliam, Nereum, & ſororem eius, & Olympiaden: & omnes qui cū eis ſunt ſanctos.* ] Suo exemplo nos docet, quales amicos debeamus in noſtris litteris ſalutare: non diuites ſæculi, facultaribus vel dignitatibus honoratos, ſed gratia ac fide locupletes.

h *Salutate inuicē in oſculo ſancto. Salutant &c.* ] Non ficte vel ſubdolē, quale Iudas tradidit ſaluatori. Ideo enim in eccleſia pax primo annuntiatur, vt oſtēdat ſe cum omnibus eſſe pacificū, qui corpori cōmunicaturus eſt Chriſti. D

eccleſiæ, quæ eſt in Cenchræis, vt [a] eam ſuſcipiatis in domino digne ſanctis, & aſſiſtatis ei in quocumque negotio veſtri indiguerit. Etenim ipſa quoque aſſiſtit multis, & mihiipſi. [b] Salutate Priſcam & Aquilā adiutores meos in Chriſto Ieſu: [c] qui pro anima mea ſuas ceruices ſuppoſuerunt. Quibus non ſolum ego gratias ago, ſed & cunctæ eccleſiæ gentium, & [d] domeſticam eccleſiam eorū. Salutate [e] Epænetum dilectum mihi: qui eſt primitiuus eccleſiæ Aſiæ in Chriſto Ieſu. Salutate Mariam, quæ multum laborauit in vobis. [f] Salutate Andronicum & Iuniam cognatos & cōcaptiuos meos, qui ſunt nobiles in apoſtolis: qui & ante me fuerūt in Chriſto Ieſu. Salutate Ampliatum dilectiſſimum mihi in domino. Salutate Vrbanum adiutorem noſtrum in Chriſto Ieſu, & Stachyn dilectum meū. Salutate Appellen, probum in Chriſto. Salutate eos qui ſunt ex Ariſtobuli domo. Salutate Herodionem cognatum meum. Salutate eos qui ſunt ex Narciſci domo, qui ſunt in domino. Salutate Tryphenam & Tryphoſam, quę laborant in domino. Salutate Perſidam chariſſimam, quæ multū laborauit in domino. Salutate Rufum electum in domino: & matrem eius & meam. [g] Salutate Aſyncritum & Phlegōtam, Hermam, Patrobam, Hermen: & qui cum eis ſunt fratres. Salutate Philologum & Iuliam, Nereū & ſororē eius, & Olympiadem: & omnes qui cū eis ſunt ſanctos. [h] Salutate inuicē in oſculo ſancto. Salutant vos omnes eccleſiæ Chriſti. [i] Rogo autem vos fratres, vt obſeruetis eos qui diſſenſiones & offendicula præter doctrinam, quam vos didiciſtis, faciunt: & declinate ab illis. Huiuſcemodi enim Chriſto domino noſtro non ſeruiunt, ſed ſuo ventri; & [k] per dulces ſermones & benedictiones ſeducunt corda innocentium. Veſtra [l] enim obedientia in omni loco diuulgata eſt. [m] Gaudeo igitur in vobis: ſed volo vos ſapientes eſſe in bono, & ſimplices in malo. Deus autem pacis conterat ſatanam ſub pedibus veſtris velociter. Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti vobiſcū. Salutat vos Timotheus adiutor meus, & Lucius & Iaſon & Soſipater, cognati mei. Saluto vos ego Tertius, qui ſcripſi epiſtolam hanc in domino. Salutat vos Gaius hoſpes meus, & vniuerſa eccleſia. [n] Salutat vos Eraſtus Arcarius ciuitatis, & Quartus frater. [o] Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti cum omnibus vobis, amen. Ei [p] autem qui potens eſt vos

i *Rogo autem vos fratres, vt obſeruetis eos qui diſſenſiones & offendicula præter doctrinam, quam vos didiciſtis, faciunt, & declinate ab illis. Huiuſcemodi enim chriſto domino noſtro nō ſeruiūt, ſed ſuo vētri.* ] De illis dicit qui ex circuncisione illo tempore venerant, ieiunia & abſtinentiam deſtruētes, neomenias & ſabbatha & cæteras ferias ventris gratia prædicabant, diſſentientes ab apoſtolica doctrina, & fratribus offendicula præparātes.

k *Et per dulces ſermones & benedictiones ſeducunt corda innocentium.* ] Per blandimenta, & adulationes compto ſermone compoſitas.

l *Veſtra enim obedientia in omni loco diuulgata eſt.* ]Si illis obediſtis, quibus non debuiſtis: quanto magis nobis obedire debetis? Nam & illi propterea ad vos venerunt, quia ſciebant vos per obedientiam ſimplicē cito poſſe ſeduci. E

m *Gaudeo igitur in vobis, ſed volo vos ſapientes eſſe in bono, & ſimplices in malo. Deus autē pacis conterat ſatanam ſub pedibus veſtris velociter. Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti vobiſcum. Salutat vos Timotheus adiutor meus & Lucius & Iaſon & Soſipater cognati mei. Saluto vos ego Tertius, qui ſcripſi epiſtolam hāc in domino. Salutat vos Gaius hoſpes meus, & vniuerſa eccleſia.* ] Quia bona eſt obediētia, ſed ſi rationabilis ſit: & ideo volo vos ſapientes eſſe in bono, vt malum neſcientes, ſub pedibus innocentiæ deponatis inimicum. Ita enim dedit nobis dominus poteſtatem calcandi ſuper ſcorpiones atque ſerpentes, & omnem virtutem inimici: id eſt, ne nobis præualeat, & omnibus ſuper eum membris liberis ac ſolutis ambulare poſſimus. F

n *Salutat vos Eraſtus Arcarius ciuitatis & Quartus frater.* ] Hic Arcarium ex Arcario dicit, ſicut gentes credētes ex gentibus ſæpe vocauit, ſecundum conſuetudinem legis quæ Abigail, vxorem Nabal adhuc appellat, cum iam illo mortuo in Dauid matrimonium tranſiſſet.

o *Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti, cum omnibus vobis. Amen.* ] Hæc eſt ſubſcriptio manus eius in omnibus epiſtolis, vt in ea etiam commoneret beneficia Chriſti.

p *Ei autem qui potens eſt vos confirmare.* ] Signis atq; doctri-

A nis. Item hic patris perſonam monſtrat. Deſcendens autem dicit, manifeſtatum hunc per ſcripturas propheticas ſecundum imperium æterni dei, ſpiritum ſanctum ſignificat. Item infert: Cognitum eſt ſoli ſapienti deo per Chriſtum Ieſum, cui gloria in ſæcula. Hoc loco patrem & filiũ manifeſte loquitur. Quod autem dicit: Cognitum eſt ſoli ſapienti deo, in communi munere myſterij ſignificat trinitatem.

a *Iuxta euangelium meum & prædicationem Ieſu Chriſti.*] Vt ſic viuatis, quomodo ego Chriſti exemplo & auctoritate gentibus prædicaui.

b *Secundum reuelationem myſterij.*] Myſteriũ de vocatione vniuerſatum gentium in lege diu fuerat occultatum, quod nunc per Paulum euidenter patefactum eſt euãgelium in Chriſto per teſtimonia prophetarum, quia quàmuis de gentibus ante multa dixiſſet: tamen quomodo & in Chriſto vnum fierent & Iudæi, nemo tã aperte cognouerat. Exiſtimare enim poterant quoſdam ad fidem quaſi proſelytos admittendos. D

c *Temporibus æternis taciti, quod nũc patefactũ eſt per ſcripturas prophetarum.*] Deſcẽdens autem dicit quid eſt patefactum.

d *Secundum præceptum æterni dei.*] Præcepit deus vt omnes gentes obediant, & deum, agnoſcant, quod futurum quandoque ſolus ante ſciebat, qui ſolus naturaliter ſapiens, ſicut naturaliter bonus, cum tamen & homo dicatur bonus: ſed nos inſtitutione boni vel ſapientes eſſe poſſumus, ille natura. Cui per Ieſum Chriſtum gloria & honor in ſæcula ſæculorum.

d *Ad obeditionem fidei in cunctis gẽtibus.*] Spiritum ſanctũ ſignificat. Item infert.

e *Cogniti ſoli ſapienti deo per Ieſum Chriſtum: Cui honor & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.*

vos confirmare [a] iuxta euangelium meum, & prædicationem Ieſu Chriſti, [b] ſecundum reuelationem myſterij [c] temporibus æternis taciti: quod nunc patefactum eſt per ſcripturas prophetarum, [d] ſecundum præceptum æterni dei ad [e] obeditionem fidei in cunctis gentibus [f] cogniti ſoli ſapienti deo, per Ieſum Chriſtum: cui honor & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

*Commentariorum in epiſtolam ad Romanos, finis.*

E

B

# COMMENTARII IN PRIMAM EPISTOLAM AD CORINTHIOS.

A PAulus, quod nomen præponit in epiſtolis, auctoritatis eſſe noſcendum. Item aliter. Paulus apoſtolus: connectens in epiſtola fratrum nomina, vel humilitatem ſuam ſignificat: vel cooperatorem eſſe eum apoſtolicæ prædicationis oſtendit.

b *Vocatus Apoſtolus Ieſu Chriſti per voluntatem dei*] Voluntate dei vocatur quiſque ad fidem, ſed ſua ſponte & ſuo arbitrio credit, ſicut ait in Actibus, Non fui incredulus cæleſti viſioni.

Act.26.c c *Et Soſthenes frater eccleſiæ dei.*] Frater, inquit, non apoſtolus: Hunc autem idcirco ſecum ſcribentem inducit, quia ex ipſis doctor eſt, & pro his valde ſollicitus. C

d *Quæ eſt Corinthi.*] Oſtẽdit qui ſunt eccleſia dei, ſancti ſcilicet & immaculati, quia eccleſia neque maculam habet, neque rugam: & ideo his ſcribit qui integrã adhuc ſeruabant, non qui perdiderunt ſanctitatem. Nam iſtos honorat literis, illos auctoritate commendat.

e *Sanctificatis in Chriſto Ieſu vocatis ſanctis.*] Per baptiſmũ ſanctificatis. *Cum omnibus qui inuocant nomen domini noſtri Ieſu Chriſti.*] Proprie ſacerdotum eſt inuocare dominum: Quibus dicitur: Sic benedicite filiis Iſrael inuocantes nomen meum ſuper illos. Et Pſalmiſta dicit: Et Samuel inter eos qui inuocãt nomen eius. Quem ſacerdotem fuiſſe illa res probat, quia & ſacerdoti ſucceſſit, & hoſtias offerebat. De quo etiam ſecundum hiſtoriam dictum eſt, Suſcitabo mihi ſacerdotem fidelem. Qui quàmuis non ſit ex genere Aaron, tamen de tribu Leui eſſe in Paralipomenon legitur: quia ipſe hunc conſtituit qui & illum. Ita enim Aaron elegit, vt alios poſtea eligendi non amiſerit poteſtatem. Pſal.68.b 1.Reg.2.g

f *In omni loco ipſorũ & noſtro.*] Quia ſacerdotes & ſuo & apoſtolorum loco funguntur. Propter quod etiam eccleſiarum apoſtoli nominantur. Item aliter. Vniuerſis eccleſiis prouinciæ Achaiæ oſtendit ſe has literas mittere.

## Ad Corinthios epiſtola prima.

a PAulus, vocatus [b] apoſtolus Ieſu Chriſti per voluntatem dei, & [c] Soſthenes frater eccleſiæ dei, [d] quæ eſt Corinthi, ſanctificatis in [e] Chriſto Ieſu vocatis ſanctis, cũ omnibus qui inuocant nomen domini noſtri Ieſu Chriſti: in [f] omni loco ipſorum & noſtro. [g] Gratia vobis & pax à deo patre noſtro & domino Ieſu Chriſto. [h] Gratias ago deo meo ſemper pro vobis in gratia dei, quæ data eſt vobis in Chriſto Ieſu, [i] quia in omnibus diuites facti eſtis in illo, in [k] omni verbo & in omni ſciẽtia: [l] ſicut teſtimoium Chriſti confirmatum eſt in vobis, [m] ita vt nihil vobis deſit in vlla gratia [n] expectantibus reuelationem domini noſtri

g *Gratia vobis & pax à deo patre noſtro & domino Ieſu Chriſto.* Pax gratiam ſeruat, quam quidam habere nolebant.

h *Gratias ago deo meo ſemper pro vobis in gratia dei, quæ data eſt vobis in Chriſto Ieſu.*] Primum ſolito laudando prouocat ad profectum, & dicit ſe quidem gaudere de eorum ſcientia: ſed ſcire illos debere, quia vera ſapientia non inflat neque diſſentit. F

i *Quia in omnibus diuites facti eſtis in illo.*] In omnibus virtutibus, per ſapientiam, quæ amicos dei & prophetas cõſtituit. Item aliter. Hoc dicẽdo, Apoſtolus oſtẽdit eos quando ad fidem Chriſti acceſſerũt, omni gratia tũc ditatos: nunc autem non iuxta fidem conuerſantes, vacuefactam monſtrat gratiam quam perceperunt.

k *In omni verbo & in omni ſcientia.*] Id eſt, non tam noui quàm veteris teſtamenti.

l *Sicut teſtimonium Chriſti confirmatum eſt in vobis.*] Teſtimonium quo ait: Omnis ſcriba doctus in regno cælorũ, ſimilis eſt homini patrifamilias, qui profert de theſauro ſuo noua & vetera.

m *Ita vt nihil vobis deſit in vlla gratia.* Vnde ait Salomon. Sap.7.b Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, id eſt, cum ſapientia.

n *Expectantibus reuelationem domini noſtri Ieſu Chriſti.*] Ille vere expectat aduentum Chriſti, qui in omnibus præparatus



A paratus eſt. Reuelatio autem dicitur domini aduentus, quia modo à nobis abſcondita eſt.

a *Qui & confirmabit vos vſque ad finem ſine crimine, in die aduentus domini noſtri Ieſu Chriſti.*] Per doctrinam: ſicut ait Dauid: Confirma me in verbis tuis. Et iterum: Pax multa diligentibus legem tuam, & non eſt illis ſcandalum. Item aliter. Orat pro ipſis vt vſque ad finem vitæ ſuæ irreprehenſibiles in aduẽtum domini noſtri Ieſu Chriſti permaneant. Pſal.118.d

Ioan.1.b b *Fidelis deus per quem vocati eſtis in ſocietatem filij eius Ieſu Chriſti domini noſtri.* Quã ſocietatem Ioannes exponit, dicens, Quoniam deus lux eſt, & tenebræ in eo nõ ſunt vllæ. Si dixerimus quia ſocietatem habemus cum eo, & in tenebris ambulamus, mentimur. Et Paulus ait: Si commortui ſumus, & conuiuemus: ſi ſuſtinemus, & regnabimus. Hic locus contra Arianos facit, qui in hoc minorem eſſe filium volũt, quo per ipſum omnia facta referuntur: cum hoc etiam in patrem cadat, per quem in ſocietatem filij eius credentes vocat. Itẽ aliter: Hoc cõtra Arianos valet, qui miniſtrum pręceptorum patris filium dicunt, quoniam ſcriptum eſt. Omnia per ipſum facta ſunt: hic autem oſtenditur, quia per deum patrem vocati ſunt in cõmunionem Ieſu Chriſti domini noſtri. Hucuſque cum laude præfatio. 2.Tim.2.c B

c *Obſecro autem vos fratres.*] Ad vnam ſentiendi concordiam reuocat, &, vt ipſi omnes idem loquantur hortatur. Item aliter. Hic iam cauſam contra diſſenſionem aggreditur.

C d *Per nomen domini noſtri Ieſu Chriſti.*] In quo nomine ſaluati eſtis, & ſigna fieri conſpexiſtis.

e *Vt idipſum dicatis omnes.*] Vt vnum ſentiatis atque dicatis.

f *Et non ſint in vobis ſchiſmata.*] Schiſmata ſemper ex contentione naſcuntur.

g *Sitis autem perfecti in eodem ſenſu & in eadem ſcientia.*] Si vnum ſentiatis & proferatis, tunc vere poteſtis eſſe perfecti.

h *Significatum eſt enim mihi de vobis fratres mei ab his qui ſunt Chloes, quia contentiones inter vos ſunt.*] Quæritur quomodo Apoſtolus crediderit aliquid de abſentibus: cum ſcriptum ſit, Non credes auditui vano. Et iterum, Quæ viderint oculi tui loquere, & cætera. Sed hanc gratiam habebat, vt noſſet abſens, quid in ſingulis eccleſiis ageretur. Sicut dicit ad Coloſſenſes: Et ſi corpore abſens ſum, ſed ſpiritu præſens, gaudens & videns ordinem veſtrum &c. Quia ergo ſciebat Corinthios ita agere, vt audiebat, non credidit ſine cauſa quaſi de abſentibus, quorum conuerſationem in ſpiritu cognoſcebat. Eccl.13.& 19 Coloſſ.2.a

i *Hoc autem dico, quod vnuſquiſque veſtrum dicit. Ego quidem ſum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephæ, ego autem Chriſti.*] Sub nomine apoſtolorum, pſeudoapoſtolos tangit, qui eos per ſapientiam circumuenerant mundi, vt vnuſquiſque eius ſe diceret eſſe, cuius doctrinam elegiſſet qui aduerſa docebant. Si ergo nec de veris apoſtolicis hoc dici permittit, quanto magis de falſis non licebit? D

ſtri Ieſu Chriſti: [a] qui & confirmabit vos vſque in finem ſine crimine, in die aduentus domini noſtri Ieſu Chriſti. Fidelis [b] deus, per quem vocati eſtis in ſocietatem filij eius Ieſu Chriſti domini noſtri. Obſecro [c] autem vos fratres per nomen domini [d] noſtri Ieſu Chriſti, [e] vt idipſum dicatis omnes, & [f] non ſint in vobis ſchiſmata. Sitis [g] autem perfecti in eodẽ ſenſu, & in eadẽ ſcientia. [h] Significatum eſt enim mihi de vobis, fratres mei, ab his qui ſunt Chloes: quia contẽtiones ſunt inter vos. [i] Hoc autem dico, quod vnuſquiſque veſtrũ dicit. Ego quidem ſum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephæ, ego autem Chriſti. [k] Diuiſus eſt Chriſtus? [l] Nunquid Paulus crucifixus eſt pro vobis, aut in nomine Pauli baptizati eſtis? [m] Gratias ago deo meo, quòd neminem veſtrum baptizaui, niſi Criſpum & Gaium, ne quis dicat, quòd in nomine meo baptizati ſitis. Baptizaui autem & Stephanæ domum: cæterum neſcio, ſi quem alium veſtrum baptizauerim. [n] Non enim miſit me Chriſtus baptizare, ſed euangelizare, [o] non in ſapientia verbi: [p] vt non euacuetur crux Chriſti. Verbum [q] enim crucis pereuntibus quidẽ ſtultitia eſt? his [r] autem qui ſalui fiunt, id eſt nobis, dei virtus eſt. [ſ] Scriptum eſt enim. Perdam ſapiẽtiam ſapientium: & [t] prudentiam prudẽtium reprobabo. Vbi [u] ſapiens, vbi ſcriba, [x] vbi inquiſitor huius ſæculi? Nonne ſtultam fecit deus ſapientiam huius mundi? Nam [y] quia in dei

k *Diuiſus eſt Chriſtus?*] Diuiditur corpus, cum membra diſſentiunt.

l *Nunquid Paulus crucifixus eſt pro nobis, aut in nomine Pauli baptizati eſtis?* Poteſt iſtud dici his qui relicto Chriſti exẽplo, ſanctos veteris teſtamẽti in ſolis diuitiis cupiunt imitari. Nunquid Abraham crucifixus eſt pro vobis, aut in nomine Iob baptizati eſtis? Et illud domini, vbi docemur non quærere quid alij diſcipulo iubeatur, dicentis Petro. Quid ad te? tu me ſequere. Ioan.21.

m *Gratias ago deo meo quòd neminem veſtrum baptizaui niſi Criſpum & Gaium, ne quis dicat, quòd in nomine meo baptizati ſitis. Baptizaui autem & Stephanæ domum: cæterum neſcio, ſi quem alium veſtrum baptizauerim.* Quod ita contigit, vt illos paucos baptizarem, qui ſe non dicunt in meo nomine baptizatos. Item aliter. Illorum ipſorum neminem, niſi quos numeraui. E

n *Non enim miſit me Chriſtus baptizare, ſed euangelizare.*] Non vſurpauit minora facere qui poterat officia implere maiora. Sicut hodie & epiſcopus vel ſacerdos, ſi voluerit, diaconi poterit implere miniſterium.

o *Non in ſapiẽtia verbi.* Cum poſſint apoſtoli etiam ſermones ſapientiæ prædicare, ſimpliciter docent, ne aſtutiæ prædicationis aſcribatur prudẽtia, & euacuetur crux Chriſti.

p *Vt non euacuetur crux Chriſti.*] Euacuant enim vim crucis, qui aures declamatione permulcent. F

q *Verbum enim crucis pereuntibus quidem ſtultitia eſt.*] Prædicatio crucis non intelligentibus virtutem dei: ſtultitia videtur dei filium dicere crucifixum: fideles autem intelligunt dei eſſe virtutem, qua mors victa eſt, & diabolus ſuperatus eſt.

r *His autem qui ſalui fiunt, &c.*] Fides enim eorum eos ſaluos facit.

ſ *Scriptum eſt enim, &c.*] Hoc in aduentu ſaluatoris aſſerit adimpletum, id eſt, ad nihilum redigam.

t *Et prudentiam &c.*] Eligendo piſcatores, artem rhetoricã & philoſophicam, reprobauit. Quæritur planè, vnde ſit hæc ſapientia, quã reprobat deus. Scriptum eſt enim quòd omnis ſapientia à domino deo ſit, id eſt de bona natura ducit exordiũ. Hoc enim habet ſenſus humanus, vt quocunque eum tetenderis, conſequatur, & paulatim meditando proficiat. Inde eſt quòd multi illiterati poẽmata componunt tam exquiſita, quæ viri eruditiſſimi admirentur. Hunc ergo ſenſum quem deus ſe ex creaturis cognoſcendum, & ſuam voluntatem inquirendã dederat, illi ad inquirenda ſuperflua & curioſa verterunt. Similiter & de diuitiis ac fortitudine & de omnibus, quibus male vtimur, poſſumus exiſtimare. Eccl.1.

u *Vbi ſapiens, vbi ſcriba.*] Id eſt doctor.

x *Vbi inquiſitor huius &c.*] Qui acquirit ſapientiam ſæcularem, vel quicunque aliis de rebus obſcuris inquirit.

y *Nam quia in dei ſapientia non cognouit mũdus. &c.*] Factura

A mundi, dei ſapientia eſt fabricata: in qua per ſapientiam naturalem, quæ ad hoc data & creata fuerat, debuit cognoſci ipſe qui fecerat: ſed quoniam non agnorauerunt homines, alia illis medicina ſuccurritur. Item aliter. Hoc loco ſapiētiam dei, ordinatione creaturarum quæ videntur oſtēdit: ex quibus deum auctorem venerari & agnoſcere debuerunt.

in dei ſapientia non cognouit mundus per ſapientiam deum: [a] placuit deo per ſtultitiam prædicationis ſaluos facere credētes. [b] Quoniam & Iudæi ſigna petunt: & Græci [c] ſapiētiam quærunt. [d] Nos autē prædicamus Chriſtum crucifixum: [e] Iudæis quidem ſcandalū: [f] gentibus autem ſtultitiam: ipſis autem [g] vocatis Iudæis atque Græcis, Chriſtum dei virtutē, & dei ſapiētia. [h] Quia quod ſtultum eſt dei, ſapientius eſt hominibus. Et [i] quod infirmum eſt dei, fortius eſt hominibus. [k] Videte enim vocationem veſtram fratres: quia [l] non multi ſapientes ſecundum carnem: non multi potentes, non multi nobiles: ſed [m] quæ ſtulta ſunt mundi elegit deus, vt confundat ſapientes: & infirma mundi elegit deus, vt cōfundat fortia: & ignobilia mundi & contemptibilia elegit deus, & [n] ea quæ non ſunt, vt ea quæ ſunt deſtrueret: [o] vt nō glorietur omnis caro in conſpectu eius. Ex ipſo [p] autem vos eſtis in Chriſto Ieſu: [q] Qui factus eſt nobis ſapientia à deo & iuſtitia [r] & ſanctificatio & redemptio, vt [ſ] quemadmodum ſcriptū eſt: Qui gloriatur, in domino glorietur.

## CAP. II.

[t] ET ego cum veniſſem ad vos fratres, non [u] veni per ſublimitatem ſermonis aut ſapientię, annuntians vobis teſtimonium Chriſti. [x] Non enim iudicaui me ſcire aliquid inter vos, niſi Ieſum Chriſtum, & [y] hunc crucifixum. Et [z] ego in infirmitate & timore & tremore multo fui apud vos: & [a] ſermo meus & prędicatio mea [b] non in perſuaſibilibus humanæ ſapientię verbis: ſed in oſtenſione ſpiritus & virtutis: vt [c] fides veſtra non ſit in

a *Placuit deo per ſtultitiā prædicationis ſaluos facere credētes.*] Non quòd vere ſtultitia ſit prædicatio crucis: ſed quia apud illos ita haberetur.

b *Quoniam & Iudæi ſigna petunt.*] Iudæi ex conſuetudine prophetarum ſigna petunt, quæ etiā videntes, credere noluerunt.

c *Et Græci ſapientiam quærunt.*] Artis dialecticæ & humanæ ſapientiæ rationem.

d *Nos autē prædicamus Chriſtum crucifixum.*] Multum ſuā doctrinam ab illorum ſenſu diſcrepare demonſtrat.

B e *Iudæis quidem ſcandalum.*] Scandalizantur, ſi audiunt Chriſtum à ſe crucifixum. Siue ſcandalum illis eſt audire Chriſtū mori potuiſſe, quem illi quaſi immortalem expectant. Inde eſt quod dicebant: Nos audiuimus ex lege quia Chriſtus manet in æternum: non intelligētes, quia primū pati illum oportebat, & ſic in gloriam ſuam introire. Ioan.12.c

f *Gentibus autem ſtultitiam.*] Secundum mundanam ſapientiam, ſtultitia videtur deum credere crucifixum.

g *Ipſis autem vocatis Iudæis atque Græcis, Chriſtum dei virtutem & dei ſapientiam.*] Hic non diuinitatem Chriſti dicit dei virtutem & ſapientiā, ſed ordinationē crucis. Item

C aliter: Ipſi Iudæi & gētes cū crediderint, intelligunt virtutem dei eſſe, quæ deuicta morte hominem reuocauit ad vitam: & ſapientiam quæ nos à dominatione diaboli liberauit: quod ante per incredulitatem intelligere non valebant.

h *Quia quod ſtultum eſt dei, &c.*] Quod ſtultū putatur dei, omnem humanam ſapientiam antecedit: quia ſapientia ſua liberari non potuerant qui per crucis myſterium ſunt ſaluati.

i *Et quod infirmum eſt dei, fortius eſt hominibus.*] Mortem quam nec gigantes euadere potuerunt, crucifixi infirmitas ſuperauit.

k *Videte enim vocationem veſtram fratres.* Exemplum accepit ex his qui crediderant, vt oſtendat quia non prodeſt gloriatio carnalis ad fidē, ſed magis obeſt, dum ſuperbia ſapientiæ & nobilitatis inflati, homines dei ſapiētiæ ſubiacere noluerunt.

l *Quia non multi ſapientes ſecundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles.*] Hic contra illos agit oblique, qui ſe legis peritos, & fortiores apoſtolis, & nobiliores ex ſacerdotali ſtirpe deſcendere iactabant.

m *Sed quæ ſtulta ſunt mundi elegit deus, vt confundat ſapientes: & infirma mundi elegit deus, vt confundat fortia: & ignobilia mundi & contemptibilia elegit deus.*] Quia dum in ſemetipſis non confidebant, celerius crediderunt. Semper

D enim ſapientium & diuitum & fortium gloria increpatur, ſicut ait propheta: Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, neque fortis in fortitudine ſua, neque diues in diuitiis ſuis: ſed ipſe dominus quod per prophetam dixerat, ipſe ad noſtrum compleuit exemplum. Naſcendo enim de matre paupere, diuitias reprobauit. Dum autem literas non diſcit, refutat ſapientiam ſæcularem. Cum vero traditus nō reſiſtit, ſed patienter ſuſtinet crucem, in humana fortitudine prohibet gloriari. Humilient ergo ſe deo huiuſmodi, ſi volunt & ipſi cum cæteris liberari. Hiere.9.f

n *Et ea quæ non ſunt, vt ea quæ ſunt deſtrueret.*] Quæ nō ſunt ſapientia, fortia, nobilia, vt quæ ſunt talia diſſiparet.

o *Vt non glorietur omnis caro in conſpectu eius.* Omnis caro nō ſpiritus, quia carnalis eſt iſta gloriatio.

E p *Ex ipſo autē vos eſtis in Chriſto Ieſu.*] Si ergo ex ipſo eſtis, nolite ea quæ ille reprobat, admirari.

q *Qui factus eſt ſapientia nobis à deo & iuſtitia.*] Nobis factus eſt, ſibi ſemper fuit: vt ſcilicet nos faceret ſapientes & iuſtos & ſanctos. Itē alia expoſitio. Cum ſit Chriſtus dei patris ſapientia, tunc tamen cum quis in illum crediderit, ſapientia ei Chriſtus efficitur.

r *Et ſanctificatio & redemptio.*] Redemptio noſtræ ſalutis.

ſ *Vt quemadmodum ſcriptum eſt: Qui &c.*] Non in ſemetipſo aut in ſuperius comprehenſis.

CAP. II.

t *ET ego cū veniſſem ad fratres.*] Quia oſtenderat non illos debere humanam F ſapientiam admirari, ſuo quoque hoc exemplo confirmat, eo quòd ipſe non per humanam ſapientiam prædicaſſet.

u *Non veni per ſublimitatem ſermonis, aut ſapientia, annuntiās vobis teſtimonium Chriſti.*] Nolui pompaticum eloquentiæ iactare ſermonem in prædicatione diuina.

x *Non enim iudicaui me ſcire aliquid inter vos, niſi Ieſum Chriſtum.*] Id eſt non ſum gloriatus in aliquo niſi in Chriſto.

y *Et hunc crucifixum.*] Quod ſtultum apud homines eſſe videtur.

z *Et ego in infirmitate & timore & tremore multo fui apud vos.*] Neque enim alio modo deum conuenerat prædicari: non iactantia neque gloria carnali.

a *Et ſermo meus & prædicatio mea.*] Quia dialectici erant Corinthij, noluit apud illos diſputatione vti, ne hoc quoque illis noua aliqua philoſophia videretur, ſed magis illis virtutes & miracula demonſtrauit.

b *Non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus & virtutis.* Quia rhetorica habet colores perſuaſorios in vnaquaque materia.

c *Vt fides veſtra non ſit in ſapientia hominum, ſed in virtute dei.*] Sapientia hominis temporalis, ad breue prodeſt. Virtus autem dei vt æterna, dat ſine fine profectum.

a *Sapientiam*



ſit in ſapientia hominum, ſed in virtute dei. [a] Sapiētiam autem loquimur inter perfectos. [b] Sapientiam vero non huius ſæculi, neque principum huius ſæculi, qui deſtruuntur: ſed [c] loquimur dei ſapientiam in myſterio quæ abſcondita eſt: [d] quam prædeſtinauit deus ante ſæcula [e] in gloriam noſtram: [f] quam nemo principum huius ſæculi cognouit. Si [g] enim cognouiſſent: nunquàm dominum gloriæ crucifixiſſent. [h] Sicut ſcriptum eſt: Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit: quæ præparauit deus his qui diligunt illum. [i] Nobis autem reuelauit deus per ſpiritum ſuum. [k] Spiritus enim omnia ſcrutatur: etiam profunda dei. [l] Quis enim ſcit hominū quæ ſunt hominis: niſi ſpiritus hominis, qui in ipſo eſt? Ita & quæ dei ſunt, nemo cognouit niſi ſpiritus dei. [m] Nos autem non ſpiritum huius mundi accepimus: ſed ſpiritum qui ex deo eſt, vt [n] ſciamus quæ a deo donata ſunt nobis: [o] quæ & loquimur non in doctis humanæ ſapientiæ verbis: ſed in doctrina ſpiritus, [p] ſpiritualibus ſpiritualia comparantes. Animalis [q] autem homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus dei. [r] Stultitia enim eſt illi, & non poteſt intelligere: quia ſpiritualiter examinatur. [ſ] Spiritualis autem iudicat omnia: & ipſe à nemine iudicatur: ſicut ſcriptum eſt. [t] Quis enim cognouit ſenſum domini; aut quis inſtruxit eum. [u] Nos autem ſenſum Chriſti habemus.

## CAP. III.

[x] ET ego fratres nō potui vobis loqui quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus. Tanquàm [y] paruulis in Chriſto, lac [z] vobis potum dedi, non eſcam. Nondum enim poteratis; ſed nec nunc quidem poteſtis: adhuc enim

A a *Sapientiam autem loquimur inter perfectos.*] Ne putetis & nos ſapientiā non habere, habemus diuinam: ſed vos iam tunc capere minime poteratis: quę iam credentibus aperitur.

b *Sapientiam vero non huius ſæculi, &c.*] Siue regum, ſiue philoſophorum, qui in hoc ſæculo primatum ſapientiæ tenere vidētur. Qui cum ſapientia ſua per noſtrum euangelium deſtruuntur.

c *Sed loquimur dei ſapientiam &c.*] In euangelio quod cōtinet natiuitatē Chriſti, paſſionem & cætera.

d *Quam prædeſtinauit deus ante ſæcula.*] Siue in præſētia, ſiue in lege ante tēpora. Multi enim prophetæ cupierunt videre, & non viderunt. Matth.13.c

e *In gloriam noſtram.*] Qui credimus Chriſto.

f *Quam nemo principum huius ſæculi cognouit.*] Pilatus, Cai-

B phas & cæteri, quorum etiā ignorantia damnatur: quia non debuerant ignorare.

g *Si enim cognouiſſent, nunquā dominum maieſtatis crucifixiſſēt.*] Hoc loco ad defenſionē peruerſi dogmatis, duæ hęreſes abutūtur, Apollinarij ſcilicet & Arij. Vna vt perfectā aſſumpti hominis naturam deſtruat. Alia vt dei verbum aſſerat eſſe paſſibile: neque erat intelligens, maieſtatis dominum etiam aſſumptum hominem dictum: neque ita ſciens, non diuinitatis, ſed humanitatis paſſibilem eſſe naturā. Item alia expoſitio. Dominus maieſtatis carne patitur, carne crucifigitur, carne moritur: ſubſtātia autem deitatis impaſſibilis eſt. Et ſimili modo etiam apoſtolus Petrus teſtatur in epiſtola ſua, Chri-

C ſtum pro nobis in carne paſſum, dicens: Qui peccata noſtra ipſe portauit in corpore ſuo ſuper lignum. Item alio loco: Chriſto igitur paſſo in carne. 1.Pet.2.d

h *Sed ſicut ſcriptum eſt: Quod oculus non vidit, nec auris audiuit &c.*] Memoratorum ſcilicet principum mens hæc videre non potuit: quia credere noluerunt. Quidam ſanè dicunt, oculus non vidit virginem peperiſſe, nec auris audiuit. Tunc iuſti ſicut ſol fulgebunt. Qui habet aures, inquit, audiendi audiat, & in cor hominis non aſcēdit, homines cohæredes Chriſto futuros. Eſa.64.a Matth.13.f

i *Nobis autem reuelauit deus per ſpiritum ſuum.*] Nobis qui fide meruimus ſpiritum dei accipere, qui nobis voluntatem eius oſtendit.

k *Spiritus enim omnia ſcrutatur etiam profunda dei.*] Etiā quæ in ſecreto dei conſilio conquieſcunt.

l *Quis enim ſcit hominum quæ ſunt hominis: niſi ſpiritus hominis qui in ipſo eſt? Ita & quæ dei ſunt, nemo cognouit niſi ſpiritus dei.*] Quæ cogitationes verſentur in homine. Item alia expoſitio. Præclarum hoc aduerſus hæreticos, qui creaturam ſpiritum ſanctum dicunt. Vnde hic oſtenditur nō ſolum creaturam non eſſe; verumetiam quòd ipſe ſolus interiora dei & profunda rimetur: quippe vt eiuſdem naturæ atque ſubſtantiæ ſit cum Chriſto.

D m *Nos autem non huius mundi ſpiritum accepimus, ſed ſpiritum qui ex deo eſt.*] Quicunque mundana ſapit, non ſpiritum dei videtur habere ſed mundi.

n *Vt ſciamus quæ à deo donata ſunt nobis.*] Vt ſciamus quanta nobis à deo collata ſunt per Chriſti aduentum.

o *Quæ & loquimur non in doctis humanæ ſapiētiæ verbis, ſed in doctrina ſpiritus.*] Quæ etiā vobis annuntiamus, non à philoſophis vel grammaticis, ſed à dei ſpiritu eruditi.

p *Spiritualibus ſpiritualia cōparantes.*] Illis ea dicētes qui poſſunt audire: non enim poſſunt niſi à ſibi cognitis & ſimilibus comprehendi.

q *Animalis autem homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus dei.*] Qui ſpiritum dei nō habet, animalis eſt: quia animaliū ritu verſatur, qui putat nihil eſſe poſt mortem. Et ideo E vt animal ventri libidinique committit ſe, æterna morte periturus.

r *Stultitia eſt enim illi & non poteſt intelligere: quia ſpiritualiter examinatur.*] Stultitia illi videtur primo quòd ille qui & paſſus & mortuus eſt & reſurrexit: totius creaturæ nunc dominus prædicetur. Secundo contemnere propria bona, alteri præbere maxillam, & cætera his ſimilia Chriſti mandata.

ſ *Spiritualis autem iudicat omnia: & ipſe à nemine iudicatur.*] Iudicat vana eſſe, in quibus carnales homines delectentur. Et ipſe ita ſe agit, vt à nemine iudicetur. Siue omnia ſpiritualis diſcernit & intelligit & ſenſu illius ab homine non intelligitur animali. Item alia expoſitio. Omnia dicit quæ F ſunt ſpiritualia. Non enim artes & diſciplinas huius mundi animalis homo niſi ſpiritualiter intelligat, ſcire poteſt.

t *Quis enim cognouit ſenſum domini, aut quis inſtruxit eum?*] Senſum domini qui eſt in viris ſpiritualibus, ſine ſpiritu dei nemo cognouit. Item ſenſus: hic intelligentiam ſignificat.

u *Nos autem ſenſum Chriſti habemus.*] Qui ſpiritum ſanctū accepimus.

CAP. III.

x *ET ego fratres non potui vobis loqui quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus.*] Modo timens ne putēt hoc ſolum habere ſenſum domini, quod ipſi, vt paruuli audierant: non, inquit, in me ſenſus domini defecit, ſed vobis virtus defuit audiendi. Item alia expoſitio. Arguit Apoſtolus Corinthios, quod gratiam, quam in principio credentes acceperant, perdiderint. Videtur autem hoc loco vniuerſos in commune increpare. Cum hi reprehendantur, qui non iuxta fidem conuerſantur.

y *Tanquàm paruulis in Chriſto.*] Non ætate carnali, ſed in Chriſto.

z *Lac vobis potum dedi &c.*] Hoc & beatus Petrus ait: Deponentes igitur omnem malitiam & ſimulationem tan-

A quàm modò geniti infantes rationabiles,& ſine dolo lac concupiſcite, vt in eo creſcatis in ſalutem. Si ergo adhuc illi paruuli ſunt, qui omnem malitiam abiecerunt, & qui nondum ſunt in virtute perfecti,quid de illis cenſendum eſt,quibus omnis malitia dominatur?

D mentum. Nõ ergo vnuſquiſque homo ſuper fidem ſuam ædificat,ſed quilibet doctor : quia nec parietes per ſe aliquando poſſunt erigi, niſi fuerint ab operatore conſtructi. Item hic magiſtros & doctores ſignificat ſuper fundamentum, quod eſt Chriſtus, homines rectè inſtituere vel praue, in quibus magiſtrorum doctrina in die iudicij in igne reuelabitur, vbi conſumptis peccatoribus probati manebunt. Doctores autem ſuper his,qui probati fuerunt, mercedem retributionis accipient: in illis vero quos ignis exurit, damno afficientur: quia in vacuum laborauerunt. Iidem autem magiſtri in iudicium venientes,ſalui fient,ſi tamẽ ipſi cauſa non fuerint perditorum. Quod autem ait : Si cuius opus arſerit,damno affectus erit. Non hic, vt quidam putant,in igne flammæ arſura ſunt opera:ſed homines qui ita operati ſunt vt mereantur incendio deputari. Si autem opera , id eſt crimina punientur,ſaluo eo qui perpetrauerat, non erit ei damnũ , ſed lucrum. Vnde manifeſte oſtẽditur, ſicut ſupra comprehẽſum eſt,homines eſſe aurum, argẽtum, lapides pretioſos, ligna, fœnum , ſtipulam. Quia acceptis inſtitutionibus magiſtrorum vel obſeruant præcepta,vel negligunt.

adhuc enim carnales eſtis. [a] Cum enim ſit inter vos zelus & contentio : nonne carnales eſtis,& [b] ſecundum hominẽ ambulatis? [c] Cũ enim quis dicat,ego quidem ſum Pauli : alius autẽ,ego Apollo:nõne homines eſtis? [d] Quid igitur eſt Apollo ? quid vero Paulus? Miniſtri eius cui crediſtis. Et [e] vnicuique ſicut dominus dedit. Ego plantaui, Apollo rigauit, ſed deus nunc incrementum dedit. [f] Itaque neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat : ſed qui incrementum dat deus. Qui autem plantat, & qui rigat vnum ſunt. Vnuſquiſque autem propriam mercedem accipiet , ſecundum ſuum laborem. [g] Dei enim ſumus adiutores : dei agricultura eſtis : dei ædificatio eſtis. [h] Secundum gratiam dei quæ data eſt mihi, [i] vt ſapiẽs architectus fundamentum poſui: [k] alius autem ſuperędificat. Vnuſquiſq; [l] autẽ videat quomodo ſuperędificet. [m] Fundamentũ enim aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt : quod eſt Chriſtus Ieſus. Si [n] quis autem ſuperædificat ſupra fundamentum hoc, [o] aurum, argentum, lapides pretioſos, ligna, fœnum, ſtipulam : vniuſcuiuſque opus manifeſtum erit. Dies enim domini declarabit: quia in igne reuelabitur : & [p] vniuſcuiuſque opus quale ſit , ignis probabit . Si cuius opus manſerit , quod ſuperædificauit , mercedem accipiet. Si [q] cuius opus arſerit, detrimentum patietur : ipſe [r] autem ſaluus erit , ſic [ſ] tamen quaſi per ignem. Neſcitis [t] quia templum dei eſtis : & ſpiritus dei habitat in vobis? Si [u] quis autem templum dei violauerit, diſperdet illum deus. Templum enim dei ſanctum eſt, quod eſtis vos.

a *Cum enim ſit inter vos zelus & cõtentio: nõne carnales eſtis?*] Ecce de quibus vitiis carnales iudicantur: quæ nõ propriè per carnem fiunt,ſed de carnali ſenſu talia deſcẽdũt.

b *Et ſecundum hominem ambulatis.*] Qui nihil amplius habet quã cæteri homines: ſecundum hominem dicitur ambulare : ſed in hoc loco ob defenſionem ſingulorũ hominum, homines appellantur.

c *Cum enim quis dicat ego quidem ſum Pauli : alius autem,ego Apollo : homines nonne eſtis?*] Vult nos plus eſſe quàm homines.

d *Quid igitur eſt Apollo: quid vero Paulus:miniſtri eius cui crediſtis.*] B Si nos nihil ſumus quos miniſtros ipſe conſtituit,quanto magis illi qui in carnalibus gloriantur?

e *Et vnicuique ſicut deus dedit. Ego plantaui : Apollo rigauit, ſed deus incrementũ dedit.*]Hoc ipſum non ex nobis eſt , ſed dei donum eſt,vt per manus meas ſigna fierent, quæ vos excitarent ad fidem: & Apollo ſua vos doctrina firmaret: quia ſicut planta ſine aqua, ſic fides ſine doctrina marceſcit.Si ergo & plantatio & fons dei eſt : quid nobis aſcribitis, quaſi aliquid noſtra virtute fecerimus?

f *Itaque neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat : ſed qui incrementum dat deus. Qui autẽ* C *plantat,& qui rigat &c.*]Niſi enim deus incrementum dederit, ſine cauſa laboramus.

Nos mercenarij ſumus in alieno agro . Alienis vtimur ferramentis:nihil habemus proprium niſi mercedem noſtri laboris.

g *Dei enim ſumus adiutores, dei agricultura eſtis : dei ædificatio eſtis.*]Non in potentia,ſed in verbo adiuuamus coli dei agrum,& extrui templum.

h *Secundum gratiam dei quæ data eſt mihi.*] Non ſecundum meam virtutem. Siue ponendi fundamentum gratiam accepit vt ibi prædicarem , vbi Chriſtus non fuerat nunciatus.

i *Vt ſapiens architectus fundamentum poſui.*]Non poteſt imperitus architectus ponere fundamentum.

k *Alius autem ſuperædificat.*] Alius doctor inſtituit ſupra fidem quam ego fundaui.

l *Vnuſquiſque autem videat quomodo ſuperædificet.* ] Sollicitus quàm fortia & recta parietum latera conſurgant.

m *Fundamentum enim aliud nemo poteſt ponere , præter id quod poſitum eſt &c.*]Non eſt alius Chriſtus,quem poſſit vobis aliquis prædicare,præter Ieſum,cui fide firmiſſima crediſtis. Hoc ſolum agitur,ne per doctorum negligentiam, obnoxij incipiatis eſſe gehennæ.

n *Si quis autem &c.*] Eiuſdẽ artis eſt qui ſuperædificat: licet minor ſit in opere,cuius ille eſt qui poſuit funda-

o *Aurum, argentum, lapides pretioſos,ligna,fœnum, ſtipulam; vniuſcuiuſque opus manifeſtum erit: dies enim domini declarabit quæ in igne reuelabit.*] E In eccleſia tria genera ſunt bonorum. Eſt bonum , & melius, & optimum.Quod autem primo aurum poſuit,vt ſermo melius texeretur, ſiue ad fortitudinem , nõ ad ſpeciem comparauit. F Quia argentum fortius eſt auro,ideo meliori ponitur loco. Tria ſunt è contrario genera malorum: Malum, peius, & peſſimum.Quæ lignis,fœno,& ſtipulæ comparantur.

p *Et vniuſcuiuſque opus quale ſit, ignis probabit : ſi cuius opus manſerit , quod ſuperædificauit, mercedem accipiet.*] Aurum & argentum non ſolum non ardent, ſed per ignem ſplendidiora radiabunt. Ligna vero & cætera cremabuntur.Siue examinationem iudicij,igni voluit comparare, iuxta cõſuetudinem ſcripturarum.

q *Si cuius opus arſerit , detrimentum patietur.*] Si quis negligenter aut verbo docuerit, aut exemplo, perdet laborem ſuum.Quia opus aridum infirmúmque perfecit.

r *Ipſe autem ſaluus erit.*] In propria iuſtitia.

ſ *Sic tamen quaſi per ignem.*] Quòd ſi ille nõ niſi per ignem ſaluus erit, qui iuſtus ex proprio eſt , quia negligenter ædificauit diſcipulos: quid de illis fiet,qui & ſermone non ædificant,& inſuper ſcandalizant exemplo?

t *Neſcitis quia templum dei eſtis : & ſpiritus dei habitat in vobis..* Neſcitis cuius ſitis templum , ſiue in ſingulis, ſiue in vniuerſa eccleſia?

u *Si quis autem templum dei violauerit, diſperdet illum deus. Templum enim dei ſanctum eſt,quod eſtis vos.*Siue ſuum corpus peccando, ſiue eccleſiam ad prauam doctrinam reducen-



A do : vel certe exemplo proprio deſtruendo. Solent hunc locum Nouatiani opponere ad pænitentiã excludẽdam. Quibus reſpondendum eſt ad quid hoc ipſum ſcribitur: Spem veniæ non habebunt.

a *Nemo vos ſeducat.*] Propria vel aliena adulatione deceptus.

D o *Sed neque meipſum iudico.*]Ego qui conſcientiam meam optime noui, nihil eſſe me iudico. Neque meipſum iudico.

p *Nihil enim mihi conſcius ſum.*] Male ſentiunt qui dicũt: Nemo poteſt vitare peccatum.

vos. [a] Nemo vos ſeducat. Si [b] quis videtur inter vos ſapiẽs eſſe in hoc ſæculo : ſtultus fiat vt ſit ſapiens. [c] Sapientia enim huius mũdi, ſtultitia eſt apud deum. [d] Scriptum eſt enim: Comprehendam ſapientes in aſtutia eorum. Et [e] iterum. Dominus nouit cogitationes ſapientium : quoniam vanæ ſunt. [f] Nemo itaque glorietur in hominibus . [g] Omnia enim veſtra ſunt, ſiue Paulus ſiue Apollo , ſiue Cephas, ſiue mundus, ſiue vita, ſiue mors, [h] ſiue præſẽtia,ſiue futura. Omnia enim veſtra ſunt: [i] vos autem Chriſti : [k] Chriſtus autem dei.

CAP. IIII.

[l] Sic nos exiſtimet homo , vt miniſtros Chriſti , & diſpenſatores miniſteriorum dei. Hic [m] iam quæritur inter diſpenſatores, vt fidelis quis inueniatur. Mihi [n] autem pro minimo eſt,vt a vobis iudicer , aut ab humano die. [o] Sed neque meipſum iudico. Nihil enim mihi [p] conſcius ſum , ſed [q] non in hoc iuſtificatus ſum. [r] Qui autem iudicat me dominus eſt.Itaque [ſ] fratres nolite ante tempus iudicare, quouſque veniat dominus : qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium:& [t] tunc laus erit vnicuique à deo.Hæc [u] autem fratres transfiguraui in me & Apollo , propter vos , [x] vt in nobis diſcatis : ne ſupra quàm ſcriptum eſt, vnus aduerſus alterum infletur pro alio. [y] Quis enim te diſcernit ? [z] Quid autem habes quod non accepiſti ? Si [a] autem accepiſti : quid gloriaris quaſi non acceperis ? Iam [b] ſaturati eſtis : iam diuites facti eſtis. Sine [c] nobis regnatis : Et [d] vtinam regnetis, vt & nos vobiſcum regnemus. [e] Puto enim quòd deus nos apoſtolos nouiſſimos oſtendit , tanquàm morti deſtinatos : [f] quia ſpectaculum facti ſumus mundo & angelis & hominibus. [g] Nos ſtulti propter Chriſtum : vos autẽ prudentes

b *Si quis videtur inter vos ſapiens eſſe in hoc ſeculo:ſtultus fiat vt ſit ſapiẽs.*] Hic propriè mũdi increpat ſapientes, quos humana ſapientia non permittebat ſentire diuina. Aliter. Si quis ad reddẽdam vicem iniuriæ, ſi eadem fecerit , putet ſe eſſe ſapientem, ſtultus fiat : In hoc enim ſeculo ſtultus eſt qui euangelica voluerit implere præcepta. Qui enim percutienti, alteram præbet maxillam, voluntate ſtultus eſt, nõ natura. *Matth.5.f*

B c *Sapientia enim huius mundi ſtultitia eſt apud deum.*] Nihil ſtultius eſt quã vt velit ſe,qui non poteſt,vindicare: & deo ſuam non reſeruat iniuriam. Et ita de contumelia vindictam apud deum perdet, & de patientia mercedem.

d *Scriptum eſt : Comprehendã ſapientes in aſtutia eorum.*] Ad effugiendam manum dei, nulla ſuffragatur aſtutia.

e *Et iterum. Dominus nouit cogitationes ſapiẽtium : quoniam vanæ ſunt.*] Nihil vtilitatis conferunt ad ſalutem.

f *Nemo itaque glorietur in hominibus.*] In falſis ſcilicet apoſtolis, humana tãtum ſapientibus,cum nec in nobis quidem,ſed in eo , cuius & ipſi ſumus,ſit gloriandum.

g *Omnia enim veſtra ſunt,ſiue Paulus,ſiue Apollo , ſiue Cephas nos veſtri ſumus : vos autẽ Chriſti : ſiue mundus, ſiue vita , ſiue mors.*] C Omnia creata ſunt propter ſanctos : qui cum nihil habeāt, poſſident cuncta.Poſſumus autem hæc ad libertatem referre arbitrij, vt quod velint intelligat ſiue mortem,ſiue vitam.

h *Siue præſentia, ſiue futura. Omnia enim veſtra ſunt.*] Quod ſanctis tam præſentia quàm futura diuinitus ſint attributa : item Chriſti vitam mortemque ſignificat. Quoniam propter nos & mortuus eſt,& reſurrexit.

i *Vos autem Chriſti.* ] Sic eſt Chriſtus dei : ſicut alibi deus dicitur Chriſti, & hoc ſi de diuinitate velis intelligi. Cæterum hic de aſſumpti hominis forma tractatur,ſecũdum quam & dicitur vnctus.

k *Chriſtus autem dei.*] Quaſi homo.

CAP. IIII.

l *Sic nos exiſtimet homo,vt miniſtros Chriſti & diſpẽſatores miniſteriorum dei.* Non vt æquales Chriſto.

m *Hic iam quæritur inter diſpenſatores , vt fidelis quis inueniatur.*] Interrogantis vox eſt,id eſt iam hic vos putatis conſcientias iudicari.

n *Mihi autem pro minimo eſt vt à nobis iudicer , aut ab humano die.*] Humanum iudicium nullius dico momenti , in quo ſæpe veritas & iuſtitia fruſtratur. Diem enim hominis concupiui, Hieremias ait. *Hier.17.b*

q *Sed non in hoc iuſtificatus ſum.*] Hoc pro humiliate dicit. Nihil enim mihi ſum conſcius : vnde ſuper homines debeam gloriari. Si hoc Paulus dicit : Quid à nobis dici debeat , cogitãdum eſt. Sed non in hoc iuſtificatus ſum.

r *Qui autem iudicat me dominus eſt.*] Non in quo me quidam ita laudãt:quia ita quiſque aliena laude non iuſtificatur, vt ne maculetur infamia . Vnicuique enim apud deum quod eſt,non quid dicitur,imputatur.

E ſ *Itaque nolite iudicare ante tempus , quouſque veniat dominus,qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit cõſilia cordium.*] Homo videt in facie,deus autem in corde.

t *Et tunc laus erit vnicuique à deo.*] Ille verò laudabilis eſt, qui dei teſtimonio laudatur, apud quem omnia occulta & inuiſa ſunt cognita.

u *Hæc autem fratres transfiguraui in me & Apollo;propter vos.*] Vt à nobis humilitatis ſumatis exemplum : ne ſupra diſciplinam ſcripturæ audeat vnuſquiſque aduerſus alterum pro alio inflari, doctore malæ contentionis euerſo.

x *Vt in nobis diſcatis, ne ſuprà quàm ſcriptum eſt: Vnus aduerſus alterum infletur pro alio.*] F Hoc eſt quod dicit:ne vnuſquiſque magiſtrum propriũ prædicans, alter aduerſus alterum incitetur.

y *Quis enim te diſcernit?*]Hic ad ipſos inflatos per eloquẽtiam verba conuertit : quis te diſcernit cuius momenti ſis?

z *Quid autem habes quod non accepiſti?*] Quid enim boni ex temetipſo habes , quod à nullo didiceris : vel dei dono minime conſecutus ſis.

a *Si autem accepiſti , quid gloriaris quaſi non acceperis?*] Quaſi in proprio gloriaris.

b *Iam ſaturati eſtis:iam diuites facti eſtis.*] Hoc increpatiuo modo legendum vel pronuntiandum eſt.

c *Sine nobis regnatis.* In nullo noſtri indigentes.

d *Et vtinam regnetis, vt & nos vobiſcum regnemus.*] Vtinam nõ eſſetis falſa gloriatione decepti, forſitan ſimul regnaremus.

e *Puto enim quòd deus nos apoſtolos nouiſſimos oſtendit tãquàm morti deſtinatos.*] Nos omnium vltimos ad gentes tãquàm ad mortem direxit.

f *Quia ſpectaculum facti ſumus huic mundo & angelis & hominibus.*] Omnes noſtras publice ſpectant iniurias , ſiue vere angeli & homines , ſiue ſancti homines & peccatores.

g *Nos ſtulti propter Chriſtum , vos autem prudentes in Chriſto.*

dentes in Chriſto. Nos infirmi: vos autẽ fortes. Vos nobiles: nos autem ignobiles: Vſque in [a] hanc horam & eſurimus, & [b] ſitimus, & nudi ſumus, & colaphis cædimur, & inſtabiles ſumus, & [c] laboramus operantes manibus noſtris. [d] Maledicimur, & benedicimus. Perſecutionem patimur, & ſuſtinemus. Blaſphemamur, & obſecramus. Tanquàm [e] purgamẽta huius mundi facti ſumus, [f] omniũ peripſema vſque adhuc. Non [g] vt cõfundam vos, hæc ſcribo: ſed vt filios meos chariſſimos moneo. Nam ſi [h] decem millia pædagogorum habeatis in Chriſto: ſed non multos patres. Nam in [i] Chriſto Ieſu per euangelium ego vos genui. [k] Rogo ergo vos imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. [l] Ideo miſi ad vos Timotheũ, qui eſt filius meus chariſſimus & fidelis in domino; [m] qui vos cõmonefaciat vias meas, quæ ſunt in Chriſto Ieſu: [n] ſicut vbique in omni eccleſia doceo. Tanquam [o] non venturus ſim ad vos, ſic inflati ſunt [p] quidam. Veniam autẽ ad vos cito, ſi dominus voluerit: & [q] cognoſcam nõ ſermonem eorum qui inflati ſunt, ſed virtutem. [r] Non enim in ſermone eſt regnum dei, ſed in virtute. [ſ] Quid vultis? in [t] virga veniam ad vos, an in charitate & ſpiritu manſuetudinis?

## CAP. V.

[u] OMnino auditur inter [x] vos fornicatio: & talis fornicatio qualis nec intęr gentes, ita vt vxorem patris ſui aliquis habeat. Et [y] vos inflati eſtis, & non magis luctum habuiſtis: [z] vt tollatur de medio veſtrum, qui hoc opus fecit. [a] Ego quidem abſens corpore, pręſens autem ſpiritu: iam iudicaui vt præſens, [b] eum qui ſic operatus eſt in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti: congregatis vobis & meo ſpiritu cum virtute domini Ieſu, [c] tradere huiuſmodi ſatanæ in interitum carnis: [d] vt ſpiritus ſaluus ſit in die domini noſtri Ieſu Chriſti:

A *nos infirmi, vos autem.*] Nos tanquàm ſtulti propter Chriſtum omnia ſuſtinemus. Vos autem ita vultis eſſe Chriſtiani, vt prudentiam ſæculi teneatis. Nos infirmi, quia vicem reddere nolumus: Vos autem reddendo, fortes vos eſſe gloriamini. Nos nihil habentes voluntaria paupertate deiecti: Vos vobis etiam nobilitatem terreni generis vendicatis.

a *Vſque in hanc horam &c.*] Ab initio prædicationis noſtræ vſque in præſens tempus.

b *Et eſurimus & ſitimus & nudi ſumus & colaphis cædimur, & inſtabiles &c.* Non ſtamus in ſedibus certis, vbique euangelij neceſſitate iactamur.

c *Et laboramus operantes manibus noſtris.*] Sic tamen operabantur, vt doctrinę officiũ magis implerent.

d *Maledicimur, & benedicimus: perſecutionem patimur, & ſuſtinemus: blaſphemamur, & obſecramus &c.*] Rogamus B deum pro his qui nos blaſphemant.

e *Tanquàm purgamenta huius mundi facti ſumus &c.*] Sicut ſcriptum eſt: Iuſtus immundus eſt apud malos.

f *Omnium peripſema vſque adhuc &c.*] Omnium humillimi atque ſubiecti.

g *Non vt confundam vos hæc ſcribo, ſed vt filios meos chariſſimos moneo &c.*] Poterant cõfundi de ſua gloria, ſi eos nõ releuaret. Non enim ruborem illorum cupiebat, ſed profectum.

h *Nam ſi decem millia pædagogorum habeatis in Chriſto, ſed non multos patres &c.*] Omnes qui ab alio iam genitis mi- C niſtrant, patres dici nõ poſſunt.

i *Nam in Chriſto Ieſu per euãgeliũ ego vos genui &c.*] In nouam vitam me primum prædicante, reformatos vos eſſe meminiſtis.

k *Rogo ergo vos, imitatores mei eſtote &c.*] Bonorum filiorum eſt, in omnibus bonos imitari parentes.

l *Ideo miſi ad vos Timotheum, qui eſt filius meus chariſsimus & fidelis in domino &c.*] Quanto fidelior è cæteris, tanto charior cunctis.

m *Qui vos commonefaciat vias meas, quæ ſunt in Chriſto Ieſu &c.*] Qui vos & meis literis & ſuo commoneret exemplo: aliud enim ſine alio prodeſſe non poterat.

n *Sicut vbique in omni eccleſia doceo.*] Quomodo ſemper & vbique meum exemplum cum doctrina concordat.

o *Tanquàm non venturus ſim ad vos.*] Hic incipit cauſam fornicationis arguere.

p *Sic inflati ſunt quidam. Veniam autem cito ad vos, ſi dominus voluerit.*] Tamdiu aliquis de ſcientia falſa ſe iactat, vſquequo veræ ſcientiæ prædicator aduenit.

q *Et cognoſcam non ſermonem eorum qui inflati ſunt, ſed virtutem &c.*] Examinabo non eloquentiæ pompam, ſed conuerſationis effectum, vbi virtus fidei eſſe probatur.

r *Non enim in ſermone eſt regnum dei, ſed in virtute &c.*] Hic oſtendit nihil prodeſſe doctrinam abſque iuſtitiæ operi- D bus, ei qui non faciat quæ facienda perſuadet.

ſ *Quid vultis &c.*] Benignus magiſter diſcipulorũ correctionem in eorum poteſtate dimittit: vt ſi pænitere velint, clementiſſimus conſolator adeſſet. Si autem nollẽt, durus vltor aſſiſteret peccatorum.

t *In virga veniã ad vos &c.*] Quali virga venit Petrus ad Ananiam & Sapphiram, & Act.5. ipſe Paulus ad magum. Ibidem 13.b

### CAP. V.

u *OMnino auditur &c.*] Oſtendit quare ſuperiora minatus ſit.

x *Inter vos fornicatio: & talis fornicatio &c.*] In eccleſia cui vos præeſſe videmini.

y *Et vos inflati eſtis, & non magis luctũ habuiſtis &c.*] Vana ſcientia inflamini, & curam de his qui pereunt, non habetis: vt aut corrigantur, aut ab eccleſia ſeparentur. E Cũ bonos paſtores ſemper legamus populi defleſſe peccata: vt Hieremiam, qui ait: Hiere.9.a Quis dabit capiti meo aquã, & oculis meis fontem lacrymarum? vt oſtenderet ſibi nõ affectum doloris, ſed lacrymas defeciſſe.

z *Vt tollatur de medio veſtrũ qui hoc opus fecit.*] Siue homo qui peccauit tollatur, ſiue ſatanas eijciatur, dum non habet per quem operetur.

a *Ego quidem abſens corpore, præſens autem ſpiritu iam iudicaui vt præſens.*] Præſentem ſe eſſe dicit in ſpiritu, ne ex ſolo auditu abſentem damnaſ- F ſe putaretur: ſecũdum illud Eliſei dicentis ad Giezi: Nõne ſpiritus meus tecum erat 4.Reg.5.g in via?

b *Eum qui ſic operatus eſt in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti congregatis vobis, & meo ſpiritu cum virtute domini Ieſu.* Qui pro me erat præſens, ſiue in litterarum mearum auctoritate, per quam domini quoque virtus aſſiſtit.

c *Tradere huiuſmodi ſatanæ in interitum carnis.*] Vt arripiendi illum corporaliter habeat poteſtatem. Quòd dum viderit ſe nec carnis hic, nec in futuro ſpiritũs requiem habiturum, de facto pæniteat vt ſaluetur. Siue ſic quiſque pro meritis ſuis de eccleſia pellitur, & ſatanæ traditur poteſtati, vt dum caro eius per pænitentiam afflicta quendam interitum patitur, ſpiritus conſeruetur. Habet enim cõſuetudinem ſcriptura, vt hominem in parte totum intelligat. Siue ita, quia & hic ſcripturæ mos eſt, vt in carne carnales actus interire: in ſpiritu vero ſpiritualis conuerſatio ſalua fieri demonſtretur. Item hic oſtendit eiectum extra eccleſiam rabido ore dæmonum lacerandũ, ſi permanſerit nolens carnis vitia mortificare, vt poſſit vitam ſanctam recuperare.

d *Vt ſpiritus ſaluus ſit in die domini noſtri Ieſu Chriſti.*] Quoniam in ſpiritum ſatanas accipere nõ poteſt poteſtatem, vt domini iudicio reſeruetur.

a Non



ſti. [a] Non eſt bona gloriatio veſtra. Neſcitis, quia modicum fermentum totam maſſam corrumpit? [b] Expurgate vetus fermentum, vt ſitis noua conſperſio, ſicut eſtis azimi. [c] Etenim paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Itaque epulemur, non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ, ſed in azymis ſynceritatis & veritatis. Scripſi [d] vobis in epiſtola, ne commiſceamini fornicariis. Non vtique fornicariis huius mundi, aut auaris, aut rapacibus, aut idolis ſeruientibus: [e] alioquin debueratis de hoc mundo exiſſe. [f] Nunc autem ſcripſi vobis non commiſceri. Si is [g] qui frater nominatur, inter vos eſt fornicator, aut auarus, aut idolis ſeruiens, aut maledicus, aut ebrioſus, aut rapax, [h] cum hiuſmodi nec cibum ſumere. Quid [i] enim mihi de his qui foris ſunt iudicare? [k] Nonne de his qui intus ſunt, vos iudicatis? Nam eos qui foris ſunt, deus iudicabit. [l] Auferte malum ex vobiſipſis.

## CAP. VI.

[m] AVdet aliquis veſtrum habens negotium aduerſus alterum, [n] iudicari apud iniquos, & non apud ſanctos. An [o] neſcitis, quoniam ſancti de hoc mundo iudicabunt? Et ſi in [p] vobis iudicabitur mundus: indigni [q] eſtis qui de minimis iudicetis? Neſcitis quoniam angelos, iudicabimus: quanto magis ſæcularia? [r] Sæcularia igitur iudicia ſi habueritis: [ſ] contemptibiles qui ſunt in eccleſia, illos conſtituite ad iudicandum. Ad [t] verecundiam veſtram dico. Sic non eſt inter vos ſapiens quiſquàm, qui poſſit iudicare inter fratrem ſuum: ſed [u] frater cum fratre iudicio contẽdit: & hoc apud infideles. [x] Iam quidem omnino delictum eſt in vobis, [y] quòd iudicia habetis inter vos. [z] Quare non magis iniuriam accipitis? Quare non magis fraudem patimini? Sed vos iniuriam facitis, & fraudatis:

A a *Non eſt bona gloriatio veſtra. Neſcitis quia modicum fermentum totam maſſam corrumpit.*] Ignoratis quia malo exemplo poſſunt plurimi interire. Sed & per vnius delictum, in omnem populum Iudæorum iram dei legimus aduenisse.

b *Expurgate vetus fermẽtum, vt ſitis noua conſperſio, ſicut eſtis azymi.*] Nihil in vobis conuerſationis priſtinæ relinquatis, quod ſynceritatem poſſit naturæ corrumpere.

c *Etenim paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Itaque epulemur non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ, ſed in azymis ſynceritatis & veritatis.*] Non figura, ſed veritas. Et Iudæi quidem ſeptem diebus azyma comedebant. Nos vero ſemper, ſi ſimpliciter & pure verſe- B mur. Quia in ſeptem diebus mundus eſt factus, qui ſemper in ſuo ordine reuoluitur. Et quotidie nobis agnus occiditur, & paſcha quotidie celebramus, ſi fermentũ malitiæ & nequitiæ non habemus. Quid eſt enim aliud niſi corruptio naturæ, fermentũ quod & ipſum prius à naturali dulcedine recedẽs adulterino acrore corruptũ eſt?

d *Scripſi vobis in epiſtola, ne commiſceamini fornicariis, non vtique fornicariis huius mundi, aut auaris, aut rapacibus, aut idolis ſeruientibus.*] Hoc ipſum in hac epiſtola ita ſcripſi, nõ vt à gentibus, ſed ab his qui peccant in eccleſia, ſeparemini: ſin autem mori debueratis, quos idcirco præcipue viuere interim deus voluit, quò cohabitatione C veſtra proficerent infideles.

e *Alioquin debueratis de hoc mundo exiſſe.*] Siue ita, ſin autem melius vobis fuerat de hac luce migraſſe, quàm indigere per commonitionem à gentium conſortio ſeparari.

f *Nunc autem ſcripſi vobis non commiſceri.*] Sed magis quod ſcripſi, hoc eſt, ne talibus cõiungamini.

g *Si is, qui frater nominatur, inter vos eſt fornicator, aut auarus, aut idolis ſeruiens, aut maledicus, aut ebrioſus, aut rapax.*] Non ex ſola opinione vitandus eſt. Sed ſi quis frater, ſolo nomine appellatur cum fornicator detegatur aut fur, ab hoc ſeparari iubemur, ſicut ſcriptum eſt. Qui ſe iungit fornicariis, nequam eſt: putredo & vermes hęreditabunt eum. Eccl.19.a

h *Cum huiuſmodi nec cibum ſumere.*] Nec communem quidem cibum cum talibus participandum eſſe conceſſit.

i *Quid enim mihi de his qui foris ſunt iudicare?*] Hoc eſt, de infidelibus.

k *Nonne de his qui intus ſunt vos iudicatis? Nam eos qui foris ſunt, deus iudicabit.*] Nunquid non vos de his ſolis qui ſunt intra eccleſiam iudicatis?

l *Auferte malum ex vobiſipſis.*] Quò facilius eos poſſitis D docere qui foris ſunt.

### CAP. VI.

m *AVdet aliquis veſtrum habens negotium aduerſus alterum.*] Audet aliquis cõtra præceptum domini venire, dicentis. Si quis vult Matth.5.f tecum iudicio contendere, & cætera. Notandum quòd aliquando apoſtolus in medio cauſæ quam agit, quoſdam ſenſus inſerat, & de latere iactet, quibus explicitis rurſus reuertatur ad cauſam.

n *Iudicari apud iniquos, & nõ apud ſanctos.*] Hic probatur Chriſtianos tunc iudices non fuiſſe: quia iniqui dicuntur.

o *An neſcitis quoniam ſancti de hoc mundo iudicabunt?*] Quod dominus repromiſit diſcipulis, dicens. Sedebitis E & vos iudicantes duodecim Matth.19.d tribus Iſrael, etiam omnibus hoc promittens, qui eos fuerint imitati. Nam ex ipſis vnus periit, cuius loco alius ſucceſſit, cui nihil fuerat repromiſſum. Paulus quoque & Barnabas apoſtoli ſunt ordinati à ſancto ſpiritu.

p *Et ſi in vobis iudicabitur mundus.*] Siue per vos, vel veſtro exemplo.

q *Indigni eſtis qui de minimis iudicetis. Neſcitis quoniam angelos iudicabimus: quanto magis ſæcularia?*] Ergo indigni ſunt de rebus exiguis iudicare, qui & mundum totum & angelos iudicabunt. Illos angelos qui cum carnem nõ habuerint peccare voluerũt, hi qui in carne ſancti eſſe voluerunt, iudicabunt.

r *Sæcularia igitur iudicia ſi habueritis.*] Quæ a rebus ſæculi oriuntur. F

ſ *Contemptibiles qui ſunt in eccleſia, illos conſtituite ad iudicandum.*] Poſſunt de his etiam illi qui minimi ſunt in eccleſia iudicare. Item contemptibiles in eccleſia eos iudices dicit, quos appellat in inferioribus infideles.

t *Ad verecundiam veſtrã dico. Sic non eſt inter vos ſapiens quiſquàm qui poßit iudicare inter fratrem ſuum.*] Erubeſcere debetis, eo quòd nemo ſit inter vos tam ſapiẽs qui nouerit cauſas inter fratres diſcernere, vt non neceſſe ſit publice litigare.

u *Sed frater cum fratre iudicio contendit, & hoc apud infideles.*] Duplex peccatum eſt, & quòd iudicio contenditis, & quia apud infideles vos ad iurgia prouocatis.

x *Iam quidem omnino delictũ eſt in vobis.*] Iam hoc ſolum delictum eſt quod contra præceptum facitis Chriſti.

y *Quòd iudicia habetis inter vos.*] Qui ſemper pacem habere deberetis, etiam cum rerum tẽporalium detrimento ſeruatam.

z *Quare non magis iniuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini? ſed vos iniuriã facitis & fraudatis.*] Cũ illata ſecundum euangelij præceptum, & domini exemplum pa-

fraudatis: & [a] hoc fratribus. An [b] neſcitis, quia iniqui regnum dei non poſſidebunt? [c] Nolite errare: neque fornicarij, neque idolis ſeruientes, neque adulteri, neque molles, neque maſculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebrioſi, neque maledici, neque rapaces regnum dei poſſidebunt. Et hæc [d] aliquando quidem fuiſtis: ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis in [e] nomine domini noſtri Ieſu Chriſti & in ſpiritu dei noſtri. [f] Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt. [g] Omnia mihi licent, ſed ego ſub nullius redigar poteſtate. Eſca ventri, & venter eſcis: [h] deus autem hunc & has deſtruet. [i] Corpus autem non fornicationi, ſed domino: & dominus corpori. [k] Deus vero & dominum ſuſcitauit, & nos ſuſcitabit per virtutem ſuam. [l] Neſcitis quoniam corpora veſtra, membra ſunt Chriſti? [m] Tollens ergo membra Chriſti, [n] faciam membra meretricis? Abſit. An neſcitis, [o] quoniam qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur? erunt enim, inquit, duo in carne vna. [p] Qui autem adhæret deo, vnus ſpiritus eſt. [q] Fugite fornicationem. [r] Omne enim peccatum quodcunque fecerit homo, extra corpus eſt: qui autem fornicatur, in corpus ſuum peccat. [ſ] An neſcitis, quoniam membra veſtra, templum ſunt ſpiritus ſancti, qui in vobis eſt? quem habetis à deo, & [t] non eſtis veſtri. Empti enim eſtis pretio magno: [u] glorificate & portate deum in corpore veſtro.

CAP.

A tienter ſuſtinere deberetis, vos ecōtrario non ſolum non ſuffertis, ſed etiam non facientibus irrogatis.

a *Et hoc fratribus.*] Quod nec inimicis reddere deberetis, fratribus facere non timetis.

b *An neſcitis quia iniqui regnum dei non poßidebunt.*] Quòd regnum dei non poſſidebūt, niſi omnia peccata baptiſmi gratia diluantur.

c *Nolite errare, neque fornicarij, neque idolis ſeruientes, neque adulteri, neque molles, neque maſculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebrioſi, neque maledici, neque rapaces regnum dei poßidebunt.*] Nolite errare, putātes vobis ſolam fidem ſufficere ad ſalutem, cum omne peccatum permanens excludat à regno, ſicut ad Galatas ait: Manifeſta ſunt opera carnis, quæ (Gal.5.2) ſunt fornicatio, immūditiæ, contētiones, iræ, & his ſimilia, quæ prædico vobis: quoniam qui talia agunt, regnū dei non conſequentur. Ideo autem addidit, & his ſimilia, B ne quis negaret præter hæc alia eſſe peccata, quæ regnū dei prohiberent intrare.

d *Et hæc aliquādo quidem fuiſtis, ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis.*] Nolite de præteritis timere peccatis, tantum ne poſt batiſmum delinquatis. Aut qui vt aſſolet præuentus fuerit, ad pænitentiam cōuertatur. Item omnia peccata, baptiſmi gratia diluuntur. Item alia expoſitio. Hoc cōtra hæreticos dicit, qui Chriſtum & ſpiritum ſanctum à deo patre ſeparare conātur. Hic enim oſtēditur quoniam ſicut pater, ita & Chriſtus & ſpiritus ſanctus peccata C abluit, iuſtificat atque ſanctificat.

e *In nomine domini noſtri Ieſu Chriſti & ſpiritu dei noſtri.*] Abluti in nomine Chriſti, ſanctificati per ſpiritum dei.

f *Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt.*] Qui de fornicatione tractabat, voluit gulam & intemperātiam, materiam fornicationis oſtendere, & ſimul deſtruere. Item hoc dicit: quia liberi ſum arbitrij, & licet mihi agere quod velim, non tamen debeo ipſe aliquo peccato eſſe ſubiectus.

g *Omnia mihi licent, ſed ego ſub nullius redigar poteſtate. Eſca ventri, & venter eſcis.*] Licet nobis manducare & bibere: ſed ſi nimium ventri ſubditi fuerimus, ipſum licitum trahit nos ad illicita, hoc eſt, ad fornicationem: ita & de omnibus intelligendum, quæ cum peccatum non ſint, occaſiones tamen poſſunt capere delictorum.

h *Deus autem hunc & has deſtruet.*] Et hæc duo, id eſt, eſcam & ventrem, & hominem his ſubditum & voluptatibus ſeruientem. Item in reſurrectione mortuorum non (Rom.14.c) deſtruetur ventris ſubſtantia, ſed eſus ciborum, & ventris opera ceſſabunt. Quoniam regnum cælorum, ſicut idem Apoſtolus ad Romanos dicit, neque eſca neque potus eſt.

i *Corpus autem non fornicationi ſed domino, & dominus corpori.*] Non fornicationi ſed domino exhibeatur, & dominus corpori copulabitur. Dominus enim nobiſcum eſt quàm diu fuerimus cum illo, ſi dereliquerimus eum, & ille nos derelinquet.

k *Deus vero & dominum ſuſcitauit, & nos ſuſcitabit per virtutem ſuam.*] Quia caput noſtrum ſuſcitauit, & nos ſuſcitabit: ſi tamen eius membra per ſanctitatem eſſe mereamur. D

l *Neſcitis, quoniā corpora veſtra membra ſunt Chriſti?*] Omnis eccleſia corpus Chriſti eſt, ſinguli autem membra.

m *Tollens ergo membra Chriſti.*] Tollit Chriſti membra, id eſt, abſcindit ſe a corpore Chriſti, qui iunctus eſt meretrici.

n *Faciam membra meretricis? Abſit.*] Non dixit, fornicatoris, vt oſtenderet eum eiuſdem & criminis eſſe, & nominis, cuius illa eſt. Apud homines enim minus videtur viri, quam mulieris admiſſum.

o *An neſcitis, quoniam qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur? erunt enim, inquit, duo in carne vna.*] Quomodo cum vxore licite, ita & illicite cū meretrice vna caro efficitur per amorem. E

p *Qui autem adhæret deo, vnus ſpiritus eſt.*] Quomodo per carnis opera, caro fit: ita per opera dei, ſpiritus efficitur.

q *Fugite fornicationem.*] Cuius crimen videtis eſſe grauiſſimum.

r *Omne enim peccatum quodcunque fecerit homo, extra corpus eſt: qui autem fornicatur, in corpus ſuum peccat.*] Omne peccatum poteſt & ab vno cōmitti: qui membrū dici poteſt, non tamen corpus. In fornicatione autē duo pereunt, etiam corpus. Grauius ergo malum eſt, in quo duæ animæ moriuntur. Grauare vult fornicationis cauſam, quæ illis per conſuetudinem leuiſſima videbatur. Item F alia expoſitio. De his qui ſunt in coniugio conſtituti, Apoſtolus ſumit exemplum. Quomodo, inquit, ſcriptum (Gene.2.d) eſt. Erunt duo in carne vna, id eſt, vir & vxor, vnum corpus efficitur? Vnde ſi aliquis ipſorum fuerit fornicatus, peccat in alium quaſi in proprium corpus. Reſidua autem peccata, ſpecialia vniuſcuiuſque ſunt, nec alterum condemnant.

ſ *An neſcitis, quoniam membra veſtra, templum ſunt ſpiritus ſancti, qui in vobis eſt? quem habetis à deo.*] Cui grauiſſimam iniuriam facitis fornicando.

t *Et non eſtis veſtri: empti enim eſtis pretio magno.*] Qui non eſt ſuus, non debet ſuæ voluntati ſeruire, ſed illius a quo emptus eſt, ſecundū ipſius iuſſum dicentis. Qui vult poſt (Luc.9.c) me venire, abneget ſemetipſum ſibi. Si enim homo a ſeruo pauca pecunia comparato, continuam exigit ſeruitutem: quanto magis ille qui nos ſua morte redemit? Sicut (1.Pet.1.d) ait Petrus. Scientes quòd non corruptibilibus, argento vel auro redempti eſtis de vana veſtra conuerſatione paternæ traditionis, ſed pretioſo ſanguine: quaſi agni immaculati & incontaminati Chriſti. Aliter. Reſcindit emptionis pactum quiſquis inculcauerit ius teſtamenti, & a ſeruili conditione alienus eſt, qui libertate ſuæ voluntatis non impeditur.

u *Glorificate, & portare deum in corpore veſtro.*] Glorificate deum actibus veſtris, & portate eum, eius imaginem conſeruando, ſicut ait alibi. Sicut portauimus imaginem terreni,



A terreni, ita portemus imaginem cæleſtis.

## CAP. VII.

D E [a] quibus autem ſcripſiſtis mihi: [b] bonum eſt homini mulierem non tangere. Propter fornicationem autem vnuſquiſque ſuam vxorem habeat: & vnaquæque ſuum virum habeat. Vxori vir debitum reddat: ſimiliter autem & vxor viro. [c] Mulier ſui corporis poteſtatem non habet, ſed vir. Similiter autem & vir ſui corporis poteſtatem non habet, ſed mulier. [d] Nolite fraudare inuicem, niſi forte ex conſenſu ad tempus, vt vacetis orationi, & iterum reuertimini in idipſum, [e] ne tentet vos ſatanas propter incontinentiam veſtram. [f] Hoc autem dico ſecundum indulgentiam, & non ſecundum imperium. Volo autem omnes vos eſſe ſicut meipſum. [g] Sed vnuſquiſque proprium donum habet ex deo: alius quidem ſic, alius vero ſic. [h] Dico autem non nuptis & viduis: [i] bonum eſt illis, ſi ſic permāſerint ſicut & ego. [k] Quòd ſi non ſe continent, nubant. [l] Melius eſt enim nubere quàm vri. [m] His autē qui matrimonio iuncti ſunt, præcipio: [n] nō ego,

CAP. VII.

a *De quibus autem ſcripſiſtis mihi.*] Incipit de coniugiis, ante enim expugnauit illicita, quàm de licitis loqueretur.

b *Bonum eſt homini mulierem non tangere: propter fornicationē autem vnuſquiſque ſuam vxorem habeat, & vnaquæque ſuū virum habeat. Vxori vir debitum reddat, ſimiliter autem & vxor viro.*] Bonum fuerat illud quod vobis in primordio prædicaui, hoc eſt ſecundum coniugij vſum, non tāgere mulierem. Sed quoniā multos incontinentes huic doctrinæ ſcripſiſtis refragari, concedatur remedium, ne fornicando moriantur. Ergo hoc Apoſtoli exemplo, in primis, virginitas & conB tinētia prædicatur. Et ſi quis ſe incontinentem non erubuerit confiteri, in languorem incontinentiæ reclamāti, nō denegetur remedium nuptiarum. Quomodo ſi peritus medicus inquieto ægro, & neganti ſe poſſe à pomis omnibus abſtinere, cōcedat aliquantū, ne ille pernitioſa præſumat. Incontinentiæ reuera vſus, & tempore, & ætate, & loco, & infirmitate prohibetur. Caſtitas vero poteſt iugiter cuſtodiri. Illud ergo debemus appetere, quod facilius cuſtodire ſine impedimento vllo poſſumus & in perpetuo poſſidere. Sed obijcere amatores luxuriæ ſolēt. Vt quid ergo prima dei benedictio, creſcere & multiplicare conceſſit? Vt terra ſcilicet repleretur: qua iam impleta, debemus ab incontinentia temperare. Sed potuit, inquies, omnes homines de terra formare, ſi ſemper illi vſus coniugij non fuerat placiturus. Sed non quæritur quid potuit, ſed quid fecit, cui omnia poſſibilia ſunt. Ipſam denique Euam noluit de terra facere, ſed de coſta. Si autem putas nobis antiqua tempora in C omnibus conuenire, imitare Adam, qui filiam (vt ita dixerim) ſuam accepit vxorem. Cain ſimiliter, ſi non pudet & cæteros, qui proprias in matrimonium accepere ſorores. Quod ſi fieri non debet, omnia dominum ſecundum præſciētiam ſuis temporibus ordinaſſe credamus, vt qui tunc terram impleri voluit, modo plus diligit caſtitatem, cui & grande præmium repromittit. Illud etiam dicendum eſt, quòd nec ſecundum vetus teſtamentum, quoſdam vxores habuiſſe videamus. Quia ibi vxores liberorum cauſa habere permiſſum eſt, non propter nimiam libidinem exercendam, qui in hoc etiam animalibus deteriores eſſe noſcuntur, quo necando filios, probant ſe nō filiorum cauſa nupſiſſe. Qui autem ea ſola cauſa coniungitur, ſtatim ſe abſtinet poſt conceptum. Et ceſſante iam per ætatem partu, ceſſat & vſus.

c *Mulier ſui corporis poteſtatem non habet, ſed vir: ſimiliter autem & vir ſui corporis poteſtatem non habet, ſed mulier.*] Corpus dicitur omne quod iungitur. Sicut ergo mulier corpus dicitur viri, ita & vir corpus mulieris appellatur. Ideo neque ſi voluerit mulier contraire, in corpore ſuo, id eſt, in vxore, vir poterit dominari. Dubium autem non eſt, multo magis nolente viro, neque in virum mulierem poſſe præualere. Quoniam ergo de duobus incontinentibus dicit, cōcedit ex neceſſitate Apoſtolus, vt in idipſum, quia vtrique incontinentes ſunt, reuertantur: ne intercedente quacunque diſſenſionis cauſa, ambo fornicationis crimen admittant: quia vtrique ſunt incontinentes. D Cæterum autem ſi vnus è duobus, cōſiderans præmium caſtitatis, voluerit continere, incontinenti aſſentire non debet: ſed ita agere, vt videndo continentiam illius prouocetur incontinens: quia luxuria ad continentiā tranſire debet, non ad luxuriam continentia declinare, quāuis plurimæ mulieres caſtitati contradicant. Ita illum qui voluerit continere, agere debere, vt incontinentia aſſentiat in idipſum: ne, dum ille continet, illa peccet. Anima quæ peccauerit, ipſa morietur. Nec enim ſeruituti ſubiectus eſt frater aut ſoror in eiuſmodi. Neque enim vocauit nos deus in immunditia, ſed in ſanctificatione. Aliter: quia voluit viro eſſe ſubiectam, ſolam ſibi abſtulit libertatem. E

d *Nolite fraudare inuicem, niſi forte ex conſenſu ad tempus, vt vacetis orationi, & iterum reuertimini in idipſum.*] Negare videtur incontinentes orationi poſſe vacare: quæ in eo vtique minor eſt communioni: qua cetechumeni & pænitentes orant, qui communicare non poſſunt. Non ſolum hoc in nouo, ſed etiā in veteri teſtamento ſanctificantur à muliere: vt deſcēdenti domino in montem, aſſiſtere mereantur. Hic probatur quid poſſit perpetua continentia, ſi tātum valuit triduana. Vnde & in Regnorum libro panem ſacerdotalem non niſi continentes ac- (1.Reg.21.b) cipiunt. Quam ob cauſam neceſſitas legem ſoluere venialiter potuit ſuffragio charitatis. Vnde & Petrus hortatur noſtras orationes minime impediri debere. (1.Pet.3.b)

e *Ne tentet vos ſatanas propter incontinentiam veſtram.*] Notandum quòd ad duos reſpiciens incontinentes, vni non præiudicet continenti. Item ne vno ſe retrahenti, alius fornicetur. F

f *Hoc autem dico ſecundum indulgentiam, & non ſecundū imperium. Volo autem omnes vos eſſe ſicut meipſum.*] Hoc vt paruulis indulgeo, nō præcipio vt perfectis: nam omnes homines cupio mihi ſimiles inueniri. Noui enim quanta caſtitas mercede penſetur. Nunquàm hoc voluiſſet Apoſtolus ſi fieri omnino non poſſit.

g *Sed vnuſquiſque proprium donum habet ex deo, alius quidem ſic, alius vero ſic.*] Hoc eſt, propriæ voluntatis accepit donatiuum.

h *Dico autem non nuptis & viduis.*] Incipit aliam cauſam de innuptis.

i *Bonum eſt illis ſi ſic permanſerint, ſicut & ego.*] Magnopere appetendum eſt, quod à tanto doctore laudatur.

k *Quod ſi non ſe continent, nubant.*] Notandum quòd incōtinentibus nuptiæ concedantur.

l *Melius eſt enim nubere quàm vri.*] Malo fornicationis melius eſt, quod igne punitur: ſicut Iudas in Geneſi de ſua (Gen.38.f) nuru pronunciat.

m *His autem qui matrimonio iuncti ſunt.*] Item de coniugiis minime cauſa aliqua dimittendis.

n *Præcipio non ego, ſed dominus, vxorem à viro non diſcedere.*] Prohibet dimitti quacunque ex cauſa, ne aliis coniugantur ſecundum conſuetudinem Iudæorum, quam dominus interdixit, dicens. Quicumque dimiſerit vxorem (Matth.19.b) ſuam, excepta cauſa fornicationis, & aliam duxerit, mœchatur. Aliter. Præcipio non ego, ſed dominus, vxorem à viro non diſcedere. Nō quia in ſe nō habebat Chri-

ſtum loquentem, hæc dicit, ſed vt oſtendat quia ipſe dominus per ſemetipſum de hoc in euangelio dixit.

a *Quòd ſi diſceſſerit, manere innuptã, aut viro ſuo recõciliari, & vir vxorẽ non dimittat.*] Si ob aliquã cauſam diſceſſerit, alij non nubat, aut ſuo viro ſi voluerit, reconcilietur: quia hoc quàm alteri nubere melius eſſe manifeſtum eſt.

b *Nam cæteris dico ego, non dominus.*] Conſilium do, quod mihi vtile eſſe videtur.

c *Si quis frater vxorem habet infidelem, & hæc conſentit habitare cum illo, non dimittat illam: & ſi qua mulier fidelis habet virum infidelem, & hic conſentit habitare cum illa, non dimittat virum.*] Si quis ſolus crediderit è duobus, non quo permiſerit fidelem infideli coniungi. Non enim dixit, ſi quis ducit, ſed ſi quis habet infidelem.

d *Sanctificatus eſt enim vir infidelis per mulierem fidelem, & ſanctificata eſt mulier infidelis per virum fidelem.*] Exemplum refert: quia ſæpe contigerit, vt lucrifieret vir per mulierem. Vnde & beatus Petrus ait. Vt ſi qui non credũt verbo, per mulierum conuerſationem ſine verbo lucrifiãt, id eſt, cum viderint eas in melius commutatas, cognoſcant omnes dei legem ita cõſuetudine inueterata potuiſſe mutari. Item ideo vir & vxor inuicem ſanctificantur: quia ex traditione dei, ſanctæ ſunt nuptiæ. 1.Pet.3.a

e *Alioquin filij veſtri immundi eſſent, nũc autem ſancti ſunt.*] Si non ita eſſet vt dico, filij veſtri adhuc infideles permanerent: ſæpe enim contingeret, vt filij illos parentes qui crediderant, ſequerentur. Sub qua ſpe credi voluit, alterum ſaluari poſſe, tam liberorum exemplo, quàm coniugis.

f *Quod ſi infidelis diſcedit, diſcedat.*] Maritus enim vel vxor non ſunt domino præferendi.

g *Non enim ſeruituti ſubiectus eſt frater vel ſoror in eiuſmodi.*] Non enim ita ligatus eſt in eiuſmodi cauſa, quaſi vere illi ſeruire neceſſe ſit, & propter alterum interire.

h *In pace autem vocauit vos deus.*] Cæterum non ad diſſidium ſumus vocati, vltro ergo diſcedere non debemus.

i *Vnde enim ſcis mulier, ſi virum ſaluum facies?*] In dubium quidem poſuit, ſed ſemper ambigua in melius euenire credenda ſunt. Simul quærendum, quomodo ſuperius ſanctificatus dicatur, de cuius hic ſalute dubitatur, niſi ſecundum hunc quem expoſuimus intellectum.

k *Aut vnde ſcis vir, ſi mulierem ſaluam facies.*] Si per te credat & ſalua ſit.

l *Niſi vnicuique ſicut diuiſit dominus. Vnumquemque ſicut vocauit deus, ita ambulet, & ſicut in omnibus eccleſiis doceo.*] Vel cum infideli coniuge, vel etiam cum fideli, ſiue in præputio, ſiue circumciſus, ſeruus aut liber.

m *Circumciſus aliquis vocatus eſt, non adducat præputium: in præputio autem aliquis vocatus eſt, non circumcidatur.*] Nõ putet ſe ſuperflue circumciſum, nec de hoc pœniteat, fuit enim ſuo tempore neceſſarium. Siue hoc modo, Non adducat præputium, quo ſine legis ceremoniis viuat: quia tunc quibuſdam apoſtoli permittebant opera legalia cuſtodire, ne ſubito à lege retracti, ſcandalum paterentur. Item alia expoſitio. Euidens eſt hoc loco, nõ hic de circumciſione carnis aut præputio apoſtolũ loqui: neque enim fieri poteſt, circumciſum aliquem poſſe præputium adducere, ſed ad eos ſermo eſt, qui ſunt in coniugio conſtituti: hoc enim dicit. Si quis ad fidem dei acceſſerit, vxorem nõ habens: poſtmodum gentilem coniugem non debet accipere. Si autem in tali copula conſtitutus, ad fidem fuerit vocatus, non debere cum cõiugale vinculum ſoluere.

ego, ſed dominus: vxorem à viro non diſcedere. [a] Quòd ſi diſceſſerit, manere innuptam: aut viro ſuo reconciliari. Et vir vxorem non dimittat. [b] Nam cæteris dico, ego, non dominus: [c] Si quis frater vxorem habet infidelem: & hæc conſentit habitare cum illo, non dimittat illam. Et ſi qua mulier fidelis habet virum infidelem: & hic conſentit habitare cum illa, non dimittat virum. [d] Sanctificatus eſt enim vir infidelis per mulierem fidelem: & ſanctificata eſt mulier infidelis per virum fidelem. [e] Alioquin filij veſtri immundi eſſent: nunc autem ſancti ſunt. [f] Quod ſi infidelis diſcedit, diſcedat. [g] Non enim ſeruituti ſubiectus eſt frater vel ſoror in eiuſmodi. In [h] pace autem vocauit nos deus. [i] Vnde enim ſcis mulier, ſi virum ſaluum facies? [k] Aut vnde ſcis vir, ſi mulierẽ ſaluam facies? [l] Niſi vnicuique ſicut diuiſit dominus. Vnũquemque ſicut vocauit deus, ita ambulet: & ſicut in omnibus eccleſiis doceo. [m] Circumciſus aliquis vocatus eſt, non adducat præputium. In præputio autem aliquis vocatus eſt, non circũcidatur. [n] Circumciſio nihil eſt, & præputium nihil eſt: ſed obſeruatio mandatorum dei. [o] Vnuſquiſque in qua vocatione vocatus eſt, in ea permaneat. Seruus vocatus es? non ſit tibi curæ: [p] ſed & ſi potes fieri liber, magis vtere. [q] Qui enim in domino vocatus eſt ſeruus, libertus eſt domini. Similiter qui liber vocatus eſt, ſeruus eſt Chriſti. [r] Pretio empti eſtis: nolite fieri ſerui hominum. Vnuſquiſque ergo in quo vocatus eſt frater, in hoc permaneat apud deum. [ſ] De virginibus autem [t] præceptum domini non habeo: [u] conſilium autem do, [x] tanquàm miſericordiam conſequutus a domino, [a] vt ſim fidelis. [b] Exiſtimo ergo hoc bonum eſſe [c] propter inſtantem neceſſitatem: [d] quoniam bonum eſt homini ſic eſſe. [e] Alligatus es vxori, noli quærere ſolutionem. Solutus es ab vxore, noli quærere vxorem. Si [f] autem acceperis vxorem, non peccaſti: & ſi nupſerit virgo, non peccauit. [g] Tribulationem tamẽ carnis habebunt huiuſmodi. [h] Ego autem vobis parco. [i] Hoc itaque dico fratres. [k] Tempus breue eſt. Reliquum eſt, vt & qui habent vxores, tanquam non habẽtes ſint: & [l] qui flent, tanquam non flentes: & qui gaudent, tanquã non gaudentes: & qui emunt, tanquam non poſſidentes: & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur. [m] Præterit enim figura huius mundi. Volo [n] autem vos ſine ſolicitudine eſſe. Qui [o] ſine vxore eſt, ſolicitꝰ eſt quæ domini ſunt, quomodo placeat deo. Qui autem cum vxore eſt, ſolicitus eſt quæ ſunt mũdi, [p] quomodo placeat vxori, & [q] diuiſus eſt. Et [r] mulier innupta & virgo, cogitat quæ domini ſunt, vt ſit ſancta corpore & ſpiritu. [ſ] Quæ autem nupta eſt, cogitat quæ ſunt mundi, quomodo placeat viro. [t] Porro hoc ad vtilitatem veſtram dico: non vt laqueum vobis iniiciam, ſed ad id quod honeſtum eſt, & quod facultatem præbeat ſine impedimento dn̄m obſecrandi. Si [u] quis autem turpem ſe videri exiſtimat ſuper virgine ſua, quod ſit ſuperadulta: & [x] ita oportet fieri, quod vult faciat, non peccat, ſi nubat. Nam [y] qui ſtatuit in corde ſuo firmus, non habens neceſſitatẽ, poteſtatem autem habens ſuæ voluntatis, & hoc iudicauit in corde ſuo, ſeruare virginem

n *Circumciſio nihil eſt, & præputium nihil eſt, ſed obſeruatio mandatorum dei.*] Hoc tempore nec prodeſſe poterit, nec obeſſe.

o *Vnuſquiſque in qua vocatione vocatus eſt, in ea permaneat: ſeruus vocatus es, non ſit tibi curæ.*] Chriſtianæ religioni conditio non poteſt obeſſe ſeruilis: ne dicas ergo quomodo deo poſſum placere, qui ſeruus ſum? Deus enim non conditionem aſpicit, ſed voluntatem quærit & mentem.

p *Sed & ſi potes fieri liber, magis vtere.*] Vſque adeo non prodeſt libertas, nec ſeruitus nocet. Item ſimiliter ad eos qui matrimonio iuncti ſunt, Apoſtolus loquitur, dicens. Sed & ſi potes liber fieri, magis vtere: ſi tamen tibi pudicæ volenti ſeruire, non fuerit moleſta: quando forte tuo conſortio, etiam ipſa ad deum poſſit conuerti.

q *Qui enim in domino vocatus eſt ſeruus, libertus eſt domini: ſimiliter qui liber vocatus eſt, ſeruus eſt Chriſti.*] Qui hominis ſeruus eſt, liber eſt deo: & qui hominibus liber eſt, ſeruus eſt Chriſti. Ambo ergo vnum ſunt. Nõ eſt enim perſonarum acceptio apud deum.

r *Pretio empti eſtis, nolite fieri ſerui hominum. Vnuſquiſque ergo in quo vocatus eſt frater, in hoc permaneat apud deum.*] Pretio empti eſtis, hoc eſt, Chriſti ſanguine comparati: nihil ergo propter homines faciatis, ſicut alibi ait. Non ad oculum ſeruientes, quaſi hominibus placentes, ſed quaſi ſerui Chriſti, facientes voluntatem dei ex animo, & cætera. Epheſ.6.a

ſ *De virginibus autem.*] Et de hoc conſuluerant vbi eſſet præcepta virginitas.

t *Præceptum domini non habeo.*] Quod ſub præcepto eſt, ſi non impleatur, punit. Impletum morte tantum caret: quia nihil ex ſe dat, ſed quod debet, exoluit.

u *Conſilium autem do.*] Conſilium eſt autem ſaluatoris dicentis. Sunt qui ſe caſtrauerunt propter regnum cælorum. Matth.19.b

x *Tanquàm miſericordiam conſequutus à domino.*] Suo exemplo docet, non niſi in domino gloriandum.





a *Vt ſim fidelis.*] Domini mei ſemper ſeruitio occupatus.

b *Exiſtimo ergo hoc bonum eſſe.*] Hic exiſtimo, non pro dubio poſuit, ſed pro certo, ſicut & illud. Puto enim quod & ego ſpiritum dei habeo.

c *Propter inſtantem neceſſitatem.*] Ideſt, præſentis vitæ ſolicitudinem, quæ multum poteſt obeſſe iuſtitiæ: & qua præcipue iuncti matrimoniis implicantur.

d *Quoniam bonum eſt homini ſic eſſe.*] Duplex bonum eſt, & ſolicitudinis mundi carere, & virginitatis præmium expectare.

e *Alligatus es vxori, noli quærere ſolutionem: ſolutus es ab vxore, noli quærere vxorem.*] Ita vult ſolutos non ligari: quomodo nec ſolui diſſidio ligatos admittit.

f *Si autem acceperis vxorem, non peccaſti &c.*] Quia liberę voluntatis es, ſi non vis eſſe maior, eſto vel minor. Nuptiæ enim peccatum non ſunt: ſed per ſolicitudinem mundi qui nubunt, legem ſeruare vix poſſunt. Aliter: Illos dicit non peccare ſi nubant, qui nondum deo nouerint caſtitatem. Cæterum qui vel in corde ſuo promiſit, ſi aliud fecerit habet damnationem: quia primam fidem irritam fecit. Quod enim erat licitum, per votum ſibi fecit illicitum: ſicut Ananiæ & Saphiræ, quibus de pretio poſſeſſionis ſuæ retinere nihil licuit: Ob quam cauſam & ſubita morte proſtrati ſunt. Act.8.

g *Tribulationem tamen carnis habebunt huiuſmodi.*] Maledicto ſe Euæ ſubiicientes, ſiue ſolicitudinem ſæcularis tribulationis & triſtitię patientur.

h *Ego autem vobis parco.*] Vobis virginibus, vt minori labore maiorem poſſitis implere iuſtitiam.

i *Hoc itaque dico fratres.*] Hic omni intentione etiam habentes vxores ad continentiam cohortatur: vt multo magis ſuadeat non nubere non habentes.

k *Tempus breue eſt: reliquum eſt, vt & qui habent vxores, tanquam non habentes ſint:*] Tempus vitæ noſtræ modicum aſſerit: vt doceat voluptatem, quæ cito finitur, non magnopere appetendam, ſed magis concupiſcendum eſſe æternum præmium caſtitatis.

l *Et qui flent, tanquam non flentes: & qui gaudent, tanquam non gaudentes: & qui emunt, tanquam non poßidentes: & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur.*] Quia & iſtud in breui tranſibit: tempus enim omnis rei ſub ſole, tempus plangendi, & cætera.

m *Præterit enim figura huius mundi.*] Hoc ſæculum, quaſi vmbra pertranſit. Nolite ergo de eo multum eſſe ſoliciti, ne huius poſſeſſione perdatis æternam. Et figuram quærentes, incipiatis amittere veritatem. Hic enim mundus, imago futuri eſt. Si ergo talis eſt imago, ipſa veritas qualis eſt? Vnde ſi hoc tam impenſe diligitis, quanto magis illud impenſius amare debetis? Nam ſæculum hoc nos dimiſſuros, quotidiana morientium exempla teſtantur: An forte nos ſolos credimus immortales, quaſi non ſimus ex hominibus generati? Vnde ſapiens ſemper aliorum caſibus emendatur, dicente ſcriptura: Cor ſapientis in domo luctus. Hic enim finis omni homini: & cui vult dabit bonum in corde ſuo. Eccl.7.a

n *Volo autem vos ſine ſolicitudine eſſe.*] Debemus & nos velle, quod Apoſtolus velle ſe dicit: ne incontinentes, contra eius videamur facere voluntatem.

o *Qui ſine vxore eſt, ſolicitus eſt quæ domini ſunt, quomodo placeat deo: qui autem cum vxore eſt, ſolicitus eſt quæ ſunt mundi.*] Multum nobis expedit ſolicitudine carere mundana, ne forte ſpinæ ſuffocẽt ſemen, & dicere incipiamus: Villam comparaui, boues emi, vxorem duxi: ad cænam venire non poſſum. Luc.14.d

p *Quomodo placeat vxori.*] Quale eſt vxori magis velle placere quam dei?

q *Et diuiſus eſt.*] Quod diuiſum eſt, vnum non poteſt eſſe: quia vnitas diuiſionem omnino non accipit.

r *Et mulier innupta & virgo cogitat quæ domini ſunt, vt ſit ſancta corpore & ſpiritu.*] Corpore, ab vſu coniugali: ſpiritu, a rerum mundanarum ſolicitudine: dum tota diuino ſeruitio mancipatur.

ſ *Quæ autem nupta eſt, cogitat quæ ſunt mundi, quomodo placeat viro.*] Nuptam viro placere aſſerit cogitando quæ mundi ſunt, innuptam vero de eo quod illi nulla cura ſit ſæculi.] Quæ ergo virum non habet, & tamen quæ mundi ſunt, cogitat: cui placere deſiderat? Nonne incipiet illi nupta præponi, quæ cogitando mundana, cõplacet vel marito: cum hæc nec marito quem non habet, poſſit placere, nec deo.

t *Porro hoc ad vtilitatem veſtram dico: non vt laqueum vobis iniiciam, ſed ad id quod honeſtum eſt: & quod facultatem præbeat, ſine impedimento dominum obſecrandi.*] Neceſſitatem illis videtur imponere: Dicit ſe quid illis expediat commonere eos. Simul attende: quia ſi hoc illis vtile erat quod Apoſtolus ſuadebat: illud minus vtile erat, quod illi volebant.

v *Si quis autem turpem ſe videri exiſtimat ſuper virgine ſua, quod ſit ſuperadulta.*] Turpis videri poterit, ſi cupientem virginem ſuam, nubere non permittat: & illa fuerit fornicata. Item hoc loco non parentes dicit virginum filiarum: neque enim poteſtatis illorum poteſt eſſe propoſitum alienæ continentiæ: ſed vnumquemque habere propriæ carnis arbitrium, eam incorruptam ſeruare.

x *Et ita oportet fieri, quod vult faciat, non peccat, ſi nubat.*] Si ita neceſſe fuerit propter filiæ voluntatem: nam parentes quidem vſque ad legitimam ætatem cuſtodire debent & docere, quod melius eſt: ſi autem illa noluerit, fiat quod neceſſe eſt.

y *Nam qui ſtatuit in corde ſuo firmus, non habens neceßitatem, poteſtatem autem habens ſuæ voluntatis: & hoc iudicauit in corde ſuo, ſeruare virginem ſuam, bene facit.*] Ille firmus ſtatuit, cuius puellæ conſenſus, pa-

A tris firmauerit voluntatem. Et non illum compellit filiæ neceſſitas facere quod nolebat, ſicut illum de quo ſupra loquutus eſt.

a *Igitur & qui matrimonio iungit virginem ſuam, bene facit: & qui non iungit, melius facit.*] Ita concludit virginum cauſam, vt eas faciat in omnibus meliores. Vnde prudentibus ſemper meliora & perfectiora ſectanda ſunt: quia nec in ſęcularibus & caducis norunt mediocribus eſſe cõtenti.

b *Mulier alligata eſt legi, quanto tempore vir eius viuit.*] Hic incipit de bigamis & viduis.

c *Quod ſi dormierit vir eius, liberata eſt a lege &c.*] Secundum legem libera facta eſt a vinculo coniugali. Quod ſi nec tunc continere voluerit, conceduntur illi etiam ſecundæ nuptiæ, tantum vt infidelium ritu non nubat.

d *Beatior autem erit, ſi ſic permanſerit ſecundum meum conſilium.*] Beata habens maritum, ſi cuſtodiat caſtitatem. Beatior vidua: quia minor in labore, maiorem inueniet caſtitatem. Beatiſſima virgo, quę ſine labore ad ſummum præmium poſſit peruenire.

e *Puto autem quod & ego ſpiritum dei habeam.*] Ne meum conſilium tanquam humanum contemnatis.

CAP. VIII.

f *DE his autem quæ idolis ſacrificantur.*] Incipit de idolothytis, de quibus etiã dixerat. Quia quidam in templis edebant, idolum nihil eſſe dicentes: & creatura dei ſe debere vti, & errabant verisimilis ratione decepti, hoc increpandum Apoſtolus dicit ad eos qui habent ſcientiam diiudicandi, nihil eſſe quod idolis immolatur. Hoc ergo ait.

nem ſuam, bene facit. [a] Igitur & qui matrimonio iungit virginem ſuam, bene facit: & qui non iungit, melius facit. [b] Mulier alligata eſt legi, quãto tempore vir eius viuit. [c] Quod ſi dormierit vir eius, liberata eſt a lege. Cui autem vult, nubat, tantum in domino. [d] Beatior autem erit, ſi ſic permanſerit ſecundum meum conſilium. [e] Puto autem quod & ego ſpiritum dei habeam.

CAP. VIII.

[f] DE his autem quæ idolis ſacrificantur, [g] ſcimus: quia omnes ſcientiam habemus. [h] Scientia inflat, [i] charitas vero ædificat. Si quis [k] autem ſe exiſtimat ſcire aliquid, nondum cognouit, quemadmodum oporteat eum ſcire. Si [l] quis autem diligit deum, hic cognitus eſt ab eo. [m] De eſcis autem quæ idolis immolantur, ſcimus: quia nihil eſt idolũ in mũdo, & quod nullus eſt deus, niſi vnus. [n] Nã & ſi ſunt qui dicãtur dij, ſiue in cælo, ſiue in terra, ſiquidẽ ſunt dij multi & domini multi: [o] nobis tamen vnus eſt deus pater, ex [p] quo omnia, & nos in illo: & vnus dominus Ieſus Chriſtus, [q] per quẽ omnia, & nos per ipſum. [r] Sed non in omnibus eſt ſcientia. [ſ] Quidam autem cum conſcientia vſque nũc idoli, quaſi idolothytum manducãt: & conſcientia ipſorum cum ſit infirma, polluitur. [t] Eſca autem nos non commendat deo. [u] Neque enim ſi mãducauerimus, abundabimus: neq; ſi nõ mãducauerim⁹, deficiem⁹. [x] Videte autẽ ne forte

g *Scimus, quia omnes ſcientiam habemus.*] Id eſt, non omni-
C bus eſt notitia. Et nos omnes nouimus ſicut vos: ſed ſunt aliqui qui ignorant.

h *Scientia inflat.*] Illa ſcientia quæ ex ſenſu proprio & humano deſcendit, eos qui præter eam diuinam non habuerint inflat: & quæ coniecturis magis nititur, quam exemplis. Cęterũ ſi diuina inflat, vt quidam putant, quare illos amplius vult docendo inflare? Et in principio ipſius epiſtolæ, gratias ſe dicit deo agere, quod omni ſcientia ſint repleti, ſuum quoque alibi proponit exemplum dicens: Et ſi imperitus ſermone, ſed non ſcientia. Sæpe etiã arguit ignorantes. Et ignorantiam tenebris comparauit. Galatas æque ſtultitia notat, nec non Epheſiis lumen ſapientiæ ſuppliciter deprecatur.

i *Charitas vero ædificat.*] Quia non quærit quæ ſua ſunt, ſed quæ ædificent fratres.

k *Si quis autem ſe exiſtimat ſcire aliquid, nondum cognouit &c.*] Si quis ſibi videtur ſapiens, ſtultus eſt: qui enim vere ſapiens eſt, inſipientiorem ſe omnibus arbitratur. Vnde Sa-
Prou.26.b lomon ait. Vidi virum qui ſibi ſapiens eſſe videbatur, & ſpem habuit inſipiens magis quam ille.

l *Si quis autem diligit deum, hic cognitus eſt ab eo.*] Ille diligit
Ioan.21.c deum, qui ædificat fratres, ſicut dicitur Petro. Si amas me, paſce oues meas.

m *De eſcis autem quæ idolis immolantur, ſcimus quia nihil eſt idolum in mundo, & quod nullus eſt deus, niſi vnus.*] Repetit quod ſuperius dixerat ſe ſcire, & quid ſit, euidentius oſtendit. D

n *Nam & ſi ſunt qui dicantur dij, ſiue in cælo, ſiue in terra: ſiquidem ſunt dij multi, & domini multi.*] In cælo, angeli: &
ſancti, in terra, de quibus dicitur. Ego dixi dij eſtis: & do- Pſal.81.b
mini ſunt ſancti eorũ, quos Sap.3.b
iudicabunt, de quibus dicitur. Iudicabunt nationes, & dominabuntur populis.

o *Nobis tamen vnus eſt deus pater.*] Cuius virtute ex nihilo omnia ſunt creata. Item hunc locum hæretici ita accipiunt, perſonam patris filiique ſeparantes, vt dicant vnum deum patrem, ex quo omnia, & dicunt domino, ideſt, Chriſto eſſe maiorem, per quem omnia. Hæc autem & filio ſicut patri eſſe communia, idem Apoſtolus ad Romanos docet, dicens.
Quis enim cognouit ſen- Rom.11.d
ſum domini, ideſt, Chriſti,
non dei patris, ſicut ille dicit E
& infert, dicens. Quia ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia. Item per quem, etiam deo patri aſſcribit idẽ Apoſtolus in eadem epiſto- 1.Cor.1.b
la dicens. Fidelis deus per quem vocati eſtis in communionem filij eius Ieſu Chriſti domini noſtri.

p *Ex quo omnia, & nos in illo, & vnus dominus Ieſus Chriſtus.*] Calumniam ex hoc loco commouent Ariani, quod cum vnus tãtum deus dicitur pater, filius a deitate ſeiunctus ſit. Quibus reſpõdendum: Si ideo non eſt filius deus, quia vnus eſt deus pater, ergo & pater non erit dominus, quia vnus eſt dominus Chriſtus. Si autem pater non excluditur a dominatione, nec filius a deitate: ſed vtrumque vtrique commune eſt.

q *Per quem omnia, & nos per ipſum.*] Per filium omnia fa- F
cta ſunt: ſed & nos per ipſum ſumus ſaluati.

r *Sed non in omnibus eſt ſcientia.*] Non omnes ſciunt: quia per contemptum idolorum, & non magis venerationis gratia manducetis.

ſ *Quidam autem cum conſcientia vſque nunc idoli, quaſi idolothytum manducant: & conſcientia ipſorum cum ſit infirma, polluitur.*] Quidam ignari ſic habent: adhuc in conſcientia ſua quomodo antequam crederent, manducabant.

t *Eſca autem nos non commendat deo.*] Sicut dicit Aggæus
propheta: Et ſi manducaſtis & bibiſtis, nonne vobis man- Aggei 1.b
ducaſtis & bibiſtis?

v *Neque enim ſi manducauerimus, abundabimus: neque ſi non manducauerimus, deficiemus.*] Cui enim dubium eſt, nullum neque manducando abundare, neque non manducando egere: cum econtrario illis magis formidanda inopia ſit, qui gulam retinere non norunt. Sed quia magnitudini fidei ſuæ, quæ idolis immolata ſunt veſci, aſſcribebant: ideo Apoſtolus neque in illis edendis fidei abundantiam, neque in non edendis inopiam eſſe teſtatur.

x *Videte autem ne forte hæc licentia veſtra.*] Videte ne quod vobis ſufficere minus creditis, aliis obſit. Poteſt & illis dici qui deſtruunt exemplo, quod ædificant verbo.

a *Offendi-*



A a *Offendiculum fiat infirmis.*] Ne per vos offendant & cadant.

b *Si enim quis viderit eum qui habet ſcientiam in idolio recumbentem &c.*] Quicumque ſcandalizauerit vnum de puſil-
Matth.18.a lis iſtis, expedit ei vt mola aſinaria ſuſpendatur collo eius, & mittatur in profundum maris. Quanto grauior pœna illos expectat: vt ad comparationem illius, hoc quod grauiſſimum eſt, leue putetur. Et notandum quod in Chriſto peccare dixit, qui in membro peccauerit Chriſti.

c *Quapropter ſi eſca ſcandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum &c.*] Non ſolum eſca, ſed omnia quæ ſcandalizare poterunt fratrem.

CAP. IX.

d *NOn ſum liber, non ſum apoſtolus.*] Sicut alij? Nunquid non ſum, ſuam illis replicat formam: quod e-
B tiam licita contempſerit, ne alij eius infirmarentur exemplo.

e *Nonne Chriſtum Ieſum dominum noſtrum vidi? Nonne opus meum vos eſtis in domino? Et ſi aliis non ſum apoſtolus, ſed tamen vobis ſum.*] Ad quos nõ ſum directus a domino, ideſt, ad Iudæos.

f *Nam ſignaculum apoſtolatus mei vos eſtis in domino.*] Indicium apoſtolatus mei eſt, quod per me domino crediſtis, ſignis & virtutibus prouocati.

g *Mea defenſio apud eos.*] Inde apoſtolus eſſe defendor.

h *Qui me interrogant, hæc eſt.*] In Græco habet, iudicant.

i *Nunquid non habemus poteſtatem manducandi & bibendi?*] Habemus poteſtatem cõceſſam a domino de ſum-
C ptu veſtro viuendi, ſine noſtro labore.

k *Nunquid non habemus poteſtatem ſororem mulierculam circunducendi.*] Non dixit, mulieres ducẽdi, ne de vxoribus dicere putaretur: ſed circunducendi, inquit, per prouincias, quæ neceſſaria de ſuis facultatibus miniſtrarent.

l *Sicut & cæteri apoſtoli & fratres domini & Cephas? Aut ſolus ego & Barnabas non habemus poteſtatem hoc operandi?*] Non illos condemnat, ſed ſuum dat exemplum. Illi enim fidelioribus prædicabant: & apud Iudæos antiqua hæc erat conſuetudo, vt neceſſaria doctoribus a diſcipulis præberentur: quod gẽtes adhuc rudes poterat ſcandalizare.

m *Quis militat.*] Aliis etiam exemplis probat ſibi debitum hoc fuiſſe.

n *Suis ſtipendiis vnquam.*] Suis, & non publicis, vel eorum pro quibus militat.

te hæc licentia veſtra [a] offendiculum fiat infirmis. Si [b] enim quis viderit eum qui habet ſcientiam, in idolio recumbentem: nonne cõſcientia eius cum ſit infirma, ædificabitur ad manducandum idolothyta? Et peribit infirmus in tua conſcientia frater, propter quem Chriſtus mortuus eſt. Sic autem peccantes in fratres, & percutientes conſcientiam eorum infirmam, in Chriſto peccatis. [c] Quapropter ſi eſca ſcandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum: ne fratrem meũ ſcandalizem.

CAP. IX.

[d] NOn ſum liber, non ſum apoſtolus, [e] nõne Chriſtum Ieſum dominum noſtrũ vidi? Nonne opus meum vos eſtis in domino? Et ſi aliis non ſum apoſtolus, ſed tamen vobis ſum: [f] nam ſignaculũ apoſtolatus mei vos eſtis in domino. [g] Mea defenſio apud eos [h] qui me interrogant hæc eſt: [i] Nunquid nõ habemus poteſtatem manducandi & bibendi? [k] Nunquid non habemus poteſtatem ſororem mulierculam circunducendi: ſicut & [l] cęteri apoſtoli & fratres domini & Cephas? Aut ſolus ego & Barnabas non habemus poteſtatem hoc operandi? [m] Quis militat ſuis [n] ſtipendiis vnquam? [o] Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? Quis paſcit gregem, & de lacte gregis non manducat? [p] Nunquid ſecundum hominem hæc dico? An & [q] lex hæc non dicit? Scriptum eſt enim in lege Moyſi: Non alligabis os boui trituranti. Nunquid de bobus cura eſt deo? An propter nos vtique hæc dicit? Nam propter nos vtique ſcripta ſunt: [r] quoniam debet in ſpe qui arat arare: & qui triturat in ſpe fructus percipiendi. Si [ſ] nos vobis ſpiritualia ſeminauimus: magnum eſt, ſi nos carnalia veſtra metamus? Si [t] alij poteſtatis veſtræ participes ſunt, quare non potius nos? Sed [u] non vſi ſumus hac poteſtate: ſed omnia ſuſtinemus, ne quod offendiculum demus euangelio Chriſti. [x] Neſcitis quoniam qui in ſacrario operantur: quæ de ſacrario ſunt, edunt? Et qui altario deſeruiunt, cum altario participãt? [y] Ita & dñs ordinauit his qui euangeliũ annuntiãt, de euangelio viuere. Ego autem nullo horum vſus ſum. Non [z] autẽ ſcripſi hæc, vt ita fiãt in me.

o *Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? quis paſcit* D
*gregem, & de lacte gregis non manducat?*] Per comparatio-
nem vineę & gregis, populum intelligit: ſicut ibi. Vineam Pſal.79.a
de Ægypto tranſtuliſti. Et iterum: Dabo vobis paſtores Hier.3.c
ſecundum cor meum: & paſcent vos cum diſciplina.

p *Nunquid ſecundum hominem hæc dico?*] Id eſt, nunquid proprio tantum ſenſu loquor?

q *An & lex hæc non dicit?*
*Scriptum eſt enim in lege Moſi:* Deut.25.a
*Non alligabis os boui trituranti: Numquid de bobus cura eſt deo? An propter nos vtique hæc dicit &c.*] Quomodo ergo ei de pecoribus cura eſt? Et ad Ionam de Niniue dicitur: in qua ſunt homines & pecora multa? Sed de ipſis propter hominem cui creata ſunt, cura eſt: nam deficiente homine, & iſta deficiunt: non tamen proprie dei curam merentur.

r *Quoniam debet in ſpe qui arat* E
*arare: & qui triturat in ſpe fructus percipiendi.*] Debet fructum ſui laboris percipere: & qui triturat, debet de ipſa area manducare.

ſ *Si nos vobis ſpiritualia ſeminauimus: magnum eſt, ſi nos carnalia veſtra metamus.*] Si vobis ſpiritualia & diuina ſeminauimus, nunquid grauabimus vos, ſi a vobis, quæ carni opus ſunt, velimus accipere?

t *Si alij poteſtatis veſtræ participes ſunt, quare &c.*] Si illi a vobis acceperunt, quibus minime debeatur, pſeudõapoſtoli ſcilicet, quos nihil vobis certum eſt contuliſſe: quanto magis nos accipere poterimus, ſi vobis eſſe vtile ſentiremus?

v *Sed non vſi ſumus hac pote-* F
*ſtate: ſed omnia ſuſtinemus, ne quod &c.*] Hoc eſt, famem, ſitim, & nuditatem libentiſſime toleramus: ne, per nos aduerſariis occaſione accepta deuorantibus offendatis. Aut ne cui prædicatio noſtra in aliquo reprehenſibilis videatur, auaritiæ ſuſpicione maculata.

x *Neſcitis quoniam qui in ſacrario operantur, quæ de ſacrario ſunt, edunt: & qui altario deſeruiunt, cum altario participant.*] Apud Iudæos ſecundum conſuetudinem veteris teſtamenti, etiam hoc exemplum eadem repetendo confirmat.

y *Ita & dominus ordinauit his, qui euangelium annuntiant, de euangelio viuere: ego autem nullo horum vſus ſum.*] Dicens: Dignus eſt operarius mercede ſua.

z *Non autem ſcripſi hæc, vt ita fiant in me.*] Non hæc idcirco ſcribo, vt vel modo fiat quod ante factum ſit: ſed vobis exẽpla præbeo tam proprij, quã alieni diſcriminis: ſal-

A tem ab illicitis abſtinere, cum videatis me aliorum cauſa ſalutis, debita non minus quam licita contempſiſſe.

a *Bonum eſt enim mihi magis mori, quam vt gloriam meam quis euacuet.*] Etiam ſi fame morerer, propoſitum meum, de quo ante deum glorior, nunquam poteſt immutari.

b *Nam & ſi euangelizauero, non eſt mihi gloria, neceſſitas enim mihi incumbit.*] Cum omnia feceritis præcepta, debita vos dicite perſoluiſſe. Non enim aliquid amplius feciſtis, vnde gloriari poſſitis.

c *Væ enim mihi eſt, ſi non euangelizauero.*] Damnationem habeo.

d *Si enim volens hoc ago, mercedem habeo &c.*] Tunc magis videbitur voluntarium, ſi amore eius licita contemnantur.

e *Quæ eſt ergo merces mea &c.*] Quaſi interroget, vnde maiorem poſſit habere mercedem: & ipſe reſpondet, ſi
B gratis annuntiem, nec acceptam exerceam poteſtatem.

f *Nam cum liber eſſem ex omnibus, omnium me ſeruum feci &c.*] Cum poſſem vti libertate mea, & de cæteris non curare: omnibus tamẽ compaſſus ſum, vt eos facerem ſaluos.

g *Et factus ſum Iudæis tanquam Iudæus, vt Iudæos lucrarer.*] Quando ſe purificauit in templo: quod tempore gratiæ ſciebat eſſe ſuperfluum.

h *His qui ſub lege ſunt, quaſi ſub lege eſſem.*] Oſtendit quomodo fuerit cum ipſis & ipſe Iudæus. Poteſt & ita intelligi, quod Samaritanos dixerit eſſe ſub lege, qui legem tantum Moſi videntur accipere.

C i *Cum ipſe non eſſem ſub lege &c.*] Non eſt ſub lege litteræ, quæ peccatoribus data eſſe perſcribitur.

k *His qui ſine lege erant &c.*] Sine lege litteræ: & a gentibus imprimis ſolam fidem quærebat, quaſi non haberet præcepta legis Chriſti, quæ illos obſeruare doceret: ſiue in eo quo illos ad fidei credulitatem non tam legalibus doctrinis, quam rationabilibus argumentis prouocabat. Sicut Athenis feciſſe perhibetur, philoſophos & paganos per philoſophiam & ararum titulum exhortando, dum dicit: Circumiui aras veſtras: & vt quidam veſtrum dixerunt.

l *Cum ſine lege dei non eſſem &c.*] Contra Arianos & Photinianos, quod deus ſit Chriſtus. Etiam hoc notandum quod nouum teſtamentum lex appellatur.

m *Factus ſum infirmis infirmus, vt infirmos lucrifacerem.*] Propter infirmos olera manducaui, cum ſecurus poſſem carnibus veſci promiſcuis.

n *Omnibus omnia factus ſum, vt omnes facerem ſaluos.*] Non aliquid mihi, nec quærens, quod mihi vtile eſt, ſed quod multis. Item aliter, in his quæ ſuperius memorauimus: nõ vt quidã male exiſtimant illum, etiam illicitis conſenſiſſe.

me. [a] Bonũ eſt enim mihi magis mori, quam vt gloriam meam quis euacuet. Nam & ſi [b] euangelizauero, non eſt mihi gloria. Neceſſitas enim mihi incumbit. Væ [c] enim mihi eſt, ſi non euangelizauero. Si [d] enim volens hoc ago, mercedem habeo: ſi autem inuitus, diſpẽſatio mihi credita eſt. [e] Quæ eſt ergo merces mea, vt euangelium prædicans, ſine ſumptu ponam euangelium: vt non abutar poteſtate mea in euangelio? [f] Nam cum liber eſſem ex omnibus, omnium me ſeruum feci, vt plures lucrifacerem. Et [g] factus ſum Iudęis tanquam Iudæus, vt Iudæos lucrarer: His [h] qui ſub lege ſunt, quaſi ſub lege eſſem, [i] cum ipſe non eſſem ſub lege: vt eos qui ſub lege erant, lucrifacerem. His [k] qui ſine lege erant, tanquam ſine lege eſſem: [l] cum ſine lege dei nõ eſſem, ſed in lege eſſem Chriſti: vt lucrifacerem eos qui ſine lege erant. [m] Factus ſum infirmis infirmus, vt infirmos lucrifacerem. [n] Omnibus omnia factus ſum, vt omnes facerem ſaluos. [o] Omnia autem facio propter euangelium, vt particeps eius efficiar. [p] Neſcitis quod hi qui in ſtadio currunt, omnes quidem currũt, ſed vnus accipit brauium? Sic currite, vt comprehendatis. Omnis [q] enim qui in agone cõtendit, ab omnibus ſe abſtinet: & illi [r] quidem vt corruptibilem coronam accipiãt, nos autem incorruptam. Ego igitur ſic curro, non quaſi in incertum: ſic pugno, non quaſi aerem verberãs. Sed caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo: ne [ſ] forte cum aliis prædicauerim, ipſe reprobus efficiar.

## CAP. X.

[t] NOlo enim vos ignorare fratres: quoniã patres noſtri omnes ſub nube fuerunt: & omnes mare trãſierũt: & [u] omnes in Moyſe baptizati ſunt in [x] nube & in mari: & [y] omnes eandẽ ſpiritualem eſcam manducauerũt: oẽs eundẽ potũ ſpiritualem biberunt. [z] Bibebãt aũt de ſpirituali cõſequẽte eos petra: [a] petra autẽ erat Chriſtus. Sed [b] nõ in pluribꝰ eorum

o *Omnia autem facio propter euangelium, vt particeps eius efficiar.*] Vt in eo partem merear habere cum ſanctis. D

p *Neſcitis quod hi qui in ſtadio &c.*] Hic ſtadij curſum, iuſtitiæ vel fidei comparauit: quia quomodo illic cum omnes intra ſtadium currunt: non niſi qui bene cucurrerit, dignus præmio iudicatur: ita & hic quamuis intra fidei metas, cuncti credentes contineantur: ſoli tamen qui iuſte vixerint, præmium cæleſte percipient. Item hoc loco inter eos q in ſtadio currunt, vnum accipientem palmam: ſignificat omnem recte fidem tenentem, & præcepta ſeruantem.

q *Omnis autem qui in agone &c.*] Ab omnibus eſcis, quę curſum eorum impedire cõſueuerunt.

r *Et illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant: nos autem incorruptam. Ego igitur ſic &c. ſed caſtigo corpus &c.*] Non in vanum curro vel fingo certamen ſed caſtigo corpus meum, & ſeruituti ſubiicio per abſtinẽtiam & afflictionem atque labores, ſicut alibi ait: In ieiuniis multis, in vigiliis, in fame & ſiti, in frigore & nuditate, in laboribus, in carceribus &c. Sicut ad Hebræos, prophetas, & alios ſanctos paſſos multa talia, memorauit. E Heb.11.g

ſ *Ne forte cum aliis prædicauerim, ipſe &c.*] Non faciendo quæ dico.

## CAP. X.

t *NOlo enim vos ignorare fratres.*] Ne quis confidens in eo ſolum, quod baptizatus eſt: aut in eſca ſpirituali vel potu, putet ſibi deũ parcere, ſi peccauerit: tale patrum proponit exemplum, quo oſtendat tunc iſta merito profutura, ſi præcepta ſeruentur. F

v *Et omnes in Moyſe baptizati ſunt &c.*] In Moyſe, qui Chriſti typum gerebat. Item hæc in illo tempore quaſi in vmbra & typo fiebant, non in veritate: poſtea vero præſentia Chriſti complentur.

x *In nube & in mari &c.*] Quia & nubis proprium humorem portat.

y *Et omnes eandem ſpiritualem eſcam manducauerunt &c.*) Manna, figura corporis Chriſti fuit.

z *Bibebant autem de ſpirituali conſequente eos petra &c.*) Oſtendit Apoſtolus: quoniam populus Iſrael quamdiu in deſerto fuit, per omne iter eorum ſequebatur eos petra. Vnde populo cum omni ſubſtantia ſua fluenta ſuffecerunt: donec peruenientes in terram Moab, puteum effoderunt aquarum: terra repromiſſionis in proximo conſtituta.

a *Petra autem erat Chriſtus & cætera.*) Quia Chriſtus erat poſtmodum ſecuturus: cuius figuram tunc petra gerebat. Idcirco pulchre dixit, conſequente eos petra.

b *Sed non in pluribus eorum beneplacitũ eſt deo &c.*) Ita ergo &



A & vobis erit, ſi eos volueritis peccando imitari.

a *Hæc autem in figura facta ſunt noſtri &c.*] Ipſis vere facta ſunt, quæ in figura erant noſtra: vt timeamus talia agere, ne talia incurramus. Omnia enim quæ in populo Iſrael illo tempore facta ſunt in figura, nunc in nobis in veritate celebrantur. Sicut enim illi per Moyſen ex Ægypto liberati ſunt: ſic nos per quemlibet ſacerdotem vel doctorem de ſæculo liberamur. Deinde Chriſtiani facti, ducimur per deſerta, vt per exercitium contemptus mũdi & abſtinentiæ, in obliuionem nobis eant Aegypti voluptates: ita vt neſciamus ad ſæculum repedare. Cum vero baptiſmi mare tranſimus, tunc nobis diabolus cum ſuo exercitu tanquam Pharao demergitur. Deinde mãna cibamur, & potum accipimus de Chriſti latere emanantem. Claritas quoque
B ſcientiæ tanquam columna ignis, in nocte ſęculi demonſtratur: & in tribulationis æſtu, diuinę conſolationis nube protegimur. Poſt quæ omnia ſi peccauerimus, iſta nobis ſola ſuffragari non poterunt: ſicut & ad Hebræos dicitur: Irritam quis faciens legem Moyſi, duobus aut tribus teſtibus, ſine vlla miſeratione punitur. Quanto magis putatis deteriora mereri ſupplicia, qui filium dei conculcauerit, & cætera. Heb.10.e

b *Neque idololatræ efficiamini, ſicut quidam ex ipſis &c.*] In idolio recumbentium vſque adeo negotium aggrauauit, vt illos idololatras fuiſſe definiat.

c *Neque fornicemur, ſicut qui-*
C *dam ex ipſis fornicati ſunt &c.*] Notandum quod non ſolum idololatræ perire dicuntur.

d *Neque tentemus Chriſtum &c.*] Et hic Chriſtus deus oſtenditur: quia deum dixiſſe legimus, tentauerunt me decies.

e *Tentauerunt, & a ſerpentibus perierunt &c.*] Dicentes nunquid poteſt deus parare menſam in deſerto? Num.14.d Pſal.77.c

f *Neque murmurauerітis, ſicut &c.*] In tribulationibus propter Chriſtum.

g *Hæc autem omnia in figura &c.*] Omnia quæ illis contigerunt, ſecundum facta ſua quidem receperunt: ſed tamen ideo ſcripta ſunt, ne nos putemus impune peccare. Si enim adhuc paruulis & rudibus non pepercit: quanto magis nobis qui legem perfectionis accepimus, non parcet, ſi talia fecerimus?

h *In quos fines ſæculorum &c.*] In quos tota temporum perfectio decucurrit.

i *Itaque qui ſe exiſtimat ſtare, &c.*] Videat, ne per hoc ipſum cadat, quod ſe ſtare firmiter gloriatur: ſiue videat ne fallatur.

k *Tentatio vos non apprehendat. &c.*] Non vobis venit extrinſecus iſta tentatio, quam vobis ſpõte generatis: quam



rum beneplacitũ eſt deo. Nam proſtrati ſunt in deſerto. Hæc [a] autem in figura facta ſunt noſtri: vt non ſimus concupiſcentes malorum, ſicut & illi concupierunt. Neque idololatræ [b] efficiamini, ſicut quidam ex ipſis: quẽadmodum ſcriptum eſt. Sedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere. Neque [c] fornicemur, ſicut quidam ex ipſis fornicati ſunt: & ceciderunt vna die vigintitria millia. Neque [d] tentemus Chriſtum, ſicut quidam eorum [e] tentauerunt, & a ſerpentibus periertũt. Neque [f] murmuraueritis, ſicut quidam eorum murmurauerunt: & perierunt ab exterminatore. Hæc [g] autem omnia in figura contingebant illis: ſcripta ſunt autem ad correptionem noſtram, in [h] quos fines ſæculorum deuenerunt. [i] Itaque qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat. Tentatio [k] vos non apprehendat, niſi humana. [l] Fidelis autem deus eſt, qui non patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis: ſed [m] faciet etiã cum tentatione prouentum, vt poſſitis ſuſtinere. [n] Propter quod chariſſimi mihi: fugite ab idolorum cultura. Vt prudẽtibus loquor, vos ipſi iudicate quod dico. Calix [o] benedictionis cui benedicimus, [p] non ne communicatio ſanguinis Chriſti eſt? Et [q] panis quem frangimus, nonne participatio corporis domini eſt? Quoniam vnus panis & vnum corpus multi ſumus: [r] omnes quidem de vno pane & de vno calice participamus. [ſ] Videte Iſrael ſecundum carnem. [t] Nonne qui edunt hoſtias, participes ſunt altaris? [u] Quid ergo? Dico quod idolis immolatum ſit aliquid, aut quod idolum ſit aliquid? Sed quæ immolant gentes, dæmoniis immolant, & non deo. Nolo autem vos ſocios fieri dæmoniorum. Non [x] poteſtis calicem domini bibere, & calicem dęmoniorum. Non poteſtis menſæ domini participes eſſe, & menſæ dæmoniorum. An [y] æmulamur dominum? [z] Numquid fortiores illo ſumus? [a] Omnia mihi licent: ſed non omnia expediunt.

etiam ſi tormentis cogeremini, admittere non deberetis. Hoc ideo dicit: quia ſpontanea voluntate, immolata idolis manducabant. D

l *Fidelis autem deus eſt, qui non patietur vos tentari &c.*] Qui ſe pollicitus eſt ſui nominis cauſa tribulationem patientibus affuturum, vt ibi. Multæ tribulationes iuſtorum, & cætera.

m *Sed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt poſſitis ſuſtinere.*] Non ampliorem vobis tribulationem venire patietur quam ſuſtinere poſſitis.

n *Propter quod chariſſimi mihi, fugite ab idolorum cultura &c.*] Propter omnia quæ ſuperius comprehendi.

o *Calix benedictionis cui benedicimus.*] Ideo primum calicem nominauit, vt poſſit de pane latius diſputare.

p *Nonne communicatio ſanguinis Chriſti eſt?*] Sicut ipſe ſaluator dicit: Qui manducat carnem meam, & biberit ſanguinem meum: in me manet, & ego in eo. Ioan.6.f E

q *Et panis quem frangimus, nonne participatio corporis domini eſt?*] Ita & panis idololatriæ, dæmonum participatio eſſe monſtratur.

r *Omnes quidem de vno pane & de vno calice participamus.*] Ita ſi cum idololatris de vno pane comedimus, vnum cũ illis corpus efficimur.

ſ *Videte Iſrael ſecundum carnem.*] Carnalis Iſrael carnales hoſtias offerebat: ſicut ſpiritualis, ſacrificia ſpiritualia offert Chriſto. Item ideo ſecundum carnem, quod iuxta litteram non ſpiritualiter ſeruierunt.

t *Nonne qui edunt hoſtias, participes ſunt altaris?*] Sicut illi edentes hoſtias participes fiebant diuini altaris, ita iſti ſimiliter idolorum. F

v *Quid ergo? dico quod idolis immolatum ſit aliquid &c.*] Præuenit, ne quis diceret: Ergo dicis vim aliquam habere idolum, vel poſſe polluere: Non, inquit, idolum inſenſibile polluit, ſed dæmones: qui templis præſident ad homines deprauandos, & ſuo ſeruitio mancipandos.

x *Non poteſtis calicem domini bibere, & calicem dæmoniorum. Non poteſtis menſæ domini participes eſſe, & menſæ dæmoniorum.*] Non poteſtis & dei & dæmonum eſſe participes.

y *An æmulamur dominum.*] Alij codices habent: Ipſi me zelauerunt in domino, hoc eſt, ad zelum prouocauerunt.

z *Nunquid fortiores illo ſumus?*] Qui iſta non fecit: nam ſi ſciſſet hinc fidem firmiſſimam comprobari, in hoc quoque dediſſet exemplum.

a *Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt.*] Omnia quæ a lege non prohibentur, licent: quia per ſe non habent peccatum, ſed non ſemper expediunt: quia occaſionem nonnunquam generant delinquendi.

diunt. [a] Omnia mihi licent, ſed non omnia ædificant. Nemo quod ſuum eſt quærat, ſed quod alterius. [b] Omne quod in macello venit, manducate: nihil interrogantes propter conſcientiam. Domini eſt [c] terra & plenitudo eius. Si [d] quis vocat vos infidelium ad cænam, & vultis ire: omne quod vobis apponitur, manducate: nihil interrogantes propter conſcientiam. Si quis autem dixerit: hoc immolatum eſt idolis, nolite mãducare propter illum qui indicauit, & propter conſcientiam. [e] Conſcientiam autem dico non tuam, ſed alterius. Vt [f] quid enim libertas mea iudicatur ab aliena conſcientia? Si [g] ego cum gratia participo, quid blaſphemor pro eo quod gratias ago? [h] Siue ergo manducatis, ſiue bibitis, vel aliud quid facitis, omnia in gloriam dei facite. [i] Sine offenſione eſtote Iudæis & gentibus, & eccleſiæ dei: [k] ſicut & ego per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi vtile eſt: ſed quod multis, vt ſalui fiant.

## CAP. XI.

[l] IMitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. [m] Laudo autem vos fratres, quod per omnia mei memores eſtis: & [n] ſicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis. [o] Volo autem vos ſcire, quod [p] omnis viri caput, Chriſtus eſt: [q] caput autem mulieris, vir: [r] caput vero Chriſti, deus. Omnis vir [ſ] orans vel prophetans [t] velato capite, deturpat caput ſuum, Omnis [u] autem mulier orans aut prophetans non velato capite, deturpat caput ſuum. Vnũ enim eſt, ac ſi decaluetur. Nam ſi non velatur mulier, tondeatur. Si vero turpe eſt mulieri tonderi aut decaluari, velet caput ſuum. Vir [x] quidem non debet velare caput ſuum; [y] quoniam imago & gloria dei eſt: mulier autem gloria viri eſt. [z] Non enim vir ex muliere eſt, ſed mulier ex viro. Etenim [a] non eſt creatus vir propter mulierem, ſed mulier propter virum. [b] Ideo debet mulier velamen habere

A a *Omnia mihi licẽt, ſed nõ omnia ædificãt &c.*] Omne quod expedit, licet: non omne quod licet, expedit: ſed nos Apoſtoli exemplo & Chriſti non debemus illa tantum cõſiderare quæ licent: ſed illa potius quæ nobis expediunt & ædificant fratres, vt non quæramus quæ nobis ſolis temporaliter proſint, & aliis forte nocent.

b *Omne quod in macello venit, mãducate: nihil &c.*] Si vultis manducare carnes, ſaltem de macello comparate, tantum ne in idolio comedatis: & nolite interrogare vtrum immolatæ ſint, ne cognoſcẽtes vos, omnia immolatæ eſſe reſpondeant: & non poſſitis propter conſcientiam manducare.

c *Domini eſt terra & plenitudo eius.*] Si domini ſunt, mũda ſunt omnia ſimpliciter vtentibus.

d *Si quis vocat vos infidelium ad cænam, & vultis &c.*] Cõ- B ceſſit ire, ſi velint. Tunc ſane debet Chriſtianus ad infidelem ire, ſi nouit eſſe profectum: ſicut ſaluator qui ad hoc ibat, vt aut ſigna faceret aut doceret: ſicut apud phariſæum, primo ipſum docuit non diuites paſcendos eſſe, ſed debiles. Deinde ſimul diſcumbentes docuit humilitatem etiam in accubitu cuſtodire. Poſtremo legiſperitos arguit arrogantes: eo quod nec ipſi redarguerent ſuperbiam, nec alios paterentur.

e *Conſcientiam autem dico non tuam, ſed alterius.*] Ne quis putet illa vos quaſi ſancta comedere.

f *Vt quid enim libertas mea iudicatur ab aliena conſcientia?*] Hoc eſt, ad quem profectũ ita vtor libertate mea, vt me C alius reprehendat?

g *Si ego cum gratia participo, quid blaſphemor pro eo quod gratias ago?*] Non ideo ſub gratia ſumus, vt ſub libertatis ſpecie, occaſionem demus infidelibus blaſphemandi.

h *Siue ergo manducatis, ſiue bibitis &c.*] Nihil magis agendum eſt Chriſtiano, quam vt in omni opere eius, dei gloria prædicetur: nec aliquid faciat, vnde Chriſti doctrina poſſit in aliquo reprehendi.

i *Siue offenſione eſtote Iudæis & gentibus &c.*] Quia & Iudæi tanquam de idololatriis ſcandalum patientes, credere non audebant: & gentes in colendis idolis firmabantur: & Chriſtiani tali deſtruebantur exemplo.

k *Sicut & ego per omnia omnibus placeo &c.*] Ego me ſic exhibeo, vt omnibus placeam ad profectum. Si quis me ſine cauſa odiſſe voluerit, ego non ſum in culpa. Nunquam Apoſtolus ipſe ſe laudat: non ſe ad extollentiam laudat, ſed ſuo exemplo illos prouocat ad profectum. Vnde & nos ad hoc ſolum debemus velle placere, vt ſicut illius tantum deus noſtram nouerit conſcientiam: quia non hoc propter fauorem, ſed propter ſalutem hominum facimus.

CAP. XI. D

l *IMitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti.*] Chriſtus nihil propter ſe fecit aut paſſus eſt, ſed ſalutis cauſa multorũ. Item qui non quærit ea quę ſibi ſoli expediant, ſed & pluribus, vt ſalui fiant, ipſe imitator eſt Chriſti, qui pro nobis & paſſus eſt, & mortuus.

m *Laudo autem vos fratres, quod per omnia mei memores eſtis.*] Incipit de velamentis: & laudãdo ad rationem prouocat: quia in hac cauſa auctoritatem legis non habet quam proferat. Hæc irridendo Apoſtolus dicit, quod eius præcepta minime ſeruarent.

n *Et ſicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis.*] Quaſi legem præcepta mea tenetis, ſcientes illum in me ſpiritum loqui, qui in lege locutus eſt & prophetis.

o *Volo autem vos ſcire.*] Etiã in hoc volo vos inſtruere, vt E illud ſimiliter teneatis.

p *Quod omnis viri caput, Chriſtus eſt.*] Vir nulli ſubiectus eſt, niſi Chriſto, qui & homo, & deus eſt. Mulier vero, & Chriſto & viro debet eſſe ſubiecta.

q *Caput autem mulieris, vir.*] Secundum ordinem naturalem. Cæterum in Chriſto Ieſu neque maſculus, neque femina, ſed voluit eas eſſe ſubiectas.

r *Caput vero Chriſti, deus.*] Secundum aſſumpti hominis formam. Item ideo caput Chriſti deus: quoniam ſuſceptam incarnationem ſecundum hominem, deitaſque in eo inerat, gubernabat: ſicut idem Apoſtolus alibi dicit: Deus erat in Chriſto, mundum reconcilians ſibi. 2.Cor.5.d

ſ *Omnis vir orans vel prophetans.*] Siue docens, ſiue futura prædicans. F

t *Velato capite, deturpat &c.*] Venit ad cauſam: quia & viri comam nutriebant: & mulieres nudo capite procedebant in eccleſiam, gloriantes in crinibus: quod non ſolum inhoneſtum erat, ſed etiam concupiſcentiæ fomenta præſtabat. Vir ergo vt liber, non debet habere velamen, cuius caput eſt Chriſtus. Mulier vero debet eſſe velata, vt oſtendatur quia debet eſſe humilis & ſubiecta.

v *Omnis autem mulier orans aut prophetans non velato capite, deturpat &c. velet caput ſuum &c.*] In ſuo ſexu, aut in domo.

x *Vir quidem non debet velare caput ſuum.*] Ergo nec comam nutrire.

y *Quoniam imago & gloria dei &c.*] Vir ad imaginem dei factus eſt: & idcirco liber eſt. Mulier vero ad viri ſimilitudinem eſt formata: vnde iubetur eſſe ſubiecta.

z *Non enim vir ex muliere eſt, ſed mulier ex viro.*] Ex coſta ſcilicet viri.

a *Etenim non eſt &c.*] Vir propter ſeipſum factus eſt: mulier vero ad viri adiutorium creata eſt.

b *Ideo debet mulier velamen habere ſuper caput ſuum.*] Velamen,



habere ſuper caput ſuum, & [a] propter angelos. Veruntamen [b] neque vir ſine muliere, neque mulier ſine viro in domino. Nam [c] ſicut mulier de viro, ita & vir per mulierem. Omnia [d] autem ex deo. Voſipſi [e] iudicate, decet mulierem non velatam orare deum? [f] Nec ipſa natura docet vos. Quod vir [g] quidem ſi comam nutriat, ignominia eſt illi: mulier vero ſi comam nutriat, gloria eſt illi: [h] quoniam capilli pro velamine dati ſunt ei. Si [i] quis autem videtur contentioſus eſſe, [k] nos talem conſuetudinem non habemus, [l] neque eccleſia dei. [m] Hoc autẽ præcipio, non [n] laudãs quod non in melius ſed in deterius conuenitis. Primum [o] quidem conuenientibus vobis in eccleſiam, [p] audio ſciſſuras eſſe inter vos, & ex parte credo. Nam [q] oportet & hæreſes eſſe, vt & qui probati ſunt, manifeſti fiant in vobis. [r] Conuenientibus ergo vobis in vnum, iã nõ eſt dominicam cænam manducare. Vnuſquiſque enim ſuam cænam præſumit ad manducandum. Et [ſ] alius quidem eſurit, alius autem ebrius eſt. [t] Nunquid domos non habetis ad manducandum & bibendum? [u] Aut eccleſiã dei contemnitis, & [x] confunditis eos qui non habent? [y] Quid dicam vobis? Laudo vos, in hoc non laudo. [z] Ego enim accepi a domino quod & tradidi vobis: [a] quoniã dominus Ieſus in qua [b] nocte tradebatur: [c] accepit panẽ, & gratias agens fregit, & dixit: Accipite & manducate: [d] Hoc eſt corpus meũ quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem poſtquam cænauit,

A men ſignum poteſtatis eſſe declarat.

a *Et propter angelos.*] Item hoc loco angelos, eccleſiis prę ſidentes dicit, ſicut & Malachias propheta teſtatur ſacerdotem angelum eſſe, dicens. Labia enim ſacerdotis, cuſtodiunt ſcientiam. Et legem requirent ex ore eius: quia angelus domini exercituũ eſt. Siue vere propter honorem angelorum, qui eccleſiæ aſſiſtere perhibentur.

b *Veruntamen neque vir ſine muliere, neque mulier &c.*] Conſolatur illas, ne nimium eas grauaſſe videatur: & nec vir ſine muliere poteſt naſci, nec mulier ſine viro.

c *Nam ſicut mulier de viro &c.*] Hoc eſt, in principio. Poteſt & ita dici: Sicut Eua ex Adam, ita ſecundum hominem, Chriſtus ex Maria.

d *Omnia autem ex deo.*] Cõtra Manichæos, qui negant carnem factam a deo.

e *Voſipſi iudicate &c.*] In i- B pſorum iudicio ponit, vt ſua conſcientia conuincantur.

f *Nec ipſa natura docet vos.*] Poteſt dici, ſi hoc natura eſt, quare non ab omnibus gentibus cuſtoditur? quia illi a natura deciderunt, ſicut ex multis aliis comprobatur. Denique ſine lege viuunt: & ſi apud illos loqueretur Apoſtolus, aliis rationibus vteretur.

g *Quod vir quidem ſi camam nutriat &c.*] Nazaræi vt comam nutrirent, ex dei præcepto deuotiſſime faciebãt.

h *Quoniam capilli pro velamine dati ſunt ei.*] Expoſuit quod dixerat, ſi non velatur & tondeatur.

i *Si quis autem videtur contentioſus eſſe.*] Præuenit illos, ne quis diceret: vbi ſcriptum eſt, vel aliis argumentis huic reſiſteret rationi.

C k *Nos talem conſuetudinem non habemus.*] Siue contendendi, ſiue talia faciendi.

l *Neque eccleſia dei.*] Quæ manſuetudini potius quam contentionibus ſtudet.

m *Hoc autem præcepio.*] Conſiderandum eſt quid audierit a domino ille ſeruus, qui ſolum acceptum talentum cuſtodiuit. Vnde non eſt laudandus qui non ſemper creſcit in melius: quia fides eo perfectior eſſe debet, quo ſenior. Miſerum autem eſt, ſi ſemper infans lacte potetur: aut qui litteris ſtudet, hoc ſolum habeat, quod in primis rudimentis accepit. Quanto igitur magis ille ſine ſpe eſt, qui non ſolum non proficit, ſed etiam deficit, & illud ipſum penitus obliuiſcitur, quod accepit.

n *Non laudans quod non in melius, ſed in deterius conuenitis.*] Subauditur vitupero, quod in deterius proficitis.

o *Primum quidem conuenientibus vobis in eccleſiam.*] Incipit de ſacramentis.

p *Audio ſciſſuras eſſe inter vos &c.*] Secundum quod mihi a domino reuelatum eſt, ſiue quia ſcio contentioſos vos eſſe.

q *Nam oportet & hæreſes eſſe &c.*] Quia tales contentiones habetis, neceſſe eſt vos etiam vſque ad hæreſes peruenire. Sicut ſi dicas, ille qui tantum bibit, neceſſe habet inebriari. Item non hoc dicit Apoſtolus, quia debent eſſe hæreſes, ſed quia inter ſe ſciſſuras habebant: ideo dicit, oportet hoc eſſe, & neceſſe eſt hæreſes eſſe. D

r *Conuenientibus ergo vobis in vnum, iam non eſt dominicam &c.*] Iam non eſt dominica, ſed humana, quando vnuſquiſque tanquam cænam propriam ſolus inuadit: & alij qui non obtulerit, non impertit, ita vt magis propter ſaturitatem, quam propter myſterium videamini conuenire. Cæterum dominica cæna omnibus debet eſſe communis: quia ille omnibus diſcipulis ſuis qui aderant, æqualiter tradidit ſacramenta. Cæna autem ideo dicitur: quia dominus in cæna tradidit ſacramenta. Item hoc ideo dicit: quia in eccleſia conuenientes oblationes ſuas ſeparatim offerebant, & poſt communionem quæcumque eis de ſacrificiis ſuperfuiſſent, illic in eccleſia communem cænam comedentes, pariter conſumebant.

ſ *Et alius quidem eſurit, alius autem ebrius eſt.*] Quicumque E non obtuliſſet, non communicabat: quia omnia ſoli qui obtulerant, inſumebant. Quidam hunc locum ad illos referunt, qui epulas in eccleſia faciebant. Aliter. Quidam eſurit, quidam ebrus eſt: ideo dicit, quia ſuperuenientibus mediocribus & volentibus ſumere ſacramenta, deerant: quoniam ab illis qui obtulerant oblationes in communi cõuiuio, fuerant cuncta conſumpta.

t *Nunquid domos non habetis ad manducandum & bibendum?*] Si vultis ſaturari, domi manducate. Sanctificatio enim etiam in paruo conſiſtit.

v *Aut eccleſiam dei contemnitis.*] Facientes eam triclinium F epularum.

x *Et confunditis eos qui non habent?*] Confundebantur, ab omnibus denotati: cum ita debeãt communicare, vt eum qui obtulerit, nemo cognoſcat.

y *Quid dicam vobis? laudo vos, in hoc non laudo.*] Sicut in aliis laudaui vbi laudabiliter egeſtis, in hoc omnino non laudo.

z *Ego enim accepi a domino, quod & tradidi vobis.*] Non eſt meum quod vobis tradidi, ſed a domino illud accepi, ſicut ipſe alibi dicit. Non ab hominibus, ſed omnia a deo Gal.1.b didiſſe.

a *Quoniam dominus Ieſus.*] Iam hinc quaſi oblitus commemorat, quam magnum ſit huius myſterij ſacramentum.

b *In qua nocte tradebatur.*] Id eſt a Iuda.

c *Accepit panem, & gratias agens &c.*] Hoc eſt, benedicens, etiam paſſurus, vltimam nobis commemorationem, ſiue memoriam dereliquit. Quemadmodum ſi quis peregre proficiſcens aliquod pignus ei, quem diligit, derelinquat, vt quotienſcumque illud viderit, poſſit eius beneficia & amicitias memorari, quod ille ſi perfecte dilexit, ſine ingenti deſiderio non poteſt videre vel fletu.

d *Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur &c.*] Qui mãducat corpus meum, & bibit meum ſanguinem, in me

A manet, & ego in eo. Vnde agnoſcere ſe debet, quiſque Chriſti aut corpus edit, aut ſanguinem bibit, ne quid indignum ei faciat, cuius corpus effectus eſt.

a *Hic calix nouum teſtamentum eſt.*] Quia vetus, hoc per ſanguinem animalium portendebat.

b *In meo ſanguine hoc facite.*] Et vetus & nouum per ſanguinem dedicatur: quia ſine morte firmum eſſe non poteſt teſtamentum.

c *Quotienſcunque bibetis, in meam commemorationem.*] Ideo hoc ſaluator tradidit ſacramentum, vt per hoc ſemper commemoremus: quia pro nobis eſt mortuus. Nam & ideo cum accipimus a ſacerdotibus, commonemur: quia corpus & ſanguis eſt Chriſti, vt beneficiis eius nõ exiſtamus ingrati.

d *Quotieſcunque enim manducabitis panem &c.*] Siue ipſi myſterio nunciatus, ſiue in

B cordibus veſtris agnoſcitis.

e *Donec veniat.*] Tandiu memoria opus eſt, donec ipſe venire dignetur.

f *Itaque quicunque manducauerit panem hunc, & biberit calicem domini indigne.*] Sicut ſcriptum eſt. Omnis mundus manducabit. Et iterum.

Exod.30.d Anima quæ manducauerit immunda exterminabitur de populo ſuo. Et ipſe do-

Matth.5.d minus ait. Si ante altare recordatus fueris, quia habet frater tuus aliquid aduerſum te, relinque munus tuum ante altare, & vade reconciliari fratri tuo. Prius ergo perſcrutanda eſt conſciẽtia, ſi in nullo nos reprehendit, & ſic aut offerre, aut cõmunicare debemus. Quidam ſane dicunt: quia non indignum, ſed indigne accipiẽtem reuocet a ſancto. Si ergo etiam dignus indigne acce-

C dens retrahitur, quanto magis indignus, qui non poteſt accipere digne? Vnde oportet otioſum ceſſare a vitiis; vt ſanctum domini corpus, ſancte percipiat.

g *Reus erit corporis & ſanguinis domini.*] Quia tanti myſterij ſacramentum pro vili deſpexerit.

h *Probet autem ſeipſum homo &c.*] Si in linteum, vel vas ſordidum, non illud mittere audet: quanto magis in corde polluto, quam immunditiam deus ſuper omnia exe-

Matth.15.d cratur, & quæ ſola iniuria eius eſt corporis. Nam & Ioſeph ille iuſtus propterea ſindone munda inuolutum in ſepulchro nouo corpus domini ſepeliuit, præfigurãs corpus domini accepturos, tam mundam mentem debere habere, quam nouam.

i *Qui enim manducat & bibit indigne &c.*] Dupliciter reus effectus, præſumptionis ſcilicet, & peccati.

k *Non diiudicans corpus domini.*] Non diſcernens a cibo communi.

l *Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt &c.*] Erat præſens correptio, & nunc eſt: ſed quia multi talia patiuntur, putamus conſuetudinis eſſe quod culpę eſt. Tribus ſane cauſis infirmitates adueniunt corporales. Aut ex tentatione, ſicut Iob & Tobiæ: aut ex peccato, ſicut Aſaph regi, & his qui in præſenti ab Apoſtolo arguũtur: aut ex aliqua intemperantia, vt Timotheo, & his qui iubentur medicum honorare. Huic tantum cauſæ, huma-

D na poteſt ſuccurrere medicina. Item ſignificat Corinthios propter ſupradictum peccatum, ægrotatione & imbecillitate & morte a domino eſſe correptos.

m *Dum iudicamur autem a domino corripimur: vt non cum hoc mundo damnemur.*] Correptio paterna eſt pietatis, vt pæniteamus, ne cum infidelibus mundi damnemur in æternum.

n *Itaque, fratres mei, cum conuenitis ad manducandum, inuicem expectate &c.*] Quia nemo alium expectabat, vt cõmuniter offerretur.

o *Vt non in iudicium conueniatis.*] Non in ſanctificationem, ſed ad iudicium conueniebant.

p *Cætera autem cum venero, diſponam.*] Cætera de ipſius myſterij ſacramento.

CAP. XII.

q *De ſpiritualibus autem.*] Incipit de ſpiritualibus ſacramentis. Creſcente

E fide, iam linguarum gratia, quam propter infideles acceperant, deſinebat: hinc ergo plurimi contriſtati, adhuc etiam hanc gratiam habentibus inuidebant: omnibus donis hanc maiorem eſſe putantes.

r *Nolo vos ignorare fratres.*] Nolo vos huius myſterij neſcire rationem.

ſ *Scitis autem quoniam cum gentes eſſetis ad ſimulacra muta.*] Hoc eſt, irrationabiles, ſecundum prophetam dicẽtem. Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Pſal.134.d

t *Prout ducebamini euntes.*] A magis vel aruſpicibus idolorum.

v *Ideo notum vobis facio, quod nemo in ſpiritu dei loquens, dicit anathema Ieſu.*] Vtinam irrationabiles mobileſque non ſitis: cum religione enim & & mores mutare debetis, & noſſe veſtræ fidei ratio-

F nem.

x *Et nemo poteſt dicere: dominus Ieſus, niſi in ſpiritu ſancto.*] Quo modo ergo operarios iniquitatis dominus cognoſcet, ſi etiam virtutes ſint operati, & deus malis operibus denegatur? Sed nemo poteſt in ſpiritu ſancto dominum appellare, niſi qui eum & verbis & operibus confitetur. Item docet Corinthios: niſi in ſpiritu ſancto, hoc eſt, in bonis operibus conuerſantes, dominum Ieſum dicant, eis prodeſſe non poſſe, ſicut & ipſe dominus in euangelio dicit. Non omnis qui dicit mihi, domine domine, introibit in regnum cælorum: ſed qui Matth.7.c facit voluntatem patris mei.

y *Diuiſiones vero gratiarum ſunt, idem autem ſpiritus. Et diuiſiones miniſtrationum ſunt, idem autem dominus. Et diuiſiones operationum ſunt, idem vero deus, qui operatur &c.*] Hic vult oſtendere gratiæ ſpiritus ſancti diuiſiones eſſe, non ipſius. Et quamuis hic locus proprie contra Macedonios faciat, qui ſpiritum ſanctum negant eſſe deum. Dicendo enim ſemper idem, omnia ſe dicere de ſpiritu ſancto declarat. Sed & paulo poſt ait. Hæc autem omnia cooperatur vnus atque idem ſpiritus, vt eum deum & dominum demonſtraret. Tamen contra Arianos non mediocre eſt argumẽtum, qui de hoc calumniari ſolent, quod primo pater, ſecundo filius, tertio ſpiritus ſanctus

cænauit, dicens: Hic [a] calix nouum teſtamẽtum eſt in meo [b] ſanguine. Hoc facite [c] quotienſcunque bibetis, in meam commemorationem. [d] Quotienſcunque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem domini annuntiabitis, [e] donec veniat. [f] Itaque quicunque manducauerit panem hunc: & biberit calicem domini indigne: [g] reus erit corporis & ſanguinis domini. [h] Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat. [i] Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium ſibi manducat & bibit, non [k] diiudicans corpus domini. [l] Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles: & dormiunt multi. Quod ſi noſmetipſos diiudicaremus, non vtique diiudicaremur. [m] Dum iudicamur autem a domino corripimur: vt non cum hoc mundo damnemur. Itaque [n] fratres mei cum conuenitis ad manducandum, inuicem expectate. Si quis eſurit, domi manducet: vt non in [o] iudicium conueniatis. [p] Cætera autem cum venero, diſponam.

CAP. XII.

[q] De ſpiritualibus autem [r] nolo vos ignorare fratres. Scitis [ſ] autem quoniam cum gentes eſſetis, ad ſimulacra muta [t] prout ducebamini euntes. [u] Ideo notũ vobis facio, quod nemo in ſpiritu dei loquens, dicit anathema Ieſu Et [x] nemo poteſt dicere, dominus Ieſus, niſi in ſpiritu ſancto. [y] Diuiſiones vero gratiarum ſunt, idem autẽ ſpiritus. Et diuiſiones miniſtrationum ſunt, idem autẽ dominus. Et diuiſiones operationum ſunt, idem vero



A ſanctus nominatur. Hic enim iſtum ordinem permutauit. Item manifeſta prædicatio eſt, vnius deitatis atque ſubſtantiæ patrem & filium & ſpiritum ſanctum eſſe, qui poteſtatem vt dominus & deus, ſingulis quibuſque vt vult, gratiarum dona largitur.

a *Vnicuique autem datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem.*] Vt appareat illum ſpiritum ſanctum accepiſſe.

b *Alij quidem per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ.*] Sapientiæ ſermo eſt, ſapienter & apte ac rationabiliter loqui, & poſſe diſſerere, vel docere quod norit ſane. Qui ex dono habet ſapientiæ ſine ſuo conatu loquitur & labore, & nemo illi ſicut beato Stephano præualet contraire. Ad vtilitatem: & incredulorum, vt credant: & credentium, vt firmentur.

c *Alij autem ſermo ſcientiæ &c.*] Vt ſciat legis myſteria explanare, vel vt præterita nouerit, & æſtimet de

B futuris.

d *Alteri &c.*] Hic fides, prodigia facienda, quæ mõtes transferat. Abuſiue enim rem poſuit pro effectu.

e *Alij gratia ſanitatum &c.*] Vt curet ægrotos.

f *Alij operatio virtutum.*] Opus virtutis eſt, dæmonia eiicere, vel mortuos ſuſcitare.

g *Alij prophetia.*] Hoc eſt vt futura prædicet.

h *Alij diſcretio ſpirituũ &c.*] Vt qualis vel quo ſpiritu veniat vel loquatur, intelligat.

i *Alij interpretatio ſermonũ.*] Alius interpretari poterat, quæ alius loqueretur.

k *Hæc autem omnia &c.*] Si omnia vnus ſpiritus operatur, quare contriſtaris, quod aliam gratiam accepiſti, & alium quaſi maiorem partem inuaſerit, ęmularis, cum hoc

C non noſtra, ſed in donantis ſit poſitum poteſtate.

l *Diuidens ſingulis prout vult.*] Sic quoque ſpiritum domini dicit, dum non iuſſus, ſed voluntarius operatur.

m *Sicut enim corpus vnum eſt &c.*] Per comparationem corporis, oſtendit non naturam membrorum: ſed officia eſſe diuerſa, & neminem debere curare cuius ſit officij, dum omnes vno eodemque ſpiritu animentur. Sumit exemplum ex humano corpore, vt doceat ita eſſe eccleſias in Chriſto vnum corpus, ſicut ſunt membra in corpore hominis, ne aduerſum alterum, alter infletur.

n *Ita & Chriſtus.*] Notandum quod Chriſtus per corpus ſuum dicatur eccleſia.

o *Etenim in vno ſpiritu &c.*] Vt vnum corpus efficiamur in Chriſto. Quorum ergo ſpiritualia & cæleſtia communia ſunt, debent terrena & carnalia communiter poſſidere, ſecundum ſententiam prophetæ, Nonne pater v-

Malach.2.b nus eſt omnium? Item hic manifeſte oſtẽditur quoniam qui baptizantur in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, in vna baptizantur ſubſtantia: quoniam trinitas deitatis non habet diuerſitatem, dicente Apoſtolo.

p *Et omnes in vno ſpiritu vocati ſumus.*] Quaſi potionati ſpiritu, quem accipiunt baptizati per manus impoſitionem. D

q *Nam & corpus.*] Reuertitur ad exemplum.

r *Non eſt vnum membrum &c.*] Non poteſt totum corpus, vnum officium agere, ſed vnumquodque membrorum id agit, ad quod aptum eſt.

ſ *Si dixerit pes.*] Pes eccleſia dici poteſt, qui ad intercedendum egreditur.

t *Quoniam non ſum manus.*] Manus, eſt ille qui operatur.

u *Non ſum &c.*] Dicebat enim non eſſe ſe de corpore: quia hanc, quam alij acceperunt gratiam, non habebat.

x *Si totum corpus oculus, vbi auditus?*] Si omnes ſcientes, vbi ſunt auditores?

y *Si totum auditus &c.*] Si omnes auditores, quis erit boni odoris malive diſcretor, vt vnum corpus efficiamur in Chriſto. E

z *Nunc autem poſuit deus mẽbra &c.*] Sicut in corpore apte & ordinate conſtituta ſunt membra: ita & in eccleſia vnuſquiſque a deo ad id, quod aptus eſt, ordinatur.

a *Quod ſi eſſent omnia vnum membrum &c.*] Si omnes vnam gratiam haberent, reliquæ vbi eſſent: nec corpus iam poterant eſſe, ſed membra.

b *Nunc autem multa quidem membra, vnum autem corpus.*] Hoc eſt, humanum, quod multa membra oſtendit.

c *Non poteſt autem oculus dicere manui &c.*] Ideo inuicem indigemus, vt magis ac magis charitas confirmetur. Nam ſi vnus omnia haberet, aduerſus cæteros inflaretur.

d *Aut iterum caput pedibus.*] Sacerdos eſt caput: infirmi, F pedes eccleſiæ. Si dixerit auricula, quæ ſapiens auditor eſt: Nam auris inter cætera auferri dicitur a Iudæa per Eſaiam prophetam. Non ſum oculus, non ſum ex corpore, non ideo non eſt de corpore. Eſa.6.c

e *Non eſtis mihi neceſſarij.*] Oculus eſt qui intelligit, os ille qui docet vel loquitur linguis.

f *Sed multo magis &c.*] Membra quæ ſpernitis in eccleſia, maioris vtilitatis eſſe probantur, ſicut in corpore ſine manibus, & pedibus viuitur, ſine inteſtinis omnino non viuitur.

g *Et quæ putamus ignobiliora membra eſſe corporis.*) Non quo vere ſint talia.

h *His honorem abundantiorem circundamus.*) Cum cautius veſtimentis & diligentius conteguntur.

i *Et quæ inhoneſta ſunt noſtra abundantiorem honeſtatem habent. Honeſta autem &c.*) Quæ per ſe pulchra ſunt, nullius tegminis egent pulchritudine, vt eſt caput & manus.

k *Sed deus temperauit corpus &c.*) Minoribus maiora dona concedens, vt qui honore minor erat, gratia abundaret.

vero deus, qui operatur omnia in omnibus. [a] Vnicuique autem datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem. Alij [b] quidem per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ. Alij [c] autem ſermo ſcientiæ ſecundum eundem ſpiritum. Alteri fides in [d] eodem ſpiritu, alij [e] gratia ſanitatum in vno ſpiritu, alij [f] operatio virtutum, alij [g] prophetia, alij [h] diſcretio ſpirituum, alij genera linguarum, alij [i] interpretatio ſermonũ. Hæc [k] autem omnia operatur vnus atque idẽ ſpiritus, [l] diuidens ſingulis prout vult. [m] Sicut enim corpus vnum eſt, & membra habet multa. Omnia autem membra corporis cum ſint multa, vnum tamen corpus ſunt, [n] ita & Chriſtus. Etenim in [o] vno ſpiritu omnes nos in vnum corpus baptizati ſumus, ſiue Iudæi, ſiue gentiles, ſiue ſerui, ſiue liberi: & [p] omnes in vno ſpiritu vocati ſumus. Nã & [q] corpus non eſt [r] vnum membrum, ſed multa. Si [ſ] dixerit pes: quoniam [t] non ſum manus, [u] non ſum de corpore, num ideo non eſt de corpore? Et ſi dixerit auris, quoniam non ſum oculus, non ſum de corpore, num ideo non eſt de corpore? Si [x] totum corpus oculus, vbi auditus? Si, [y] totum auditus, vbi odoratus? [z] Nunc autem poſuit deus membra, vnumquodque eorum in corpore ſicut voluit. [a] Quod ſi eſſent omnia vnum membrũ, vbi corpus? [b] Nunc autem multa quidem membra, vnum autem corpus. [c] Non poteſt autem oculus dicere manui, opera tua non indigeo, [d] aut iterum caput pedibus, non eſtis mihi [e] neceſſarij. Sed [f] multo magis quæ videntur membra corporis infirmiora eſſe, neceſſariora ſunt. Et [g] quæ putamus ignobiliora membra eſſe corporis, his [h] honorem abundantiorem circundamus. Et [i] quæ inhoneſta ſunt noſtra abundantiorem honeſtatem habent. Honeſta autem noſtra nullius egent. [k] Sed deus temperauit corpus, ei cui deerat,

deerat, abundantiorem tribuendo honorem, [a] vt nõ ſit ſchiſma in corpore, ſed in idipſum [b] pro inuicem ſolicita ſint mẽbra. Et ſi [c] quid patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra: ſiue [d] gloriatur vnum mẽbrum, congaudent omnia membra. [e] Vos autem eſtis corpus Chriſti, & [f] membra de membro. Et [g] quoſdam quidem poſuit deus in [h] eccleſia primo apoſtolos, ſecundo [i] prophetas, tertio doctores [k] deinde virtutes, exinde gratias curationum, [l] opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes ſermonum. [n] Nunquid omnes apoſtoli? Nunquid omnes prophetæ? Nunquid omnes doctores? Nunquid omnes virtutes? Nunquid omnes gratiam habent curationum? Nunquid omnes linguis loquuntur? Nunquid omnes interpretantur? [o] Æmulamini autem chariſmata meliora. Et [p] adhuc excellentiorem viam [q] vobis demonſtro.

## CAP. XIII.

[r] SI linguis hominum loquar & angelorũ, [ſ] charitatem autem non habeam, factus ſum velut æs ſonans, aut cymbalum tinniẽs. Et ſi [t] habuero prophetiam, & nouerim myſteria omnia, & [u] omnem ſcientiam: & ſi habuero [x] omnem fidem, ita vt montes tranſferam, charitatem autem non habuero, nihil ſum. Et ſi [y] diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & ſi [z] tradidero corpus meum ita vt ardeam: charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt. [a] Charitas patiens eſt, benigna eſt. Charitas [b] nõ æmulatur, nõ agit perperã, non inflatur, nõ [c] eſt ambitioſa, non [d] quærit quæ ſua ſunt, nõ [e] irritatur,

A a *Vt non ſit ſchiſma in corpore.*] Vt pro inuicem ſoliciti ſimus, dum alterutro indigemus, ne quis ſequatur, & gratia & honore priuatum.

b *Sed in idipſum pro inuicem ſolicita ſint membra.*] Sicut oculi viam pedibus præuident, & manus pro toto corpore operantur, & omnia alterutrum membra deſeruiunt.

c *Et ſi quid patitur vnum mẽbrum &c.*] Si vnum membrum dolet, totum corpus affligitur, & ad ſanitatem eius membra omnia collaborant.

d *Siue gloriatur vnum membrum, &c.*] Sicut ait Salomon. Corde lætante, vultus floret. Nos autem compaſſionem & cõgratulationem contraria permutamus. Prou.14.b

e *Vos autem eſtis corpus Chriſti.*] Hoc eſt eccleſia de carne eius, & de oſſibus eius, ſicut ad Epheſios ait.

f *Et membra de mẽbro.*] Toti, corpus: ſinguli, membra.

B g *Et quoſdam quidem poſuit deus.*] Modo ipſum vult mẽbrorum ordinem demonſtrare.

h *In eccleſia primo apoſtolos.*] Non in ſynagoga, ne putemus eum de antiquis dixiſſe prophetis, ſicut erat Agabus, cæterum patriarchas quoq; debuerat nominare.

i *Secũdo prophetas &c.*] Prophetæ ſunt qui explanãt obſcura prophetarum, & qui homines exhortantur, ſicut alibi dicit. Nam qui prophetat hominibus loquitur ad ædificationem, exhortationem, & conſolationes. 1.Cor.14.

k *Deinde virtutes &c.*] Hic virtutes, ſigna maiora ſignificat.

l *Opitulationes.*] Hoc eſt adiutoria. Vnde Paulo in viſu dicitur a viro Macedone. Veni adiuua nos. Act.16.b

m *Gubernationes &c.*] Qui ſciunt ſingulos, prout apti ſunt gubernare.

C n *Nunquid omnes apoſtoli &c.*] Hoc eſt quod ſuperius dixerat. Si eſſent omnia vnum membrum, vbi corpus.

o *Aemulamini autem chariſmata meliora.*] Hoc eſt, ſectamini prophetas.

p *Et adhuc excellentiorem.*] In Gręco habet ſuper modũ.

q *Viam vobis demonſtro.*] Charitatem, per quam peruenitur ad deum. Vult nos magis illa quærere quæ ex nobis ſunt, & ad vitam proſunt, quam ſigna quæ non ſunt in noſtra poteſtate poſita.

### CAP. XIII.

r *SI linguis &c.*] Non ſolum omnium hominum, ſed etiam ſi quæ ſunt angelorum.

ſ *Charitatem &c. velut æs &c.*] Quod non ex ſe, ſed ab alio impulſum ſolum ſonitum reddit, & delectat auditum. Charitas vero ex nobis eſt, & omnem poſſidet fructum.

t *Et ſi habuero prophetiam &c.*] Hic futura prædicare, myſteriorum cognitio eſt, & omnium ſecretorum. Scientia vero, noſſe omnia quæ fuerunt & ſunt. Si iſta omnia tam magna ſine charitate nihil ſunt: quanto magis ſine abſtinentia, ieiunio, & his ſimilibus, in quibus ſibi plerique relicta charitate gloriantur? D

u *Et omnem ſcientiam.*] Et hic ſcientia magna: quia cum his computatur, etiam ſi minor ſit charitate.

x *Et ſi habuero omnem fidem, ita vt montes &c.*] Hic intelligitur magna fides eſſe, quæ in euangelio grano ſinapis comparatur, quæ non propter modicitatẽ, ſed propter integritatem, vel vigorem appoſita eſt. Notandum ſane quod inter cætera etiam omnis fides, quæ mõtes trãſferat, ſine charitate nõ proſit.

y *Et ſi diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates.*] Apoſtolus de ſummo charitatis bono tractans, magnis eam proculdubio rebus prætuliſſe credẽdus eſt, neque enim potuerunt rei ſummæ comparari non magnæ, quod ex ipſis ſpeciebus agnoſcitur. Nam linguis hominum loqui & angelorum, & habere prophetiam, & omnia myſteria noſſe, omnemque ſciẽtiã poſſidere, & habere omnem fidem, & ignibus ſe cremandum tradere, magna eſſe quis neſciat? His etiam mundi contemptus annectitur, qui ſi magnus non eſſet, nec rei ſummæ, id eſt, charitati compararetur: nec inter magna vtique poneretur, quod illorum ſententiam deſtruit, qui renunciandum rebus ſæculi certo tempore, perſecutione cogente volunt eſſe præceptum, vt & apoſtolis gloriam tollant, quod non voluntarie fecerint, ſed inuiti, & noſtri æui perfectos, vanos conſtituãt, qui rem alterius temporis, fruſtra nunc voluerunt exercere. Item aliter, notandum, quod contemptus mundi martyrio comparetur, contra eos qui illud de euangelio variis argumentis nituntur exoluere, vbi dicitur ad diuitem. Vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus. E Luc.18.d

F z *Et ſi tradidero corpus meum ita vt ardeam: charitatem autem non habuero, &c.*) Non propter deum, ſed propter gloriã humanam. Vel certe ſi quis in ipſo martyrio aduerſum fratrem retineat iram, cõtemnens eum qui iuſſit nos malitiam proximi obliuiſci, & in ipſa etiam morte præuaricator exiſtens.

a *Charitas patiens eſt, benigna eſt.*) Semper beneuolens. Modo deſcribit omnia membra & ſpecies charitatis. Parentes, quia multum diligunt filios, eorum etiam libenter patiuntur iniurias.

b *Charitas non æmulatur, non agit perperam, nõ inflatur.*) Nemo illi quem vere amat inuidet, cuiuſuis eum eſſe conſpiciat gloriæ vel honoris, ſed omnem eius felicitatem quaſi ſuam libenter amplectitur.

c *Non eſt ambitioſa.*) Maior eſſe aliis non ambit: & ſuper fratres non cupit dominari.

d *Non quærit quæ ſua ſunt*) Non quærit quod ſibi tantum ſit vtile, ſed quod multis.

e *Non irritatur.*) Non incitatur ad iurgia ab illo quem diligit.

a *Non*



tur, non [a] cogitat malum, [b] non gaudet ſuper iniquitate, [c] cõgaudet autem veritati. Omnia ſuffert, omnia credit, [d] omnia ſperat, omnia ſuſtinet. [e] Charitas nunquam excidit, [f] ſiue prophetiæ euacuabuntur, ſiue linguæ ceſſabunt, ſiue ſcientia deſtruetur. Ex parte enim cognoſcimus, & ex parte prophetamus. Cum [g] autem venerit quod perfectum eſt, euacuabitur quod ex parte eſt. Cum [h] eſſem paruulus, loquebar vt paruulus, ſapiebam vt paruulus, cogitabam vt paruulus. Quando [i] autem factus ſum vir, euacuaui quæ erant paruuli. [k] Videmus nunc per [l] ſpeculum in ænigmate, [m] tunc autem facie ad faciem. [n] Nunc cognoſco ex parte, tunc autem cognoſcam ſicut & cognitus ſum. [o] Nunc autem manẽt, fides, [p] ſpes, charitas, tria hæc: maior autem horum eſt charitas.

## CAP. XIIII.

[q] SEctamini charitatem, [r] æmulamini ſpiritualia, magis autem prophetetis. [ſ] Qui enim loquitur lingua, non hominibus loquitur, ſed deo. Nemo enim audit. [t] Spiritus autem loquitur myſteria. Nam [u] qui prophetat, hominibus loquitur ad ædificationem, & exhortationem, & conſolationem. Qui loquitur lingua, ſemetipſum ædificat: qui autem prophetat, eccleſiam dei ædificat. [x] Volo autem omnes vos loqui linguis, magis autem prophetare. [y] Nam maior eſt qui prophetat, quam qui [z] loquitur linguis: niſi forte interpretetur, vt eccleſia ædificationem accipiat. [a] Nunc autem fratres, ſi venero ad vos, linguis loquens, quid vobis prodero, niſi vobis loquar, aut in reuelatione, aut in ſcientia, aut in prophetia, aut in doctrina? [b] Tamen quæ ſine anima ſunt, vocem dantia, ſiue tibia, ſiue cithara, niſi diſtinctionem ſonituum dederint: quomodo ſcietur id quod canitur, aut quod citharizatur? [c] Etenim ſi incertam vocem det tuba, quis parabit ſe ad bellum? Ita & vos per linguam niſi manifeſtum ſermonem dederitis, quomodo ſcietur id quod dicitur? Eritis [d] enim in aera loquentes. Tam multa, vtputa, genera linguarum ſunt in hoc mundo, & nihil ſine [e] voce eſt. Si [f] ergo neſciero virtutem vocis, ero ei cui loquar barbarus: & qui [g] loquitur mihi, barbarus. Sic & vos quoniam æmulatores eſtis ſpirituum ad ædificationem eccleſiæ, quęrite vt abundetis. Et [h] ideo qui loquitur lingua, oret vt interpretetur. Nam [i] ſi orem lingua, ſpiritus meus orat,

A a *Non cogitat malum.*] Non ſolum non facit, ſed ne cogitat quidem.

b *Non gaudet ſuper iniquitate.*] Contriſtatur ſi quem iniquum aliquid vel feciſſe, vel paſſum eſſe conſpexerit.

c *Congaudet autem veritati &c.*] Id eſt bonis operibus vel fidei veritatis.

d *Omnia ſperat, omnia ſuſtinet.*] Suffert iniurias, ſatisfacienti credit, ſperat eius emendationem: & donec corrigat, patienter expectat.

e *Charitas nunquam excidit.*] Hoc eſt, ipſa ſola permanet in futuro. Aut certe quæ vera eſt non finitur.

f *Siue prophetiæ euacuabuntur &c.*] Nõ omnia ſcimus, nec omnia prophetamus. Et ita vt in maius proficiamus deſtruentur, per iſta enim ad perfecta venimus.

g *Cum autẽ venerit quod perfectum eſt &c.*] Quod ſanctis promiſſum eſt in futuro.

h *Cum eſſem paruulus, loquebar vt paruulus &c.*] Exemplo carnalis incremẽti, vult B ſpiritualẽ demonſtrare profectum.

i *Quando factus ſum vir, euacuaui quæ erãt paruuli.*] Expoſuit qualiter euacuẽtur, quæ ſuperius memorauit.

k *Videmus nunc.*] Quaſi paruuli, qui non poſſunt ſerena cordis luce, perfecte lumen perſpicere veritatis.

l *Per ſpeculum in ænigmate.*] Per ſpeculum legis, quaſi rerum imaginẽ contẽplamur.

m *Tũc facie ad faciem.*] Ideſt, in præſentia.

n *Nunc cognoſco ex parte, tunc autem cognoſcam ſicut & cognitus ſum.*] Sicut me perfecte deus nouit, ita & ego quæ ſunt diuina cognoſcam.

o *Nũc autem manet fides.*] In præſenti tria hæc, in futuro ſola dei charitas & angelorũ & ſanctorum omnium permanebit. Magis ergo eſt quod ſemper erit, quã quod C aliquando ceſſabit. Item in patre & filio, & ſpiritu ſancto, fides ſtabilis eſt, additamẽto enim opus nõ habet. Spem autem eã manere dicit, quæ eſt non eorum quæ videmus. Charitas vero ideo maior eſt omnibus: quia qui diligit, & credit & ſperat.

p *Spes, charitas, tria hæc &c.*] Omne quod ſperamus, credimus: nõ omne quod credimus, ſperamus.

### CAP. XIII.

q *SEctamini charitatem.*] Omni conatu ipſam ſequamini, quia in veſtra eſt poteſtate.

r *Aemulamini ſpiritualia &c.*] Et ſpiritualia dona æmulari vos ac quærere non prohibeo, ſed vt magis proficiatis exhortor.

ſ *Qui enim loquitur lingua &c.*] Nemo per auditum aurium de his quæ dicuntur, accipit intellectũ niſi deus, & qui interpretãdi donũ accepit, vel qui eiuſdẽ eſt linguæ. D

t *Spiritus autem loquitur myſteria.*] Iterum linguam ſignificat.

u *Nam qui prophetat &c.*] Notandum quoniam prophetiã doctrinam dicit, expoſuit quot modis intelligẽda ſit prophetia. Quicũque hanc habet, propheta eſſe cenſendus eſt.

x *Volo autem omnes vos loqui &c.*] Hoc quidem volo, ſed illud malo: hoc non prohibeo, illud exhortor.

y *Nam maior eſt qui prophetat.*] Quia & hoc magnum opus eſt charitatis per quod multi proficiunt.

z *Quam qui loquitur linguis.*) Quod vos præcipuum exiſtimatis. *Niſi forte vt eccleſia ædificationem accipiat.*) Si interpretetur, ęqualis eſſe poterit prophetanti.

a *Nunc autem fratres &c.*) Suum illis proponit exemplum, erit vobis ſola admiratio non profectus, niſi vobis aut interpreter, aut plana faciam legis occulta quæ noui, aut prophetias exponam, aut vos moralibus doceam inſtitutis. E

b *Tamẽ ea quæ ſine anima ſunt &c.*) Cum hæc inanimantia niſi diſtinctionẽ habeãt, non poſſunt reddere cantilenam, & vt ſuperflua reſpuuntur: quanto magis vobis qui ſpirituales eſtis, ſuauitas non aures debet mulcere, ſed mentes.

c *Etenim ſi incertam vocem det tuba, quis parabit.*) Si vox tubæ incerta fuerit, vtrum ſolennitatis an belli ſit, nemo pugnabit: ita ergo & veſter intelligendus eſt ſermo, vt poſſit ad ſpirituale prælium Chriſti milites præparare.

d *Eritis enim in aera loquentes tam multa &c.*) Etiam ſi tam multa loquamini vt genera ſunt linguarum, quid proderit, cum omnia in aera ſoluantur, & nulli proficiãt? F

e *Et nihil ſine voce.*) Nihil ſine voce linguam habens.

f *Si ergo neſciero &c.*) Omnis ſermo qui non intelligitur, barbarus iudicatur.

g *Et qui loquitur mihi barbarus, ſic & vos &c.*) Quoniã ſpiritualia dona ſectamini, illa magis quærite, quæ ædificent auditores.

h *Et ideo qui loquitur lingua, oret vt interpretetur.*) Oratio hoc loco oris elocutio intelligitur. Sic ergo loquatur, vt gratię verba quę dicit, poſſint intelligi, ſiue oret, vt illi interpretandi gratia donetur.

i *Nã ſi orem lingua, ſpiritus meus orat.*) Hoc dicit, quoniã ſi

orat, mens [a] autem mea ſine fructu eſt. Quid ergo? [b] Orabo ſpiritu, orabo & mente. Pſallã ſpiritu, pſallam & mente. [c] Cæterum ſi benedixeris ſpiritu, quis [d] ſupplet locum idiotæ? [e] quomodo dicet amen ſuper tuam benedictionem? Quoniam quid dicas, neſcit. [f] Nam tu quidem bene gratias agis, ſed alter non ædificatur. [g] Gratias ago deo meo, quod omnium veſtrum lingua loquor. [h] Sed in eccleſia volo quinque verba ſenſu meo loqui, [i] vt & alios inſtruam: quam decem millia verborum in lingua. [k] Fratres nolite pueri effici ſenſib⁹, ſed [l] malitia paruuli eſtote: ſenſibus autem perfecti eſtote. In [m] lege enim ſcriptum eſt. Quoniam in aliis linguis & in aliis labiis loquar populo huic, & nec ſic exaudient me, dicit dominus. [n] Itaque linguæ in ſignum ſunt, non fidelibus, ſed [o] infidelibus: [p] prophetiæ autem non infidelibus, ſed fidelibus. Si [q] ergo cõueniat vniuerſa eccleſia in vnum, & omnes linguis loquantur: intrent [r] autem idiotæ aut infideles: nonne [ſ] dicent, quid inſanitis? Si [t] autem omnes prophetent: intret autem quis infidelis vel idiota, conuincitur ab omnibus, diiudicatur ab omnibus. Occulta enim cordis eius manifeſta fiunt: & [u] ita cadens in faciem, adorabit deum pronuncians quod vere deus in vobis ſit. [x] Quid ergo eſt fratres? Cum [y] conuenitis, vnuſquiſque veſtrum pſalmum habet, doctrinam habet [z] Apocalypſim habet, linguam habet, interpretationem habet: [a] omnia ad ædificationem fiãt. Siue [b] lingua quis loquitur ſecundum duos: aut vt multum tres & per partes & vnus interpretetur. Si [c] autem non fuerit interpres, taceat in eccleſia: ſibi autem loquatur & deo. [d] Prophetæ autem duo aut tres dicant: & cæteri diiudicent. Quod ſi alij reuelatum fuerit ſedenti, prior taceat. Poteſtis enim omnes per ſingulos prophetare: vt omnes diſcant & omnes exhortentur. Et ſpiritus [e] prophetarum, prophetis ſubiectus eſt. Non enim eſt diſſenſionis deus, ſed pacis: [f] ſicut & in omnibus eccleſiis ſanctorum doceo. [g] Mulieres in eccleſiis taceãt. Nõ enim permittitur eis loqui, ſed ſubditas eſſe: ſicut & lex dicit. Si [h] quid autem volunt

A quis incognitis aliis linguis loquatur, mens eius, non ipſi efficitur ſine fructu, ſed audienti, quicquid enim dicitur ignorat. Item ſi lingua dicam, non ego loquor, ſed ſpiritus, qui in me eſt. Si autem ad orationem requiratur ſpiritus, ſermo non intelligendus eſt, qui nonnunquam mẽtem alia cõgitantem precatur.

a *Mens autem mea ſine fructu eſt &c.*] Qui non intelligo quod loquor.

b *Orabo ſpiritu &c.*] Qui enim interpretatur, neceſſe eſt vt ante intelligat quod aliis eſt dicturus. Item ſic eſt loquendum, vt intelligant alij.

c *Cæterum ſi benedixeris ſpiritu.*] Benedicitur omne quod vere & ſecundum deum dicitur.

d *Quis ſupplet locum idiotæ.*] Laicum ſignificat, qui nullo gradu eccleſiaſtico fungitur. Aliter. Inanitatem ſcientiæ in corde ignari quis implet?

e *Quomodo dicet amẽ ſuper tuã*

B *benedictionem &c.*] Quomodo tuę perhibet benedictioni teſtimonium vel conſenſum.

f *Nam tu quidem bene gratias agis &c.*] Quod ſuperius dixerat, omni benedicas, hic ipſum exponit.

g *Gratias ago deo, quod omniũ veſtrum linguis loquor.*] Ne putetis me hãc quoque gratiam nõ habere, & vos ideo prohibere, & idcirco nõ loqui.

h *Sed in eccleſia volo quinque verba ſenſu meo loqui.*] Sed malo perpauca ad profectum loqui, quam multa quæ nulli proficiant. Quidam ſane quærunt, quæ ſunt quinque verba: a quibus econtrario, quæ ſint decẽ millia eſt quęrendum.

i *Vt alios inſtruam &c.*] Id eſt, ꝓprio intellectu & ſimplici ratione.

C k *Fratres nolite pueri effici ſenſibus.*] Scire debetis quam diu futuræ ſunt linguæ, vel quare ſint datæ.

l *Sed malitia paruuli eſtote, &c.*] Malitia deberis paruuli eſſe, non ſenſu: ſimul oſtendit neminem niſi paruulũ malitia, ſenſu eſſe perfectum. Quia in maliuolam animam non introibit ſpiritus ſapientiæ. Sap. 1.a

m *In lege ſcriptum eſt: quoniam in aliis linguis &c.*] Etiam hoc ſignum dabo, vt per ſanctos meos inuſitato ſermone loquar, & nec ſic eloquentem intelligent.

n *Itaque linguæ in ſignum ſunt non fidelibus.*] Hic oſtenditur creſcente fide, ſigna ceſſaſſe, quando infidelium cauſa danda eſſe prædicebatur.

o *Sed infidelibus.*] Vt eius ſaltẽ admiratione mouerẽtur.

p *Prophetiã autẽ non infidelibus &c.*] Maior eſt ergo & vtilior quæ fidelibus prodeſt, & ſemper eſt opus.

q *Si ergo conueniat vniuerſa eccleſia &c.*] Hoc eſt ſi fieri poteſt, vt concederetur vobis, qui omnes hoc vultis. D

r *Intret & idiota aut infidelis.*] Idiotæ nuper credentes dicuntur hoc loco.

ſ *Nonne dicent &c.*] Sicut Iudæi de apoſtolis dixerunt: Hi pleni ſunt muſto. Aliter, ſicut initio apoſtoli quando acceperunt ſpiritum ſanctũ, viſi ſunt quaſi ebrij. Act. 2.b

t *Si autem omnes prophetent &c. Occulta etiã cordis eius manifeſta fiunt.*] Quando eius pulſatur conſcientia per doctrinam.

u *Et ita cadens in faciem adorabit &c.*] Sicut Nabuchodonoſor adorauit Danielẽ: Vere deus veſter ipſe eſt de⁹: poſtquam ſomnium quod oblitus fuerat, & interpretationem eius audiſſet. Dan. 2.e

x *Quid ergo eſt fratres.*] Quid ergo eſt faciendum, vel quid definiemus eſſe tenendum.

y *Cum cõuenitis, vnuſquiſque veſtrum pſalmum habet &c.*] Hoc eſt intelligit pſalmum.

z *Apocalypſim habet, linguã habet, interpretationem habet.*] E Reuelationem aliquam myſteriorum, quod intelligitur reuelatio.

a *Omnia ad ædificationẽ fiant.*] Nihil ſit in vobis, quod non vos alterutrum ædificet.

b *Siue lingua quis loquitur ſecundum duos &c.*] Hoc eſt viciſſim prophetantes dicãt, & vnus paulatim interpretetur.

c *Si autem non fuerit interpres, taceat &c.*] Sua conſciẽtia & dei teneat eum gratiã hanc habere.

d *Prophetæ autem duo aut tres dicant &c. Poteſtis enim omnes per ſingulos &c.*] Non ſtantibus, ſed prophetis ſedentibus.

e *Et ſpiritus prophetarum, prophetis &c.*] Siue gratia ſpiritus alteri prophetæ conſenſit, vt alterutrum ſibi cedant: ſiue ſpiritum humilitatis & charitatis debent habere prophetæ. Quia deus qui in ipſis eſt, non eſt deus diſſenſionis, neque ſuperbiæ. Item hoc ait: quia in quo eſt ſpiritus prophetiæ, ipſe aliis prophetis per ſocietatem gratiæ ſubiectus eſt: in qua non æmulatur alterum prophetare, cum ei fuerit reuelatum.

f *Sicut & in omnibus eccleſiis.*] Sic eſt vbique, ne noui aliquid me vobis imperare putetis.

g *Mulieres in eccleſiis taceant. Non enim permittitur eis loqui, ſed ſubditas eſſe: &c.*) Quia contra ordinem eſt naturæ vel legis, vt in conuentu virorum feminæ loquantur. Quæritur ergo quomodo alibi dicat, mulieres docere prudẽtiam & caſtitatem debere. Sed hoc in ſexu ſuo: ſed & hic deſignat locum, vbi taceant, alibi eis loqui permiſit, ſicut & lex dicit.

h *Si quid autem volunt diſcere.*) Quia & vir prius factus eſt, & Sara dominum vocabat Abraham.

a Domi



volunt diſcere, domi [a] viros ſuos interrogent. Turpe eſt enim mulieri loqui in eccleſia. An a [b] vobis verbum dei proceſſit: aut in vos ſolos peruenit? Si [c] quis videtur propheta eſſe, aut ſpiritualis, cognoſcat quæ ſcribo vobis: quia domini ſunt mandata. Si quis autem ignorat, ignorabitur: [d] Itaque fratres æmulamini prophetare: & loqui linguis nolite prohibere. [e] Omnia autem honeſte & ſecundum ordinẽ fiant in vobis.

## CAP. XV.

[f] NOtum autem vobis facio fratres euangelium quod prædicaui vobis: [g] quod & accepiſtis: in [h] quo ſtatis, per quod & ſaluamini: [i] qua ratione prædicauerim vobis, ſi [k] tenetis: niſi fruſtra credidiſtis. [l] Tradidi enim vobis in primis [m] quod & accepi: [n] quoniam Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris ſecundum ſcripturas: & quia ſepultus eſt: & [o] quia reſurrexit tertia die ſecundum ſcripturas: & [p] quia viſus eſt Cephæ: & [q] poſt hoc vndecim. Deinde [r] viſus eſt plus quam quingentis fratribus ſimul, ex quibus multi manẽt vſque adhuc: quidam autem dormierunt. Deinde [ſ] viſus eſt Iacobo: deinde [t] apoſtolis omnibus. [u] Nouiſſime autẽ omnium [x] tanquam abortiuo [y] viſus eſt & mihi. Ego [z] enim ſum minimus apoſtolorum, [a] qui non ſum dignus vocari Apoſtolus: quoniam perſecutus ſum eccleſiam dei. [b] Gratia autẽ dei ſum id quod ſum: & gratia eius in me vacua non fuit, ſed [c] abundantius illis omnibus laboraui. [d] Non ego autem, ſed gratia dei mecum. [e] Siue enim ego, ſiue illi, ſic prædicauimus & ſic credidiſtis. Si [f] autem Chriſtus prędicatur quod reſurrexit a mortuis: [g] quomodo quidã dicunt in vobis, quoniã reſurrectio mortuorum nõ eſt? Si autem reſurrectio mortuorum non

A a *Domi viros interrogent &c.*] Ne videretur eas etiam diſcere vetuiſſe, domi illas hoc quod publice non decebat, facere debere præcepit.

b *An a vobis ſermo dei proceſſit &c.*] Numquid doctrina Chriſti aut ex vobis eſt, aut apud vos remanſit. De ſcientia ſimiliter eſt dicendum.

c *Si quis videtur propheta eſſe, aut ſpiritualis cognoſcat &c.*] Hoc probatis verũ prophetam, ſi iſta cognouerit, domini mãdata eſſe quæ dico: ſi quis autem ignorat hæc, ignorabitur & a nobis, & a domino dicente eis: qui ſe in eius nomine prophetaſſe dicebant, neſcio vos.

d *Itaque fratres æmulamini prophetare, & linguis nolite prohibere.*] Illud ſectamini, hoc prohibere nolite.

e *Omnia autem honeſte & ſecundum ordinem fiant.*] Nihil peruerſo ordine aut per cõtentionem vel inanem gloriam faciatis.

B CAP. XV.

f *NOtum autem vobis facio fratres euangelium etc.*] Incipit cauſa reſurrectionis. Inter cætera, quidam Corinthiorum etiam reſurrectionem carnis auſi fuerant ex veteris ſciẽtiæ præſumptione negare: qui hic ab apoſtolo arguuntur.

g *Quod & accepiſtis.*] Ne illi hoc non credidiſſe viderẽtur: vel omnes credituum reſpuiſſe.

h *In quo ſtatis, &c.*] In cuius doctrina ſtatis, & per quod ſalutem ſperatis: & in præſenti de diuerſis infirmitatibus ſæpe ſaluamini.

i *Qua ratione prædicauerim.*] Tota ratio pręedicationis noſtræ hæc eſt, vt reſurrectionem credatis: hoc eſt enim primum omnium qui Chriſto deſeruiunt: alioquin ſuperflu⁹ omnis labor eſt orationũ ieiuniorumque, quẽ

C in hac vita patimini, cũ vobis hic proſpera vel aduerſa cum infidelibus eſſe communia videantur: ſicut & ipſi ſolent pagani proponere, quid ab illis amplius habemus, & verum eſt: Si horum laborum præmium in vita alia non habemus, peiores illis ſumus: quia illi vel in præſenti voluptatum & luxuriæ conſolationem habere videntur.

k *Si tenetis: niſi fruſtra credidiſtis.*] Si fidei veſtræ & laboris præmium non ſperatis, ſuperfluum hoc credidiſtis.

l *Tradidi enim vobis in primis.*] In primordio ſiue maxime.

m *Quod & accepi.*] Vel a lege vel a prioribus, ſiue per reuelationem Chriſti.

n *Quoniam Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris ſecundum ſcripturas.*] Poſſet quidem apoſtolis prædicãtibus & multa virtutũ ſigna facientibus haberi fides, eſſe ipſum Chriſtum quem euangelizant: ſed vt maiore beatus Apoſtolus auctoritate firmaret hunc eſſe Chriſtum ſaluatorem mundi, quem Moyſes & prophetę annuntiauerunt: ideo ſecundum ſcripturas prædictum eſſe commemorat: ſicut inter cætera Eſaias propheta dicit: Sicut ouis ad occiſionem ducitur, & quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcit. Item infra idem propheta. Et dabit impios pro ſepultura, & diuitem pro morte ſua. Similiter Oſee propheta, tertia die reſurrectionem Chriſti futuram annuntiat, dicens: Viuificabit nos poſt duos dies, in die tertia ſuſcitabit nos, & viuemus in conſpectu eius. Eſa. 53.e D Oſee 6.a

o *Et quia reſurrexit tertia die ſecũdum ſcripturas: & quia viſus eſt.*] Sicut Oſee dicit: Viuificabit nos in biduo, & die tertia reſurgemus.

p *Et quia viſus eſt Cephæ.*] Quod in euangelio dicitur. Apparuit Simoni. Luc. 24.e

q *Et poſt hæc vndecim.*] Iterum Petro & reliquis decẽ.

r *Deinde viſus eſt pluſquam quingentis &c.*) Vides quia in euangelio nõ omnes ſcriptæ ſunt viſiones, niſi quæ ſufficerent ad fidem. Hic autem quoniam de apoſtolis dixerat, etiam hoc addidit; ne apoſtoli tanquam intimi eius, putarentur eſſe mentiti. Et vt maior fides multitudini teſtium haberetur: etiã multi viuere dicuntur, qui poſſint interrogati dicere quæ viderunt. E

ſ *Deinde viſus eſt Iacobo.*) Iacobo ſeorſum apparuit.

t *Deinde apoſtolis omnibus.*) Siue iterum, ſiue apoſtolis, quos extra duodecim ad prędicandum miſit.

u *Nouiſſime autem omnium.*) Ne putarent eum audita potius quam viſa narrare.

x *Tanquam omnium abortiuo.*) De cuius vita deſperatum eſt.

y *Viſus eſt & mihi.*) In via ſcilicet vel in templo.

z *Ego enim ſum minimus apoſtolorum.*) Minimus tempore, non labore.

a *Qui non ſum dignus etc.*) Filij peccaſti, ne adiicias iterũ, ſed & de priſtinis deprecare. Vnde & per Eſaiam dominus dicit: Ego ſum qui deleo iniquitates tuas, & non memorabor: tu autem memorare. Melius eſt enim dimiſſa recordari peccata, quam detenta obliuiſci. Eccle. 12.a Eſa. 43.d F

b *Gratia dei ſum etc.*) Non fuit ſine fructu, ſicut ille qui talentum domini defodit in terram. Matth. 25.c

c *Sed abundantius illis omnibus laboraui.*) Quia illis diutius.

d *Non ego autem etc.*) Non ex me, ſed gratia dei: nec ſe ſine gratia dicit in euãgelio laborare, ne cõtra illud, quod ſuperius dixerat, ſibi aliquid dari videretur: nec gratiam ſine ſe, vt liberum ſeruaret arbitrium.

e *Siue enim ego etc.*) Vnde igitur & nos ſic prædicauimus & vos ſimiliter credidiſtis: quia Chriſtus idcirco ſurrexit primus, vt viam reſurrectionis aperiret: hoc illis commemorat, vt illi quod conſequens eſt, negare non poſſint.

f *Si autem Chriſtus prædicatur etc.*) Quæ conſequentia rationis. Iam enim hoc ipſum reſurrectio eſt, quod Chriſtus a mortuis reſurrexit.

g *Quomodo quidam dicunt etc.*) Alterum ex altero pendet: aut vtrumque negare, aut vtrumque neceſſe eſt cõfiteri.

A a *Neque Chriſtus reſurrexit.*] Cæterum rei non futuræ exemplum dare non debuit.

b *Si autem Chriſtus non reſurrexit, inanis eſt prædicatio noſtra.*] Ergo & nos ſine cauſa hæc prædicauimus, ſi vere non reſurrexit, & vos in illum fruſtra credidiſtis. Quidam hæretici animæ reſurrectionem volunt aſſignare, nō carnis: ſed reſurgere non dicitur niſi quod cecidit & reſurgit: ergo neq; anima morte cecidit, neque ſemper iacuit corpus: alioquin ſurgere magis quā reſurgere diceretur.

c *Inuenimur autem & falſi teſtes dei &c.*] Non ſolum vani, ſed etiam falſi contra deum inuenimur extitiſſe: ſi quidem mortui non reſurgunt.

d *Nam ſi mortui non reſurgūt &c.*] Sed quoniam de illo nemo dubitat, & de nobis nemo dubitet.

e *Quod ſi Chriſtus non reſurrexit &c.*] Si mentitus eſt ſe poſt triduum reſurrecturū, mentitus eſt etiam ſe pecca-
B ta dimittere. Aut ita: omnes in reſurrectione eius baptizamur, vt noſtra peccata diluantur. Si ergo non reſurrexit, nec nobis remiſſa ſunt peccata.

f *Ergo & qui dormierunt in Chriſto perierunt.*] Maxime de his dicit, qui pro Chriſto ſunt mortui: ſine cauſa enim hanc vitam perdiderunt, ſi aliam non habebunt.

g *Si in hac vita tantum in Chriſto ſperantes ſumus &c.*] Illi enim vel in pręſenti gloriantur: nos autem hic tribulationes quotidie ſuſtinem⁹.

non eſt, [a] neque Chriſtus reſurrexit. Si [b] autē Chriſtus non reſurrexit, inanis eſt prædicatio noſtra: inanis eſt & fides veſtra. [c] Inuenimur autem & falſi teſtes dei: quoniam teſtimoniū diximus aduerſus deum, quod ſuſcitauerit Chriſtū: quē non ſuſcitauit, ſi mortui nō reſurgunt. Nam ſi [d] mortui non reſurgunt, neque Chriſtus reſurrexit. Quod ſi [e] Chriſtus non reſurrexit, vana eſt fides veſtra. Adhuc enim eſtis in peccatis veſtris. [f] Ergo & qui dormierunt in Chriſto, perierunt. Si in [g] hac vita tātum in Chriſto ſperantes ſumus: miſerabiliores ſumus omnibus hominibus. [h] Nunc autem Chriſtus reſurrexit a mortuis primitiæ [i] dormientium: quoniam [k] quidem per hominem mors, & per hominē reſurrectio mortuorum. Et ſicut in [l] Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes viuificabuntur. [m] Vnuſquiſque autem in ſuo ordine, primitiæ [n] Chriſtus: deinde hi qui ſunt Chriſti, qui in aduentu eius crediderunt. Deinde finis: cum [o] tradiderit regnum deo & patri, [p] cum euacuauerit omnem principatum & poteſtatem & virtutem. [q] Oportet autem illum regnare, donec ponat [r] omnes inimicos ſub pedibus eius. [ſ] Nouiſſime autem inimica deſtruetur mors. Omnia enim ſubiecit ſub pedibus eius. [t] Cum autē dicat, omnia ſubiecta ſunt ei, ſine dubio præter eū qui ſubiecit ei omnia. [u] Cum autē ſubiecta fuerit illi omnia: tūc & ipſe fili⁹ ſubiect⁹ erit illi, qui ſubiecit ſibi omnia: [x] vt ſit deus

h *Nunc autem Chriſtus reſurrexit a mortuis.*] Quod apud omnes eſt certum: quia in primis probatum eſt.

i *Primitiæ dormientium.*] Quia primus in incorruptione ſurrexit. Si ergo caput reſurrexit, neceſſe eſt etiam vt cætera membra ſequantur.

k *Quoniam quidem per hominem mors &c.*] Sicut per Adā mors intrauit, quia primus ipſe eſt mortuus: ita per Chriſtum reſurrectio, quia primus reſurrexit. Et ſicut ille morientium forma eſt, ita & iſte reſurgentium. Aliter, ſpem
C reſurrectionis volens oſtendere hoc dicit: ſicut in Adam mortales ſumus: ſic & in Chriſto immortales erimus.

l *Et ſicut in Adam omnes &c.*] Omnes quidem reſurgēt, ſed ſoli hi viuificabuntur in Chriſto, qui Chriſti merebuntur copulari corpore. Item de communi morte, & de communi reſurrectione dicit.

m *Vnuſquiſque autem &c.*] Temporis vel honoris.

n *Primitiæ &c. deinde finis &c.*] Tunc erit finis omnium etiam mortis, cum vniuerſi reſurgent.

o *Cum tradiderit &c.*] Regnum ſcilicet humani generis. Secundum Petri epiſtolam & Apocalypſim Ioannis, patris tradēdum aſſerit eſſe per filium: vt ibi regnet deus per gloriam, vbi per vitia diabolus ante regnabat. Deo & patri, Deo ſecundum humanitatem: patri ſecundum deitatem. Hoc loco calumniari ſolent Ariani dicentes, minorem eſſe filium. Si enim tradet, inquiunt, patri regnum: ipſe vtique iam regnare deſinet. Quibus primo dicendum eſt: quia hic non de trinitatis ſubſtantia, ſed de reſurrectione tractabat, quam Chriſti reſurrectione confirmat. Ergo ſecundum ſubſtātiam eius loquitur qui a mortuis reſurrexit. Si tamen ideo Chriſtus non regnabit: quia regnum traditurus eſt patri: ergo nec pater regnarat antequam ei tradatur a filio. Si autem pater non primum regnauit, quamuis tunc ſuſcipiat regnum, nec filius illum, quamuis tunc tradere videatur, amittit. Aliter. D
In hoc deo patri Chriſtus regnum tradit: quoniam nemo poteſt ad patrem venire niſi crediderit in Chriſto, ſicut ipſe in euangelio dicit: Nemo venit ad patrem niſi Ioan.14.a
per me.

p *Cum euacuauerit omnem principatum & poteſtatem etc.*] Euacuatis peccatis, euacuabuntur a nobis omnes contrariæ poteſtates: ab eo ꝙ nobis ſe ſequentibus principantur poteſtate, qua nos vicerāt. Virtus enim eorum noſtra peccata ſunt.

q *Oportet enim illum regnare donec ponat.*] Cum omnibus ſcilicet ſuis. Donec, non ſemper finem ſignificat: ſicut eſt illud. Ego deus veſter donec ſeneſcatis, & cætera E
talia. Aliter. Oportet, inquit, regnare omnib⁹ Chriſtū, donec inimicos & in ſe incredulos ſubiiciat ſibi & patri. Non eſt autem vna ſubiectio: nam iuſtos ad ſe fide & credulitate venientes ſubiicit. Infideles autem & impios deſtruens, ſubiugabit æterno ſupplicio deputandos.

r *Omnes inimicos ſub pedibus eius.*] Quando alij voluntate, alij erunt neceſſitate ſubiecti.

ſ *Nouiſſima autem inimica deſtruetur mors, omnia enim ſubiecit ſub pedibus eius.*] Diabolus qui in Apocalypſi peccatum & mors appellatur: quia autor eſt peccati & mortis.

t *Præter eum qui ſubiecit omnia.*] Caute Apoſtolus dicit filio qui deo patri ſubiecit omnia, cuncta eſſe ſubiecta: ne & ipſum ſimul cum omnibus quæ ſubiecta ſunt, credamus eſſe ſubiectum: quoniam a dextris patris ſedet, æquali poteſtate cum patre iudicaturus.

u *Cum autem ſubiecta fuerint illi omnia: tunc & ipſe filius ſubiectus erit illi, qui ſubiecit ſibi &c.*] Hic quoque Ariani F
ita calumniantur, vt dicant: quia poſt reſurrectionem omnium & finem, erit filius patri ſubiectus, vt minor ſcilicet maiori. Quibus reſpondendum eſt: Subiectionem non ſemper ad diminutionem honoris pertinere, ſed etiam ad charitatis officium: maxime cum & ſpiritus prophetarum prophetis dicatur eſſe ſubiectus: vt non ſit deus ibi diſſenſionis, ſed pacis. Et ipſe dominus Ioſeph ac Mariæ ſcribitur fuiſſe ſubiectus. Multi ſane de hoc capitulo diuerſa ſenſerunt. Nam quidam Luc.2.g
dicunt, ſicut in ſuis eſurientibus eſuriit vel cibatur, ita & in eccleſia quæ eſt corpus eius ipſe ſubiicitur. Alij aiunt quod ipſa humana natura, quam induit, in gratiarum actionem ſemper ſit ſubiecta diuinitati: cui ſecum vnum faciendo, omnia ſubiecerit. Multi etiam alia & diuerſa dicunt, quæ inſerere & enumerare, prolixum eſt.

x *Vt ſit deus omnia in omnibus.*] Tunc deus omnia in omnibus erit, cum euacuata morte, & omni malitia vel errore deſtructo, ſolus regnabit in cunctis.

a *Alioquin*



A a *Alioquin quid facient qui baptiZantur pro mortuis.*] Quicunque baptizati ſumus in Chriſto, in morte ipſius baptizati ſumus: id eſt, iam quaſi commortui cum illo ſumus. Quid ergo prodeſt nos huic mundo mori, ſi hunc contemptum voluptatum vita nō ſequitur æterna? Item hoc eſt quod dicit: quia non ſolum propter remiſſionem peccatorum baptizantur, ſed & propter reſurrectionem carnis noſtræ. Carnem autem noſtram mortuā appellat, quoniam hac morte anima non moritur. Vnde increpando ait: Aut quid facient qui baptizantur pro mortuis ſi omnino mortui non reſurgunt, id eſt, quid baptizari opus eſt carnem, ſi non reſurgat?

b *Si omnino mortui non reſurgunt, vt quid & baptiZantur pro illis &c.*] Si nihil eſſet in futuro, nō eramus tam ſtulti, vt tātas tribulationes pro illis pateremur.

c *Quotidie morior.*] Semper
B paratus ad mortem, & quotidie expecto me pro veſtra gloria moriturum.

d *Per gloriam veſtram fratres.*] Per, non ſemper ſignificatio iuramenti eſt. Nam ſi dicam per puerum miſi, non ſtatim per puerum iuraſſe recte putabor.

e *Quam habeo in Chriſto Ieſu domino noſtro.*] Ego habeo mercedem laborū in vobis: etiam ſi vos proficere nolueritis.

deus omnia in omnibus: [a] Alioquin quid facient qui baptizantur pro mortuis: Si omnino [b] mortui non reſurgunt, vt quid & baptizantur pro illis? Vt quid & nos periclitamur omni hora? [c] Quotidie morior: [d] propter veſtram gloriam fratres, [e] quam habeo in Chriſto Ieſu domino noſtro. Si [f] ſecūdum hominē ad beſtias pugnaui Epheſi: quid mihi prodeſt, ſi mortui non reſurgunt? [g] Manducemus & bibamus, cras enim moriemur. [h] Nolite ſeduci. [i] Corrumpunt mores bonos colloquia mala. [k] Euigilate iuſti, & nolite peccare. [l] Ignorantiam enim dei quidam habent. [m] Ad reuerētiam vobis loquor. [n] Sed dicet aliquis: [o] Quomodo reſurgent mortui? Quali autem corpore venient? [p] Inſipiēs tu, quod ſeminas non viuificatur, niſi prius moriatur. Et [q] quid ſeminas? Non corpus quod futurum eſt ſeminas, ſed nudum granum, vt puta, tritici, aut alicuius cæterorum. [r] Deus autem dat illi corpus ſicut vult: & [ſ] vnicuiq; ſeminum propriū corpus. [t] Non omnis caro eadem caro, ſed alia hominum, alia pecorum, [u] alia volucrum, alia autē piſcium. Et [x] corpora cęleſtia & corpora terreſtria. [y] Sed alia quidem cæleſtium gloria: alia autē terreſtrium. Alia claritas ſolis: alia claritas lunę: & alia claritas ſtellarū. [z] Stella enim a ſtella differt in claritate, ſic & reſurrectio

f *Si ſecundum hominem ad beſtias pugnaui Epheſi: quid mihi prodeſt ſi mortui non reſurgunt?*] Si nihil remunerationis a deo pro hoc certamine ſpero, quare pugnaui, vt hominibus forte placerem? Aliter. Hic beſtias eos commemorat, qui Epheſi ſeditionem aduerſus eum mouerant popularem propter Dianæ idolum, cuius culturam prædicatione apoſtolica deſtruebat. Quod autem manifeſte conſtet, beſtias cum quibus pugnauit Apoſtolus, aduerſarios homines debere intelligi, idem in alia epiſtola memorat, dicens: Et liberatus ſum de ore leonis. In quo oſtendit ſe ſæuitiam Neronis eua-
2.Tim.4.d ſiſſe, quando prima vice Romam vinctus deductus eſt. Dicens vero, quid mihi prodeſt ſi mortui non reſurgunt:
1.Cor.15.c illorum dogma deſtruit, qui dicunt ante corpora animas
C in cælo factas, actum quendam propriæ conuerſationis habuiſſe. Aliter. Multa dicuntur in epiſtolis, quæ in actibus non continentur: & multa in actibus, quæ in epiſtolis non ſcribuntur. Per allegoriam autem beſtiæ poſſunt intelligi aduerſariæ poteſtates, ſicut ait in pſalmo, Ne tradas beſtiis animas confitētes tibi: ad quas hic dicit ſe pugnaſſe.

g *Manducemus & bibamus: cras enim moriemur.*] Increpat exemplo prophetæ gulæ deditos, deſperatione futurorum, cuius rei crimen negatur eis remitti quoadufque moriantur.

h *Nolite ſeduci.*] Ab his qui talia loquuntur.

i *Corrumpunt mores bonos colloquia mala.*] Ne dicerent, ergo tales nos iudicas, qui facile ſeducamur? non, inquit, de vobis timeo, ſed de illorum conuerſatione formido: ſed quomodo mala colloquia bonos mores corrumpunt, ita econtrario bona colloquia malos mores ædificant.

k *Euigilate iuſti, & nolite peccare.*] Ille iuſtus eſt, qui non peccat. D

l *Ignorantiam enim dei quidam habent.*] Ignorant virtutem dei, qui eum putant ſuſcitare non poſſe, potentiam eius ex ſua imbecillitate cenſentes.

m *Ad reuerentiam vobis loquor.*] Vt erubeſcatis vos his ſermonibus tāquam adhuc paruulos erudiri.

n *Sed dicet aliquis.*] Ipſe ſibi ex contradicentium perſona ꝓponitur. Aliter. Præclarum hoc loco Apoſtolus de reſurrectione carnis, frumētorum ſumit exemplum. Quorum ſemē cum nudum feratur, non ita vt terræ mādatur, renaſcitur: ſed ſicut in principio ſecundum ordinē vnicuique ſeminum quale corpus deus eſſe præcepit; & quemadmodū iuſſit terram producere ordinatione ſua, durat & permanet. Ita & vnicuique hominum carnem, quam vnicuique ini- E
tio naſcendi ſpecialiter tribuit, in reſurrectione reſtituet. Dicendo autem dat illi corpus ſicut voluit, & nō ſicut vult, oſtendit a principio conſtitutionem dei immutabilem permanere.

o *Quomodo reſurgent mortui? &c.*] Multi ſolent proponere vtrum debilia corpora, vt ſunt defuncta, reſurgant. Quibus reſpondendum eſt, in reſurrectione non debilitatis vitium, ſed integritatem reparari naturæ. Nunquam enim tam debile eſt corpus, quam cum fuerit in puluerem reſolutum. Qui ergo creditur totum reddere, cur ex parte reparare dubitetur, hoc eſt, verbi gratia, cur non reddat oculos qui totum reſtituet corpus.

p *Inſipiēs tu, quod ſeminas non viuificatur, niſi prius moriatur.*] Qui etiam naturalibus exēplis edocere debueras, adhuc diuinis promiſſionibus infidelis exiſtis.

q *Et quod ſeminas non corpus &c.*] Sicut de grano reſurgit fœcundior cum granis ariſta: ita & corruptibile cor- F
pus in gloria reſurgit cum augmento.

r *Deus autem dat illi corpus prout voluit.*] Sicut ab initio diſpoſuit, vt omnia ſemina cum putruerint, in amplius reformentur.

ſ *Et vnicuique ſeminum proprium corpus.*] Attēde, quia proprium corpus dixerit, non alienum.

t *Non omnis caro eadem caro, ſed alia hominum, alia pecorum.*] Cuius iuſſu in principio terra, tanta & tam diuerſa corpora animata, quæ non acceperat, dedit: quid mirum ſi eius iuſſu hominem reſtituat quem accepit?

u *Alia volucrum &c.*] Similiter & de aquis intellige, quæ tantam diuerſitatem volucrum & piſcium ediderunt.

x *Et corpora cæleſtia, & corpora &c.*] Qui talia fecit corpora elementorum, cur non poſſit exiguum corpus humanum reficere?

y *Sed alia quidem cæleſtium gloria: alia autem terreſtrium, &c.*] Tota comparationis huius diuerſitas ad hoc facit, vt credas vnum genus reparare facile poſſe, qui tanta fecit ex nihilo.

z *Stella enim a ſtella differt in claritate &c.*] Stellarū diuerſitati, iuſtorum differentiam comparat: quos gradus virtutum in gloria, non peccata facient eſſe diuerſos. Nam peccatorum diuerſitas in cælo non erit, ſed in pœna.

rectio mortuorum. [a] Seminatur in corruptione: ſurget in incorruptione. [b] Seminatur in ignobilitate, [c] ſurget in gloria. [d] Seminatur in infirmitate, [e] ſurget in virtute. Seminatur [f] corpus animale, ſurget corpus ſpirituale. Si eſt corpus animale, eſt & ſpirituale: ſicut ſcriptum eſt. [g] Factus eſt primus homo Adam in animam viuentem: nouiſſimus Adam in ſpiritum viuificantem. [h] Sed non prius quod ſpirituale eſt, ſed quod animale eſt: deinde quod ſpirituale. Primus homo de terra terrenus, ſecundus homo de cælo cæleſtis. Qualis terrenus, tales & terreni. Et [i] qualis cæleſtis, tales & cæleſtes. Igitur [k] ſicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cæleſtis. [l] Hoc autem dico fratres: quia caro & ſanguis regnum dei poſſidere nõ poſſunt, neque corruptio incorruptelam poſſidebit. [m] Ecce myſterium vobis dico. Omnes [n] quidem reſurgemus, ſed non omnes immutabimur. In [o] momento, in ictu oculi, in [p] nouiſſima tuba. Canet enim tuba, & mortui reſurgent incorrupti, & nos immutabimur. [q] Oportet enim corruptibile hoc [r] induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. [ſ] Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet ſermo qui ſcriptus eſt: Abſorpta eſt mors in victoria. Vbi eſt [t] mors victoria tua? Vbi eſt mors ſtimulus tuus? Stimulus [u] autem mortis peccatum eſt: [x] virtus vero peccati lex. [y] Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. [z] Itaque fratres mei dilecti, ſtabiles [a] eſtote & immobiles: abundantes in omni opere domini ſemper, ſcientes quod labor veſter non eſt inanis in domino.

## CAP. XVI.

[b] DE collectis autem quæ fiunt in ſanctos, ſicut ordinaui in eccleſiis Galatiæ: ita & vos

A a *Seminatur in corruptione.*] Vt nec febres iam, nec cætera corruptibilitatis genera patiantur. Aliter. Sanctis & peccatoribus reſurrectio carnis communis eſt: ſed ſanctorum corpora æterna gloria veſtientur cum incorruptione & immortalitate.

b *Seminatur in ignobilitate.*] Quid tam ignobile quã cadauer?

c *Surget in gloria.*] In gloria ſplendoris vt ſol.

d *Seminatur in infirmitate.*] Imbecillitatis humanæ.

e *Surgit in virtute.*] In virtute æternitatis.

f *Seminatur corpus &c.*] Hic animale eſt corpus: quia nõ ſemper habet ſpiritum ſanctum. Tũc vero ſemper manebit in ſanctis. Item ſeminatur corpus animale, ſurgit corpus ſpirituale. Aliter. Animale corpus dicit, quod conditum terræ corrumpitur. Spirituale vero quod incorruptum reſurgit, vt poſ- B ſit aera penetrare feſtinans ad cælos. Primus Adam ad hoc factus eſt, tantum vt viueret. Nouiſſimus Adam, id eſt Chriſtus, ideo ſuſcepit hominem, vt viuificaret.

g *Factus eſt primus homo Adam in animam viuẽtem: nouiſſimus Adam &c.*] Notandũ quod cum duos Adam dicit, eiuſdem naturæ vtroſq; demonſtrat. Quod contra Manichęos & Apollinariſtas facit: qui negant a dei verbo perfectum hominẽ eſſe ſuſceptum.

h *Sed non prius quod ſpirituale eſt, ſed quod animale &c. Primus homo de terra terrenus: ſecũdus homo de cælo cæleſtis &c.*] Cæleſtis dicitur, quia non humanæ fragilitatis ritu, ſed diuinæ maieſtatis nutu & cõceptus eſt, & enixus: nam vſque adeo naturam noſtrã habuit, vt ſecundus Adam dicatur & homo. Aliter. Hic C primum & ſecundum hominem, iuxta opera terreſtrem & cæleſtem dicit. Nam & Chriſtus ſecundum carnem, ex noſtra maſſa fuit.

i *Et qualis cæleſtis, tales & cæleſtes.*] Si ideo vt hæretici volunt, noſtri generis aſſumptus homo non fuit: quia cæleſtis dicitur: ergo nec iſti naturæ noſtræ ſunt, qui cæleſtes appellantur. Si vero de his nemo dubitat, nec de illis eſt ambigendum.

k *Igitur ſicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cæleſtis.*] Peccator Adæ imaginem portat: iuſtus vero imaginem Chriſti. Ergo ſicut portauimus veterem hominem ante baptiſmum, ita & poſt baptiſmum portemus nouum.

l *Hoc autem dico fratres, quia caro & ſanguis regnum dei poſſidere non poſſunt, neque corruptio incorruptelam &c.*] Frequẽter ſcriptura carnem pro operibus nominat carnis: vt ibi. Vos autem in carne non eſtis, ſed in ſpiritu. Aliter. Caro ſicut eſt, regnum dei non poſſidebit, niſi immortalitate veſtita.

m *Ecce myſterium vobis dico.*] Obſcuritatem ſignificat nominando myſterium.

D n *Omnes quidem reſurgemus &c.*] Omnes homines reſurgent: ſed ſoli qui regnaturi ſunt in gloria, mutabuntur. Siue ita, reſurgemus omnes qui in aduentu Chriſti mortui inueniemur. Non omnes immutabuntur, qui in corpore ſint reperti, quia ſancti ſoli beatitudinis gloriã conſequentur. Aliter in quibuſdam Græcis codicibus habetur. Omnes enim dormiemus, non omnes immutabimur. In aliis autem. Omnes enim non dormiemus, omnes autẽ immutabimur, quod quadrat magis ad ſenſum Apoſtoli: quia hic ſermo non de omnibus generaliter dicitur, ſed de ſolis ſanctis.

o *In momento, in ictu oculi.*] Per ictum oculi, nimiã breuitatem vult ſignificare momenti, vt quanta ſit dei potentia ex reſurrectionis celeritate cognoſcas.

p *In nouiſſima tuba etc.*] Nouiſſima tuba, nouiſſimus aduentus intelligitur Chriſti: E mortui autem vel peccatores intelligendi ſunt, qui etiam viuẽtes mortui eſſe dicũtur, vt ad pœnam aut immortales, aut abſque aliqua membrorum diminutione reſurgant: vel certe ſimpliciter omnes mortuos reſurgere dicit, & ſolos ſanctos cum his qui viui iuſti inuenti fuerint in gloriam immutari.

q *Oportet enim corruptibile hoc.*] Neceſſe eſt fieri quod promiſſum eſt.

r *Induere incorruptelam & mortale hoc induere &c.*] Eſt quod induit, & eſt ſimiliter indumentum.

ſ *Cum autem mortale hoc etc. Abſorpta eſt mors in victoria.*] Vt euacuatis cauſis mortis per diuinam victoriam, ſibi abſorpta non appareat. F

t *Vbi eſt mors victoria tua? Vbi eſt mors ſtimulus.*] Propheta ex perſona iuſtorum loquitur inſultantium morti.

u *Stimulus autem mortis peccatum eſt.*] Sagittæ mortis peccatum, per quod animæ iugulantur.

x *Virtus vero peccati lex.*] Dum fortius & maius fit per ſcientiam peccatum.

y *Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per dominum noſtrum &c.*] Victoriam illius peccati, in quo lex per carnalem noſtram volũtatem fuerat infirmata, quam Chriſtus cruce & exemplo deſtruxit.

z *Itaque fratres mei dilecti.*] Reddita reſurrectionis ratione, de qua hæſitabant: hortatur eos in dei opere permanere iam certos de retributione futura.

a *Stabiles eſtote & immobiles abundantes in opere domini etc.*] Nemo vos de gradu ſpei futuræ vltra permoueat.

### CAP. XVI.

b *DE collectis autem quæ fiunt in ſanctos, ſicut ordinaui eccleſiis Galatiæ: ita & vos facite.*) De ſumptibus dicit, qui per ſingulas eccleſias collecti, Hieroſolymam ſanctis pauperibus mittebantur.

a Per



& vos facite [a] per vnam ſabbathi. [b] Vnuſquiſque veſtrũ apud ſe reponat, recondẽs quod ei bene placuerit: vt non cum venero, tũc collectæ fiant. Cũ [c] autẽ præſens fuero, quos probaueritis per epiſtolas, hos mittã perferre gratiã veſtrã in Hieruſalẽ. Quod ſi dignũ fuerit, vt ego eã, mecũ ibunt. Veniã autẽ ad vos, cum Macedoniã pertrãſiero. Nã Macedoniã pertrãſibo. Apud vos autẽ forſitan manebo: vel etiã hyemabo, vt vos me deducatis quocunq; iero. Nolo enim vos modo in tranſitu videre. Spero enim me aliquãtulũ temporis manere apud vos: ſi domin⁹ permiſerit. [d] Permanebo autẽ Epheſi vſq; ad Pentecoſtẽ. Oſtium enim mihi apertum eſt magnũ & euidẽs, & aduerſarij multi. Si [e] autẽ venerit Timotheus, videte vt ſine timore ſit apud vos. Opus enim domini operatur, ſicut & ego. Ne quis ergo illũ ſpernat. [f] Deducite autẽ illũ in pace, vt veniat ad me. Expectabo enim illũ cũ fratribus. De [g] Apollo autẽ fratre vobis notũ facio, quoniã multũ rogaui eũ, vt veniret ad vos cũ fratrib⁹, & vtique nõ fuit volũtas eius, vt nũc veniret. Veniet autem cum ei vacuum fuerit. Vigilate, ſtate in fide, viriliter [h] agite & [i] confortamini: omnia veſtra in charitate fiant. [k] Obſecro autem vos fratres, noſtis domum Stephanæ & Fortunati & Achaici, quoniã ſunt primitiæ Achaiæ, & in miniſteriũ ſanctorum ordinauerunt ſeipſos, vt & vos ſubditi ſitis, eiuſmodi, & omni cooperanti & laboranti. Gaudeo autẽ in præſentia Stephanæ & Fortunati & Achaici: quoniam id quod vobis deerat, ipſi ſuppleuerunt, [l] Refecerunt enim & meũ ſpiritum & veſtrum. [m] Cognoſcite ergo qui eiuſmodi ſunt. [n] Salutant vos eccleſiæ Aſiæ. Salutant vos in domino multum Aquila & Priſca, cum domeſtica ſua eccleſia, apud quos & hoſpitor. Salutant vos omnes fratres. Salutate inuicẽ in oſculo ſancto. [o] Salutatio mea manu Pauli. Si quis non amat dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtum, ſit anathema. [p] Maranatha. [q] Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti vobiſcũ. [r] Charitas mea cũ omnibus vobis in [ſ] Chriſto Ieſu. [t] Amen.

Secunda

A a *Per vnam ſabbathi.*) Vna ſabbathi dominica dies eſt: ſicut in euãgelio dicitur, dominum vna ſabbati ſurrexiſſe.

b *Vnuſquiſque veſtrum apud ſe reponat, recondens quod ei etc.*] Vt paulatim reſeruantes, nõ vna hora grauari ſe putent, vt hilares datores diligantur a deo.

c *Dum autem præſens fuero &c. Veniam autem ad vos cum Macedoniam pertranſiero &c.*] Quia ita ſe agunt Macedones, vt non ſit neceſſe mihi apud eos diutius demorari: apud vos autem neceſſe eſt vt maneam vel hyemẽ. Multa enim ſunt quæ corrigantur in vobis: ſicut medicus ibi moram habet, vbi plures B ægrotant.

d *Permanebo autem Epheſi vſque ad Pentecoſten: oſtium enim mihi &c.*) Ideo ibi permanebo, quia cum mihi euidẽs datus ſit aditus prædicandi, ſunt plurimi, qui reſiſtant.

e *Si autem venerit Timotheus, videte vt ſine timore ſit apud vos. Opus enim domini operatur ſicut & ego, ne quis illũ ergo ſpernat.*) Sine tribulationis formidine, vel etiam veſtri contemptu.

f *Deducite autem illum in pace, vt veniat ad me. Expecto enim illum cum fratribus.*) Nihil admittentes, quod ad animæ eius faciat læſionem.

g *De Apollo autem fratre vobis notum facio: quoniam multũ rogaui eum vt veniret ad vos cũ fratribus, & vtique non fuit voluntas, vt nunc veniret. Veniet* C *autem cum ei vacuum &c.*) Vigilate mentis oculis ad diaboli aſtutias præcauendas. State, quia ſtantibus difficile ſomnus obrepit.

h *Viriliter agite.*) Muliebris enim omnis inconſtantia & varietas indicatur.

i *Et confortamini: omnia veſtra in charitate fiant.*) Vt ſit in veſtra virtute profectus: omnia non inanis gloriæ cauſa, ſed charitatis gratia facere feſtinate.

k *Obſecro autem vos fratres, noſtis domum Stephanæ & Fortunati & Achaici: quoniam ſunt primitiæ Achaiæ, & in miniſterium ſanctorum ordinauerunt ſeipſos, vt & vos ſubditi ſitis eiuſmodi, & omni cooperanti & laboranti, Gaudeo autem in præſentia Stephanæ & Fortunati & Achaici: quoniam id quod vobis deerat, ipſi ſuppleuerunt.*) D Quia præſentes ſunt apud vos, & in illis magnum poteſtis habere profectum. Siue quia mihi venerunt pro vobis miniſtrare officiũ charitatis.

l *Refecerũt enim & meum ſpiritum & veſtrum.*) Meum ſpiritũ charitate pro vobis, veſtrum pro mea lætitia, refecerunt.

m *Cognoſcite ergo qui eiuſmodi ſunt.*) Vnde & alibi ait. Cognoſcite eos qui ita ambulant, vt habetis formam noſtram. Hoc cognoſcite, honorate cognoſcẽtes eorum ſtudium vel laborem. E Phil. 3. d

n *Salutant vos eccleſiæ Aſiæ. Salutant vos in domino multum Aquila &c.*) Domeſticam congregationem fraternitatis, eccleſiam nominauit.

o *Salutatio mea manu Pauli. Si quis non amat dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ſit anathema.*) Sicut illis qui eum amant redemptio venturus eſt Chriſtus: ita & qui eum non amant, anathema ſint, id eſt vt illos abominetur & perdat.

p *Maranatha.*) Magis Syrũ eſt quam Hebræum, tametſi ex confinio vtrarumque linguarum aliquid Hebræũ ſonet. Et interpretatur dominus noſter venit.

q *Gratia domini noſtri vobiſcum.*) Propriæ manus conſueta ſubſcriptio. F

r *Charitas mea cũ omnibus vobis.*) Vt quomodo vos ego diligo, ita & in Chriſto inuicem diligatis.

ſ *In Chriſto Ieſu.*) Non ſecundum ſæculi charitatem.

t *Amen.*) Cõfirmatio eſt benedictionis hic ſermo, ſicut ſuperius ipſe demonſtrat, Quomodo, inquiens, dicit amẽ ſuper tuam benedictionem?



*Finis epiſtolæ ad Corinthios primæ.*

A

# COMMENTARIA IN SECVNDAM epiſtolam ad Corinthios.

D

a PAulus apoſtolus Ieſu Chriſti.] Quæritur cur in omnibus epiſtolis contra vſum epiſtolarum, primum ſuum nomen ponat, quam eorum ad quos literę deſtinantur. Sed hoc ex auctoritate apoſtolici ordinis: quia minoribus ſcripſit, vt etiã ſæculi iudices ſolent ad eos quos regunt, ſcripta dirigere. Per voluntatem dei, id eſt non hominum voluntate. Simul vult oſtendere non ſine voluntate patris ſe miſſum a Chriſto.

## Secunda epiſtola Pauli ad Corinthios.

a PAulus apoſtolus Ieſu Chriſti, per volũtatem dei, & [b] Timotheus frater, eccleſiæ dei, quæ eſt Corinthi, [c] cum omnibus ſanctis qui ſunt in vniuerſa Achaia. [d] Gratia vobis & pax a deo patre noſtro & domino IeſuChriſto. [e] Benedictus deus & pater domini noſtri Ieſu Chriſti, pater miſericordiarum, & deus [f] totius conſolationis, qui cõſolatur nos in [g] omni tribulatione noſtra, [h] vt poſſimus & ipſi conſolari eos, qui in omni preſſura ſunt per exhortationem qua exhortamur & ipſi a deo. [i] Quoniam ſicut abundãt paſſiones Chriſti in nobis: [k] ita & per Chriſtum abundat conſolatio noſtra. [l] Siue autem tribulamur pro veſtra exhortatione & ſalute: ſiue conſolamur pro veſtra conſolatione: ſiue exhortamur pro veſtra exhortatione & ſalute, [m] quæ operatur tolerantiam earundem paſſionum quas & nos patimur: vt ſpes noſtra firma ſit pro vobis. [n] Sciẽtes quoniam ſicut ſocij paſſionum eſtis: ſic eritis & conſolationis. [o] Non enim volumus ignorare vos fratres de tribulatione noſtra quæ facta eſt in Aſia: quoniam [p] ſupra modum grauati ſumus ſupra virtutẽ: [q] ita vt tæderet nos etiam viuere. [r] Sed ipſi in noſmetipſis reſpõſum mortis habuimus, vt non ſimus fidentes in nobis: ſed in [s] deo qui ſuſcitat mortuos: [t] qui de tantis periculis nos eripuit & eruit, in quem ſperamus: quoniam & adhuc eripiet, [u] adiuuantibus & vobis in oratione [x] pro nobis: vt [y] ex multarum perſonis facierum eius, quæ in nobis eſt donationis, per multos gratiæ agantur pro nobis. [z] Nã gloria noſtra hęc eſt [a] teſtimoniũ cõſciẽtiæ noſtræ. [b] Quod in ſimplicitate cordis & ſynceritate dei, & [c] nõ in ſapientia

b *Et Timotheus frater &c.*] Non dixit Paulus & Timotheus: quia non ambo apoſtoli. Ad Philippenſes vero vbi erat tanta auctoritas neceſſaria, ſerui ambo ponuntur.

c *Cũ omnibus ſanctis qui &c.*) B Hic ſancti poſſunt accipi ſacerdotes, qui in prima ponuntur inuocantes dominũ: & ad Philippenſes cum epiſcopis & diaconibus. Ideo autem poſtea nominantur, ne parum intelligentes, eos prætermiſſos eſſe putarent. Cum ſint in eccleſia cõprehenſi Achaiæ, cuius eſt metropolis Corinthus.

d *Gratia vobis & pax a deo patre noſtro &c.*) Hæc eſt ſolita ſalutatio. Hic gratias agit deo gaudens ſe ideo conſolari, vt ipſe alios conſoletur.

e *Benedictus deus pater domini noſtri Ieſu pater miſericordiarũ.*) Quia ex ipſo eſt omnis miſericordia.

f *Et deus totius conſolationis, qui conſolatur nos.*] Id eſt, per- C fectæ conſolationis, quia nõ eſt minus tribulatione ſolatium.

g *In omni tribulatione noſtra.*] Id eſt, non in aliquibus, ſed in omnibus.

h *Vt poſſimus & ipſi conſolari eos, qui in omni preſſura ſunt, per exhortationem qua exhortamur & ipſi a deo.*] Id eſt propterea liberamur, vt & nos alios conſolari, & de triſtitia liberare poſſimus. Aut ita formam dat nobis alios conſolandi, vt per exhortationem qua ipſi a deo cõſolamur, agnoſcamus quod deus timentium ſe neminem derelinquat: & multo magis in futuro remuneret, quos etiam in præſenti non deſerit.

i *Quoniam ſicut abundant paſſiones Chriſti in nobis.*] Id eſt, pro nomine Chriſti.

k *Ita & per Chriſtum abundat conſolatio noſtra.*) Vt Petrus eſt de carcere liberatus, & Paulus viſione domini & voce confirmatus in templo.

l *Siue autẽ tribulamur pro veſtra exhortatione & ſalute.*) Quia vos ad ſalutem hortamur, vel vt vobis exemplum tolerãtiæ præbeamus.

m *Quæ operatur ſufferentiam earundem paſſionum quas & nos patimur, vt ſpes noſtra firma ſit pro vobis.*) Id eſt, ideo liberamur, vt ipſa re confirmemini nõ pertimeſcere paſſiones, vel vt vos hortemur patienter ferre illa quæ ad præſentẽ conſolationem pertinent & futuram.

n *Scientes quoniam ſicut ſocij paſſionum eſtis, ſimul & conſolationum eritis.*] Id eſt, hæc eſt ſpes noſtra firma pro vobis.

o *Non enim volumus vos ignorare fratres de tribulatione noſtra quæ facta eſt in Aſia.*] Narrat ſuas paſſiones, vt illi ſe ad illarum comparationem parua pati cognoſcant, maxime cum illi talia patiantur, qui vice Chriſti fuerant deſtinati. Sicut ſi quis diſcipulus doleat ſuper iniuria ſua, cum audierit magiſtrum maiora E perpeſſum, conſolatione accepta dolere deſinit.

p *Quoniam ſupra modum grauati ſumus.*) Supra virtutem grauati pondere paſſionum.

q *Ita vt tæderet nos viuere.*] Ita vt mori omni deſiderio cuperemus.

r *Sed ipſi in nobis reſpõſum mortis habuimus, vt non ſimus fidentes in nos.*] Hoc eſt in noſtra prudentia vel cautela.

s *Sed in deo qui ſuſcitauit mortuos.*] Ipſa mors docuit nos, omne humanum auxilium defeciſſe, & ab illo ſolo ſperandum eſſe remedium, cui etiam poſſibile eſt mortuos ſuſcitare.

t *Qui de tantis periculis eripuit nos, & eruit adhuc, in quem ſperamus, quoniam liberauit nos.*] Scit ſe adhuc multa paſſurum qui ſperat ſe ad liberandum. F

u *Adiuuantibus vobis.*] Niſi laborans non dicitur ab alio iuuari.

x *Per orationem pro nobis.*] Multum valet oratio totius eccleſię, quæ Petrum de carcere liberauit.

y *Vt ex multarum perſonis facierum eius quæ in nobis eſt donationis, per multos gratiæ agantur deo pro nobis.*] Id eſt, vt ex multorum conuentu pro eo quod vobis donamur, domino gratiæ referantur: vel quia multis donati ſumus, plures conuertentes, per nos gratiam agunt.

z *Nam gloria noſtra hæc eſt.*] Ideo in ipſis paſſionibus gloriamur: quoniam conſcientia nos minime reprehendit, eo quod gloriæ vel lucri cauſa docere videamur.

a *Teſtimonium conſcientiæ noſtræ.*] Id eſt, beati mundo corde, quoniam ipſi deum videbunt.

b *Quod in ſimplicitate & ſynceritate dei non eſt.*) Quomodo deus ſimplex eſt & ſyncerus.

c *Non in &c.*) Hoc non ſubdole vel aſtute docentes, vt ſapien-



A ſapientia carnalis, quæ mercede diſtrahitur: ſed gratis, ſicut a deo accepimus, vel dei ſolius cauſa docemus.

a *Abundantius autem ad vos.*] A quibus nec victum, qui nobis iure debetur, accepimus.

b *Non enim alia ſcribimus vobis.*] Non confundor, quia vos noſtis certum eſſe quod dico.

c *Quam quæ legiſtis, & cognouiſtis.*] Id eſt, quæ legiſtis in epiſtola, cognouiſtis in conſcientia.

d *Spero autem quod vſque in finem cognoſcetis.*] Id eſt, certus ſum meum propoſitũ non mutari.

e *Sicut & cognouiſtis ex parte nos.*] Quia nõdum finis eſt: cum autem venerit ex integro cognoſcetis.

f *Quia gloria veſtra nos ſumus ſicut & vos noſtra.*] Sic gloriãtur diſcipuli de bono doctore, quomodo & magiſter in bonis diſcipulis gloriatur.

g *In die domini noſtri Ieſu Chriſti.*] Quando & veri magi- B ſtri & boni diſcipuli probabuntur.

h *Et hac confidentia &c.*] Id eſt, quod nihil aliud veſtrum quæſiui quam ſalutẽ.

i *Vt ſecundam gratiam haberetis &c.*] Quia primam in primo habuiſtis aduẽtu, vel vt gratiam ſecundam præſentiæ meæ poſt literas haberetis.

k *Cum ergo hoc voluiſſem &c.*] Quia promiſſum non impleuerat, ne leuitatis accuſaretur, ſe excuſat.

l *Aut quæ cogito, ſecundum carnem cogito.*] Id eſt ſecundum carnalem voluntatem: carnale enim eſt aliquem nulla maiore cauſa exiſtente, non facere quæ promiſit.

C m *Vt ſit apud me eſt & non.*] Ideo non cogito ſecundum carnem, vt non mendax vel duplex inueniar.

n *Fidelis autem deus.*] Ita & nos per quos ipſe loquitur, dum eum imitamur, non ſumus infideles.

o *Quia ſermo noſter qui fuit apud vos &c.*] Nulla in eo ambiguitas, nec nos vobis ſumus aliquando mentiti.

p *Dei enim filius Ieſus &c.*] Quare cum promiſiſſet ire ſe ad centurionis puerum, non perrexit? Sed affuit ſpiritualiter gratia, qui non affuit præſentia corporali. Sed eſt in illo, fuit, id eſt, immutabilis veritas, vt ad Moyſen dicit. Exod.3.d Qui eſt, miſit me. Ille enim vere eſt, qui ſemper idem eſt.

q *Quotquot enim promiſſiones dei ſunt in illo, eſt. Et ideo &c.*] Omnis veritas promiſſionis in Chriſto eſt, quæ per nos ad dei gloriam prædicatur.

r *Qui autem confirmat nos vobiſcum in Chriſto.*] Gratia & doctrina. Et quia dixerat per nos, modo oſtendit deum totum facere, qui operatus eſt.

ſ *Et qui vnxit nos deus.*] Spiritu ſancto vel chriſmate.

ſapientia carnali: ſed in gratia dei conuerſati ſumus in hoc mundo, [a] abundantius autem ad vos. [b] Non enim alia ſcribimus vobis, quã [c] quæ legiſtis & cognouiſtis. [d] Spero autem quod vſq; in finẽ cognoſcetis, [e] ſicut & cognouiſtis nos ex parte: [f] quia gloria veſtra ſumus, ſicut & vos noſtra, [g] in die domini noſtri Ieſu Chriſti. [h] Et hac confidentia volui prius venire ad vos, [i] vt ſecundam gratiam haberetis, & per vos tranſire in Macedoniam, & iterum a Macedonia venire ad vos, & a vobis deduci in Iudæã. [k] Cum ergo hoc voluiſſem, nunquid leuitate vſus ſum? [l] Aut quę cogito, ſecundum carnem cogito, [m] vt ſit apud me eſt & non eſt? [n] Fidelis autem deus: [o] quia ſermo noſter qui fuit apud vos, non eſt in illo, eſt & non, ſed eſt in illo, eſt. [p] Dei enim filius Ieſus Chriſtus qui in nobis per nos prædicatus eſt, per me & Siluanum & Timotheũ non fuit in illo, eſt & non: ſed eſt in illo, fuit. [q] Quotquot enim promiſſiones dei ſunt in illo, eſt. Ideo & per ipſum dicimus amen deo ad gloriam noſtram, [r] Qui autem confirmat nos vobiſcum in Chriſto, [ſ] & qui vnxit nos deus, & [t] qui ſignauit nos [u] dedit pignus ſpiritus in cordibus noſtris. [x] Ego autẽ teſtem deum inuoco in [y] animã meã, [z] quod parcens vobis non veni vltra Corinthum: [a] non quia dominamur fidei veſtræ: ſed adiutores ſumus gaudij veſtri. [b] Nam fide ſtatis.

## CAP. II.

[c] STatui autem hoc ipſum apud me: ne iterum in triſtitia venirem ad vos. [d] Si enim ego contriſto vos, & quis eſt qui me lætificet, niſi [e] qui contriſtatur ex me? [f] Et hoc ipſum ſcripſi vobis, [g] vt non cum venero, triſtitiam ſuper triſtitiã habeam, [h] de quibus oportuerat me gaudere, [i] confidens in omnibus vobis: quia meum gaudium omnium veſtrum eſt. Nã ex multa tribulatione & anguſtia cordis ſcripſi [k] vobis per multas lacrymas, [l] nõ vt contriſtemini: ſed vt ſciatis quam charitatem habeam [m] abundantius in vobis. [n] Si quis autẽ contriſtauit me, non me me contri-

t *Et qui ſignauit nos.*] Illud ſignatur quod aliquid intrin- D ſecus continet pretioſum.

u *Et dedit pignus ſpiritus &c.*] Id eſt pro arra, ſpiritus gratiam: omnis autem arra pro magnitudine pretij dari ſolet. Quantum ergo pretium eſt, cuius tanta eſt arra?

x *Ego autem teſtem inuoco.*] Redit cauſam non impleti promiſſi, hoc non ſuæ leuitati, ſed illorum infirmitati aſſerit deputandum.

y *In animam meam.*] Cuius ſecreta ſolus agnoſcit.

z *Quod parcens vobis non veni vltra Corinthum.*] Ne in vobis acrius vindicarem.

a *Non quia dominamur fidei veſtræ: ſed adiutores ſumus gaudij veſtri.*] Non quod ideo crediderítis vt vobis dominemur, ſicut in lege ſacerdotes: & ideo vos terremus, ſed omnia ad veſtram facimus emendationem, vt hic in conſcientia & in perpetuo gaudeatis, ne ipſa libertate vſi fueritis in peius. E

b *Nam fide ſtatis.*] Fide nõ lege, id credẽdo Chriſto ſtare cœpiſtis.

CAP. II.

c *STatui autẽ hoc ipſum apud me, ne iterum in triſtitia venirem ad vos.*) Cogitaui vel diſpoſui, ne in triſtitia ſecundo venirem. Qui cum primum crediſtis, apud vos in gaudio fui.

d *Si enim contriſto ego vos, & quis eſt qui me lætificet?*) Propterea id facio, vt poſſim gaudere de vobis.

e *Niſi qui contriſtatur ex me.*) Qui enim contriſtatur, intelligit ſe peccaſſe, ſicut æger qui dolorem ſentit, poteſt percipere ſanitatẽ, & ad medici lætitiam pertinere.

f *Et hoc ipſum ſcripſi vobis.*) F Modo enim ideo ſcribo vel ante ſcripſi, vt literis emendati, præſentem me gaudere faciatis.

t *Vt nõ cum venero, triſtitiam ſuper triſtitiã habeã.*) Triſtitiã habeo, quia peccatis: quæ magis augebitur, ſi vos non perfecte videro emendaſſe.

h *De quibus oportuerat me gaudere.*) De quib' ſemper gaudere debueram, vel de emẽdatione gratulari.

i *Confidens in &c.*) Id eſt, confido vos intelligere, quia tũc ſit verũ gaudiũ veſtrũ ſi ego gaudeã. Siue confido quod me taliter diligatis, vt meum gaudiũ veſtrum eſſe dicatis.

k *Scripſi vobis &c.*) Primam epiſtolam qua vos corripui, & hinc intelligẽdũ quã fuerit de omniũ ſalute ſolicitus.

l *Non vt contr. &c.*) Non ideo commemoro vt iterũ contriſtemini: ſed vt ſciatis me omnia in charitate feciſſe.

m *Abundantius in vobis.*) Ex maiori ſollicitudine, abundantiorem cognoſcite charitatem.

n *Si quis autem contriſtauit.*) Quia per illius peccatum vos etiam correpti, amplius profeciſtis. Siue qui me emen-

contriſtauit: [a] ſed ex parte [b] vt non onerem omnes vos. [c] Sufficit illi qui eiuſmodi eſt obiurgatio hæc quæ fit a pluribus, [d] ita vt econtrario magis donetis & [e] conſolemini, [f] ne forte abundantiori triſtitia abſorbeatur, qui eiuſmodi eſt. [g] Propter quod obſecro vos, vt confirmetis in illum charitatem. [h] Ideo enim & ſcripſi vobis vt cognoſcã experimentum veſtrum an in omnibus obedientes ſitis. [h] Cui autem aliquid donatis, & ego. [k] Nam & ego quod donaui: [l] ſi quid donaui propter vos in [m] perſona Chriſti, [n] vt nõ circumueniamur a ſatana Non enim ignoramus cogitationes eius. [o] Cum veniſſem autẽ Troadem propter euangelium Chriſti, & oſtium mihi apertum eſſet in domino non habui requiem ſpiritui meo, eo quod non inuenerim Titum fratrẽ meum. [p] Sed valefaciens eis, profectus ſum in [q] Macedoniam, [r] Deo autem gratias, qui ſemper triumphat nos in Chriſto Ieſu, [ſ] & odorem notitiæ ſuæ manifeſtat per nos in omni loco: [t] quia Chriſti bonus odor ſumus deo in his qui ſalui fiunt, & in his qui pereunt. Aliis quidem odor mortis in mortem, aliis autem odor vitæ in vitam. [u] Et ad hæc quis tam idoneus? [x] Non enim ſumus ſicut plurimi adulterãtes verbum dei, [y] ſed ex ſynceritate ſicut ex deo coram deo in Chriſto loquimur.

## CAP. III.

[z] INcipimus iterum noſmetipſos commendare. [a] Aut numquid egemus ſicut quidam commendaticiis epiſtolis ad vos aut ex vobis? [b] Epiſtola noſtra vos eſtis [c] ſcripta in cordibus noſtris, quæ ſcitur & legitur ab omnibus hominibus, manifeſtati: [d] quoniam epiſtola eſtis Chriſti [e] miniſtrata a nobis & [f] ſcripta, non attramenta, ſed ſpiritu dei viui, non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus. [a] Fiduciam autẽ talem habemus per Chriſtum ad deum. [b] Non quod ſufficiẽtes ſimus cogitare aliquid a nobis quaſi ex nobis, [c] ſed ſufficiẽtia noſtra ex deo eſt. [d] Qui & idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamẽti, [e] non litera ſed ſpiritu. [f] Litera enim occidit, ſpiritus autem viuificat. [g] Quod ſi miniſtratio mortis literis deformata in lapidibus fuit in gloria, [h] ita vt non poſſent intendere filij Iſrael in faciem Moyſi propter [i] gloriam vultus eius, quæ euacuatur, [k] quo modo non magis miniſtratio ſpiritus erit in gloria? [l] Nã ſi miniſtratio dãnationis in gloria eſt, [m] multo màgis abũdat miniſterium iuſtitiæ in gloria. [n] Nam nec glorificatum eſt quod claruit in hac parte, propter excellentem gloriã. [o] Si enim quod euacuatur per gloriam eſt, multo magis quod manet in gloria eſt. [p] Habentes igitur talem ſpem, [q] multa fiducia vtimur. [r] Et non ſicut Moyſes ponebat velamen ſuper faciem ſuam: [ſ] vt non intenderent filij Iſrael in faciẽ eius, [t] quod euacuatur, [u] ſed obtuſi ſunt ſenſus eorum. Vſque in hodiernum diem idipſum [x] velamen in lectione veteris teſtamẽti manet non reuelatum, [y] quod in Chriſto euacuatur: [z] ſed vſq; in hodiernum diem cũ legitur Moyſes, velamẽ poſitum eſt ſuper cor eorum. [a] Cum autem cõuerſus fuerit ad deũ, auferetur velamẽ. [b] Dominus autem ſpiritus eſt. [c] Vbi autem ſpiritus domini, ibi libertas. [d] Nos vero omnes reuelata facie gloriam domini ſpeculantes, [e] in eandem imaginẽ transformamur a [f] claritate in claritatem tãquam a domini ſpiritu.

CAP.

A dauit, non me penitus contriſtauit.

a *Sed ex parte.*) Id eſt, ex ea ſolum parte qua nocuit ſibi, dum illi neceſſe eſt pænitere.

b *Vt non onerem omnes vos.*) Ideo ſcribo eũ recipi, vt non oneremini, ſi per veſtram duritiam deſperauerit de ſalute.

c *Sufficit illi qui eiuſmodi &c.*] Non de illo ſolum dicit qui paternum polluit thorum, ſed de omni peccante, nam multos illic peccaſſe, epiſtola prima demonſtrat.

d *Ita vt econtrario magis donetis.*] Vt contra obiurgationem donetis veniam.

Ezec.18.f & 33.e

e *Et conſolemini.*] Verbis prophetiæ dicentis. Nolo mortem peccatoris. Et, iniquus quacumque die fuerit conuerſus non memorabũtur peccata eius.

f *Ne forte abundantiore triſtitia &c.*] Ne forte per deſperationem indulgentię abſorbeatur gurgite vitiorum, & a diabolo perſuaſus, ad infidelitatis & blaſphemiæ B maiora præcipitia deducatur.

g *Propter quod obſecro vos, vt confirmetis in illum charitatem.*] Qua perfecte recognoſcat ſe veniam conſecutum.

h *Ideo enim & ſcripſi vobis, vt cognoſcam &c.*] Vt videam ſi quomodo obaudiſtis in vindicando: ita obaudiatis in indulgendo. Obedientia enim illa vera & perfecta eſt, quæ in nullo contemnit.

i *Cui autem aliquid donatis, & ego.*] Sicut vobiſcũ vindicaui, ita & dono vobiſcum.

Mat.16.e

k *Nam & ego quod donaui.*] Non in mea perſona, ſed in Chriſti qui dixit. Quæcumque ſolueritis in terra, erunt & in cælo ſoluta.

l *Si quid donaui propter vos.*] Ne vos grauemini vel C contriſtemini.

m *In perſona Chriſti.*] Quia vice fungimur Chriſti.

n *Vt non circumueniamur &c.*] Nec enim eius ignoramus verſutias. Idem ſimiliter circumuenit per nimiã duritiam peccatores, vt pereant deſperando, quomodo nimia remiſſione minime corrigendo. Vnde Salomon ait.

Prou.4.d

Non declines in dexteram neque ſiniſtram. Quamuis ergo tota epiſtola contra Nouatum ſit, tamen hic euidentiſſime oſtenditur a diabolo circumuentus pænitentiam denegare, cuius iſta verſutia eſt, vt ſub ſpecie iuſtitiæ fallat incautos.

o *Cum veniſſem autem Troadem &c.*] Modo illis vult probare quanto amplius eos diligat, quorum cauſa tantum ſolicitus eſt, vt cum eſſent illi omnia proſperata, nullam requiem habuerit: quia Titum, quem ad eos videndos miſerat, non inuenit timens iam ne minime eos correxiſſet: quia nondum ei quicquam renunciauerat Titus.

p *Sed valefaciens eis &c.*] Cito inde egreſſus ſum, quamuis occaſionem habuerim prædicandi.

q *In Macedoniam.*] Per quam a vobis Titus erat vtique rediturus. Vicinior eſt enim Macedonia Achaiæ quam Troadę: deniq; cũ ibi eſſet, dicit Titum poſtea aduenisse. D

r *Deo aut gratias qui ſemper &c.*] Triũphare facit nos per Chriſtum, vel in nobis ipſe triumphat.

ſ *Et odorem &c.*] Odor notitiæ dei, per doctrinam manifeſtatur & ſigna. Odor autẽ ideo dicitur, quia ſentitur potius quã videtur: & quia primo credentes, aliquid tãquam per modicum odorẽ ſentire valebant.

t *Quia Chriſti bonus odor &c.*] Quidam ita dicunt: noſter labor deo ſemper eſt gratus, quia omnibus prædicamus ſeu velint credere ſeu nolint, ſed hic proprie de illis dicitur, qui vel ſanabantur per ipſos, vel in quibus vindicta fiebat. Bonus ergo odor in vtriſque quia iuſtus.

u *Et ad hæc quis tam idoneus.*] Ad hæc facienda quis poteſt tam idoneus eſſe quam nos, qui ad hoc ſumus electi?

x *Non enim ſumus ſicut plurimi adulteran. &c.*] Pſeudoapoſtolos tangit, humanum ſenſum diuinæ prædicationi E miſcentes. Vnde Eſaias ait. Eſa.1.f Caupones tui miſcent vino aquam, id eſt, merę doctrinę adulationis mollia verba, quibus homines nõ tam inebriati ferueant, quã delectati tabeſcant.

y *Sed ex ſynceritate ſicut &c.*] Ex deo proceſſit doctrina, quam ſcimus ipſo præſente in perſona dicere Chriſti, id eſt ſicut ipſe prædicauit.

## CAP. III.

z *INcipimus iterum noſmetipſos commendare.*] Non vt cõmendemus nos vobis iſta dicendo, laudare nos volumus, ſed hæc ne ab aliis ſeducamini cogimur commemorare.

a *Aut numquid egemus ſicut quidam &c.*] Quos non cõ- F mẽdat gratia virtutum, illos digne commendant epiſtolę amicorum.

b *Epiſtola noſtra vos eſtis.*] Per veſtram fidem omnibus commendamur, ſicut alibi dicit ſignaculum apoſtolatus mei vos eſtis.

c *Scripta in cordibus &c.*] In conſcientiis noſtris, & vos nobis prædicantibus credidiſſe, vel in corde noſtro eſt prædicatio, per quam epiſtola noſtra eſtis facti, quæ cognoſcitur & quæ legitur ab omnibus hominibus & manifeſtatur.

d *Quoniam epiſtola eſtis Chriſti miniſtrata a nobis.*] Omnibus manifeſtum eſt, Chriſto vos per noſtram crediſſe doctrinam confirmante virtutem ſpiritu ſancto. Siue vere hinc cognoſcimini Chriſti eſſe, quod eius ſpiritum accepiſtis.

e *Miniſtrata a nobis.*) Hoc eſt ſpiritu ſancto præparata.

f *Et ſcripta &c.*) Hic differẽtiã inducit legis & gratiæ, Iudæi in dura materia legẽ acceperunt, ſignificante duritiã mentis eorum, ſicut & velamen faciei Moyſi; cordis eorum velamen ignorantiæ portendebat. Nos vero quãuis



A legem Chriſti ſcriptam in euangeliis habeamus, tamen in primis non quaſi abſentes tabulis ſcriptis, ſed præſentes per auditum domini verba corde ſuſcepimus. Euangelia vero poſtmodum ſcripta ſunt, ad memoriam poſterorum. Si ergo inexcuſabiles ſunt qui legem in lapidibus acceperunt: quanto magis nos qui verba Chriſti ſuſcepim[us] ſi peccemus, vt ad Hebræos ſcribitur. Si enim illi non effugierũt ſuper terram loquente illis, & reliqua.

Heb.2.b

a *Fiduciam autem talem habemus per Chriſtum ad deum.*] Quia nouimus vos per nos crediſſe, vel quod nos non humana epiſtola, ſed gratia diuina commendat.

b *Non quod &c.*] Vult oſtendere ſe nihil ſua prudentia facere vel virtute, quia pauci homines ruſtici, nunquam ſine dei gratia totum mundum ſaluare potuiſſent.

B c *Sed ſufficientia &c.*) Ideo hoc præmiſit, quia dicturus erat tãto maius ſe quã Moyſen myſterium ſuſcepiſſe, quanto maius eſt nouum teſtamentum lege, vt eos a falſis apoſtolis ſibi detrahentibus reuocaret.

d *Qui & idoneos nos &c.*) Dum ad hoc idonei adimplendum non eſſemus.

e *Non literam &c.*) Non literæ legis, ſed ſpiritui gratiæ miniſtrantes.

Rom.7.c

f *Litera enim &c.*) Quo modo alibi dicit legem eſſe ſpiritualem ſpiritualibus. Cæterum peccatores occidit, gratia autem viuificat impiũ conuertentẽ. Quidã dicunt quod hiſtoricus intellectus occidat, neſciẽtes quod nec vbiq; hiſtoria, nec vbiq; poſſit allegoria ſeruari: nam ſi- C cut quædam in figura dicta ſunt, vt ſi præcepta velis allegorice intelligere, omnem virtutem eorum euacuans, omnibus aperuiſti viam delinquendi. Sed ille verus ſpiritualis intellectus eſt, qui nõ veriſimilibus coloribus pulchrum mendacium pingit, ſed virtute rerum ipſam rem exprimit veritatis.

g *Quod ſi miniſtratio mortis literis deformata in lapidibus fuit in gloria.*) Quæ mortificat peccatores, cæterum ipſe eam ſanctam & iuſtam & bonam alibi dicit.

h *Ita vt non poſſent intendere filij Iſrael in faciem Moyſi.*) Id eſt contra Manichæos. Numquam enim Apoſtolus poſſet cõtrario comparare, id eſt, maiorem miniſtrorum noui teſtamenti, quam Moyſi gloriã dicere, ſi inter eos non videretur eſſe communio.

i *Propter gloriam vultus eius quæ euacuatur.*) Gloria legis per gloriam euãgelij euacuatur: ſed ita euacuatur vt proficiat, ſicut infantem ipſe dicit euacuari in viri perfecti ætatem. Semen quoque euacuatur in fructum, melior fructus ſemine, ſed ſine eo eſſe non poteſt. Fructus non perit, ſed multiplicabitur ſemen in fructu, & ita euacuatur ſicut prophetia & ſcientia deſtruentur.

k *Quo modo non magis miniſtratio ſpiritus erit in gloria.*) In gloria noſtra, quæ vt perfecta non poteſt euacuari.

l *Nam ſi miniſtratio damnationis in gloria eſt.*) Expoſuit quod ſuperius dixerat, literam occidere, miniſtrationem eſſe D mortis iam damnando peccantes.

m *Multo magis abundat miniſterium iuſtitiæ in gloria.*) Quod miniſtrat iuſtitiam admittendo peccata.

n *Nam nec glorificatum eſt quod claruit in hac parte &c.*) In comparatione gloriæ euangelicæ obumbratur gloria legis: vt orto ſole lumen obtunditur lunæ, cum tamen ſuo tempore magnũ habeat fulgorem: hoc oſtẽdit etiam dominus cũ aſcendens montem ſolus, ſplendore ſolis viſus eſt radiaſſe, cum tamen Moyſes & Helias viſi in gloria referantur: & ideo vox deſuper patris ipſum ſolum præcepit audiri.

o *Si enim quod euacuatur per gloriam eſt &c.*) Si euacuandum per gloriam datum eſt teſtamentum: quanto magis erit quod permanet glorioſum? E

p *Habentes igitur talem ſpem.*) Talem ſpem gloriæ, quia ſpe ſalui facti ſumus.

q *Multa fiducia vtimur.*) In deo qui fecit nos idoneos.

r *Et non ſicut &c.*) Non ita facimus: quia iam omnes Chriſtiani vident gloriã domini ſancto ſpiritu reuelãte.

ſ *Vt non intenderent filij Iſrael vſque in finem &c.*) Vſque in finem eius, id eſt, vſque in finem vitæ eius, ita & lex non intelligitur vſque dum in finem eius, id eſt, dum Chriſto credatur.

t *Quod euacuatur.*) Velamen nunc euacuatur in Chriſto.

u *Sed obtuſi ſunt ſenſus eorum, vſque in hodiernum diem.*) Niſi enim crediderint, intelligere ſecundum prophetam omnino non poſſunt.

x *Idipſum velamen in lectione veteris teſtamenti manet non reuelatum.*) Cuius figuram ille geſtabat in facie. F

y *Quod in Chriſto euacuatur.*) Qui finis eſt legis.

z *Sed vſque in hodiernum diem cum legitur Moyſes, velamen &c.*) Ignorantiæ, ſuper cor eorum quibus legitur Moyſes, id eſt Iudæorum.

a *Cum autem conuerſus fuerit &c.*) Cum conuerſus fuerit Iudæus, ſicut Moyſes conuertebatur ad dominum audiendum.

b *Dominus autem ſpiritus eſt.*) Nihil in illo obſcurũ vel velatum.

c *Vbi autem ſpiritus domini, ibi libertas.*) Liber eſt ſpiritus, & idcirco non poteſt velamen accipere, cum magis ipſe omnia reuelet: quia qui ſpiritum dei habet, omnia illi nuda ſunt & aperta, quia ſpiritus omnia ſcrutatur.

d *Nos vero omnes reuelata facie gloriam domini ſpeculantes.*) Euidenter & clare domini gloriam contemplamur.

e *In eandem imaginem transformamur.*) Quam dominus oſtendit in monte, ſicut alibi dicit. Qui trãsfigurauit corpus humilitatis noſtræ, conforme corpori claritatis ſuæ. Siue transformamur quotidie & nitimur transformari.

f *A claritate in claritatem tanquam a domini ſpiritu.*) Id eſt, ab hac gloria in futuram proficimus, ſpiritu domini operante.

## CAP. IIII.

[a] IDeo habentes hanc adminiſtrationem, iuxta quod miſericordiam conſecuti ſumus, [b] non deficimus, [c] ſed abdicamus occulta dedecoris, [d] non ambulantes in aſtutia, [e] neque adulterantes verbum dei: [f] ſed in manifeſtatione veritatis, commendãtes noſmetipſos ad omnem cõſcientiam hominum [g] coram deo. [h] Quod ſi etiam opertum eſt euangelium noſtrum, in his qui pereunt eſt opertum: [i] in quibus deus huius ſæculi excæcauit mentes infidelium: vt non fulgeat illuminatio euãgelij gloriæ Chriſti [k] qui eſt imago dei. [l] Non enim noſmetipſos prædicamus: ſed Ieſum Chriſtum dominum noſtrũ: [m] Nos autem ſeruos veſtros per Ieſum: [n] quoniam deus qui dixit de tenebris lucem ſplendeſcere, [o] ipſe illuxit in cordibus noſtris ad illuminationem ſcientiæ claritatis dei [p] in facie Chriſti Ieſu. [q] Habemus autem [r] theſaurum iſtum in vaſis fictilibus, vt ſublimitas ſit virtutis dei: & non ex nobis. [ſ] In omnibus tribulationem patimur, ſed nõ anguſtiamur. [t] Aporiamur, ſed non deſtituimur. Perſecutionem patimur, ſed non derelinquimur. Humiliamur, ſed non cõfundimur. [u] Deiicimur, ſed non perimus. [x] Semper mortificationem Ieſu Chriſti in corpore noſtro circumferentes, vt & vita Ieſu manifeſtetur in corporibus noſtris. [y] Semper enim nos qui viuimus, in mortem tradimur [z] propter Ieſum, vt & vita Ieſu manifeſtetur in carne noſtra mortali.

[a] Ergo mors in nobis operatur, vita autem in vobis. [b] Habentes autem eundem ſpiritum fidei, ſicut ſcriptum eſt. [c] Credidi, propter quod locutus ſum: & nos credimus propter quod & loquimur: [d] ſcientes quoniam qui ſuſcitauit Ieſum, [e] & nos cum Ieſu ſuſcitabit, & conſtituet vobiſcum. [f] Omnia enim propter vos, [g] vt gratia abũdãs per multos in gratiarũ actione abũdet in gloriã dei. [h] Propter quod

### CAP. IIII.

a *IDeo habentes hanc adminiſtrationem &c.*] Quia per nos idonei tanto officio non eramus.

b *Non deficimus.*] In omnibus tribulationibus noſtris.

c *Sed abdicamus occulta dedecoris.*] Id eſt occulta vitiorum. Dedecus eſt enim delinquere Chriſtianum.

d *Non ambulantes in aſtutia.*] Non turpis lucri gratia prædicantes.

e *Neque adulterantes verbum dei.*] Per adulationem excuſando peccata, vt aliqui cauſa lætificandi cor hominis verbo dei ſermonem vilem admiſcent, & per terram repunt.

f *Sed in manifeſtatione &c.*] Sed ita manifeſtum eſt apud homines verum eſſe quod dicimus, vt eorum conſciẽtia teſtimonium perhibeat nobis, qui reſiſtant.

g *Coram deo.*] Non hominibus, id non propter ipſos eis nos commendamus.

h *Quod ſi etiam opertum eſt euãgelium noſtrum &c.*] Quas aliquis illi obieciſſet, quod hanc non omnes intelligant veritatem: ſed nõ credentes, inquit, vel ſubdoli non fideles, etiam plurimi Iudæorũ ignorabant.

i *In quibus deus huius ſæculi excæcauit.*] Deus ſæculi poteſt ita accipi quo modo princeps mundi: quia ipſe ſibi in infidelibus vendicat principatum: ſed propter calumniam hæreticorum ita intelligendum eſt, vt dicamus deum mentes infideliũ huius ſæculi merito infidelitatis excæcaſſe, ſicut ait ſaluator. In iudicium veni in hunc mundum, vt qui non vident videant, & qui vidẽt cęci fiant. (Ioan.9.g) Et ipſe Apoſtolus alibi ait. (2.Theſſ.2.c) Quia nõ crediderũt veritati, ſed cõſenſerunt iniquitati, miſit illis deus ſpiritum erroris: hoceſt dari permittit, quia credere noluerunt, quaſi ſi medicus inobedientem ægrum deſerat, ipſe ægritudinem dicitur prolõgaſſe, cum tota illius culpa ſit, quia audire cõtempſit. Tamen ſi rurſus roget & obtemperet, poteſt recipere ſanitatem.

k *Qui eſt imago dei.*] Imago expreſſa ſubſtantia dei, ſicut ſcriptum eſt ad Hebræos.

l *Non enim noſmetipſos prædicamus, ſed &c.*] Qui enim cõmoda propria quærit, nõ Chriſtum, ſed ſemetipſum prædicat, ſicut qui ſuo ventri ſeruiunt.

m *Nos autem ſeruos veſtros per Ieſum.*] Quia veſtræ vtilitati omnia procuramus, exemplo Chriſti, qui formam ſerui accepit, non gloriæ nec auaritiæ cauſa docemus.

n *Quoniam deus qui dixit &c.*] Hoc contra omnes inimicos veteris teſtamenti, quia a patre Chriſti eſt datum.

o *Ipſe illuxit in cordibus &c.*] Illuxit primus in cordib⁹ noſtris per Ieſum Chriſtũ, vt nos alios illuminare poſſimus.

p *In facie Chriſti Ieſu.*] Quæ claritas eſt in facie Chriſti maior quã Moyſi; vel ĩ perſona Chriſti nos homines ſciẽtia illuminamus.

q *Habemus autem.*] Hic incipit oſtendere quare tanta & talia patiantur, quia de hoc illis pſeudoapoſtoli detrahebant.

r *Theſaurum iſtum &c.*] Theſaurum gratiæ ſpiritualis in fragili corpore baiulamus, in quo etiã cũ alios ſanem⁹, ipſi aliquotiens infirmamur, vt quod facimus nõ noſtræ virtutis, ſed dei eſſe noſcatur

ſ *In omnibus &c.*] Perſecutionẽ quidẽ patimur, ſed per ſolatiũ futuræ ſpei nõ anguſtiamur, ſed amplius delectamur.

t *Aporiamur, ſed nõ deſt. &c.*] Et cæde & opprobriis, ſed diuino non deſolamur auxilio.

u *Deiicimur, ſed non perimus.*) Vſque ad deſperationem vitæ venimus, ſed non morimur: & ſi morimur, non perimus.

x *Semper mortificationem &c.*) Per tribulationem ſicut alibi ait. (1.Cor.15.d) quotidie morimur per veſtram gloriam, ergo ſi cõmorimur, inquit, & conuiuemus. Illi autem qui nolũt commori, nec conuiuent.

y *Semper enim nos qui viuimus in mortem tradimur.*) Quamdiu ſumus in corpore.

z *Propter Ieſum &c.*) Non propter opera mala, ſed propter corpus eius, ideſt, eccleſiã patimur, quod paſſus eſt ille pro nobis, vt vita eius, hoc eſt, æterna manifeſtetur in carne noſtra mortali, vt poſſit fieri immortalis. Nõdum enim apparuit in nobis quid erimus.

a *Ergo mors in &c.*) (1.Ioan.3.a) Numquid in nobis ſemper erit mors, & in vobis vita & futura, & præſens?

b *Habentes autẽ &c.*) Increpat eos, qui falſis apoſtolis crediderũt, idcirco Paulum paſſionib⁹ ſubiacere, quia fidei minoris ſit. Si ergo per fidẽ tribulari nõ poſſit, ecõtrario oſtẽdit ſe propter fidẽ talia ſuſtinere: illos vero cauſas odij non habere per adulationẽ atque diſſidiũ. Vnde ad Galatas ait. (Gal.6.c) Qui volunt in carne placere tãtum, vt crucis Chriſti perſecutionẽ minime patiantur.

c *Credidi propter &c.*) Hoc teſtimonio credere ſe probat Si enim ille ideo q̃a credidit loquebatur, nemo enim ſanę mẽtis alteri affirmat ꝙ ipſe nõ credit: ergo & nos q̃ loquimur, inquit, credimus, qui etiam propterea tribulamur.

d *Scientes quoniã &c.*) Firmiter tenentes hãc fidem, a qua nec morte diuellimur.

e *Et nos &c.*) Sicut illũ ſuſcitauit, & nos, ſi ꝓ eo morimur.

f *Omnia propter vos.*) Omnia ideo patimur, quia fideliter veſtram ſalutem quærimus & optamus,

g *Vt gratia abundans per multos in gratiarũ actione &c.*) Hũc ſenſum habet, vt per multitudinem credentium propter gratiam abundantem, & actio abundet in gloria dei.

h *Propter quod non deficimus.*) Propter vos & propter gloriam dei in omnibus tribulationibus & opprobriis non ceſſamur.



quod non deficimus. [a] Sed licet is qui foris eſt noſter homo corrumpatur: tamen is qui intus eſt renouatur de die in diem. [b] Id enim quod in præſenti eſt momentaneum & leue tribulationis noſtræ, [c] ſupra modum in ſublimitate [d] æternum gloriæ pondus operatur in nobis, [e] non contemplantibus nobis quæ videntur: ſed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia ſunt: quæ autem non videntur, æterna ſunt.

## CAP. V.

[f] SCimus enim quoniam ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur, quod ædificationem ex deo habemus [g] domum non manufactam, ſed æternam in cælis. [h] Nam & in hoc ingemiſcimus, habitationem noſtram quæ de cælo eſt ſuperindui cupientes: [i] ſi tamen veſtiti & non nudi inueniamur. [k] Nam & qui ſumus in hoc tabernaculo, ingemiſcimus grauati, eo quod nolumus expoliari, ſed ſuperueſtiri: [l] vt abſorbeatur quod mortale eſt a vita. [m] Qui autem efficit nos in hoc ipſum deus, [n] qui dedit nobis pignus ſpiritus. [o] Audentes igitur ſemper & ſciẽtes, [p] quoniam dum ſumus in hoc corpore, peregrinamur a domino. Per fidem enim ambulamus, & non per ſpeciem. Audemus autem & bonam voluntatem habemus [q] magis peregrinari a corpore, [r] & præſentes eſſe ad dominum: [ſ] & ideo contendimus ſiue abſentes, ſiue præſentes placere illi. [t] Omnes enim nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti: [u] vt referat vnuſquiſque propria corporis prout geſſit, ſiue bonum, ſiue malum. [x] Scientes ergo timorem domini hominibus ſuademus: deo autem manifeſti ſumus. [y] Spero autem & in conſcientiis veſtris manifeſtos nos eſſe. [z] Non iterum commendamus nos vobis,

a *Sed licet is qui foris eſt noſter homo corrumpatur.*] Licet corpus paſſionum iniuriis corrumpatur: anima tamen ſpe futurorum quotidie confirmatur ad omnia ſuſtinenda.

b *Nam id quod præſens eſt &c.*] Præſens tribulatio quantolibet tempore perſeuerans, ad comparationem immenſæ gloriæ æternæ breuis & facilis eſt, ſicut ad Romanos ait. (Rom.8.) Exiſtimo enim quod nõ ſunt condignę paſſiones huius tẽporis ad futuram gloriam.

c *Supra modũ in ſublimitate.*] Quia nulla comparatio poteſt eſſe.

d *Æternum gloriæ pondus operatur in nobis.*] Quia illud leue dixerat, ideo poſuit hic pondus, ſeruans metaphorã ſtatheræ, vel quod tribulationum pondus quæ ſupra modum ſunt in præſenti, ſublimitatem gloriæ æternæ perficiant.

e *Non contemplantibus vobis quæ &c.*] De viſibilibus nec bonis mouemus nec malis, quia vtraque finiuntur.

### CAP. V.

f *SCimus enim quoniam ſi terreſtris domus noſtra &c.*] Quaſi aliquis ei dixiſſet, quãdo iſtud erit cum ſciam me eſſe mortalem: ideo reſurrectionem gloriæ induxit. Domus noſtra, inquit, terrenum corpus, in quo in hoc ſęculo adhuc corporaliter habitamus: ſi ante aduẽtum domini vel paſſionibus vel conditione naturæ fuerit diſſolutum, cæleſtem incorruptionem ex deo corpore reuiuiſcente ſumemus.

g *Domum non, &c.*] Quia animale corpus quod dei quodãmodo manu dicitur eſſe plaſmatum, hoc ipſum ſpirituale fiet, per ſpiritum.

h *Nam & in hoc ingemiſcimus &c.*] Gemitus hic pro labore accipitur, quia cum gemitu laboratur, ſicut & partus pro labore ponitur. Ad hoc ergo laboramus, vt illa ſuperindui mereamur.

i *Si tamen veſtiti &c.*] A fide vel opere pietatis.

k *Nam & qui ſumus in hoc tab. &c.*] Nam qui viui inuenientur, hoc laborabunt, vt nõ expolientur ab igne cum peccatoribus, cum omnia cœperint elementa conſumi, ſed vt cum iuſtis immortalitate ſuperindui mereantur.

l *Vt abſorbeatur quod mortale eſt a vita.*] Quod abſorbetur non apparet cum ſit: ſicut ferrum ſi mittatur in ignẽ manente eius materia totum fit ignis, nã & ſplendorem & calorem ipſius ignis aſſumit.

m *Qui autem efficit nos in hoc ipſum deus.*] Deum hoc dicit facere, ne cui impoſſibile videretur.

n *Qui dedit nobis pignus ſpiritus.*] Qui nobis dedit pignus ſpiritus, vt ſciamus quia templum ſui ſpiritus perire non patitur.

o *Audẽtes igitur ſemper & ſcientes.*] Ideo hoc audem⁹ petere, quia quamdiu in corpore ſumus in hac vita, incertis iactamur euentibus, finem noſtri exitus neſcientes. Cum autem exceſſerimus e corpore, tunc ſcimus nos domino propinquare: quoniam aduerſis & incertis ſumus ſæculi moleſtiis liberati.

p *Quoniam dum ſumus in hoc corpore peregrinamur a domino &c.*] Peregrinamur, quia adhuc non ſumus in hæreditate paterna. Vt peregrini ergo non debemus de huius ſæculi rebus magnopere curare: ſed neceſſariis contenti, deſiderium omne & ſtudiũ perueniẽdi ad patriã habeamus: quia fide adhuc ſperamus, & nondum ſpecie poſſidemus. Audemus autem & conſentimus & prorſus hoc audenter legimus: ſicut alibi ait. (Phil.1.c) Diſſolui & cum Chriſto eſſe, multo magis melius.

q *Magis peregrinari &c.*] Bene ait, peregrinari a corpore. quia ad id ſumus iterum regreſſuri.

r *Et præſentes &c.*] Quamquam creatori ſuo nulla creatura ſit abſens, ſed nos quodammodo tunc illi magis præſentes erimus, vt etiã perfecti, cum a carnis fuerimus fragilitate ſeiũcti. Siue quod ſecundũ nos deo præſentes erimus, quia ſecundũ illum abſentes eſſe numquã poſſumus.

ſ *Et ideo contendimus ſiue abſentes, ſiue præſentes placere illi.*] Iam modo tales eſſe actu conamur, quales futuri ſumus in regno, natura incorruptibili ſine dubio & perfecti. Hoc dicit, quamdiu in mundo poſiti peregrinamur a domino, conuerſatione bona id agamus, vt ei in futuro placere poſſimus, non vt quidam putant, quia poſtea quam exceſſerimus e corpore, ibi aliquid operantes deum promereamur.

t *Omnes enim nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti.*] Pro magnitudine potentiæ ſedentis, magnitudo tribunalis, & terror iudicij æſtimanda ſunt.

u *Vt referat vnuſquiſque propria corporis prout geſſit, ſiue bonum ſiue malum.*] Quia de reſurrectionis tempore fecerat mẽtionem, vult oſtendere animam omnia per corpus operatam, ſiue bonum, ſiue malũ. Venite ad me benedicti. Et, Diſcedite a me maledicti. (Mat.25.c)

x *Scientes ergo timorẽ domini hominibus ſuademus &c.*] Sciẽtes quãtus metus ſit diuini iudicij, hominibus ſuademus vt caueant: deo autem manifeſti ſumus, ſi non & nos formidamus.

y *Spero autẽ & in conſcientiis veſtris manifeſtos nos eſſe.*] Quãuis male vobis ſuggeſtum ſit de nobis, puto tamen quod non recipiat conſcientia veſtra de nobis aliud ſuſpicari quam nouit, nec poſſit aliis magis fidem accommodare, quam ſibi.

z *Non iterum commendamus nos vobis.*] Quia ſuperius dixerat, incipimus noſmetipſos commendare.

vobis, [a] ſed occaſionem damus vobis gloriãdi pro nobis, [b] vt habeatis ad eos qui in facie gloriantur,& non in corde. [c] Siue enim mẽte excedimus deo, [d] ſiue ſobrij ſumus vobis. [e] Charitas enim Chriſti vrget nos [f] æſtimantes hoc: quoniam ſi vnus pro omnibus mortuus eſt, ergo omnes mortui ſunt. Et pro omnibus mortuus eſt Chriſtus, [g] vt & qui viuũt, iam non ſibi viuãt, [h] ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt, & reſurrexit. [i] Itaque nos ex hoc neminem nouimus ſecundum carnem. [k] Et ſi cognouimus ſecundum carnem Chriſtum, ſed nunc iam non nouimus. [l] Si qua ergo in Chriſto noua creatura vetera tranſierunt, ecce facta ſunt omnia noua. [m] Omnia autem ex deo [n] qui nos recõciliauit ſibi [o] per Chriſtum, [p] & dedit nobis miniſterium reconciliationis. [q] Quoniam quidem deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi: [r] non reputans illis delicta ipſorum, [ſ] & poſuit in nobis verbum reconciliationis. Pro Chriſto ergo legatione fungimur [t] tãquam deo exhortante per nos. [u] Obſecramus pro Chriſto, reconciliamini deo. [x] Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit: [y] vt nos efficeremur iuſtitia dei in ipſo.

## CAP. VI.

[z] ADiuuãtes autem exhortamur, [a] ne in vacuum gratiam dei recipiatis. [b] Ait enim: Tempore accepto exaudiui te: & in die ſalutis adiuui te. [c] Ecce nũc tẽpꝰ acceptabile: [a] ec-

A a *Sed occaſionem damus vobis gloriandi pro nobis.*] Cõtra pſeudo apoſtolos, qui primum per detractionem odium eis volebant inſerere, vt eis fides facilius haberetur.

b *Vt habeatis ad eos qui in facie gloriantur, & non in corde.*] Vt habeatis ad eos qui in carnalibus, & in viſibilibus & non cõſcientiis gloriantur. Quid reſpondere poteſtis contra ea quæ de noſtra obtrectatione configunt, vt etiam ſui cordis teſtimonio reuincatur.

c *Siue enim mẽte excedimꝰ deo.*] Si, inquit, ſenſu proprio, recta peruertimus in vitia, ipſi a deo excidimus, atque alienamur ab eo. Si autem integre ſentimus & ſobrij, vobis ſufficit noſtra prædicatio. Dicebant enim de illis, ſi eorum eſſet memoria coram deo, numquam talia paterẽtur. Quidam aliter dicunt. Siue in ecſtaſi ſumus deo, ſiue
B noſtro ſenſu loquimur vobis.

d *Siue ſobrij ſumus vobis.*] Siue abſtinentes propter vos.

e *Charitas enim Chriſti vrget nos.*] Neceſſe eſt nobis vel aliquatenus vicem eius repẽdere charitati, id eſt, vt pro eius corpore patiamur, qui mori pro nobis morte dignatus eſt.

f *Aeſtimantes hoc, quoniam ſi vnus pro omnibus mortuus eſt, ergo omnes mortui ſunt: & pro omnibus mortuus eſt Chriſtus.*] Solus inuentus eſt, qui vt immaculata hoſtia pro omnibus qui erant in peccatis mortui offerretur.

g *Vt & qui viuunt, iam non ſibi viuant.*] Ei debemus vitam noſtram, qui illam in omnibus ſua morte ſeruauit.

Mat.16.d Si quis ergo ſuam potius quam dei voluntatem facit: ſibi viuit, non illi. Vnde ipſe dominus ait. Si quis vult poſt
C me venire, abneget ſemetipſum ſibi &c.

h *Sed ei qui pro ipſis mortuus eſt, & reſurrexit.*] Propter calumniam, ſemper mortis reſurrectionem adiungit. De abolitione veterum, & renouatione creaturæ: & reconciliatione noſtra ad deum per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

i *Itaque nos ex hoc neminem nouimus ſecundum carnem.*] Id eſt carnaliter circumciſum, & carnales ceremonias ſeruãtem, & nullius veterum imitamur exemplum.

k *Et ſi cognouimus ſecũdum carnem &c.*] Cognouimus, inquit, ſecundum carnem Chriſtum, quando maledictum factus, patibulum crucis pro noſtra ſalute ſuſcepit. Nunc autem non ita cognoſcimus: non enim eſt iam paſſurus pro nobis, qui ſemel pro omnibus & mortuus eſt, & reſurrexit. Aliter. Et ſi cognouimus Chriſtum, cum adhuc eſſemus ſecundum carnem, ſed nunc iam non nouimus. Quia eis exempla veterũ proponebat, ait Chriſtum carnaliter circumciſum cum Iudæis omnia celebraſſe. Sed nũc iã iſta non nouimus: quia poſt reſurrectionẽ eius, nouum eſt teſtamentum. Aliter. Qui infirmi ſunt, carnaliter credunt Chriſto, perfecti vero intelligunt iam poſt reſurrectionem nihil imbecillitatis in eo eſſe carnalis.

l *Si qua ergo in Chriſto noua creatura &c.*] Si quis credit in Chriſto, noua eſt creatura, intelligens vetera, ſuo tempore fuiſſe diſiuncta, & amodo nouo more viuendum. D

m *Omnia autem ex deo.*] Quia etiam præcepta innouata ſunt: tamen & noua & vetera ab vno deo pro diuerſitate temporum ſunt diſpenſata.

n *Qui nos reconciliauit ſibi.*] Quia peccãdo fueramus ab eo auerſi.

o *Per Chriſtum.*] Per Chriſti doctrinam, pariter & exẽplum.

p *Et dedit &c.*] Vt & nos alios reconciliare poſſimus.

q *Quoniam quidem deus erat in Chriſto &c.*] Tribus modis ineſſe deum legimus. Secundum infinitatem omni creaturæ, ſicut ipſe dicit per prophetam. Nonne cælum & terram ego impleo? Secũdum ſanctificationem & peculiarem inhabitationem in ſanctis, iuxta illud. Et inhabitabo in illis. Leui.26.b Secũdum plenitudinẽ diuinitatis in Chriſto, dicente alibi Apoſtolo. E Quia in ipſo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, Col.2.b mundum reconciliãs ſibi.

r *Non reputans illis delicta ipſorum.*] Hoc eſt, per ſolam fidem cognoſcens.

ſ *Et poſuit in nobis verbum reconciliationis &c.*] Vt pro Chriſto nos reconciliemus homines deo, cuius Chriſti vice, legati ſumus dei.

t *Tanquam deo exhortante per nos.*] Id eſt non ex nobis loquimur, ſex ex deo.

u *Obſecramus pro Chriſto, reconciliamini deo.*] Quod dicit, hoc eſt, non inquit, nos pro Chriſto deprecamur, ſed propter id quod pro nobis paſſus eſt, vt credentes in ipſum, reconciliemini deo, hoc eſt, vice Chriſti. F

x *Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit.*] Secundum illud. Chriſtus qui abſque peccato erat, pro nobis dicitur factus peccatũ: quia pro peccatis noſtris mortuus eſt. Pater pro nobis Chriſtum, qui peccatum neſciebat, peccatum fecit, hoc eſt, ſicut hoſtia pro peccato oblata peccatum vocabatur in lege, vt in Leuitico ſcriptũ eſt. Et imponet manum ſuper caput peccati ſui: ita & Chriſtus pro peccatis noſtris oblatus, peccati nomen accepit. Leuit.1.&?

y *Vt nos efficeremur iuſtitia dei in ipſo.*] Non noſtra, nec nobis.

### CAP. VI.

z A *Diuuantes autem &c.*] Verbo vos adiuuantes.

a *Ne in vacuum gratiam dei recipiatis.*] In vacuum gratiã dei recipit, qui in nouo teſtamento non nouus eſt, hoc eſt, nihil in illo proficit.

b *Ait enim. Tempore accepto exaudiui te &c.*] Acceptum tempus ad exaudiendum & ad ſalutem miſerandũ, in hac vita præſenti eſt, ſicut ait ſaluator. Ambulate dum lucem habetis, ne vos tenebræ comprehendant. Ioan.12.c

c *Ecce nunc tempus acceptabile.*] Sicut alibi. Dum tempus habemus, ait, operemur quod bonum eſt. Dies autem ideo dicitur hæc vita: quia ad operandum eſt apta, & concluditur nocte iudicij: quæ dies tenebræ erũt peccatoribus, nõ lux in qua iam nemo poterit operari. Aeſtati quoque



ecce [a] nunc dies ſalutis. [b] Nemini dantes vllam offenſionem, vt non vituperetur miniſterium noſtrum: ſed in [c] omnibꝰ [d] exhibeamus noſmetipſos, [e] ſicut dei miniſtros. In [f] multa patientia, in tribulationibus, in [g] neceſſitatibus, in [h] anguſtiis, in [i] plagis, in carceribus, in ſeditionibus, in laboribus, in [k] vigiliis, in [l] ieiuniis. In [m] caſtitate, in [n] ſcientia, in [o] lõganimitate, in [p] ſuauitate in [q] ſpiritu ſancto, in [r] charitate non ficta, in [ſ] verbo veritatis, in [t] virtute dei. Per arma [u] iuſtitiæ à dextris & à ſiniſtris, [x] per gloriam & ignobilitatem, [y] per infamiam & bonam famam. Vt ſeductores & veraces, [z] ſicut qui ignoti & cogniti: quaſi [a] morientes, & ecce viuimus: vt [b] caſtigati, & non mortificati. [c] Quaſi triſtes, ſemper autem gaudentes. [d] Sicut egentes, multos autem locupletantes. [e] Tamquàm nihil habentes, & omnia poſſidentes. Os [f] noſtrum patet ad vos ò Corinthij: cor noſtrum dilatatum eſt. Non [g] anguſtiamini in nobis: anguſtamini autem in viſceribus veſtris. [h] Eandem autem habentes remunerationem, [i] tanquàm filiis dico, dilatamini & vos. [k] Nolite iugum ducere cum infidelibus. [l] Quæ enim participatio iuſtitiæ cum iniquitate, aut quæ ſocietas luci ad tenebras? [m] Quæ autem conuentio Chriſti ad Belial? Aut quæ pars fideli cum infideli? [n] Qui autem conſenſus templo dei cum idolis? Vos enim eſtis templum dei viui, ſicut dicit deus: [o] Quoniam inhabitabo

A que aſſimilatur hoc tempus, in cuius comparatione, formica dicitur hyemem ſperare venturam.

a *Ecce nunc dies ſalutis.*] Modo ſolam poſſumus inuenire ſalutem: quia iuxta prophetæ teſtimonium, in inferno nemo confitebitur.

b *Nemini dantes vllam offenſionem, vt non vituperetur &c.*] Nemo à noſtro offendatur exemplo: ne non tam noſtrum vitium putetur eſſe, quàm legis.

c *Sed in omnibus.*] Non in aliquantis.

d *Exhibeamus noſmetipſos.*] Omnes autem huius cauſæ in noſtra ſunt poteſtate.

e *Sicut dei miniſtros.*] Dei miniſtri, deum debẽt, prout poſſibile eſt, imitari, vt ex actu cognoſcantur dei eſſe cultores. Vnde alibi ait: Portate deum in corpore veſtro, 1.Cor.6.d ſicut ille ſe ab omnibus patitur blaſphemari, & tamen in præſenti vita ingratis etiam ſua beneficia non denegat.

f *In multa patientia, in tribulationibus.*] Omnis læſio, tribulatio eſt.

B g *In neceſſitatibus.*] Omne quod neceſſe eſt, feramus vt neceſſe eſt.

h *In anguſtiis.*] Anguſtia, eſt omnis egentia.

i *In plagis, in carceribus, in ſeditionibus, in laboribus.*] Manuum, vel diſcurſuum.

k *In vigiliis.*] Nõ minus mẽtis, quam corporis.

l *In ieiuniis.*] Notandum ieiunia cũ virtutibꝰ numerari.

m *In caſtitate.*] Illa eſt vera caſtitas, quæ nec mente polluitur.

n *In ſcientia.*] Notandum quòd ſcientia ſit inter ſpecies virtutum.

o *In longanimitate.*] id eſt, ſuſtinentia longa.

p *In ſuauitate.* Vt nulli verbis noſtris amaritudinem generemus: & dicatur de nobis. Fauces eius dulcedines, &
C totum deſiderium.

q *In ſpiritu ſancto.*] Dum dignum ei nos habitaculũ præparamus.

r *In charitate non ficta.*] Omnia, quæ nobis volumus facere, aliis faciamus: vt non diligamus verbo, ſed opere & veritate.

ſ *In verbo veritatis.*] Ideſt, in verbo Chriſti: ſi apte proferatur & vere, ne fiat de veritate mendacium.

t *In virtute dei &c.*] In virtute dei, ſiue legis, contra diabolum dimicemus.

u *A dextris & a ſiniſtris.*] Nec proſperis eleuemur, nec frangamur aduerſis.

x *Per gloriam & ignobilitatem.*] Gloriã virtutum, & ignobilitatem carceris.

y *Per infamiam & bonam famam, vt ſeductores & veraces.*] Ab aliis vt veraces laudamur, vt ſeductores ab aliis infamamur: ſicut & ipſe ſaluator appellatus eſt à Iudæis ſeductor: quæ omnia æqualiter ferimus, ne extollant nos laudantes, nec deiiciant detrahentes: quia neceſſe eſt vtramque partem aliquando mentiri. Vnde ad conſcientiam redeuntes, non debemus aliis magis fidem accommodare, quàm nobis.

z *Sicut qui ignoti & cogniti.*] Ignoti perfidis & ingratis, & cogniti à fidelibus & iuſtis. D

a *Quaſi morientes & ecce viuimus.*] Hoc eſt, vſque ad mortem peruenientes: ſicut quando lapidatus eſt, & mortuus æſtimatus, ſurgens docebat in Lyſtris.

b *Vt caſtigati, & non &c.*] Caſtigans caſtigauit me dominus, & morti non tradidit me.

c *Quaſi triſtes, ſemper autem gaudentes.*] Triſtes ſeueritate vultus: corde vero etiam in tribulatione gaudentes.

d *Sicut egentes, multos autem locupletãtes.* In hoc ipſo, quo nobis egemus, aliis abundamus: dum per nos eleemoſynæ fiunt, ſiue terrenis egentes, alios bonis cæleſtibus facimus locupletes. Simul attendendum, quomodo omnia quaſi pati ſe dicit, non tamen pati, vt oſtendat iſta eſſe quaſi imagines paſſionum, ad comparationem præmij ſempiterni.

e *Tanquam nihil habentes, & omnia poſſidentes.* Sicut ait Salomon, eius qui fidelis eſt totus mundus diuitiarum. E Nam excepto quòd omnia noſtra dei ſunt: nemo plus habet, quam qui nullius indiget: Ille vero nihil eget, qui præter neceſſaria nihil requirit. De ſeparatione fidelium ab infidelibus, & quòd omnes ſancti templum ſint dei.

f *Os noſtrum patet ad vos o Corinthij cor noſtrum dilatatum eſt.*] Ita ſumus veſtro profectu prouocati, vt tacere penitus non poſſimus. Profectus enim diſcipuli, aperit os magiſtri. Et cor dilatat atque amplificat, ideſt, facit ſenſibus abundare. Sicut de Salomone ſcriptum eſt. Quia dedit illi deus latitudinem cordis, ſicut arenam maris.

g *Non anguſtiamini in nobis &c.* Non ex nobis ſermonis anguſtia: ſed quia validiorem vos non poteſtis audire doctrinam, ideo ex vobis cauſa procedit anguſtiæ. F

h *Eandem autem habentes remunerationem.*] Si eundem ſuſtinueritis laborem. Aut certe ſi tantum, quantum dicere poſſumus, capiatis.

i *Tanquam filiis dico dilatamini & vos.*] Quaſi filij meo exemplo dilatamini, vt maiora recipiatis. Siue ſacerdotes in doctrina exemplo ſuo præcepit dilatari.

k *Nolite iugum ducere cum infidelibus.*] Nolite illis coniungi, vel æquari: quia iugum ſimul non trahunt, niſi pares, ideſt, nolite pſeudoapoſtolis ſociari, vel his qui in idolio recumbebant.

l *Quæ enim participatio iuſtitiæ &c.* Nulla, ſicut nec cum tenebris luci. Simul oſtendit neminem poſſe eſſe iuſtum & iniuſtum, valde contraria exempla proponens.

m *Quæ autem conuentio Chriſti ad Belial? aut quæ pars fideli cũ infideli?*] Penitus illi non poteſt conuenire. In Belial autem diabolum, ſiue antichriſtum in vocabulo idoli nominauit.

n *Qui autem conſenſus templo dei cum idolis? vos enim &c.*] Idola ipſos homines dicit, qui idola colunt: quia templa ſunt dæmonum, ſicut iuſti templum dei ſunt.

o *Sicut dicit deus: Quoniam inhabitabo in illis.*] Cum vbique ſit deus, tamen in illis proprie habitare ſe dicit: qui

bo in illis,& [a] inambulabo inter eos, [b] & ero illorum deus, [c] & ipſi erunt mihi populus. [d] Propter quod exite de medio eorum, & ſeparamini, dicit dominus,& [e] immundum ne tetigeritis,& [f] ego recipiam vos: & [g] ero vobis in patrem:& vos eritis mihi in filios, & filias, dicit [h] dominus omnipotens.

## CAP. VII.

[i] HAs ergo habentes promiſſiones chariſſimi, [k] mũdem' nos ab omni inquinamento carnis & ſpiritus, [l] perficientes ſanctificationem in [m] timore dei. [n] Capite nos. Neminem læſimus, [o] neminem corrupimus, [p] neminem circumuenimus. [q] Non ad condemnationem veſtram dico. Prædiximus enim, quod in cordibus noſtris eſtis ad commoriendum & ad conuiuendum. [r] Multa mihi fiducia eſt apud vos,multa mihi [ſ] gloriatio pro vobis. [t] Repletus ſum conſolatione: [u] ſuperabundo gaudio in omni tribulatione veſtra. [x] Nam cum veniſſemus in Macedoniam, nullam requiem habuit caro noſtra: ſed [y] omnem tri[illegible]lationem paſſi ſumus. [z] Foris pugnæ: intus timores. [a] Sed qui conſolatur humiles, conſolatus eſt nos deus in [b] aduentu Titi. Non ſolum autem in aduentu eius,ſed etiã in conſolatione, in [c] qua cõſolatus eſt in vobis, [d] referẽs nobis deſideriũ veſtrũ,veſtrũ fletum, [e] veſtrã æmulationẽ pro me, [f] ita vt magis gauderẽ. [g] Quoniã & ſi cõtriſtaui vos in epiſtola,nõ me pænitet. Et ſi pęniteret vidẽs quod epiſtola illa,& ſi ad horam vos cõtriſtauit,nũc gaudeo,nõ quia cõtriſtati eſtis:ſed quia cõtriſtati eſtis ad pænitentiam. [h] Cõtriſtati enim eſtis ſecũdũ deũ, [i] vt in nullo detrimentũ patiamini ex nobis. [k] Quæ enim ſecũdum deũ triſtitia eſt, pęnitentiam in ſalutem ſtabilẽ operatur: [l] ſæculi autem triſtitia,mortem operatur. [m] Ecce enim hoc ipſum ſecundum deum contriſtari vos, quantam in vobis operatur ſolicitudinem,ſed [n] defenſionem,

A eius gratia perfruuntur,& qui mundum ei præparant ſui cordis hoſpitium.

a *Et inter eos ambulabo.*] Omnes eorum ſenſus obtinebo, vel percurram.

b *Et ero illorum deus.*] Deus enim natura omnium eſt,voluntate paucorũ: non enim eſt deus mortuorum, ſed viuorum.

c *Et ipſi erunt mihi populus.*] Qui voluntate ſerui ſunt,nõ natura tantum.

d *Propter quod exite de medio eorum, & ſeparamini, dicit dominus.*] Actu vel conuerſatione vel familiaritate, non loco.

e *Et immundum non tetigeritis.*] Omnis qui peccat, immundus eſt, immũdus enim apud deum omnis iniquus.

f *Et ego recipiam vos.*] Si vos illi eiecerint.

g *Et ero vobis in patrẽ, & vos eritis mihi in filios & filias.*] Si vos parẽtes abdicauerint

B infideles,me patrem habebitis ſempiternum.

h *Dicit dominus omnipotens.*] Addidit omnipotens,ne cui impoſſibile videretur.

### CAP. VII.

i H*As ergo habentes promiſsiones chariſsimi.*] Tantas & tales promiſsiones habentibus,quanto ſtudio mundanda eſt domus talem hoſpitem receptura, & dei filij quomodo debẽt patrem in omnibus iuſtitiæ operibus imitari.

k *Mundemus nos ab omni inquinamento carnis & ſpiritus.*] Inquinamẽtũ carnis eſt, quod per carnem admittitur: Spiritus vero,quod ſola cogita-

C tione peccatur.

l *Perficientes ſanctificationem.*] Tunc erit perfecta ſanctificatio, ſi vtraque munda ſeruentur.

m *In timore dei.*] Non in laude hominum vel timore.

n *Capite nos. Neminem læſimus.*] Accipite quod dicim', ſiue quod viuimus,vt exemplum noſtrum teneatis.

o *Neminem corrupimus.*] Mala doctrina.

p *Neminem circunuenimus.*] Vt eius aliquid tolleremus.

q *Non ad condemnationem veſtrã dico. Prædiximus enim quod &c.*]Non me excuſando,vos tales expono:nõ enim poſſum de vobis hoc ſentire,quos diligo, vt ſuperius commemoraui.

r *Multa mihi fiducia eſt apud vos.*] Multam mihi fiduciam dediſtis loquendi:quia in omnibus obediſtis, ſiue quia multum me à vobis diligi non ignoro.

ſ *Multa mihi gloriatio pro vobis.*] Apud alias eccleſias, de veſtra emendatione mihi applaudo.

t *Repletus ſum conſolatione.*] Poſt multam triſtitiam. Siue ſermo mihi ſuppeditat conſolationem, veſtro prouocatus exemplo & profectu.

u *Superabundo gaudio, in omni tribulatione veſtra.*] In omni tribulatione veſtra tantum gaudeo, vt obliuiſcar omnium preſſurarum.

x *Nam & cum veniſſemus in Macedoniam, nullam &c.*] Oſtendere illis vult, quantam preſſuram magnitudo gaudij ſuperarit. D

y *Sed omnem tribulationem paſsi ſumus.*] Nullum genus tribulationis experti non ſumus.

z *Foris pugnæ: intus timores.*] Pugnæ contra infideles, & timor de fratribus falſis:ſiue timebamus ne ſcandalizarẽtur infirmi.

a *Sed qui conſolatur humiles &c.*] Hoc eſt humiliatos paſsionibus & afflictos.

b *In aduentu Titi. Non ſolum autem in aduentu eius &c.*] Nõ ſolum quia deſideratus aduenit, ſed etiam quia illa nunciauit, propter quæ eius maxime expectabamus aduentum.

c *In qua conſolatus &c.*] Poſt luctum quem pro vobis nobiſcum habebat.

d *Referens nobis &c.*] Pro noſtra contriſtatione, & quorundam peccatis.

e *Veſtram æmulationẽ pro me.*] Quia vice mea æmulati eſtis dei æmulatione peccantes, E ſiue triplex eſt æmulatio, aut imitationis, aut inuidiæ, aut de qua agitur in præſenti.

f *Ita vt magis gauderem.*] Quia non modo correxiſtis vos, ſed etiam amplius profeciſtis.

g *Quoniam & ſi contriſtaui vos in epiſtola, non me pænitet. Et ſi pæniteret videns quod in epiſtola illa &c.*] Et ſi me pænituiſſet, eo quod vos durius corripuerim: tamen veſter facit profect', vt nõ me pæniteat: quaſi ſi dicat medicus, etiam ſi doluiſſet mihi tam ardenti me vſum eſſe cauterio: ſed nunc gaudeo, non quia doluiſtis:ſed quia dolor ille vobis profuit ad ſalutem. F

h *Contriſtati enim eſtis ſecundum deum.*] Non ſecundum ſæculum.

i *Vt in nullo detrimentum patiamini ex nobis.*] Aut noſtra negligẽtia. Aut vt veniẽtes aliquem veſtrum dãnaremus.

k *Quæ enim ſecundum deum triſtitia eſt, pænitentiam in ſalutem ſtabilem operatur.*] Eſt enim pænitentia diabolica aduerſa ſaluti: ſi quis de bono opere pæniteat. Stabilem operatur: ſtabilem ſalutem ſiue permanentem pænitentiam. De propitiatu enim peccatorum,non debemus eſſe ſine metu.

l *Sæculi autem triſtitia mortem operatur.*] Sæculi triſtitia eſt, aut de amiſsis rebus propriis, aut de alienis non inuaſis dolere,vel de alterius felicitate torqueri. Secundum deũ vero triſtitia eſt:ſiue ſua,ſiue aliena lugere commiſſa.

m *Ece enim hoc ipſum ſecundum deum contriſtari vos, quantam in vobis operatur ſolicitudinem.* Hoc ipſum quod modo factum eſt,poteſt vos docere: quid ſit inter vtramque triſtitiam.

n *Sed defenſionem.*] Quidam habent,ſed excuſationem, in Græco autem ἀπολογίαν, ideſt, ſatisfactionem præcepti



nem, [a] ſed indignationem,ſed [b] timorẽ, ſed [c] deſiderium,ſed [d] æmulationẽ, ſed [e] vindictã. In [f] omnibus exhibuiſtis vos incontaminatos eſſe negotio. [g] Igitur & ſi ſcripſi vobis, nõ propter eũ qui fecit iniuriam: nec propter eũ qui paſſus eſt:ſed ad [h] manifeſtandã ſolicitudinẽ noſtrã quã habemus pro vobis coram deo. [i] Ideo quoque cõſolati ſumus. In [k] cõſolatione autẽ noſtra abundantius magis gauiſi ſumus ſuper gaudio Titi:quia refectus eſt ſpiritus eius ab omnibus vobis. [l] Et ſi quid apud illũ de vobis gloriatus ſum, [m] nõ cõfuſus ſum: ſed ſicut omnia vobis in veritate locuti ſum': ita & [n] gloriatio noſtra quæ fuit ad Titũ, veritas facta eſt. [o] Et viſcera eius abũdanti' in vobis ſunt,reminiſcẽtis omniũ veſtrũ obediẽtiã, [p] quomodo cũ timore, & tremore excepiſtis illum. [q] Gaudeo quod in omnibus confido in vobis.

## CAP. VIII.

[r] NOtã autẽ facimus vobis fratres gratiam dei,quæ data eſt in eccleſiis Macedoniæ,& [ſ] quòd in multo experimento tribulationis abundantia gaudij ipſorum fuit, [t] & altiſſima paupertas eorũ abundauit in diuitias ſimplicitatis eorũ. [u] Quia ſecundũ virtutẽ teſtimoniũ illis reddo,& ſupra virtutẽ volũtarij fuerũt, [x] cũ multa exhortatione obſecrantes nos gratiã & cõmunicationẽ miniſterij, quod fit in ſanctos. [y] Et non ſicut ſperauimus, ſed ſemetipſos dederũt primum domino, deinde nobis [z] per voluntatem dei, ita vt [a] rogaremus Titum, vt quemadmodum cæpit, ita & perficiat in vobis etiã gratiã iſtã. [b] Sed ſicut in omnibus abũdatis fide,& ſermone & ſciẽtia, & in omni ſolicitudine, inſuper & charitate veſtra in nos, [c] vt & in hac gratia abundetis. [d] Nõ quaſi imperãs dico:ſed per aliorũ ſolicitudinem etiã veſtræ charitatis ingenium bonum cõprobans. [e] Scitis enim gratiã domini noſtri Ieſu Chriſti: quoniã propter vos egen' factus

A pti ſcilicet dicit. Quidam dicunt, hoc loco, ſed præpoſitionem in Latino eſſe ſuperfluam. Apud Gręcos vero cõſequentiam, ſtructuræ eſſe ſermonis.

a *Sed indignationem.*] Contra peccantes, non negligentiam.

b *Sed timorem.*] Timorem doni, non ſecuritatem.

c *Sed deſiderium.*] Non faſtidium, ſed deſideriũ noſtrũ.

d *Sed æmulationem.*] Contra peccantes,ne vltra peccarẽt, non remiſsionem.

e *Sed vindictam.* Nõ veniam nociuam, ſed vindictam ſalutarem.

f *In omnibus exhibuiſtis vos incontaminatos eſſe negotio.*] Probaſtis vos immunes à culpa: contaminatus enim auctoritatem nõ habet vindicandi.

g *Igitur & ſi ſcripſi vobis non propter eum qui fecit iniuriam,*

B *nec propter eum qui paſſus eſt.*] Non propter eum qui patri fecit iniuriam tantum, nec propter ipſum ſolummodo patrem ſcripſi. Poteſt & ita dici. Non propter eum qui excõmunicauit neque propter eum qui eiectus eſt ſcripſi: neque enim per me hæc ſola emendata vel correpta eſt cauſa.

h *Sed ad manifeſtandam ſolicitudinem &c.* Ne putetis nos aliquid poſſe latere, dũ pro vobis ſumus nimia cura ſoliciti.

i *Ideo quoque conſolati ſumus.* Quia vos caſtos probatis eſſe in negotio.

k *In conſolatione autem noſtra abundantius magis gauiſi ſumus &c.*] In hoc autem amplius gratulati ſumus, quod

C ita à vobis Titi ſpiritus eſt refectus, vt nũquàm de eius mẽte poſsitis recedere. Profectus quippe diſcipulorũ, ſpiritualia gaudia ſunt magiſtrorum.

l *Et ſi quid apud illum de vobis gloriatus ſum.*] Quaſi peritus medicus agit: qui vulnus iam propè ſanatum, blandis vnctionibus fouet, vt facillius cauterij vſtura ſanetur.

m *Non ſum confuſus &c.*] Confuſionem non habet gloria de profectu.

n *Ita & gloriatio noſtra quæ fuit ad Titum, veritas facta eſt.*] De rebus iuſtis, non vanitatis, ſed veritatis eſt gloriatio.

o *Et viſcera eius abundantius in vobis.*] Omnia vos affectuum eius membra deſiderant, vt oculi præſentiam, aures ſermonem, os colloquium expectet.

p *Quomodo cum timore &c.*] Obedientiã fidelẽ deſcripſit: qui enim ex charitate obedit, timet cõtriſtareque diligit.

q *Gaudeo quod in omnibus confido in vobis.*] Feciſtis me gaudere,quia de obedientia veſtra nunquam potui hæſitare, & de miniſterio in ſanctos.

### CAP. VIII.

r N*Otam autem facimus vobis fratres gratiam dei &c.*] Cauſam inchoat de collectis, & exemplo eccleſiarum illarum,eos ad pænitẽtiam & eleemoſynam prouocat,vt non putarent ſibi graue, quod pauperiores videant iam feciſſe. D

ſ *Quod in multo &c. gaudij ipſorum fuit.*] Tunc maxime gaudent, quando fuerint tribulati ſcientes apoſtolos contumeliam in concilio paſſos pro nomine Chriſti, publica lætitia fuiſſe gauiſos.

t *Et altiſsima pau. &c.*] Multum quidem in terrena facultate ſunt pauperes, ſed in magna ſimplicitate ſunt diuites, plus cupientes dare quam habent,ac propterea deus animum magis probat quã quod dextera porrigit. Qui enim quantum poteſt facit, totum fecit, ſimiliter diues & pauper,quãuis diues amplius dare videatur.

u *Quia ſecũdum virtutẽ &c.*] Verbis præpoſteris hoc dicit. Teſtimonium illis reddo, quod ſecũdum vires facientes, ſupra virtutem voluntarij fuerunt. E

x *Cũ multa exhortatione &c*] Multum ſuadentes nos,rogauerunt, vt gratanter quæ offerebant ſuſciperemus in miniſterium ſanctorum.

y *Et non ſicut ſpe &c.*] Amplius quã ſperabamus fecerunt, non contenti ſua dare, ſed ſeipſos primo domino tradiderunt, deinde nobis, hoc eſt, deus videt voluntatem eorum, nos effectum.

z *Per voluntatem &c.*] Non vt nobis placerẽt ſine domini voluntate.

a *Ita vt rogaremus Titũ &c.*] Illorum deuotione accenſi ſumus mittere eum ad vos, vt doctrina & diſpoſitione ſua, etiam hoc in vobis perficiat,ne quid minus cæteris habeatis. De collaudatione F Corinthiorum & æqualitate,prout quiſque habuit, & de miniſterio quod fit in ſanctos agit.

b *Sed ſicut in omnibus abundatis fide & ſermone & ſciẽtia: & in omni ſolicitudine &c.*] Nota cum fide ſcientiam eſſe laudabilem.

c *Vt & in hac gratia abundetis.*] Ne cum in aliis vindicatis,in hoc ab aliis ſuperemini.

d *Non quaſi imperans dico,ſed &c.*] Non impero nec exigo, ſed cõſilium do,vt ſicut in multis formam aliis præbetis, ita & in iſto opere faciatis. Eſt enim vobis ſic ingenita pietas,vt ab aliis eam diſcere minime egeatis.

e *Scitis enim gratiã domini noſtri Ieſu Chriſti: quoniam propter vos egenus factus eſt, cum eſſet diues,vt illius inopia vos diuites eſſetis. Et conſilium in hoc do. Hoc enim vobis vtile eſt.*] Non ignoratis dei filium propter vos pauperem factum: qui vniuerſorum erat conditor & dominus:vt eius exemplò bonis cæleſtibus ditaremini. Si ergo ille propter vos tẽporalia vniuerſa cõtempſit,quanto magis vos dare debetis parua,nõ veſtra,imò ſua ei reddere? Ipſi enim datur,quicquid eius cauſa porrigitur. Simul & contra Fotinũ facit,

factus eſt cum eſſet diues, vt illius inopia vos diuites eſſetis, & conſilium in hoc do. Hoc enim vobis vtile eſt, [a] qui non ſolum facere, ſed & velle cœpiſtis ab anno priore. [b] Nunc vero & facto perficite, vt quemadmodũ prõptus eſt animus voluntatis, ita ſit & perficiendi ex eo quod habetis. [c] Si enim voluntas prompta eſt ſecundum id quod habet, accepta eſt, non ſecundum id quod non habet. [d] Non enim vt aliis ſit remiſſio, vobis autem tribulatio, ſed ex æqualitate in præſenti tempore, [e] veſtra abundantia illorum inopiã ſuppleat, vt illorum abundantia veſtræ inopiæ ſit ſupplementum, vt fiat æqualitas, ſicut ſcriptũ eſt. [f] Qui multum habuit non abundauit, & qui modicum nõ minorauit. [g] Gratias autem ago deo qui dedit eandem ſolicitudinem pro vobis in corde Titi, quoniam exhortationem quidem ſuſcepit: ſed cum ſolicitior eſſet ſua voluntate profectus eſt ad vos. [h] Miſimus autem cum illo fratrem noſtrum, cuius laus eſt in euangelio per omnes eccleſias. [i] Nõ ſolum autem ſed & ordinatus eſt ab eccleſiis comes peregrinationis noſtræ in hanc gratiam, quæ miniſtratur à nobis ad [k] domini gloriã, & deſtinatam volũtatem noſtram. Deuitãtes hoc, ne quis nos vituperet in hac plenitudine, quæ miniſtratur à nobis in domini gloriam. [l] Prouidemus enim bona, non ſolum coram deo, ſed etiam coram hominibus. [m] Miſimus autẽ cum illis & fratrem noſtrum, [n] quem probauimus, in multis ſæpe ſolicitum eſſe. [o] Nunc autem multo ſolicitiorem confidentia multa in vos: [p] ſiue pro Tito qui eſt ſocius meus, & in vobis adiutor, ſiue fratres noſtri apoſtoli eccleſiarum gloriæ Chriſti. [q] Oſtenſionem ergo, quæ eſt charitatis veſtræ & noſtræ gloriæ pro vobis in illos oſtendite in faciem eccleſiarum.

## CAP. IX.

Nam de miniſterio quod fit in ſanctos, ex abundanti eſt mihi ſcribere vobis. Scio enim promptum animum veſtrum, pro quo de vobis glorior apud Macedones, [r] quoniã & Achaia parata eſt ab anno præterito, [ſ] & veſtra æmulatio prouocauit plurimos. [t] Miſimus autem fratres, vt ne quod gloriamur

A quod prius quàm pauper fieret Chriſtus, diues erat, quia habitabat in patre.

a *Qui non ſolum facere, ſed & velle cœpiſtis ab anno priore.*] Oſtendit quoſdam poſſe facere non volentes, cũ aut importunitas petentis, aut auctoritas præcipientis exigeret.

b *Nunc vero & facto perficite, vt quemadmodum promptus &c.* Quod voluntarie incœpiſtis, implete. Omnis enim boni operis finis eſt expetẽdus. Quia ſicut factum inuiti, acceptum non eſt: ita voluntas infructuoſa eſt, habẽtibus eam ſine facto.

c *Si enim voluntas prompta eſt ſecundum id quod habet, accepta eſt &c.*] Ne puteris me aliquem ſupra vires cogere, aut tantum in hac cauſa à paupere quantum à diuite expetere. Omnes æqualiter dabũt, vnuſquiſque tãtum dederit, quantum poteſt, non ſecundum quod non habet. Hoc & Tobias dicebat ad filium. Prout habueris fili fac eleemoſynam.

Tob.4. d *Nõ enim vt aliis ſit remiſſio,*
B *vobis autẽ tribulatio, ſed ex &c.*] Non dico vt vobis nihil ſeruetis, ſed quod quidem vtriſque ſufficiat.

e *Veſtra abundantia, illorum inopiam ſuppleat, vt & illorum abundantia veſtræ &c.*] Date illis carnalia, vt & illi vacantes, poſſint vobis reddere ſpiritualia. Iſti enim duo gradus ſine alterutro eſſe non poſſunt: iam enim ille perfectus non erit de carnalibus cogitando quàmuis miſericors, cum non habet cui dare, vel quomodo dare doceatur.

f *Qui multum habuit non abundauit, & qui modicum non minorauit.* De manna hoc dicitur, quod accepit populus
C in deſerto, cuius exemplo docemur quòd omnis ſuperabundantia generet vermes. Simul & oſtenditur quæ deus dat, omnibus æqualia eſſe debere. Et propter huius teſtimonij auctoritatem, vult nobis Apoſtolus præſentia omnia eſſe cõmunia, vt & perfecti doctrinam non abſcondant, & habentes ſubſtantiam mundi, non denegent eis victum.
Matt.10.b Dignus eſt enim operarius cibo ſuo.

g *Gratias autem ago &c.*] Gratia quidem exhortationis, & voluntate propria feſtinauit, vt mercedem haberet, non inuitus quaſi ei ſit credita diſpenſatio.

h *Miſimus autem cum illo &c.*] Hoc de Luca intelligitur: quia laudẽ in euangelio conſcribẽdo videtur habere præ cæteris: qui etiã actus apoſtolorũ prçter euãgelia ſcripſit.

i *Non ſolum autem, ſed ordinatus eſt ab eccleſiis &c.*] Teſtimonio eccleſiarum idoneum eum & probatum fuiſſe, demonſtrat. D

k *Ad domini gloriam, & deſtinatam voluntatem noſtram.* (*Propoſitam ſiue paratam.*) *Deuitantes hoc, ne quis nos vituperet in hac plenitudine &c.* Ne quis dicat: quomodo Chriſtus legem impleuit, cum videamus Chriſtianos, non tantam eleemoſynam facere, quãta fieri in lege præceptum eſt?

l *Prouidemus enim &c.*] Nihil enim propter humanam gloriam facimus: ſed tamen nolumus vt per nos aliquis ſcandalum merito patiatur, ſed vt omnes videntes opera noſtra bona, magnificẽt patrem noſtrum.

m *Miſimus autem cum illis & fratrem noſtrum.* Quidam hoc de Apollo aſſerunt dictum.

n *Quem probauimus in multis ſæpe ſolicitum eſſe.*] Timonium illi dat, vt facilius audiatur.

o *Nunc autem ſolicitiorẽ multo &c.*] Multo nunc ſolicitiorem comprobamus eum propter vos: quia veſtra obedientia prouocatur, ſiue quia adiuti à Tito, ſiue quia per ſeipſum comprobauit. E

p *Siue pro Tito qui eſt ſocius meus & in vobis adiutor: ſiue fratres noſtri &c.*] Quod dicit, hoc eſt. Tam Titi cauſa qui eorum obediẽtiam collaudauerat: quàm eorum qui ad ipſum fuerant pariter deſtinati: ita ſe exhiberent, vt & charitatis ſynceritatem, & apoſtolicæ præ ipſis gloriæ veritatem in conſpectu omnium comprobarent.

q *Oſtenſionem ergo quæ eſt charitatis veſtræ & noſtræ gloriæ, pro vobis in illos oſtendite in faciem eccleſiarum.*] Vt videant verum eſſe quod dicitur in omnibus eccleſiis de veſtro profectu. Siue aliter, oſtendite charitatem veſtram, de F qua coram omnibus eccleſiis gloriamur.

### CAP. IX.

*Nam de miniſterio quod fit in ſanctos, ex abundanti eſt mihi ſcribere vobis. Scio enim &c.* Mutare videtur ſanctos, hic ſenſum, & ideo quidam dicunt eum ſuperius de laicis dixiſſe, hic vero de ſacerdotibus ſanctis. Alij vero aiunt eum de eleemoſynis hucuſque tractaſſe, modo autem de miniſterio verbi cõmoñere: quod ſanctificatis per baptiſmum exhibetur. Hi vero duo ſenſus vſque ad finem cauſæ diligenter vtrique ſunt colligendi.

r *Quoniam & Achaia parata eſt ab anno præterito.*] Tota prouincia cuius caput eſtis, per nos ad hoc miniſterium prouocata eſt.

ſ *Et veſtra æmulatio prouocauit plurimos.*] Hic æmulatio pro imitatione ponitur.

t *Miſimus autem fratres, vt ne quod gloriamur de vobis, euacuetur*



riamur de vobis, euacuetur in hac parte, vt [a] quemadmodum dixi parati ſitis, ne cum venerint Macedones mecum, & inuenerint vos imparatos, erubeſcamus nos, vt non dicamus vos in hac ſubſtantia. [b] Neceſſarium ergo exiſtimaui rogare fratres, vt præueniant ad vos, & præparent repromiſſam benedictionem hanc paratam eſſe: [c] ſic quaſi benedictionem, non quaſi auaritiam. Hoc autem dico. Qui parce ſeminat, parce metet. Et qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Vnuſquiſque prout deſtinauit in corde ſuo, non ex triſtitia aut ex neceſſitate. [d] Hilarem enim datorem diligit deus. [e] Potens eſt autem deus, [f] omnem gratiam abundare facere in vobis, vt in [g] omnibus ſemper omnem ſufficiẽtiam habentes, abundetis in omne opus bonum, ſicut ſcriptum eſt. [h] Diſperſit, dedit pauperibus, [i] iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi. [k] Qui autem adminiſtrat ſemen ſeminanti, & panem ad manducandum præſtabit. [l] Et multiplicabit ſemen veſtrum, & [m] augebit incrementa frugum iuſtitiæ veſtræ, [n] vt in omnibus locupletati abundetis in omnem ſimplicitatem, quæ operatur per nos gratiarum actionem deo. [o] Quoniam miniſterium huius officij nõ ſolum, ſupplet ea quæ deſunt ſanctis, ſed etiam abundat per multas gratiarum actiones in domino, [p] per probationem miniſterij huius, glorificantes deum in obedientia confeſſionis veſtræ, in euangelio Chriſti & [q] ſimplicitate communicationis veſtræ in illos, & in omnes, & in ipſorum obſecratione pro vobis, [r] deſiderãtiũ vos propter eminẽtem gratiam dei in vobis. Gratias [ſ] ago deo ſuper inenarrabili dono eius.

## CAP. X.

[t] Ipſe autem ego Paulus, obſecro vos per manſuetudinẽ & modeſtiã Chriſti: [u] qui in

A *cuetur in parte.*] Superius memoratur. Qui vos commoneant ne aliter inueniant, in parte doctrinæ, ſiue miniſterij quàm putabam.

a *Vt quemadmodum dixi parati ſitis, ne cum venerint &c.*] Si nos erubuerimus quaſi falſo gloriantes, quanto magis vos & pro veſtra negligentia, & pro noſtro rubore? Multa enim confuſio eſt, ſi quis pro eo qui eum diligit, erubeſcat.

b *Neceſſarium ergo exiſtimaui rogare fratres, vt præueniant ad vos, & præparent repromiſſam benedictionem &c.*] Siue a benedicendo, ſiue quia per humanitatem eorum benedictio naſcitur dei.

c *Sic quaſi benedictionem non quaſi auaritiam.*] Benedictio erit ſi grato animo tribuatur.

d *Hilarem enim datorem diligit deus.*] Auarus autem hilariter dare non nouit. In
B ſcientia autem auarus eſt, qui ſenſum non vult implere quem cœpit. Vnde dominus neminem in via ſalutare præcepit, hoc eſt, nulli tranſitorie verbum annunciare ſalutis. Hoc eſt autẽ qui parce ſeminat, pãrce & metet. Contra Iouinianum etiam hic locus facit, vbi meritorum gradus eſſe monſtrantur. Et qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Econtrario ergo in maledictione ſeminãs, inde & metet, ſicut ſcriptum
Eccl.7.a eſt. Non ſemines mala in ſulcis iniuriæ, & non metes ea ſeptuplum. Vnuſquiſque prout deſtinauit in corde ſuo, ideſt voluntarius non
C coactus, non ex triſtitia aut ex neceſſitate: hilarem enim datorem diligit deus, ſecundum ſapientiam Salomonis. Et in omni da-
Eccl.35.b to, hilarem fac vultum tuũ, Si autem de ſcientia intelligitur, hilarem in labore ſuo vult eſſe doctorem, ſicut de ſe alibi dicit. Si enim volens hoc ago, mercedem habeo, & reliqua.

e *Potens eſt autem deus.*] Siue ne inopiam formidarent, ſiue gratuitum donum ſapientiæ.

f *Omnem gratiam abundare facere in vobis.*] Gratiam naſcentiæ, quia exinde per opera veſtra, deo gratiæ referuntur. A fructu enim frumenti, vini, & olei ſui multi-
Pſal.4.b plicati ſunt.

g *Vt in omnibus ſemper omnem ſufficientiam habentes &c.*] Ita vt tam carnalium miſericordiarum quàm ſpiritualium, ideſt, doctrinarum opus bonum poſſetis implere, ſicut ſcriptum eſt.

h *Diſperſit, dedit pauperibus.*] Siue ſenſu pauperibus, ſiue ſubſtantia, ſicut ſuperius ait, illorum abundantia, veſtræ inopiæ ſit ſupplementum.

i *Iuſtitia eius manet in æternum.*] Rebus temporalibus, æterna iuſtitia comparatur.

k *Qui autem adminiſtrat ſemen ſeminanti, & panem ad manducandum præſtabit.*] Hoc ait. Quod deus qui velle eis præſtitit, etiam facere perficiat in vobis. Hoc eſt, deus qui tibi dedit vnde diſpenſes, eſurientem minime patietur. Si autem ad ſemen verbi referas. Qui dedit officium docendi, præſtabit & eſcam tibi, modo ad hoc ſolum vacare velis. D

l *Et ſemen veſtrum.*] Humilitatis vel ſermonis.

m *Et augebit incrementa frugum iuſtitiæ veſtræ.*] Fruges iuſtitiæ, ſunt facultates, cum de eis fit iuſtitia. Cum vero aut inique congregantur, aut ad auaritiam vel ſuperbiam poſſidentur, fruges iniquitatis fiunt. Pretio enim grauãs triticum in populo maledicitur, ſiue fruges iuſtitiæ, ſermones ſunt dei. De fructu enim laborũ Sap.3.d ſuorum ſatiabitur ſapiens.

n *Vt in omnibus locupletati abundetis in omnem ſimplicitatem, quæ operatur per nos gratiarum actionem deo.*] Vt ſine diſcretione omnibus ſimpliciter indigentibus tribuatis. Non quærentes cui, ſed E quare debetis.

o *Quoniam miniſterium huius officij non ſolum &c.*] Duplicem poteſtis habere mercedem, & perfectionẽ ſanctorum & gratiarum in domino actiones. Aliter Non ſolum docet ſanctos, ſed domino gratias agit, qui nos tãta ſapientia erudiuit.

p *Per probationem miniſterij huius &c.*] Per hoc miniſterium eſſe probamini Chriſtiani, magnificantes deum per operum confeſſionem, ſicut econtrario alij factis negare dicuntur. Aliter, Perfecte docetis & oſtenditis diuinum eſſe, in quo deum per obedientiam magnificatis.

q *Et ſimplicitate &c.*] In F omnes ſimpliciter tribuentes ſiue docentes bona, quæ communicatis potius quam donatis, certi vos cum multiplici ea fœnore recepturos. Hæc omnia operatur adminiſtratio huius officij, quæ etiam in hoc abundat.

r *Deſiderantium vos propter eminentem gratiam dei in vobis.*] Quis autem non deſideret talem propter gratiã ſiue ſciẽtiæ ſiue miſericordiæ cæteris eminentem.

ſ *Gratias deo ſuper inenarrabili dono eius.*] Qui tantam nobis gratiam pietate ſua conferre dignatus eſt. De armis carnalibus & ſpiritualibus, & de Apoſtoli poteſtate, & de his qui ſeipſos commendare conantur.

### CAP. X.

t *Ipſe autem ego Paulus obſecro vos per manſuetudinẽ &c.*] Ea vos mãſuetudine rogo, qua Chriſtus, cũ ſe poſſet de iniurioſis vlciſci, noluit, vt vel ſero ſe corrigerent.

u *Qui in facie quidem humilis ſum inter vos, abſens &c.*] Semper ſanctorum præſentia, per nimiam humilitatem, minus intelligentibus poteſt eſſe contemptui. Abſentes vero, ſi neceſſe fuerit, confidenter ſuam indicant poteſtatem. Qui præſentes ſic ſunt, quaſi nihil poſſint habere

in facie quidem humilis ſum inter vos, abſens autẽ confido in vobis. [a] Rogo autem vos, ne præſens audeam [b] per eã confidentiam qua exiſtimor audere in quoſdam: [c] qui arbitrantur nos tanquam ſecundum carnem ambulemus. [d] In carne enim ambulantes, non tamen ſecũdum carnẽ militamus. Nam arma militiæ noſtrę non carnalia ſunt: ſed potẽtia deo, ad [e] deſtructionẽ munitionum conſilia deſtruentes, & [f] omnem altitudinẽ extollentem ſe aduerſus ſcientiam dei, & in [g] captiuitatem redigẽtes omnẽ intellectũ in obſequium Chriſti, & in [h] promptu habentes vlciſci omnem inobedientiam, cum impleta fuerit veſtra obedientia. [i] Quæ ſæcundũ faciẽ ſunt videte. [k] Si quis confidit Chriſti ſe eſſe, hoc cogitet iterum apud ſe: quia ſicut & ipſe Chriſti eſt, ita & nos. [l] Nam & ſi amplius aliquid gloriatus fuero de poteſtate noſtra, quam dedit nobis dominus in ædificationem, & [m] non in deſtructionẽ veſtram, non erubeſcam. [n] Vt autem non exiſtimer tanquàm terrere vos per epiſtolas: quoniam quidem epiſtolæ, inquiunt, graues ſunt & fortes, præſentia autem corporis infirma & ſermo contemptibilis, [o] hoc cogitet qui eiuſmodi eſt: quia quales ſumus verbo per epiſtolas abſentes, tales & præſentes in facto. [p] Non enim audemus inſerere aut comparare nos quibuſdam qui ſeipſos commendant, ſed & ipſi in [q] nobis noſmetipſos mẽtientes, & [r] cõparantes noſmetipſos nobis. [ſ] Nos autẽ non in immenſum gloriabimur, ſed ſecundũ menſuram regulæ, qua menſus eſt nobis deus mẽſuram pertingendi vſque ad vos. Non enim quaſi non pertingentes, ad vos ſuperextendimus nos. Vſque ad [t] vos enim peruenimus in euangelio Chriſti, [u] non in immenſum gloriantes in alienis laboribus. [x] Spem autem habentes creſcentis fidei veſtræ in vobis magnificari ſecundum regulam noſtram in [y] abundãtia, etiã in illa quæ vltra vos ſunt euãgelizare, nõ in [z] aliena regula in his quæ præparata ſunt gloriari. [a] Qui autẽ gloriatur, in domino glorietur. Nõ enim [b] qui ſeipſum comẽdat, ille probatus eſt, ſed quem deus commendat.

## CAP. XI.

[c] VTinam ſuſtineretis modicum quid inſipientiæ meæ: ſed & ſupportate me, [a] Aemu-

A virtutum, ſi tamen nihil delicti repererint in ſubiectis.

a *Rogo autem vos ne præſens audeam.*] Ita agite ne mihi neceſſe ſit manifeſtare virtutem.

b *Per eam confidentiam qua exiſtimor audere in quoſdam.* Nam omnis exiſtimatio facta eſt, ſicut eſt. Puto autem quod & ego ſpiritum dei habeam.

c *Qui arbitrantur nos tanquam ſecundum carnem ambulemus.*] Qui putãt nos nihil amplius cæteris hominibus habere virtutis.

d *In carne enim ambulantes, non tamen ſecundum carnem militamus &c.*] In corpore videmur incedere, ſed vt dei miniſtri ſpiritualiter militamus. Arma quippe militiæ noſtræ non ſunt facta de ferro, nec manu hominis fabricata ſunt, ſed potentia dei, qua plus vel verbo agas, quã alij homines carnalibus armis.

B e *Ad deſtructionem munitionum conſilia deſtruentes.* Muniunt enim & circũdant doctrinam ſuam falſi doctores aſtutiæ argumentis, quas aereas poteſtates Apoſtolus deſtruit virtute gratiæ ſpiritualis, ſicut illum Magum vias domini peruerſis diſputationibus ſubuertentẽ Paulus verbo cæcauit. Item cogitationes aduerſariæ quæ aduerſus Chriſtũ ſuggeruntur, deſtruendas dicit. *Act.13.b*

f *Et omnem altitudinem extollentem ſe aduerſus ſciẽtiam dei.*] Quid tam ſuperbum quàm diuinis contraire doctrinis?

g *Et in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obſequium Chriſti.*] Illos deſtruimus qui ſub nomine obſequij Chriſti, omnem intellectum ſen-

C tentiæ cupiunt captiuare.

h *Et in promptu habentes vlciſci omnem inobedientiam &c.*] Parati ad vlciſcẽdum omnẽ inobedientiam, cum impleta fuerit obedientia. Hoc dicit Apoſtolus, modo paratum ſe eſſe vlciſci omnem inobedientiam, cum ea quæ præcipiuntur impleuerint. Item cum iam veſtra per nos obedientia fuerit impleta, illi non audiantur poteſtatem ſe vindicandi accepiſſe a domino, quia mentiuntur.

i *Quæ ſecundum faciem ſunt videte.*] Hoceſt, ab illis qui in facie gloriantur cauete. Tam manifeſta eſt rei probatio, vt faciliima ſit intellectu. Siue ab his hypocritis vobis cauete, qui in præſentia gloriantur.

k *Si quis confidit Chriſti eſſe &c.*] Nemo tam ſtultus eſt, quam qui ſe ſolum Chriſti eſſe gloriatur.

l *Nam & ſi amplius aliquid gloriatus fuero de poteſtate noſtra &c.* Nam & ſi me magis poteſtatem a Chriſto accepiſſe dixero, quam cæteros, vt Apoſtolus, non erubeſcam: quia verum dico, & non gloriæ ſed ædificationis cauſa compulſus hæc facio.

D m *Et non in deſtructionem veſtram, non erubeſcam.*] Vnam illi & vſurpatam & in deſtructionem exercere cupiunt poteſtatem.

n *Vt nõ exiſtimer quaſi terrere vos per epiſtolas &c.*] Hoc ideo dico, ne quis me putet illa comminari, quæ implere nõ poſſum, vt de me iactant deceptores.

o *Hoc cogitet qui eiuſmodi eſt &c.*] Qui putat hoc, ſciat omnia me poſſe facere, ſi neceſſe ſit, quæ promitto. Nam obedientibus per humilitatem infirmus, & peccãtibus per ſeueritatem fortis exiſto.

p *Non enim audemus inſerere &c.*] Ideſt, non debemus ita deum contemnere, vt coæquemur aliquibus, qui ſuis laudibus malunt quàm dei gratia commendari, nec de nobis poſſumus maiora iactare quam ſumus.

q *Sed & ipſi in nobis &c.*] Non excidimus mẽſuræ noſtræ terminos. E

r *Et comparantes noſmetipſos nobis.*] Non minoribus, ſicut cum illi nihil ſint, apoſtolis ſe nõ modo æquales faciũt, ſed etiam anteponunt.

ſ *Nos autem non in immenſum &c.*] Nihil ſupra mẽſuram humanam facimus, ſed in apoſtolatus gratia, quantum nobis dominus donare dignatus eſt, per quam vobis Corinthij prædicamus: nec enim hoc vſurpatione fecimus, ſed præcepto.

t *Vſque ad vos enim peruenim[us] in euangelio Chriſti.*] Non noſtro, vt illi qui prædicãdo ſe, ſuum euangelium faciunt.

u *Non in immenſum &c.*] Immenſum eſt in alienis laboribus gloriari. Illi autẽ ſemper ad fideles ibãt, qui ſigna minime quærebant. F

x *Spem autem habentes &c.*] Qui nõ munera a vobis, ſed mercedem a deo veſtrę fidei expectamus.

y *In abundantia illa quæ vltra vos ſunt euangelizare.*] Ideſt, non enim vſque ad vos ſufficit peruenire, ſed cum veſtra fides creuerit, aliò tranſiemus.

z *Non in aliena regula in his &c.*] Sicut illi de præparatis iam ab aliis impudenter gloriantur.

a *Qui autem gloriatur, in domino glorietur.*] Iam gloriari in domino exhortatur, cuius virtutes in eo operatæ ſunt.

b *Non enim &c.*] Seipſum commendat qui ipſe laudat ſe. Illum vero dominus commendat, qui ſignorum virtutibus commendatur.

CAP. XI.

c *VTinam ſuſtineretis &c.*] Suſtinete me, quia multum ſuſtinere conſueuiſtis imprudentiam meam. Ideo inſipien-



[a] Aemulor enim vos dei æmulatione. Deſpõdi enim vos vni viro, virginem caſtam exhibere Chriſto. [b] Timeo autem, ne ſicut ſerpens Euam ſeduxit aſtutia ſua: ita corrumpantur ſenſus veſtri, & [c] excidãt a ſimplicitate, [d] quæ eſt in Chriſto Ieſu. Nam ſi is [e] qui venit, alium Chriſtum prædicat quem non prædicauimus, aut alium ſpiritum accipitis quem non accepiſtis, aut aliud euangelium quod non recepiſtis, recte pateremini. [f] Exiſtimo enim nihil me minus feciſſe à [g] magnis apoſtolis. [h] Nam & ſi imperitus ſermone, ſed non ſciẽtia. In [i] omnibus autem manifeſtus ſum vobis [k]. Aut numquid peccatum feci meipſum humilians, vt vos exaltemini? [l] Quoniam gratis euangelium dei euangelizaui vobis, [m] alias eccleſias expoliaui, accipiens ſtipendium ad miniſterium veſtrum. Et [n] cum eſſem apud vos, & egerem, nulli oneroſus fui. [o] Nam quod mihi deerat, ſuppleuerunt fratres qui venerunt de Macedonia, & in [p] omnibus ſine onere me vobis ſeruaui, & ſeruabo. [q] Eſt veritas Chriſti in me: [r] quoniam hæc gloriatio non infringetur in me in regionibus Achaiæ. [ſ] Quare? Quia non diligo vos. Deus ſcit: [t] Quod autem facio & faciam, vt amputem occaſionem eorum qui volunt occaſionem, vt in quo gloriantur, inueniantur ſicut & nos. Nam [u] eiuſmodi pſeudoapoſtoli ſunt, [x] operarij ſubdoli, transfigurantes ſe in apoſtolos Chriſti. [y] Et nõ mirum. Ipſe enim ſatanas trãfigurat ſe in angelum lucis. [z] Non ergo eſt magnũ ſi miniſtri eius trãsfigurentur velut miniſtri iuſtitiæ, [a] quorum finis erit ſecundum opera eorum. [b] Iterum dico ne quis putet me inſipientem eſſe. Alioquin

A inſipiẽtem ſe dicit: quia illi neceſſe erat, aliqua de ſe dicere, licet vera, vt oſtendat quam vere inſipientes ſunt qui falſo ſe laudant. Sed & ſupportate me.

a *Aemulor enim vos dei æmulatione. Deſpondi enim vos &c.*] Ideſt, non ſtimulo liuoris inflammor, ſed vos tanquàm pater diuina æmulatione cuſtodio, vt poſſim vos immaculatos Chriſto coniũgere: tanto maiore ſtudio conuerſatos, quanto meliori eſtis ſponſo iungendi.

b *Timeo autem ne ſicut ſerpens Euam ſeduxit aſtutia ſua &c.*] Serpens Euam de deo mentiendo ſeduxit, affirmans ſolam deum comminatum eſſe mortem, nec eſſe iam illaturum. Ita & pſeudoapoſtoli aſſerebant ideo euangelij præcepta addita, vt vel ſic lex antiqua ſeruaretur, & eã ſolam ſufficere cuſtoditam perquirũt æmulatores. Iam nunc ſerpens ſimiliter quoſdam ſeducit, gehennam pro-

B pter ſolum terrorem aſſerẽtes nominari, quam aut penitus non eſſe, aut æternam non eſſe affirmat, contra auctoritatem omnium ſcripturarum.

c *Et excidant a ſimplicitate.*] Quia dei verbum ſimpliciter credere, non eſt hominum peruerſorum.

d *Quæ eſt in Chriſto Ieſu.*] Caſtus ſenſus qui vni viro coniungitur Chriſto, & ſolius illi ſemel promiſſa ſufficiunt.

e *Nam ſi is qui venit alium Chriſtum prædicat, quem non prædicauimus &c.*] Si vobis amplius aliquid gratiæ prædicaretur quã per nos accepiſtis, recte eos nobis præ-

C poni forſitan pateremini.

f *Exiſtimo enim nihil me minus feciſſe.*] Me minus feciſſe iſtis, qui nihil ſunt, ne putetis.

g *A magnis apoſtolis.*] Quanto magis Petrus & cæteri prædicant minus aliquid accepiſſe.

h *Nam & ſi imperitus ſum ſermone, ſed non ſcientia.*] Non ſicut iſti qui cum ſint ſcientia imperiti, in ſermone tumido gloriantur.

i *In omnibus autem manifeſtus ſum in vobis.*] Oſtendit integritatem ſuam, qua per deum omnia fecerit, cum nec auaritiã, nec gulam, nec gloriã ab eis aliquãdo quæreret.

k *Aut nunquid peccatum feci &c.*] Si forte hoc ſolum peccaui, qui propter vos etiam licita & concepta contempſi.

l *Quoniam gratis euangelium euangelizaui nobis.*] Qui neque panem quotidianum, quem ordinauit dominus, accepimus.

m *Alias eccleſias expoliaui, accipiens ſtipendium ad miniſterium veſtrum.*] Cum vobis prædicarem, mihi Macedones miniſtrabant.

n *Cum eſſem apud vos &c.*] Hoc fuit ex veritate infirmitatem portare paruulorum, vt nec tunc quidem vellet accipere, cum egeret.

o *Nam quod mihi deerat, ſuppleuerunt fratres &c.*] Qui non occurrebant, manibus adorando fratres, quos nouerunt falſos: nec pſeudoapoſtolos ſuſceperant, quinimo vincebant.

D p *Et in omnibus ſine onere &c.*] Quando infirmos vos habueritis.

q *Eſt veritas Chriſti in me.*] Sicut Chiſtus ſemel ſtatuit, nec negauit, neceſſe eſt vt aliquando non mentitus ita faciam.

r *Quoniam hæc gloriatio non infringetur in me &c.*] Gloriationem propter deũ conceſſam contemnit, præcipue ſi inopiam patiatur.

ſ *Quare? Quia non diligo vos, deus ſcit.*] Ipſe nouit vtrum vos diligã an non. Imò ideo a vobis non accipio: quia multum vos diligo.

t *Quod autem facio & faciam, vt am. &c.*] Hic reddit cauſam, quare ipſe non acceperit, & aduerſarij cur docerẽt gulam, auaritiamque ſectarentur, quærentes perpaucũ aditum inuenire lucrandi, vt hic vel panem acciperet, illi aurum licentius exigerent. Ideo tollit occaſionem Apoſtolus, vt in hoc appareant qui propter deum docerent, ſi a diſcipulis nihil expeterent. E

u *Nam eiuſmodi pſeudoapoſtoli ſunt.*] Dicẽtes. Hæc dicit dominus, cum ipſe non miſerit eos, & viſiones à corde ſuo loquuntur.

x *Operarij ſubdoli, transfigurãtes ſe in apoſtolos Chriſti.*] Subdolus eſt qui aliud fingit, cũ aliud agit, vt ſub contemplatione euangelicæ prædicationis contegat rapacitatem. Tales enim prædicatores, vt hominibus placeant, neceſſe eſt adulari, vt adulãdo placeant, & placendo accipiant, ea quæ commendantur dicunt, non ea quæ ædificent audientem. Plerique eorum non tam pecuniam deſiderant quàm honorem, arbitrantes ſe ſummis opibus eſſe ditatos, ſi ab omnibus collaudentur: ſed nec pecunias. Ideo ſpernunt: quia non habent, ſed quia in reconditis habent. Veri autem & ſimplices magiſtri apoſtolos imitantur, dicentes. Neque enim fuimus in ſermone adulationis aliquando, nec in occaſione auaritiæ, neque quærentes ab omnibus gloriam nec a nobis. F

y *Et non mirum, ipſe enim ſatanas transfigurat ſe in angelum lucis.*] Non tam facile ſomniis, aut aliquibus quaſi angelis lucis, fides habenda, ne forte transfiguret ſe ſatanas in angelum lucis, & decipiat ac fallat incautos.

z *Non eſt ergo magnum ſi miniſtri &c.*] Non mirum ſi miniſtri ſatanæ, auaritiæ, ideſt, gloriæ cauſa fingant ſe iuſtitiam prædicare.

a *Quorum finis erit ſecundum opera ipſorum.* Mala opera, malus finis expectat.

b *Iterum dico, ne quis putet me inſipientem eſſe &c.*] Iam ſuperius dixit. Suſtinete modicum quid inſipientiæ meæ, & reddiderat rationem: quia zelo dei eo zelaret, nõ gloriæ deſiderio eſſet de ſe aliquid dicturus, ne eius in odium verſi, falſos apoſtolos ſequerentur. Si ergo inſipientia eius tam ſapiens eſt, quàm ſapiens erit ipſa ſapientia? Simul notandum, quia mirum eſſe non de-

A bet, ſi ad tempus falſa doctrina præualeat, cuius auctoribus in fine vindicta promittitur.

a *Quod loquor, non loquor ſecundum deum &c.*] Si hic neceſſitate populi compulſus, negat ſe ſecũdum deum gloriari, quid de illis ſentiendum eſt, qui ſola iactantia gloriantur ſubſtantiæ gloriæ? Eſt enim alia vera ſubſtãtia gloriandi.

b *Quoniam multi gloriãtur ſecundum carnem, & ego gloriabor.*] Quoniam in nobilitate terreni generis gloriari, carnale eſt.

c *Libenter enim ſuffertis inſipientes, cum ſitis ipſi ſapientes.*] Video enim vos cum edocti ſitis, nullius momẽti inſipiẽtibus facile conſenſiſſe.

d *Suſtinetis enim ſi quis vos in ſeruitutẽ redigit.*] Legis vel phariſæorum qui dominatũ in populum exercebant.

e *Si quis deuorat ſi quis accipit.*]

B Cõuiuia vel munera. Si quis accipit pecuniam.

f *Si quis extollitur.*] Iudaica ſuperbia vel de ſcientia vel de generis qualitate.

g *Si quis in faciem vos cædit.*] Si quis etiam præſentes obiurgat.

h *Secundum ignobilitatem dico.*] Ignobilitas enim maxima eſt, ſi quis filius dei, de terrena nobilitate ſe iactet.

i *Quaſi nos infirmi fuerimus in hac parte.*] Ab illis minus aliquid habeamus.

k *In quo quis audet.*] Hic ſe apoſtolis comparat laborum ſuorum contemplatione. Item notandum quòd quaſi temerarium dixerit audere.

l *Audeo & ego.*] Poſſum au-

C dere ſi volo.

m *Hebræi ſunt & ego. Iſraelitæ ſunt & ego &c.* Si in hoc gloriantur, & ego huius ſum gentis.

n *Miniſtri Chriſti ſunt & ego.*] Notandum quòd ſi quis de Chriſti ſolum miniſterio glorietur, non ſapienter hoc facit.

o *Vt minus ſapiens dico, plus ego. In laboribus plurimis &c.*] Quinque vicibus tricenas & nouenas quaſi tranſgreſſor legis accepit. Hæc autem in Actibus apoſtolorum non omnia reperiuntur: quia nec in epiſtolis omnia, quæ ibi ſcripta ſunt, cõtinentur.

p *Ter naufragium feci, nocte ac die in profundo maris fui.*] In vltimo periculo, cum nauim in profunda tempeſtate deductam, moras fluctuum operiri putamus.

q *In itineribus ſæpe, periculis fluminum &c. periculis in falſis fratribus.*] Qui explorare ſubintroierunt noſtram libertatem.

r *In labore & ærumna, in vigiliis multis, in fame & ſiti &c.*]

loquin velut inſipientem accipite me: vt & ego modicum quid glorier. [a] Quod loquor, non loquor ſecundum deum: ſed quaſi in inſipientia in hac ſubſtantia gloriæ: [b] quoniam multi gloriantur ſecundum carnem: & ego gloriabor. [c] Libenter enim ſuffertis inſipientes: cum ſitis ipſi ſapientes. [d] Suſtinetis enim ſi quis vos in ſeruitutem redigit: ſi [e] quis deuorat: ſi [f] quis accipit: ſi quis extollitur: ſi [g] quis in faciem vos cædit. [h] Secũdum ignobilitatem dico, [i] quaſi nos infirmi fuerimus in hac parte. [k] In quo quis audet: in inſipientia dico: [l] audeo & ego. Hebræi ſunt & [m] ego. Iſraelitæ ſunt & ego. Semen Abrahæ ſunt & ego. Miniſtri Chriſti ſunt & [n] ego. Vt [o] minus ſapiens dico, plus ego. In laboribus plurimis: in carceribus abundantius: in plagis ſupra modum: in mortibus frequenter. A Iudæis quinquies quadragenas vna minus accepi. Ter virgis cæſus ſum: ſemel lapidatus ſum: [p] ter naufragium feci: nocte ac die in profundo maris fui. [q] In itineribus ſæpe, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in ſolitudine, periculis in mari, periculis in falſis fratribus. [r] In labore & ærumna, in vigiliis multis, in fame & in ſiti, & in ieiuniis multis. In frigore & nuditate: [ſ] præter illa quæ extrinſecus ſunt inſtantia mea quotidiana ſolicitudo omnium eccleſiarum. [t] Quis infirmatur: & ego non infirmor? Quis ſcandalizatur: & ego nõ vror? Si [u] gloriari oportet: [x] quæ infirmitatis meę ſunt gloriabor. [y] Deus & pater domini noſtri Ieſu Chriſti ſcit, qui eſt benedictus in ſæcula, quod non mentior. [z] Damaſci præpoſitus gentis Aretæ regis cuſtodiebat ciuitatem Damaſcenorum, vt me comprehẽderet. Et per feneſtrã in ſporta demiſſus ſum per murum: & ſic effugi manus eius.

## CAP. XII.

[a] SI gloriari oportet: non expedit quidem. [b] Veniam autem ad viſiones & reuelationes domini. [c] Scio hominem in Chriſto ante [d] annos quatuordecim, ſiue in corpore ſiue extra corpus neſcio, deus ſcit: raptum huiuſcemodi vſque ad tertium cælum. Et [e] ſcio huiuſcemodi hominem ſiue in corpore ſiue extra corpus neſcio, deus ſcit: quoniam raptus eſt in paradiſum, & [f] audiuit arcana

Fames neceſſitatis eſt, ieiunium voluntatis. D

ſ *Præter illa quæ extrinſecus ſunt inſtantia mea quotidiana ſolicitudo omnium eccleſiarum.*] Præter illa quæ per manſuetudinem leuiora eſſe videntur.

t *Quis infirmatur & ego non infirmor? quis ſcandalizatur &c.*] Non dixit, ſcandalizor: quia in fide ſcãdalizatur. Cum infirmantibus infirmor: cum pereuntibus perire me credo: ſic enim vror triſtitia, vt animo ardere me ſentiam.

u *Si gloriari oportet.*] Nam ſi gloriari neceſſe eſt, nõ in his quæ ad lætitiam, ſed quæ ad mœrorem pertinent gloriabor.

x *Quæ infirmitatis meæ ſunt gloriabor.*] Manifeſte infirmitates ſuas Apoſtolus, tentationes quas ſuſtinebat, perſecutionesque ſignificat. Itẽ omnes ſuperiores neceſſitates, vno infirmitatis nomine definiuit, eo quòd humanas imbecillitates, iſtæ præualeant.

y *Deus & pater domini noſtri Ieſu Chriſti ſcit, qui eſt benedictus in ſæcula, quod non mentior.* E Rem quaſi difficilem dicturus, quod Iudæi contra eum etiam principes gentium concitaſſent, ante implorat teſtimonium dei: ne veræ hoc iactantiæ imputaretur, quod aduerſus eum etiam regna ſurrexerint, & nihil potuerint præualere. Hæc autem idcirco enumerat, vt oſtendat quid interſit inter veros & falſos apoſtolos.

z *Damaſci præpoſitus gẽtis Aretæ regis, cuſtodiebat ciuitatem Damaſcenorum &c.*] Præpoſitus gentis illius erat cui imperabat Areta rex.

CAP. XII.

a *SI gloriari oportet, non expedit quidem &c.*] Non F mihi expedit, qui neceſſitate compellor.

b *Veniam autẽ ad viſiones & reuelationes domini.*] Sibi infirmitates domino viſiones aſſcribit.

c *Scio hominem in Chriſto.*] Siue humilitatis cauſa de ſe in alterius perſona loquitur, ſiue de alio, verum poteſt vtrumque conſtare.

d *Ante annos quatuordecim, ſiue in corpore, ſiue extra corpus &c.* Quia iterum repetit, oſtẽdit aliam fuiſſe viſionem. Vide quanta neceſſitas fuit, vt quod annis quatuordecim celauerat, prodere cogeretur.

e *Et ſcio huiuſmodi &c.*] Iterando Apoſtolus hunc talem hominem, oſtendit ſecundo eſſe raptum: ſemel vſque ad tertium cælum, vbi vidit viſiones: & ſemel in paradiſum, vbi reuelata ſunt ei ineffabilia verba.

f *Et audiuit arcana verba quæ non licet homini loqui.*] Siue quæ



A quæ nulli dicere fas eſt, ſiue quæ impoſſibile eſt humanã enarrare naturam. Hoc contra Arianos.

a *Pro huiuſmodi gloriabor: pro me autem nihil.*] Viſione vel homine: pro me autẽ non gloriabor in mea virtute: quia non eſt reuelatio mea ſed dei.

b *Niſi in infirmitatibus meis. Nam & ſi voluero gloriari, non ero inſipiens &c.*] Hic videtur oſtẽdere, cum de alio dicat, etiam ſi dicat, cauſa gloriandi habere nolle.

c *Parco autem ne quis me exiſti. &c.*] Sufficiunt manifeſta etiam ſi celentur occulta.

d *Et ne magnitudo reuelationum extollat me, datus eſt mihi &c.*] Quanta putatis eſſe quæ cælo, vt merito mihi eſſet ſtimulus neceſſarius, qui me hominem eſſe ſemper mihi demonſtraret. Stimulum carnis, angelum ſatanæ: tẽtationes perſecutionum, apoſtolus ſe ſuſtinuiſſe ſignificat.

B e *Vt me colaphizet.*] Aut tribulationes ſuſcitando, aut dolores. Quidam enim dicunt eum frequenter dolore capitis laboraſſe.

f *Propter quod ter dominum rogaui, vt diſcederet a me: & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea &c.*] Hic intelligimus etiã ſanctos ignoranter nonnunquã alia inimpetrabilia poſtulaſſe: ſimul etiã diſcimus quod importuna petitio vel reſponſum mereatur, ſi non meretur effectum.

g *Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis &c.*] Poſtquã cognoui prodeſſe, quod nocere putabam.

h *Propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumeliis.*] Non in honoribus.

i *In neceſſitatibus.*] Non in ocio, non in diuitiis.

k *In perſecutionibus, in anguſtiis pro Chriſto.*] Non pro cri-

C mine: vnde ſaluator docuit, vt ſola cauſa iuſtitiæ patiamur. Petro ſimiliter id atteſtante.

l *Cum enim infirmor, tunc potens ſum.*] Maxima potentia eſt infirmari pro Chriſto, & magnæ diuitiæ indigere.

m *Factus ſum inſipiens.*] Inſipiẽtem eſſe dicit, aliquem ſe in laboribus iactare vel virtutibus.

n *Vos me coegiſtis: ego enim a vobis debui commendari. Nihil enim minus feci ab his qui ſunt &c.*] Sed hoc vos coegiſtis, qui cum aliis de me ſatisfacere deberetis, quod nihil minus fuerim a magnis apoſtolis, iterum opus habetis vt vos denuo commendemus.

cana verba quę non licet homini loqui. [a] Pro huiuſcemodi gloriabor: pro me autem nihil, niſi in [b] infirmitatibus meis. Nam & ſi voluero gloriari, non ero inſipiens: veritatem enim dicam. [c] Parco autem ne quis me exiſtimet ſupra id quod videt in me: aut audit aliquid ex me. Et [d] ne magnitudo reuelationum extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, angelus ſatanæ, qui [e] me colaphizet. [f] Propter quod ter dominum rogaui vt diſcederet a me. Et dixit mihi. Sufficit tibi gratia mea: Nam virtus in infirmitate perficitur. [g] Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis: vt inhabitet in me virt[us] Chriſti. [h] Propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumeliis, in [i] neceſſitatibus, in perſecutionibus, in anguſtiis pro Chriſto. Cum [l] enim infirmor, tunc potens ſum. [m] Factus ſum inſipiens, [n] vos me coegiſtis. Ego enim a vobis debui commendari. Nihil enim minus feci ab his qui ſunt ſupra modum apoſtoli. [o] Tametſi nihil ſum: ſigna tamen apoſtolatus mei facta ſunt ſuper vos in omni patientia, in ſignis & prodigiis & virtutibus. [p] Quid eſt enim quod minus habuiſtis præ cæteris eccleſiis, niſi quod ego ipſe non grauaui vos? Donate mihi hanc iniuriam. Ecce [q] tertio hoc paratus ſum venire ad vos: & non ero grauis vobis. Nõ enim quæro quæ veſtra ſunt, ſed vos. [r] Nec enim debent filij parentibus theſaurizare: ſed parentes filiis. [ſ] Ego autem libentiſſime impendam: ſuperimpendar ego ipſe pro animabus veſtris abundantius: licet plus vos diligens, minus diligar. [t] Sed eſto. Ego vos non grauaui: ſed cum eſſem aſtutus, dolo vos cepi. Nunquid per aliquem eorum quos miſi ad vos, circumueni vos? [u] Rogaui Titum, & miſi cum illo fratrem. Nunquid Titus vos circumuenit? [x] Nonne eodem ſpiritu ambulauimus? Nonne eiſdem veſtigiis? Olim [y] putatis quod excuſemus nos apud vos. [z] Coram deo in Chriſto loquimur. Omnia autem chariſſimi propter ædificationem veſtram. [a] Timeo enim ne forte cum venero, non quales volo inueniã vos: & ego inueniar a vobis qualem non vultis: ne forte [b] contentiones, æmulationes, animoſitates, diſſenſiones, detractiones, ſuſurrationes, inflationes, ſeditiones ſint inter vos. Ne iterum cum venero humiliet me de[us] apud vos: & lugeã multos ex his qui ante peccauerunt: & non egerunt pænitentiam ſuper immunditia & [d] fornicatione, & impudicitia quam geſſerunt.

CAP.

o *Tametſi nihil ſum, ſigna tamen apoſtolatus mei facta ſunt ſuper vos in omni patientia &c.*] Ego quidem nihil ſum vt homo, ſed apoſtolatus, ſua in vobis ſigna monſtrauit, hoc eſt patientiam in moribus, & prodigia in ſignis. D

p *Quid eſt enim quod minus habuiſtis præ cæteris eccleſiis &c.*] Quibus alij apoſtoli prædicarunt. De integritate apoſtoli, & ſeueritate acceptæ poteſtatis a domino in eos qui pænitentiam negarunt, agit.

q *Ecce tertio hoc paratus ſum venire ad vos, & non ero vobis grauis. Non enim quæro quæ veſtra ſunt, ſed vos.*] Salutem veſtrã deſidero, nõ munera.

r *Nec enim debent filij parentibus theſaurizare: ſed parentes filiis.*] Ego magis ſi haberẽ, vobis dare deberem.

ſ *Ego autem libentiſſime impẽdam &c.*] Quod habeo labore nimio, impendo, & pluſquam poſſum impendam. Perfecta enim dilectio non ſolum totum quod habet gratis impendit, ſed etiã E ipſa libenter ſuperimpenditur ſi neceſſe eſt.

t *Sed eſto: ego vos non grauaui.*] Per omnia ſe purgat, ipſorum ſemper conſcientiam teſtem inuocans: ſimul, & quomodo ſe ab illis poſſint cauere, demonſtrans.

u *Rogaui Titum, & miſi cum illo fratrem &c.*] Numquid aliquid vobis abſtulit ad me perferendum?

x *Nonne eodem ſpiritu &c.*] Nonne vno ſpiritu omnia gerimus?

y *Olim putatis quod excuſemus nos apud vos.*] Non ſicut ſuperius dixi, placemus nobis, ſed ne nobis cũ venerimus, neceſſe ſit acrius vindicare.

z *Coram deo in Chriſto loquimur &c.*] Quem fallere impoſſibile eſt.

a *Timeo enim ne forte &c.*] Timeo ſi vos non inuenero iuſtos, & ego vobis ſeuerus F inueniar. Blandimentis minas iungit.

b *Ne forte contentiones, æmulationes &c.*) Propter hæc ſe dicebat ſeueriſſime vindicare. Quid faceret ſi noſtris tẽporibus adueniret, quibus ad comparationem aliorum criminum, iſta ne putantur quidem eſſe peccata.

c *Et lugeã multos &c.*) Hoc eſt contra Nouatianos pænitentiæ negatores: ſi enim luget pænitentiam non agẽtes, vtique de agẽtibus gaudet.

d *Fornicatione &c.*] Impudicitia grauior eſt fornicatione, quaſi monſtruoſa turpitudo, ſicut ille fecit qui vxorem patris accepit.

A

## CAP. XIII.

[a] Ecce tertio hoc venio ad vos: in ore duorum vel trium teſtium ſtabit omne verbum. Prædixi enim & [b] prædico: vt præſens vobis & nunc abſens his qui ante peccauerunt, & cæteris omnibus: quoniam ſi venero, iterum non parcam. An [c] experimentū quæritis eius qui in me loquitur Chriſtus? Qui [d] in vobis non infirmatur, ſed [e] potens eſt in vobis. Nam & ſi [f] crucifixus eſt ex infirmitate, ſed viuit ex virtute dei. Nam & [g] nos infirmi ſumus in illo: ſed viuemus cum eo ex virtute dei in vobis. [h] Voſmetipſos tentate, ſi eſtis in fide: ipſi vos probate. An [i] non cognoſcitis voſmetipſos: quia Chriſtus Ieſus in vobis eſt? Niſi forte reprobi eſtis. [k] Spero autem quod cognoſcitis: quia nos nō ſumus reprobi. [l] Oramus autem deum, vt nihil mali faciatis, non vt nos probati pareamus, ſed vt vos quod bonum eſt faciatis. Nos autē vt reprobi ſimus. [m] Nō poſſumus enim aliquid aduerſus veritatē: ſed pro veritate. [n] Gaudemus enim quoniam nos infirmi ſumus, vos autem potentes eſtis. [o] Hoc & oramus veſtram conſummationem. [p] Ideo enim hæc abſens ſcribo, vt non præſens durius agam ſecundum poteſtatem quā dominus dedit mihi in [q] ædificationem, & [r] non in deſtructionem. De [ſ] cetero fratres gaudete: perfecti eſtote, exhortamini, idipſum [t] ſapite. Pacem habete: & deus pacis, & dilectionis erit vobiſcum. [u] Salutate inuicē in oſculo ſancto. Salutant vos omnes ſancti. [x] Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti, & charitas dei, & communicatio ſancti ſpiritus ſit [y] cum omnibus vobis. Amen.

CAP. XIII.

a *Ecce tertio hoc venio ad vos: in ore duorum vel trium teſtium ſtabit omne verbum.*] Secundum legem contra Manichæos.

b *Prædixi & prædico vt præſentibus: & nūc abſens &c.*] Qui poſt documenta priorū peccauerint, non ipſis parcam: quia antecedentium ruina, ſequentes debet facere cautiores.

c *An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Chriſtus?*] An in me Chriſtum tentatis, vtrum in vobis valeat vindicare?

d *Qui in vobis non infirmatur.*] Quem non infirmum, ſed potentem eſſe nec ipſi neſcitis.

e *Sed potens &c.*] Quanto magis in vobis carptoribus ſui.

f *Nam & ſi crucifixus eſt ex infirmitate, &c.*] Quod crucifixus eſt, noſtrę eſt infirmitatis: quod viuit, ſuæ virtutis.

B g *Nam & nos infirmi &c.*] Siue, qui nos quaſi infirmos prouocatis, inuenietis nos viuere cum Chriſto in virtute dei, cum in vos vindicare cœperimus. Siue nos in pręſenti quidem infirmamur, ſed in futuro cum illo non in noſtra, ſed dei virtute viuemus.

h *Voſmetipſos tentate, ſi eſtis in fide: ipſi vos probate.*] Si in fide eſtis, & in vobis vos cognoſcite: date ſententiam in peccante, & videte ſi nō ſtatim cum veſtro verbo vindicta procedat.

i *An non cognoſcitis voſipſos, quia Chriſtus Ieſus in vobis eſt.*] Dei virtus, ſi tamen vos minime reprobauit.

k *Spero autem quod cognoſcitis &c.*] Spero vos ſenſuros quomodo nos conuerſemur.

C l *Oramus autem deum vt nihil mali faciatis, non vt nos probati pareamus, ſed vt vos quod bonum eſt faciatis.*] Si enim aliquid feceritis, nos vindicando parebimus probati: ſed maluimus nos reprobos videri, tantum vt vos quod bonum eſt faciatis. D

m *Non enim poſſumus aliquid aduerſus veritatem &c.*] Innocentiæ enim noſtræ ſententia obeſſe non poterit, niſi ei qui pro certo peccauerit.

n *Gaudemus enim quoniam infirmi ſumus, vos autem potentes eſtis.*] Gaudemus ſi non ſit neceſſe vt noſtra virtus appareat, ſicut Petri apparuit in Sapphira & Anania.

o *Hoc oramus veſtram conſummationem.*] Vt vos perfecti ſitis atque potentes.

p *Ideo hæc abſens ſcribo, vt non præſens durius agam &c.*] Si non correxeritis vos, durius adhuc acturus ſum, quā ſcribendo denuntio.

q *In ædificationem.*] Vt & vos de cætero emendetis: & alij peccare formident.

r *Et nō in deſtructionem.*] Ad quam ſibi pſeudoapoſtoli poteſtatem vſurpant.

ſ *De cetero autem fratres gaudete, perfecti eſtote, exhortamini.*] Notandum quod toti eccleſiæ ſcribens, dicit eos omnes debere eſſe perfectos: & quod laicos iubet ſeinuicem exhortari. E

t *Idipſum ſapite. Pacem habete, & deus pacis & dilectionis erit vobiſcum.*] Alioquin auctor diſſenſionis & odij, contrarius erit vobis: & vos cum illo permanebitis in ęternū: ſi ille hic vobiſcum manſerit ſemper.

u *Salutate inuicē in oſculo ſancto. Salutant vos omnes ſancti.*] Non honorati aut diuites.

x *Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti, & charitas dei, & communicatio ſancti ſpiritus.*] Contra Arianos, qui ideo patrem maiorem eſſe contendunt: quia plerunque primus nominatur in ordine. F

y *Sit cum omnibus vobis. Amen.*] Non aliquātis, ſiue quòd omnes in his donis velit eſſe perfectos.

*Commentariorum in ſecundam epiſtolam ad Corinthios, finis.*

COMMENT.



A D

# COMMENTARII IN EPISTOLAM AD GALATAS.

## CAP. I.

[a] Paulus apoſtolus non ab hominibus, neque per hominē: ſed [b] per Ieſum Chriſtum & [c] deum patrem: [d] qui ſuſcitauit eū a mortuis, & [e] qui mecum ſunt omnes fratres, eccleſiis Galatiæ. [f] Gratia vobis & [g] pax a deo patre noſtro & domino IeſuChriſto: [h] qui dedit ſemetipſum pro peccatis noſtris, [i] vt eriperet nos de præſenti ſæculo nequam, [k] ſecūdum voluntatem dei & patris noſtri, [l] cui eſt gloria in ſęcula ſęculorum, amē. [m] Miror quod ſic tam cito tráſferimini ab eo qui vos vocauit in gratiā Chriſti, in aliud euangelium: quod non eſt aliud, niſi ſunt [n] aliqui qui vos conturbant, & volūt [o] conuertere euangelium Chriſti. Sed [p] licet nos aut angelus de cęlo euágelizet vobis pręterquam quod euangelizauimus vobis, [q] anathema ſit. [r] Sicut prædiximus, & nunc iterū dico. Si quis vobis euangelizauerit præter id quod accepiſtis, anathema ſit. Modo [ſ] enim hominibus ſuadeo, an deo? An [t] quæro hominibus placere? Si [u] adhuc hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem. [x] Notum enim vobis facio fratres, euangelium quod euangelizatum eſt a me: [y] quia non eſt ſecundum hominem. Neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici, ſed per reuelationem Ieſu Chriſti. [z] Audiſtis enim conuerſationem meam aliquando in Iudaiſmo: [a] quoniam

a *Paulus apoſtolus non ab hominibus, neque per hominem.*] Sicut ſacrarum ſcripturarum teſtatur auctoritas: Neminem venire ad patrem niſi per filium & ſpiritum ſanctum. Item neminem venire ad filium, niſi quem vocauerit pater & ſpiritus ſanctus: ita & hoc loco manifeſte oſtenditur Paulum apoſtolum in euangelij prædicationem, per Ieſum Chriſtum & deum patrem vocatum eſſe a ſancto ſpiritu: quemadmodum liber apoſtolicorum actuum docet, dicens: Miniſtrantibus autem illis domino, & ieiunantibus dixit ſpiritus ſanctus: Segregate mihi Barnabam, & Saulum in opus, ad quod aſſumpſi eos. Item & infra in eodem loco: Et B ipſi quidem miſſi a ſpiritu ſancto abierunt Seleuciam. Quod autē hic Ieſum Chriſtum primo loco ponit, & ita demum patrem, & alibi indifferenter deum patrem anteponit, frequenter etiam ſpiritum ſanctum, hoc oſtēdit: quoniā in patre & filio & ſpiritu ſancto, non ordo, non maior aut minor, ſed vna eſt gloria eademque ſubſtantia. Quod vero dicit, neque per hominem, ſed per Ieſum Chriſtum: hic perſonam deitatis oſtēdit. Quod autē ait: qui ſuſcitauit eum a mortuis, aſſumpti hominis ſignificat incarnationem. Aliter: Nō humana præſumptione, vt illi dicunt: neque per apoſtolos alios, vt Aarō per Moyſen, ſed per ipſum dominū, vt Moyſes & omnes apoſtoli vel prophetæ: ſed pleriq; ab hominibus ordinātur, cū indignę fauore populi patientiā domini contemnentes, diuino ſacerdotio contra meritū ordinantur.

C b *Sed per Ieſum Chriſtum.*] Qui Petrum & cæteros apoſtolos in miniſterium apoſtolatus elegit.

c *Et deum patrem.*] Oſtendit vnam eſſe patris & filij operationem.

d *Qui ſuſcit. &c.*] Secundum quod mori potuit, ſecundum carnem ſcilicet.

e *Et qui mecum ſunt omnes fratres, eccleſiis Galatiæ.*] Ne ſolus indigna ferre putaretur, ſuā conculcari doctrinam, Apoſtolus obiurgaturus Galatas propter conuerſationem ſuam, nō tantum ex ſua perſona ſcribit ad eos, ſed ex omnium fratrum, qui in conſortio ſecum erant, quos in epiſtola ad Corinthios apoſtolos vocat, dicens. Siue fratres noſtri apoſtoli eccleſiam gloriæ Chriſti. 1. Cor. 15.

f *Gratia vobis.*] Qua ſola eſtis fide ſaluati.

g *Et pax a deo & patre noſtro &c.*] Qua remiſſis delictis omnibus, reconciliati fuerant deo.

h *Qui dedit ſemetipſum pro peccatis noſtris.*] Oſtendit beneficia Chriſti, quibus exiſtebant ingrati, in lege quæ peccatoribus data eſt, viuere cupientibus, cum illis omnia eſſent peccata dimiſſa.

i *Vt eriperet nos de præſenti ſæculo nequā.*] Non quod ſæculū nequā ſit, ſed quod mala ſint quæ aguntur in ſæculo, ſicut & dominus in euangelio dicit, Sufficit diei malitia ſua. Matth. 6.d Non quia dies mala ſit, ſed propter illa, quæ in eius tempore aguntur vel bona vel mala dicitur. Item mala ſæculi opera dicuntur quæ committuntur in ipſo.

k *Secundū voluntatem dei & patris noſtri.*] Non ſecundum merita noſtra.

l *Cui eſt gloria in ſæcula ſæculorū, amen.*] Infinitis beneficiis infinita gloria debetur.

m *Miror quod ſic tā cito transferimini ab eo qui vos vocauit in gratiā Chriſti, etc.*] Manifeſtatis beneficiis, mirari ſe dicit ꝙ ab illo potuerint ſeparari.

n *Niſi ſunt aliqui qui vos conturbant.*] Nam euangelium verum aliud eſſe nō poteſt, niſi Chriſti. E

o *Et volunt conuertere euangeliū Chriſti.*] Dum lex ad euāgeliū profecerit, illi peruerſo ordine euangelium ad legem prouocare nituntur.

p *Sed licet nos aut angelus de cælo &c.*] Breuiter omni voluit præiudicare perſonæ, quādo nec Apoſtolus cōtra id quod primū prædicauerat, nec vocē de cælo loquētis angeli permiſit audire. Facit autē ſētētia cōtra omnes hæreticos qui traditiones apoſtolicas mutare conātur.

q *Anathema ſit.*] Hoc eſt, abominabilis vobis ſit.

r *Sicut prædiximus, & nunc iterū dico &c.*] Repetitū fortius commendatur.

ſ *Modo enim hominibus ſuadeo, an deo?*] Nōquid propter homines vobis ſuadeo: ſicut propter Iudæorum traditiones ante faciebam? Oſtendere vult odia hominum ſe nō timentem, libere defendere veritatem. F

t *An quæro hominibus placere?*] Vbicunque ſine additamento aliquo homines nominātur, in malā partem accipitur in ſcripturis. Vt eſt illud. Omnis homo mendax. Et. Quē dicunt homines eſſe? Et. Nonne homines eſtis? Et ſecundum hominem ambulatis. Pſal. 115. 1.Cor.3.c Igitur quicunque talibus placere voluerit, neceſſe eſt vt eorum faciat voluntatē. Sancti autem deo tantum & deum amantibus placent: qui plus quam homines eſſe meruerunt.

u *Si adhuc hominibus placerem, Chriſti ſeruus nō eſſem.*] Nam ideo me oderunt: quia ſeruus ſum Chriſti.

x *Notum enim vobis facio, fratres, &c.*] Vult purgare vſurpationis & humanæ traditionis infamiam.

y *Quia non eſt ſecundū hominem: neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici, &c.*] Neque a me confinxi, neque ab alio homine accepi, neque a quoquam didici, quod gentes ſola fide ſaluarentur.

z *Audiſtis enim conuerſationem meam aliquando in Iudaiſmo.*] Nec vos credo latere quod dico. Oſtendere vult quam firmiter tenuerit Iudaiſmum, & quā fideliter pro traditionibus patrum expugnarit eccleſiam, vt intelligamus eum non potuiſſe inde humano conſilio, niſi reuelatione ſeparari diuina.

[a] quoniam ſupra modum perſequebar eccleſiam dei, & expugnabam illam, & proficiebã in Iudaiſmo ſupra multos coętaneos meos in genere meo, abundantius æmulator exiſtens paternarum mearum traditionum. [b] Cum autem placuit ei qui me ſegregauit ex vtero matris meæ, & [c] vocauit per gratiam ſuam, vt [d] reuelaret filium ſuum in me, vt euangelizarem illum in gentibus: [e] continuo nõ acquieui carni & ſanguini. [f] Neque veni Hieroſolymã ad anteceſſores meos apoſtolos, ſed abij in Arabiam, & iterum reuerſus ſum Damaſcum. [g] Deinde poſt annos tres [h] veni Hieroſolymam [i] videre Petrum, & [k] manſi apud eũ diebus quindecim. [l] Alium autem apoſtolorum vidi neminem, niſi [m] Iacobum fratrem domini. Quæ autem ſcribo vobis, ecce coram deo: quia nõ mẽtior. [n] Deinde veni in partes Syriæ & Ciliciæ. Eram autem ignotus facie eccleſiis Iudææ, [o] quæ erant in Chriſto. Tantum autem auditum habebant: quoniam qui perſequebatur nos aliquando, nunc euangelizat fidem quam aliquando expugnabat, & in [p] me clarificabant deum.

## CAP. II.

[q] DEinde poſt annos quatuordecim iterum [r] aſcendi Hieroſolymam cum Barnaba, aſſumpto & Tito. [ſ] Aſcendi autem ſecundum reuelationem, & [t] contuli cum illis euangelium quod prædico in gentibus. [u] Seorſum autem his qui videbantur aliquid eſſe: [x] ne forte in vacuum currerẽ aut cucurriſſem. [y] Sed neque Titus qui mecũ erat, cum eſſet gentilis, compulſus eſt circumcidi: ſed [z] propter ſubintroductos falſos fratres, [a] qui ſubintroierũt explorare libertatem noſtram quam habemus in Chriſto Ieſu, vt nos in ſeruitutem redigerent: [b] quibus neque ad horã ceſſimus ſubiectioni, vt veritas euangelij permaneat apud vos. Ab his autem qui videbantur eſſe aliquid, [d] quales aliquando fuerint, nihil mea intereſt. Deus enim perſonam hominis non accipit. Mihi [e] autem qui videbantur eſſe aliquid, nihil contulerunt: ſed econtra cũ vidiſſent quod creditum eſt mihi euãgelium præputij,

A a *Quoniam ſupra modum perſequebar eccleſiam dei, & expugnabam illam, & proficiebam in Iudaiſmo ſupra multos coætaneos meos in genere meo, abundantius æmulator exiſtens paternarum mearum traditionum.*] Non ſupra omnes, ne iactabundus putaretur.

b *Cum autem placuit ei qui me ſegregauit ex vtero matris meæ.*] Hic præſcientiam dei, ad dilectionem Apoſtoli antequã naſceretur, oſtendit. Item qui me in præſcientia ab vtero ſegregauit, quando voluit, fecit quod ſciebat eſſe futurum.

c *Et vocauit per gratiam ſuã.*] Non meis meritis.

d *Vt reuelaret filium ſuum in me, vt euangelizarem illum in gẽtibus.*] Vt filium ſuum per me gentibus reuelaret.

e *Continuo non acquieui carni & ſanguini.*] Hoc dicit: quoniam ſecundum myſterium reuelationis commiſſam ſibi prędicationem euangelij exercuerit: neque tunc carnis

B & ſanguinis vocem audiui, ſed dei.

f *Neque veni Hieroſolymam ad anteceſſores meos apoſtolos, ſed abij in Arabiam, & iterum reuerſus ſum Damaſcum.*] Non quod mihi neceſſe fuit, vt ab illis aliquid edocerer: ſed de Damaſco in Arabiã protinus ibam, vt docerẽ quod mihi a deo reuelatum fuerat.

g *Deinde poſt annos tres.*] Oſtendit ſe non indiguiſſe doceri, qui tribus iam annis aliis predicarat.

h *Veni Hieroſolym.*] Quando ſe diſcipulis iungere attentabat.

i *Videre Petrum.*] Et ſuſceptum ſe ab illo in charitate demonſtrat, & in tam breui tempore nihil diſcere potuiſſe.

k *Et manſi apud eum diebus quindecim.*] Videndi gratia, non diſcendi.

C l *Alium autem apoſtolorũ vidi neminem.*] Ne vel ab illis didiciſſe videretur.

m *Niſi Iacobum fratrem domini &c.*] Quatuor modis fratres appellari quis dubitat? Primo, naturæ: ſecundo, cognatione, tertio, gente: quarto, affectu. Vnde Iacobus ſecũdum cognationem frater domini dicitur: quoniam de Maria Cleophæ ſorore matris domini, natus eſſe monſtratur.

n *Deinde veni in partes Syriæ & Ciliciæ: eram autem ignotus facie eccleſiæ Iudææ.*] Notandum quia per triennium eccleſiis Iudææ erat ignotus.

o *Quæ erant in Chriſto &c.*] Seorſum qui ex Iudæis erant, eccleſia habebantur, nec his qui erant ex gentibus, miſcebantur.

p *Et in me clarificabant deum.*] De re difficili, maxima naſcitur admiratio, & laudabatur deus qui hoc ſolus poſſet efficere. De falſis fratribus, & de Petro in circunciſione, Paulo vero in gentibus ordinatis. D

CAP. II.

q *DEinde poſt annos quatuordecim.*] Quando de oneribus legis quæſtio mouebatur.

r *Iterum aſcẽdi Hieroſolymam cum Barnaba, aſſumpto & Tito.*] Non voluntate mea, ſed imperij diuini neceſſitate.

ſ *Aſcendi autem ſecundum reuelationem.*] Hoc ait Apoſtolus. Cum venirem, inquit, Hieroſolymam ſecundum reuelationem dei, congregationi fratrum per ædificationem meam reddidi rationem, ſeorſum & apoſtolis, non vt ab illis in aliquo inſtruerer, quippe qui plenam fueram gratiam cõſecutus: ſed vt manifeſtarem eis recto ordine, me Chriſti euangelium prædicare.

t *Et contuli cum illis euangelium quod prædico in gentibus.*] E Non didici: ſed contuli euãgelium, per quod gentes ſola fide ſaluantur.

u *Seorſum autem his qui videbantur aliquid eſſe.*] Ne illos diſcipuli de euangelio dubitare putarent.

x *Ne forte in vacuum currerem aut cucurriſſem.*] Hoc non eſt dubitantis: ſed potius cõfirmantis.

y *Sed neque Titus, qui mecum erat, cum eſſet gentilis, compulſus eſt circumcidi.*] In vacuum cucurrit.

z *Sed propter ſubintroductos falſos fratres.*] Reddit cauſas cur circuncidit Titum, non quia illi circunciſio prodeſſet, ſed vt ſcandalum imminens vitaretur.

a *Qui ſubintroierunt explorare libertatem noſtram quam habemus in Chriſto Ieſu, vt nos in ſeruitutem redigerent.*) Qua abſoluti ſumus a iugo legis. F

b *Quibus neque ad horam ceſſimus ſubiectioni, vt veritas euangelij permaneat apud vos.*) Vt periculum vitaremus, & eſſent in nobis qui veritatem euangelij confirmarent.

c *Ab his autem qui videbantur eſſe aliquid.*) Hic eos ſignificat, qui Galatas Iudaizare compulerant: qui aliquando inſignes inter diſcipulos apoſtolorum fuerant: quique præſenti tempore a fide Chriſtiana ad obſeruationẽ Iudaicam conuertebant.

d *Quales aliquando fuerint, nihil mea intereſt, deus enim perſonam hominis non accipit.*) Non mihi cura eſt, quia cum domino ambulauerunt: quia nec tempus præiudicat fidei, nec perſona labori.

e *Mihi autem &c. quod creditum eſt mihi euangelium præputij.*) Vt prædicem in gentibus, ſicut illi Iudæis.

a *Sicut*



præputij, [a] ſicut & Petro circunciſionis. Qui enim operatus eſt Petro in apoſtolatum circunciſionis, operatus eſt & mihi inter gentes. Et cum cognouiſſent gratiã quæ data eſt mihi: [b] Iacobus & Cephas & Ioannes, qui videbantur columnæ eſſe, [c] dextras dederunt mihi & [d] Barnabæ ſocietatis: vt nos in gentes, ipſi autem in circunciſionem: tãtum vt [e] pauperum memores eſſemus. [f] Quod etiam ſolicitus fui hoc ipſum facere. Cum [g] autem veniſſet Cephas Antiochiam, in faciem ei reſtiti: quia reprehenſibilis erat. Prius [h] enim quã venirent quidam a Iacobo, cum gẽtibus edebat. [i] Cum autem veniſſent, ſubtrahebat & ſegregabat ſe, timens eos qui ex circunciſione erant: & ſimulationi eius conſenſerunt cæteri [k] Iudæi: ita vt & Barnabas duceretur ab eis in illam ſimulationẽ. [l] Sed cum vidiſſem quod non recte ambularent ad veritatem euangelij, dixi [m] Cephæ coram omnibus: [n] Si tu cum Iudæus ſis, [o] gentiliter viuis & non Iudaice: [p] quomodo gentes cogis Iudaizare? [q] Nos natura Iudæi, & non ex gentibus peccatores. [r] Scientes autem quod non iuſtificatur homo ex operibus legis, niſi per fidem Ieſu Chriſti: & nos in Chriſto Ieſu credimus, vt iuſtificemur ex fide Chriſti, & non ex operibus legis. Propter quod ex operibus legis nõ iuſtificabitur omnis caro. [ſ] Quod ſi quærentes iuſtificari in Chriſto, inuenti ſumus & ipſi peccatores: nunquid Chriſtus peccati miniſter eſt? Abſit. Si [t] enim quæ deſtruxi iterum hæc reædifico, præuaricatorem me cõſtituo. [u] Ego enim per legem legi mortuus ſum [x] vt deo viuam: Chriſto [y] cõfixus ſum cruci. [z] Viuo autẽ iam non ego, viuit [a] vero in me Chriſtus. [b] Quod autem nunc viuo in carne, in fide viuo filij dei, [c] qui dilexit me: & tradidit ſe ipſum pro me. [d] Non abiicio gratiam dei. [e] Si enim per legem iuſtitia, ergo gratis Chriſtus mortuus eſt.

## CAP. III.

[f] O Inſenſati Galatæ [g] quis vos faſcinauit non obedire veritati? [h] Ante quorum oculos

A a *Sicut & Petro circunciſionis: qui enim operatus eſt Petro in apoſtolatum circunciſionis: operatus eſt & mihi inter gentes &c.*] In nullo ſum illo inferior: quia ab vno deo ſumus in miniſterio ordinati.

b *Iacobus & Cephas & Ioannes, qui videbantur columnæ eſſe.*] Super quas erat eccleſia cõfirmata.

c *Dextras dederunt.*] Ita nos docere debere.

d *Mihi & Barnabæ ſocietatis &c.*] Ambo enim miſſi erant ſimul, vt gentibus prædicarent.

e *Vt pauperũ memores eſſemus.*] Qui omnia ſua diſtribuentes, ad apoſtolorum pedes pretia deponebant. Vel quorum bona fuerant a Iudæis inuaſa, ſicut legimus ad Hebræos.

f *Quod etiam ſolicitus fui hoc ipſum facere.*] Hoc eſt, quod in omni pene ſcribit epiſtola.

g *Cum autem veniſſet Cephas Antiochiam &c.*] Galatarũ infirmitas cõpellit eum nar-

B rare: quod nec ipſi apoſtolorum principi Petro pepercerit, veritatẽ euangelij non libere defendẽti: ſicut etiam ad profectum Corinthiorũ manifeſtat viſionem, quam annis quaduordecim celauerat. Hoc autem totum ait, vt oſtendat ſe nunquam circũciſionis fuiſſe factorẽ, quod de illo falſi apoſtoli confingebant. Vnde & alibi dicit: Ego autem fratres, ſi circunciſionem prædico, quid adhuc perſecutionem patior? Gal. 5. b

h *Prius enim quam venirent &c.*] Sciens ſibi oſtenſum, vt nullius generis hominem vocaret immundum.

i *Cum autem veniſſent, ſubtrahebat &c.*] Non ideo reprehenſibilis erat, quia cum illis edebat: ſed quia poſtea propter homines ſe ſubtrahebat.

k *Ita vt & Barnabas duceretur ab eis in illam ſimulationẽ.*]

C Qui mecum ad gentes miſſus, nihil inter eos docuerat eſſe diſcriminis.

l *Sed cũ vidiſſem &c.*] Quãuis hoc propter ſcandalum faceret Iudæorum, tamen publice illum conueni, vt & Iudæis ſuperbia, & gentibus deſperatio tolleretur.

m *Dixi Cephæ coram omnibus.*] Publicum ſcandalum non poterat priuate curari.

n *Si tu cum Iudæus ſis.*] Si tu non tenes quod natus es, quomodo illos facis tenere quod nati non ſunt? Rationem reddit, non iniuriam facit.

o *Gentiliter viuis & non Iudaice.*] Non ex operibus legis, ſed ſola fide ſicut gẽtes, vitã in Chriſto inueniſſe te noſti.

p *Quomodo gentes cogis Iudaizare?*] Cur ſubtrahis te tanquã a peccatoribus.

q *Nos natura Iudæi, & non ex gẽtibus peccatores.*] Peccatores tamẽ eramus: quia cõcluſit ſcriptura omnia ſub peccato.

r *Scientes autem quod non iuſtificatur homo ex operibus legis &c.*] D Opera legis, circunciſio & ſabbathum, dies feſti, & cætera: quæ non propter iuſtitiam, ſed ad edomandam populi duritiam ſunt mandata.

ſ *Quod ſi quærentes iuſtificari &c.*] Si enim gẽtes fides ſola non ſaluat, nec nos: quia ex operibus nemo iuſtificatur. Ergo adhuc peccatores ſumus, & Chriſtus peccatorum miniſter eſt, tanquam nõ valẽs peccata indulgere.

t *Si enim quæ deſtruxi, iterum hæc reædifico, præuaricatorem me cõſtituo.*] Si deſtruxi Iudæos, & nunc (vt illi dicunt) ipſos reædifico, meę ſentẽtiæ pręuaricator inuenior.

u *Ego enim per legem legi mortuus ſum.*] Hoc eſt quod dicit: per legem Chriſti, legi Moyſi mortuus ſum: aut certe per ipſam Moyſi legem, legis eiuſdem ſum obſeruationibus liberatus: quoniã ſcriptum eſt in eadem lege: Quia Abraham ex fide iuſtificatus eſt, & non ex operibus legis. Item per legem Chriſti, legi literæ: & Moſi lege veteri ſum mortuus: quia ipſa ſe ceſſaturam eſſe prædixit. Gen. 15. b E

x *Vt deo viuam.*] Quia legẽ ſuam innouauit.

y *Chriſto confixus ſum.*) Omnibus peccatis, quibus lex eſt data, ſum mortuus, ergo lex mihi minime eſt neceſſaria.

z *Viuo autem iam non ego.*) Vetus homo.

a *Viuit vero in me Chriſtus.*) In illo viuit Chriſtus, in quo Chriſtus vegetat actus & vitam.

b *Quod autem nũc viuo in carne, in fide viuo filij dei.*) In ſola fide: quia nihil debeo legi antiquæ.

c *Qui dilexit me, & tradidit ſeipſum pro me.*) Non pecuniam, nõ aliquod aliud pretium, ſed ſe.

d *Non abiicio gratiam dei.*) F Nõ debeo illi eſſe ingratus, qui me tãtum dilexit, vt pro me etiam moreretur. Abiecta enim eſt gratia, ſi mihi ſola non ſufficit.

e *Si enim per legem iuſtitia, ergo gratis Chriſtus mortuus eſt.*) Si lex poterat iuſtificare, ſuperflue mortuus eſt Chriſtus.

CAP. III.

f *O Inſenſati Galatæ.*) Non eſt contrarium ſaluatoris verbo, quo fratrem fatuum vocari prohibuit, non enim hic dicitur ſine cauſa.

g *Quis vos faſcinauit?*) Per vulgi verbum, inuidiam ſignificauit, ſicut ait Salomon. Faſcinatio nugacitatis obſcurat bona. Sap. 4. c

h *Ante quorum oculos Chriſtus Ieſus proſcriptus eſt.*) Quibus per meam prædicationem ita manifeſtata eſt paſſio eius, vt ipſum ante vos pendere putaretis. Proſcriptus eſt, ſententiam damnationis accepit.

oculos Chriſtus Ieſus proſcriptus eſt, & in [a] vobis crucifixus. [b] Hoc ſolum a vobis volo diſcere. Ex [c] operibus legis ſpiritum accepiſtis, an ex auditu fidei? Sic ſtulti eſtis, vt [d] cum ſpiritu cœperitis, nunc carne conſummamini? [e] Tanta paſſi eſtis ſine cauſa, ſi tamen ſine cauſa. [f] Qui ergo tribuit vobis ſpiritum, & operatur virtutes in vobis ex operibus legis, an ex auditu fidei, ſicut ſcriptum eſt. [g] Abraham credidit deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. [h] Cognoſcite ergo: quia qui ex fide ſunt, hi ſunt filij Abrahæ. [i] Prouidens autem ſcriptura: quia ex fide iuſtificat gentes deus, prænuntiauit Abrahæ: quia benedicentur in te omnes gentes. [k] Igitur qui ex fide ſunt, benedicentur cum fideli Abraham. [l] Quicunque enim ex operibus legis ſunt, ſub maledicto ſunt. Scriptum eſt enim: [m] Maledictus omnis qui non permanſerit in omnibus quæ ſcripta ſunt in libro legis vt faciat ea. [n] Quoniam autem in lege nemo iuſtificatur apud deum, manifeſtum eſt, [o] quia iuſtus ex fide viuit. [p] Lex autem non eſt ex fide, ſed [q] qui fecerit ea, viuet in illis. Chriſtus nos [r] redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum: quia ſcriptum eſt. [ſ] Maledictus omnis qui pendet in ligno, [t] vt in gẽtibus benedictio Abrahę fieret in Chriſto Ieſu [u] vt pollicitationẽ ſpiritus accipiamus per fidẽ. [x] Fratres, ſecundũ hominẽ dico, tamẽ hominis cõfirmatũ teſtamentũ [y] nemo ſpernit aut ſuperordinat. Abrahæ dictæ ſũt promiſſiones & ſemini eius. Nõ dicit, & ſeminibꝰ, quaſi in multis, ſed quaſi in vno, & ſemini tuo qui eſt Chriſtus. [z] Hoc autẽ dico teſtamentũ cõfirmatum a deo, [a] quę poſt quadringẽtos & triginta annos, facta eſt lex, nõ irritum fecit ad euacuandam

A a *Et in vobis crucifixus.*] Quaſi apud vos omnia facta ſint. Siue ſic, quem vere pro damnato & mortuo etiam nunc vilem habetis, dum putatis eum vobis non ſufficere ad ſalutem.

b *Hoc ſolum a vobis volo diſcere.*] Hoc vnum vos interrogo.

c *Ex operibus legis ſpiritum accepiſtis, an ex auditu fidei?*] Si ex merito fidei ſpiritum accepiſtis, quid nobis lex amplius poterit date?

d *Sic ſtulti eſtis, vt cum ſpiritu cœperitis, nunc carne conſummamini?*] Cum nec Iudæi aliter ſpiritum accipiant, quam per fidem Chriſti, vos econtrario putatis vobis ſpiritum non ſufficere ſine lege.

e *Tanta paſſi eſtis ſine cauſa.*] Oſtendit quia in Galatia cõſtituti, pro Chriſti fide paſſi ſunt perſecutionem. Item tanta ſine cauſa pro Chriſto toleraſtis, ſi non iterum pro Chriſto corrigatis. Siue ꝙ

B hic, ſi tamen, non dubitantis ſermo ſit, ſed potius confirmantis, ſecundum illud, ſi tamen iuſtum eſt apud deum retribuere, qui nos tribulant tribulationem.

f *Qui ergo tribuit vobis ſpiritum &c.*] Spiritum ſanctum ſola fide accepiſtis, qui non niſi a iuſtis accipitur, iuſtos autẽ ſine legis oneribus eſſe vos conſtat.

g *Abraham credidit deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam.*] Ita & vobis ad iuſtitiam ſolam ſufficit fides.

h *Cognoſcite ergo: quia qui ex fide ſunt, hi ſunt filij Abrahæ.*] Siue Iudæi, ſiue Græci, non carnaliter circuncisi.

i *Prouidens autem ſcriptura, &c. quia benedicentur in te omnes gentes.*] Non vna gens Iudaica, ſed omnes quæ ex operibus legis ſunt.

k *Igitur qui ex fide ſunt, benedicentur cum fideli Abraham.*]

C Non enim circunciſæ ſunt gentes, vt poſſint ex operibus benedici.

l *Quicũque enim ex operibus legis ſunt, ſub maledicto ſunt etc.*] Quia ita præualuit conſuetudo peccandi, vt nemo iam perficiat legem.

m *Maledictus omnis qui non permanſerit in omnibus quæ ſcripta ſunt &c.*] Hoc eſt, quod non omnia vſque ad finem legis mandata ſeruauerit. Quæritur ſane hoc loco, ſi fides ſola ſufficiat Chriſtiano, & vtrum non ſit maledictus, qui euangelica præcepta contemnet. Sed fides ad hoc proficit, vt in primitiis credulitatis accedentes ad deum iuſtificet, ſi deinceps in iuſtificatione permaneat: cæterum ſine operibus fidei, non legis, mortua eſt fides. Qui enim non credit mandatis, & eos qui euangelij præcepta contemnunt, maledictos eſſe, & ſaluator edocuit, dicens: Diſcedite a me maledicti in ignem æternum. Et Iacobus apoſtolus vnius mandati tranſgreſſorem, omnium reum eſſe demonſtrauit. *Matth.25.d* *Iaco.2.b*

n *Quoniam autem in lege nemo iuſtificatur &c.*] Quia nemo illã ſeruat, ideo dictũ eſt, quod ſola fide iuſtificandi eſſent credentes. Itẽ vult oſtẽdere: quia ex operibus legis Moyſi, iuſtificari homo non poſſit, niſi habuerit & fidem, quæ veniam dat credenti in deo. Non enim qui credunt in Chriſto, ſine lege viuere poſſunt. D

o *Quia iu. &c.*] Perfecta fides eſt, non ſolum Chriſtum, ſed & Chriſto credere.

p *Lex autem non eſt ex fide.*] Non iuſtificat ſola fides.

q *Sed qui fecerit ea, viuet in illis.*] Suo labore conquirat iuſtitiam, & viuet in æternũ.

r *Chriſtus nos redemit &c.*] Qui ſub maledicto nõ erat: quia per omnia legẽ impleuit. Et ideo indebito maledicto eius, noſtrũ debitum compenſatum eſt, vt liberet tranſeuntes ad fidem.

ſ *Maledictus omnis qui pendet in ligno.*] Sic eſt ſcriptum. Si cui fuerit iudicium mortis, ſuſpendetis eum in ligno. Non ideo maledictus, quia pendet: ſed ideo pẽdet, quia maledictus. Chriſtus ergo cui non erat iudicium mortis, nec cauſa ſubeundæ crucis & maledicti reatus, pro nobis maledictum ſuſcepit: quia omnes maledicti eramus, & debiti ligno: & ideo maledicti, quia non permãſimus in omnibus quæ ſcripta erant in lege. *Deut.21.d* E

t *Vt in gentibus benedictio Abrahæ fieret in Chriſto Ieſu.*] Vt ſola fide gentes benedicerẽtur in Chriſto, ſicut promiſſum fuerat Abrahæ.

u *Vt pollicitationem ſpiritus accipiamus per fidem.*] Quæ per Iohelem prophetam omni carni promiſſa eſt, id eſt, vniuerſo generi hominum. *Ioel.2.g*

x *Fratres, ſecundum hominem dico, tamẽ hominis confirmatum teſtamentum.*] Humano vtor exemplo: comparari enim humana diuinis, propter euidentiorẽ intellectum poſſunt, æquari non poſſunt.

y *Nemo ſpernit aut ſuperordinat. Abrahæ dicta ſunt promiſſiones &c.*] Quia poſt tantum temporis data eſt lex. F

z *Hoc autem dico teſtamentum confirmatum a deo.*] In Chriſto Ieſu.

a *Quæ poſt quadringentos & triginta annos, facta eſt lex &c.*] Ne quis putet eſſe contrarium: quoniam in libro Geneſeos ad Abraham a deo dicitur. Scito prænoſcens, quod peregrinum futurum ſit ſemen tuum in terra non ſua, & ſubiicient eos ſeruituti, & affligent quadringẽtos annos, & hic Apoſtolus triginta annos amplius ponat. Quod autem dicit, hoc eſt, ſeptuageſimoquinto ætatis ſuæ anno, Abraham, accepit a deo repromiſſionem, a quo tempore vſque ad initium legis Moſaicę quadringenti & triginta anni, hac ratione complentur. Ex tempore repromiſſionis vſque ad centeſimum annum Abrahæ, quando Iſaac filius ei natus fuit, vigintiquinque anni numerãtur. Poſtea quinto ætatis anno, Iſaac paruulus, ab Iſmaele cœpit affligi, ſicut idem Apoſtolus in hac ipſa epiſtola ſcribit. Euidenter ergo monſtratur ſecundum ſermonem dei ad Abraham factum, poſt centum triginta annos repromiſſionis, ſemen eius perſecutionibus laborare cœpiſſe. *Geneſ.15.e*

a. Nam



dam promiſſionem. [a] Nam ſi ex lege hæreditas, iam non ex promiſſione. Abrahæ autem per repromiſſionem donauit deus. [b] Quid igitur lex? [c] Propter tranſgreſſionem poſita eſt, donec veniret ſemen cui promiſerat, [d] ordinata per angelos in [e] manu mediatoris. Mediator [f] autem vnius non eſt, [g] deus autem vnus eſt. [h] Lex ergo aduerſus promiſſa dei? Abſit. Si enim data eſſet lex que poſſet viuificare, vere ex lege eſſet iuſtitia. [i] Sed concluſit ſcriptura omnia ſub peccato, vt promiſſio ex fide Ieſu Chriſti daretur credentibus. Prius [k] autem quam veniret fides, ſub [l] lege cuſtodiebamur, concluſi in eam fidem quæ reuelanda erat. [m] Itaque lex pædagogus noſteṛ fuit in Chriſto, vt ex fide iuſtificemur. At [n] vbi venit fides, iam non ſumus ſub pædagogo. [o] Omnes enim filij dei eſtis per fidem, quæ eſt in Chriſto Ieſu. [p] Quicunque enim in Chriſto Ieſu baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. [q] Non eſt Iudæus, neque Græcus, non eſt ſeruus, neque liber: non eſt maſculus, neque femina. Omnes enim vos vnum eſtis in Chriſto Ieſu. Si [r] autem vos Chriſti, ergo ſemen Abrahæ eſtis ſecundum promiſſionem hæredes.

## CAP. IIII.

[ſ] DIco autem: Quãto tempore hæres paruulus eſt, nihil differt a ſeruo, cũ ſit dominus omniũ, ſed ſub tutoribus & actoribus eſt vſque ad præfinitum tempus a patre. [t] Ita & nos cũ eſſemus paruuli, ſub elemẽtis mundi eramus ſeruientes. At [u] vbi venit plenitudo temporis, miſit deus filium ſuum, [x] factum ex muliere, [y] factum ſub lege, vt eos qui ſub lege erant, redimeret, [z] vt adoptionem filiorum reciperemus. [a] Quoniam autẽ eſtis filij dei,

A a *Nam ſi ex lege hæreditas, iam non ex promiſſione. Abrahæ autem per repromiſſionem donauit deus.*] Non per legem, quæ necdum erat.

b *Quid igitur lex?*] Quare ergo data eſt lex?

c *Propter tranſgreſſionem poſita eſt, donec veniret ſemen cui promiſerat.*] Propterea data eſt, vt nos non tranſgredi, vel cogeret, vel doceret, vſque dum Chriſtus veniret.

d *Ordinata per angelos.*] Hoc loco Moſen dei & Hebræorum mediatorem ſignificat, legem per angelum domini accepiſſe, ſicut in libro Actuum apoſtolorum Stephanus dicit. Hic eſt Moſes, qui fuit in eccleſia in ſolitudine cum angelo qui loquebatur ei in monte Sina. Item legimus angelos per legem ſępe populo affuiſſe. *Act.7.e*

e *In manu mediatoris.*] Siue Moſi (vt quidam putant) ſiue Chriſti. Nam & Moſes, aiunt, inter deum & populũ medius fuit.

f *Mediator autem vnius non*

B *eſt.*] Id eſt vnius partis.

g *Deus autem vnus eſt.*] Hoc ideo addidit, ne quis putaret Chriſtum ab vnitate diuinæ naturę penitus eſſe diuiſum, quia mediatoris ſuſcepiſſet officium.

h *Lex ergo aduerſus promiſſa dei? Abſit. Si enim data eſſet lex quæ poſſet viuificare, vere ex lege eſſet iuſtitia.*] Sicut ad Romanos ait. Quod impoſſibile erat legi, in quo infirmabatur, ſcilicet, quæ a nemine ſeruabatur. *Rom.8.a*

i *Sed concluſit ſcriptura omnia ſub peccato, vt promiſſio ex fide Ieſu Chriſti daretur credẽtibus.*] Adueniente Chriſto, qui ſub lege Moſi erant, concluſi ſunt peccato, ſi vltra in legis obſeruatione permanere voluerint. Quia maledicti qui vmbræ legis deſeruierunt veritate præſente. Item oſtendit, quoniam non po-

C tuit inueniri, qui daretur credentibus, vt neceſſe eſſet ſola fide ſaluari credentes.

k *Prius autem quam veniret fides.*] Priuſquam veniret, cui crederemus.

l *Sub lege cuſtodiebamur, concluſi in eam fidem quæ reuelanda erat.*] Seruabamur a lege, huic fidei quæ erat ſuo tempore reuelanda.

m *Itaque lex pædagogus noſter fuit in Chriſto, vt ex fide iuſtificemur.*] Ad diſciplinam nos arctius retentans, perfectam doctrinam vero magiſtro ſeruabat.

n *At vbi venit fides, iam non ſumus ſub pædagogo.*] Perfectę ætatis diſcipuli non indigent pædagogo.

o *Omnes enim filij dei eſtis per fidem, quæ eſt in Chriſto Ieſu.*] Æqualiter & Iudæi & gentes per ſolam fidem filij dei eſtis, qua credidiſtis Chriſto.

p *Quicunque enim in Chriſto Ieſu baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis.*] Filium dei induti, & toti membra eius effecti, filij dei ſitis neceſſe eſt: vt quid ergo vobis lex quæ ſeruis & peccatoribus data eſt, quibus per baptiſmum peccata remiſſa ſunt?

q *Non eſt Iudæus neque Græcus, non eſt ſeruus neque liber, non eſt maſculus, neque ſemina: omnes enim vos vnum eſtis in Chriſto Ieſu.*] Ante enim non ſolum inter Iudæum & Græcum, ſed etiam inter tribum & tribum erat magna diuerſitas. D

r *Si autem vos Chriſti, ergo ſemen Abrahæ eſtis ſecũdum promiſſionem &c.*] Si omnes vnum corpus eſtis Chriſti, Abrahæ ſemẽ eſtis, & veri hæredes, nõ ex carnali ſemine, ſed ex diuina promiſſione generati.

CAP. IIII.

ſ *DIco autem &c. ſub tutoribus & actoribus eſt vſque ad præfinitum tempus &c.*] Quia dominatum quõdam ſacerdotes & principes exercebant: quos tutores & actores appellat. Modo autẽ non dominari, ſed formam præbere iubẽtur: quia ſacerdotale genus ſumus, & omnia communiter habemus, quamuis per illos percipiamus ſacramenta. E

t *Ita & nos cum eſſemus paruuli, ſub elementis mundi eramus ſeruientes.*] Dierum videlicet & temporum, quæ fuerant eorũ infirmitati neceſſaria, pro temporis qualitate.

u *At vbi venit plenitudo temporis, miſit deus filium ſuum.*] Impletum iam erat tempus quando legem per malam conſuetudinem nemo poterat cuſtodire.

x *Factum ex muliere.*] Dicẽs factum ex muliere, ſexum ſignificat, nõ corruptionem. Cæterum vt manifeſte oſtẽderet natum ex virgine, ait, ex muliere, non per mulierem. In eo autem quod dicit: ex muliere, monſtrat non more ſolito ex conuentu viri & feminę, ſed per ſpiritum ſanctum, ex matre tã- F tum Chriſtum incarnationem hominis ſuſcepiſſe. Nam idem Apoſtolus ad Corinthios ſcribens ait. Sicut mulier ex viro, ita & vir per mulierem. Vnde ſicut in principio generationis, mulier ex viro ſumpta eſt, ita & Chriſtus ſecundum carnem, ex matre tantum eſt. Omnis autem reſidua humana generatio, non eſt ex muliere ſecundum Apoſtoli dictum, ſed per mulierem, vt clareat generatio hominum ex viro per mulierem creari. *Cor.7.b*

y *Factum ſub lege, vt eos qui ſub lege erant, redimeret.*] Chriſtus ſub lege factus eſt, vt peccatum in carne vincens, credentes in ſe, a legis vinculis liberaret: ipſe autem ſub lege tamdiu fuit, donec baptizatus, noui teſtamenti inciperet euangelium prædicare. Item ſi ſub lege factus non eſſet, Iudæos ſaluare non poterat: gentes vero poterat poſitus ſub lege redimere.

z *Vt adoptionem filiorum reciperemus.*] Non enim omnes recepiſſemus adoptionem, ſi factus ſub lege non eſſet.

a *Quoniam autem eſtis filij dei, miſit deus ſpiritũ filij ſui in corda veſtra clamantem, abba pater.*) Ex hoc nos probat filios eſſe dei, quoniam ſpiritum Chriſti accepimus.

dei, miſit deus ſpiritum filij ſui in corda veſtra clamantem, abba pater. [a] Itaque iam non eſt ſeruus, ſed filius: quod ſi filius, & hæres per deum. [b] Sed tunc quidem ignorantes deum his qui natura non ſunt dij, ſeruiebatis. [c] Nũc autem cum cognoueritis deum, imo cogniti ſitis a deo: [d] quomodo conuertimini iterum ad infirma & egena elemẽta, quibus denuo ſeruire vultis? [e] Dies obſeruatis, & menſes, & tempora, & annos. [f] Timeo ne forte ſine cauſa laborauerim in vobis. [g] Eſtote ſicut ego: quia & ego ſicut vos. [h] Fratres obſecro vos, nihil me læſiſtis. Scitis [i] autem quia per infirmitatem carnis euangelizaui vobis iampridem, & [k] tentationem veſtram in carne mea non ſpreuiſtis, neque reſpuiſtis, ſed [l] ſicut angelum dei excepiſtis me [m] ſicut Chriſtum Ieſum. Vbi [n] eſt ergo beatitudo veſtra? [o] Teſtimonium enim perhibeo vobis: quia ſi fieri potuiſſet, oculos veſtros eruiſſetis, & dediſſetis mihi. [p] Ergo inimicus vobis factus ſum, verum dicens vobis? [q] Æmulantur vos non bene, ſed excludere vos nolunt, vt illos æmulemini. [r] Bonum autẽ ęmulamini in bono ſemper, & non tantum cum præſens ſum apud vos. Filioli [ſ] mei quos iterũ parturio, donec formetur Chriſtus in vobis. [t] Vellem autem eſſe apud vos modo, & [u] mutare vocem meam: [x] quoniá confundor in vobis. [y] Dicite mihi qui ſub lege vultis eſſe. Legem non legiſtis? Scriptum eſt enim: quoniam Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla, & vnum de libera. Sed qui de ancilla, ſecundũ carnem natus eſt; qui autem de libera, per repromiſſionem: [z] quæ ſunt per allegoriam dicta. Hæc

A a *Itaque iam non eſt ſeruus, ſed filius, quod ſi filius, & hæres per deum.*] Quid vis iterum ſeruus eſſe, qui iam filius & hæres es? Item hic manifeſte oſtendit: quia totus populus, vnus filius vocatur.

b *Sed tunc quidem ignorantes deum, his qui natura non ſunt dij, ſeruiebatis*] Conuertit ſe ad illos, qui ex gentibus crediderant, & arguit illos: quia dies feſtos & tẽpora Iudæorum obſeruare vellent, ſicut antea idolis fecerant. Nam Iudæis iſti dies idcirco conceſſi ſunt, ne eos amore feſtiuitatis, idolis exhiberent.

c *Nunc autem cum cognoueritis deum, imo cogniti ſitis a deo.*] Ante ignorabamini ab illo, quia non nouit iniquos, & non vos illum quæſiſtis, ſed ille vos perditos requiſiuit.

d *Quomodo conuertimini iterũ ad infirma & egena elementa, quibus denuo ſeruire vultis?*] Euidenter oſtendit Apoſtolus Galatas poſt acceptam fidem Chriſti, ad idolorum iterum rediſſe culturam.

B e *Dies obſeruatis, & menſes, & tempora, & annos.*] Nos non ſimiliter obſeruamus: nõ enim Calendas colimus, nec dies feſtos, ſicut illi in luxuria & epulis, ſed in ſynceritate azyma epulamur.

f *Timeo ne forte ſine cauſa laborauerim in vobis.*] Nihil enim prodeſt Chriſtianos vos factos, ſi iſta iterum obſeruetis.

g *Eſtote ſicut ego, quia & ego ſicut vos.*] Hoc eſt quod dicit, me imitamini gentiliter viuentem: quia & ego gentiliter viuo, Iudaica obſeruatione depoſita, ſicut Apoſtolus in hac eadem epiſtola Petro apoſtolo dicit. Si tu cum ſis Iudæus, gentiliter viuis, quomodo cogis gentes Iudaizare? *Gal.2.c*

h *Fratres, obſecro vos, nihil me læſiſtis.*] Vt merito putetis me inimicitiarum & non ſalutis veſtræ cauſa moueri.

i *Scitis autem quia per infirmitatem carnis euangelizaui vobis*

C *iampridem.*] Vel per paſſionem, vel etiam per naturalẽ infirmitatem: quia theſaurum gratiæ in vaſis fictilibus baiulabat.

k *Et tentationem veſtram in carne mea non ſpreuiſtis, neque reſpuiſtis.*] Increpando hoc apoſtolus dicit: quia cum fidem Chriſti apud Galatas prędicaret, perſecutionem ab incredulis ciuibus eorum paſſus eſt, & nihilominus ipſi tentationi & variis iniuriis permiſerunt Apoſtolum ſubiacere. Item grandis tentatio eſt, ſi vir ſanctus aut infirmetur, aut impune lædatur. Sed ideo iſta pati permittitur a deo, vt virtutem per infirmitatem perficiat, & vt corruptionem hanc ſentientes, incorruptam vitam, maiori ſtudio & amore perquirant.

l *Sed ſicut angelum dei excepiſtis me.*] Cum ſe angelis comparatum gaudet, probat angelos hominibus eſſe maiores.

m *Sicut Chriſtum Ieſum.*] Non ſolum vt angelum.

n *Vbi eſt ergo beatitudo veſtra?* Quam nunc taliter ſuſcepiſtis.

o *Teſtimonium enim perhibeo vobis: quia ſi fieri potuiſſet, oculos veſtros eruiſſetis, & dediſſetis mihi.*] Oſtendit quanta eũ D charitate dilexerint, & quomodo ſe totos eius doctrinæ tradiderint. Vtique chariſſima corporis ſui membra eidem tradere cupierant, hanc ſolam euangelico lumini dignam eſſe viciſſitudinem arbitrantes, ſi ſua lumina ei reddidiſſent.

p *Ergo inimicus vobis factus ſum, verum dicens vobis.*] Hæc eſt cõditio veritatis, vt eam ſemper inimicitiæ ſequantur, ſicut per adulationem pernicioſam, amicitiæ conquiruntur. Libenter enim quod delectat, auditur: & offendit omne quod nolumus. Ita enim & hi diligere cœperant ſabbathi ocia, & dierum feſtorum epula prædicantes contra Apoſtolum, qui omnem continentiam ſuo illis exemplo monſtrabat.

q *Æmulantur vos non bene, ſed excludere vos volunt, vt illos æmulemini.*] Æmulus & imitator, poteſt & inimicus intelligi. Sic non bene æmulatur, qui vt alium deiiciat, nõ vt ipſe proficiat, æmulatur. E Æmulamini autem meliora chariſmata.

r *Bonum autem æmulamini in bono ſemper, & non tantum cum præſens ſum apud vos.*] Nolite illos æmulari, ſed bonum ſemper æmulamini, non in præſentia mea tantum.

ſ *Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis.*] Euidenter hoc aduerſus hæreticos valet, qui poſt baptiſma peccantibus, pænitẽtiam non dant. Item in illo vere Chriſtus formatur, qui virtutem fidei eius intelligit: & in quo omnis conuerſatio eius exprimitur atque depingitur.

t *Vellem autem eſſe apud vos modo.*] Quia quanta vos audire meremini, ſcribere tanta non poſſum.

u *Et mutare vocem meam.*] Vocem blandientis patris, in rigorem magiſtri veteris mutare.

F x *Quoniam confundor in vobis.*] Detrimentum diſcipulorum, confuſio eſt magiſtri, ſicut profectus eorum, eſt gloria præceptoris. Confunditur autem: quia iam filij facti, rurſum ſerui eſſe cupiebant.

y *Dicite mihi qui ſub lege vultis eſſe &c. quoniam Abraham duos filios habuit &c.*] Iſmael, carnis: Iſaac, filius fidei. Illum enim Abraham ſecundum carnalem vſum genuit, iſtum contra naturam promiſſione ſuſcepit.

z *Quæ ſunt per allegoriam dicta.*) Quæ quidem ſunt per allegoriam dicta, hoc eſt, alia ex aliis figurata. Dedit autem regulam hoc loco Apoſtolus intelligendi allegoricas rationes, ſcilicet vt, manente hiſtoriæ veritate, figuras veteris teſtamenti exponamus. Nam cum dixiſſet, Abraham duas vxores veriſſime habuiſſe: poſtea quid præfigurauerint, demonſtrauit, & hoc ipſum ibi fecit, vbi aliqua ſanctorum honeſta geſta referuntur, non vbi peccata notantur. Cæterum delicta dicere per myſteria, aut impoſſibilitatis, aut ignorantiæ deum eſt criminari. Qui autem aliter ſua monſtrare non poterit ſacramenta, aut certe putans ſibi quorundam peccata neceſſaria, prius illa generaliter



Hæc [a] enim ſunt duo teſtamenta, [b] vnum quidem in monte Sina, in ſeruitutem generans, [c] quæ eſt Agar. [d] Sina enim mons eſt in Arabia, qui coniunctus eſt ei quæ nũc eſt Hieruſalem, & [e] ſeruit cum filiis ſuis. [f] Illa autem quæ ſurſum eſt Hieruſalem, libera eſt: quæ eſt mater noſtra, ſicut ſcriptum eſt. [g] Lætare ſterilis quæ non paris: [h] erumpe & clama quæ non parturis: [i] quia multi filij deſertæ magis [k] quam eius quæ habet virum. Nos [l] autem fratres ſecundum Iſaac promiſſionis filij ſumus. [m] Sed quomodo tunc is qui ſecundum carnem natus fuerat, [n] perſequebatur eum qui ſecundum ſpiritum, [o] ita & nunc. [p] Sed quid dicit ſcriptura? Eiice ancillam & filium eius, non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ. [q] Itaque fratres non ſumus ancillæ filij, ſed liberæ, qua libertate nos Chriſtus liberauit.

## CAP. V.

[r] STate, & nolite iterum iugo ſeruitutis cõtineri. [ſ] Ecce ego Paulus dico vobis: [t] quoniam ſi circuncidamini, Chriſtus vobis nihil proderit. [u] Teſtificor autem rurſus omni homini circuncidenti ſe: quoniam debitor eſt vniuerſæ legis faciendæ. Euacuati [x] eſtis a Chriſto: qui in lege iuſtificamini, a gratia excidiſtis. [y] Nos eñ ſpiritu ex fide ſpẽ iuſtitię expectam⁹. [z] Ná in Chriſto Ieſu, neq; circũciſio aliquid valet, neq; pręputiũ: ſed [a] fides quę p charitatẽ operat̃. [b] Currebatis bene: [c] quis vos impediuit veritati nõ obedire? [d] Nemini conſenſeri-

A generaliter condemnet: ſed & poſtea reprehendendo atque vindicando oſtendat, illa non propter ſua myſteria fieri voluiſſe, præcepta vero difficile inueniet Apoſtoli taliter exponentis, ne eorum vitam videretur eneruare.

a *Hæc enim ſunt duo teſtamenta.*] Vetus & nouum, ſingulos populos generantia.

b *Vnum quidem in monte Sina, in ſeruitutem generans.*] Iudæi metu præſentium cogebantur, vt feræ: nos vero præmiis inuitamur, vt liberi, & illi quaſi ſerui præter moralia præcepta, etiam diuerſis operibus premebantur: nobis autem quaſi filiis, moralibus monitis adimpletis, ſeruilia onera auferuntur: ſed illi ſacerdotibus ſuis ex debito ſeruientes, tributa etiam reddere cogebantur: nos præter charitatem nihil debentes, antiſtites noſtros voluntarie honoramus.

B c *Quæ eſt Agar.*] Cuius typum habuit ſynagoga.

d *Sina enim mons eſt in Arabia, qui coniunctus eſt ei quæ nunc eſt Hieruſalem.*] Ex qualitatibus locum, vult intelligi diuerſitatem teſtamentorum.

e *Et ſeruit cum filiis ſuis.*] Cum filiis Hieruſalem gentibus ſeruit.

f *Illa autem quæ ſurſum eſt Hieruſalem, libera eſt, quæ eſt mater noſtra &c.*] Recte dicit Apoſtolus, Hieruſalem cæleſtem ſterilem eſſe generatione filiorum: quia non illic generat filios, ſed hic per fidem renatos in Chriſto: poſtea ſuſcipit, & eorum quos ſuſceperit, mater efficitur. Hoc autem valet contra dogma eorum, qui dicunt animas de cælo propter peccatum, in terras demitti, & naſcentibus corporibus in-

C fundi. Quod autem ait. Multi filij deſertæ magis quam quæ habet virum. Filios deſertæ ſignificat eccleſiæ populos ex gentibus congregatos. Habentem autem virum, ſynagogam Iudæorum teſtatur: ſicut Oſee propheta mõ- *Oſee 2.a*
ſtrat: Iudicate matrem veſtram, iudicate: quia ipſa non vxor mea, & ego non vir eius. Item eccleſia mater eſt tam gentilium credẽtium, quam etiam Iudæorum: cuius filij, ſerui eſſe non poſſunt. Et ideo & mediator noui teſtamenti de cælo aduenit pontifex: & euangelium non in vno loco, ſed in toto mundo eſt prædicatum.

*Eſa.54.a* g *Lætare ſterilis quæ non paris.*] Prophetico teſtimonio probat meliorem nos, quam Iudæos matrem habere.

h *Erumpe & clama quæ non parturis.*] Clamor, pro prophetia ponitur in hoc loco.

*1.Reg.2.a* i *Quia multi filij deſertæ magis.*] Hoc præfigurabat Anna, quæ dixit: Sterilis quæ peperit ſeptem, & fœtoſa in filiis infirmata eſt.

k *Quam eius quæ habet virum.*] Quæ virum habere putans, de fœcunditate gloriatur. Aut quia habebat virum antequam eiiceretur cum filio ſuo.

l *Nos autem fratres ſecundum Iſaac promiſſionis filij ſumus.*] Quomodo de Iſaac, ita & de nobis eſt Abrahæ repromiſſum, quod ſcilicet in eo benedicendæ eſſent omnes gentes.

m *Sed quomodo tunc is qui ſecundum carnem natus fuerat.*] Semper carnales homines eos, qui ſpirituales ſunt, perſequuntur. Vnde mirum non eſt, ſi modo carnei & ſæculares, homines ſanctos tribulent & affligant: imo inde cognoſcendi ſunt iuſti eſſe, ſi a talibus opprimantur. D

n *Perſequebatur eum qui ſecundum ſpiritum.*] In Geneſi quidem hoc ſcriptum eſt: Quia illuſerat Iſaac Iſmael. *Gen.21.a* Sed Apoſtolus oſtendit non ſimplicem luſum fuiſſe, quẽ perſecutionẽ appellat. Quia ſcurrilem eum & leuem ſicut ipſe erat, facere cupiebat: ne illi poſſit in hæreditate præferri. Ideo Abraham deiiciendo eum, vocem Saræ iubet audire.

o *Ita & nunc.*] Ita & iſti ſeruos ſuos ſibi ſimiles facere nituntur.

p *Sed quid dicit ſcriptura? Eiice ancillam & filium &c.*] Quantum vis ſe extollat iniquitas, ancilla eſt, & ſubiicienda ſanctis, ſicut & Iudęi: quamuis Abrahæ filios ſe iactent, quamdiu filij ancillæ fuerint, nobiſcum hæreditatem habere non poſſunt. E

q *Itaque fratres non ſumus ancillæ filij, ſed liberæ: qua libertate nos Chriſtus liberauit.*] Non debemus ancillam ſequi, matre relicta: quia licet eiuſdẽ viri fuerit vxor, tamen ad tempus: quia Saræ tempus nondum venerat generandi.

### CAP. V.

r *STtate & nolite iterum iugo ſeruitutis contineri.*] State in fide euangelij: iam enim tempus legis effluxit: nolite iugum cum Iudæis trahere, quod nec ipſi ferre poſſunt.

ſ *Ecce ego Paulus dico vobis.*] Ego vobis audenter dico, neminem pertimeſcens.

t *Quoniã ſi circuncidamini, Chriſtus vobis nihil proderit.*] Quia ſolum illum ad ſalutem vobis ſufficere non putatis.

v *Teſtificor autem rurſus omni homini circuncidenti &c.*] Qui F caput operum legis ſuſcepit, neceſſe eſt vt cætera membra ſuſtineat, ne maledicto ſubiaceat.

x *Euacuati eſtis a Chriſto: qui in lege iuſtificamini, a gratia excidiſtis.*] Si in lege ſpem ponitis, & iuſtificare poſſe vos creditis, infirmam Chriſti gratiam iudicatis: & quod iam gratis conſecuti eſtis, tanquam non habentes, propriis vultis laboribus adipiſci.

y *Nos enim ſpiritu ex fide ſpem iuſtitiæ expectamus.*] Spirituali conuerſatione perfectæ fidei, ſperamus nos iuſtitiæ immortalem accepturos eſſe mercedem.

z *Nam in Chriſto Ieſu neque circunciſio aliquid valet, neque præputium.*] Neque circunciſio prodeſt, nec præputium nocet temporibus Chriſtianis.

a *Sed fides, quæ per charitatem operatur.*] Ergo & fides operatur per charitatem, non per timorem: qui enim credit deo, attendit mandatis: nam qui credit futuris, amplius operatur, quam qui præſentem metuit pœnam.

b *Currebatis bene.*] Fidei greſſibus, & moralibus diſciplinis.

c *Quis vos impediuit veritati non obedire?*] Quis ille fuit, qui legis operibus implicauit, vt curſum veſtræ fidei impediret?

d *Nemini conſenſeritis: perſuaſio hac nõ eſt ex eo qui vocat vos.*] Nec illis nec mihi, ſine verbis dei conſentire debetis: qui vos iterum ad pænitentiam vocat.

consenſeritis. Perſuaſio hæc non eſt ex eo qui vocat vos. [a] Modicum fermẽtum totam maſſam corrumpit. [b] Ego confido in vobis in domino, quod nihil aliud ſapietis. [c] Qui autem conturbat vos, portabit iudicium quicunque eſt ille. [d] Ego autem fratres, ſi circuncißionem adhuc prædico, quid adhuc perſecutionem patior? [e] Ergo euacuatum eſt ſcandalum crucis? [f] Vtinam abſcindantur qui vos conturbant. [g] Vos enim in libertatem vocati eſtis fratres, tantum ne libertatem in occaſionem detis carnis, ſed [h] per charitatem ſpiritus ſeruite inuicem. Omnis [i] enim lex in vno ſermone impletur. [k] Diliges proximum tuum [l] ſicut teipſum. Quod ſi [m] inuicem mordetis & comeditis, [n] videte ne ab inuicem conſumamini. [o] Dico autem in Chriſto. Spiritu ambulate, & [p] deſideria carnis non perficietis. [q] Caro enim concupiſcit aduerſus ſpiritum, ſpiritus autem aduerſus carnẽ. Hæc [r] enim ſibi inuicem aduerſantur, vt non quæcũque vultis, illa faciatis. [ſ] Quod ſi ſpiritu ducimini, non eſtis ſub lege. [t] Manifeſta ſunt autem opera carnis, [u] quæ ſunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum ſeruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, diſſenſiones, ſectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia, [x] quæ prædico vobis ſicut prædixi: [y] quoniam qui talia agunt, regnum dei non conſequentur. [z] Fructus autem ſpiritus, eſt charitas, [a] gaudium, [b] pax, patientia, [c] benignitas, bonitas, [d] longanimitas, [e] mãſuetudo, [f] fides, [g] modeſtia, [h] continentia, [i] caſtitas. [k] Aduerſus huiuſcemodi non eſt lex. [l] Qui autem ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis & concupiſcentiis.

## CAP. VI.

[m] SI ſpiritu viuimus, ſpiritu & ambulemus. [a] Non

A a *Modicum fermentum, totam maſſam corrumpit.*] Ne quis diceret: Cur omnes corripis, dum non omnes errauerunt? Oſtendit quod modicum malitiæ fermentum, totam poſſit eccleſiam, & maſſam ſuam a veritate corrumpere.

b *Ego confido in vobis in domino, quod nihil aliud ſapietis.*] Quam habet veritas Chriſti.

c *Qui autem conturbat vos, portabit iudicium quicumque eſt ille.*] Ab euangelij veritate.

d *Ego autem fratres ſi circunciſionem adhuc prædico, quid &c.*] Quod de me vobis mentiti ſunt deceptores, ita me aliis prædicare. Quid perſecutionem patior, ſi ipſius circunciſionis non inimicus ſum, vt affirmatur.

e *Ergo euacuatum eſt ſcandalum crucis?*] Ideo ſcandalum patiuntur, quia in ſola fide crucis dico eſſe ſalutem.

f *Vtinam abſcindantur qui vos conturbant.*] Si putant ſibi hoc prodeſſe, non ſolum

B circundantur, ſed etiam abſcindantur: ſi enim expoliatio membri proficit, multo magis ablatio. Quidam dicunt. Vtinam errore abſciſi veritatis radicibus inſerantur.

g *Vos enim in libertatem vocati eſtis fratres, tantum ne libertatem in occaſionem detis carnis.*] Tantum ne per occaſionem circunciſionis, ad legis ſeruitium redeatis.

h *Sed per charitatem ſpiritus ſeruite inuicem.*] Non ſuperbiam per ſpeciem libertatis inſinuo, ſed ſpontaneum eſſe volo ſeruitium, non coactum.

i *Omnis enim lex &c.*] Legis etiam ipſa moralia quæcunque ſunt, vno poſſunt ſermone concludi, & in vno hoc præcepto compleri.

C k *Diliges proximum tuum.*] Dilectio vel charitas, in quatuor modis conſiſtit, hoc eſt, in dei dilectione, quæ prima eſt: ſecunda, ſi noſmetipſos ſecundum deum amemus: tertia, proximos: quarta, etiam inimicos. Deum ergo plus quam nos diligere debemus, proximum ſicut nos, inimicum vt proximum. Proximus diligebatur in lege, & niſi deum primo dilexerimus, nos minime poſſumus non peccando diligere, & nos diligamus ad quam formam proximos diligimus: quod ſi proximos non amamus, quando inimicum amare poterimus? Si ergo volumus dilectionem habere, primo deum pluſquam noſtras animas diligamus: quod inde probatur, ſi propter deum etiam ſalutem noſtram, & ipſas animas contemnamus.

l *Sicut teipſum.*] Qui ſecum proximum diligit, vtraque complet genera mandatorum, id eſt, nec malum facit, vlli nec bonum facit.

m *Quod ſi inui. &c.*] Per contentiones ſinguli vos meliores alteris iudicando.

n *Videte &c.*] Dum alter alteri occaſio perditionis extat.

o *Dico autem in Chriſto. Spiritu amb.*] Spiritualibus actibus, quos infra deſcribit.

p *Et deſideria &c.*] Non quo caro ſine anima concupiſcat, ſed quando ipſa anima carnalia cogitat, caro dicitur: quando vero ſpiritualia, vnus cum deo fit ſpiritus. Quamdiu vero duplex in nobis eſt deſiderium vel voluntas, nõ perficimus quæcumque volumus, vno ædificante in nobis, & alio deſtruente. D

q *Caro enim concupiſcit aduerſus ſpiritum, ſpiritus autem aduerſus carnem.*] Carnalis conſuetudo aduerſus ſpirituale deſiderium.

r *Hæc enim ſibi inuicem aduerſantur, vt non quæcunque vultis, illa faciatis.*] Hoc facit ratio, vt non voluntatem ſequatur effectus.

ſ *Quod ſi ſpiritu ducimini, nõ.*] Si vos ſpiritualibus per omnia actibus occupetis, non eſt vobis lex neceſſaria, quæ carnalibus data eſt.

t *Manifeſta ſunt opera carnis.*] Non eſt difficile diſcernere inter vtraque opera. E

v *Quæ ſunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum ſeruitus, veneficia, inimicitiæ &c.*] Inimicitias & cætera ſequentia, carnalia dicit, quæ animæ ſun[t] non carnis, ne Manich[æ]i eum ſubſtantiam carnis accuſare putarent, ſed omne malum carnale definiunt, omne bonum ſpirituale, quia cæleſte.

x *Quæ prædico vobis ſicut prædixi.*] Ex his cætera colligere poteram, quæ compendij gratia prætermiſi.

y *Quoniam qui talia agunt, regnum dei non conſequentur.*] Notandum atque plangendum, quod contentioſos atque diſſidentes vel iracundos, cum idololatris, & veneficis, & homicidis penitus excluſit a regno. F

z *Fructus autem ſpiritus, eſt charitas.*] Omnium virtutum prima eſt charitas, quam in quattuor partes diuiſibilem annotauimus.

a *Gaudium.*] Spirituale.

b *Pax, patientia.*] Etiam cum odientibus pacem.

c *Benignitas, bonitas.*] Semper bene velle facere.

d *Longanimitas.*] Illatas iniurias ſuſtinere patienter.

e *Manſuetudo.*) Nulli iniuriam irrogare.

f *Fides.*) Vel debes credere, vel oĩbus promiſſa cõplere.

g *Modeſtia.*) Nec læſus iraſci.

h *Continentia.*) In coniugiis ſpiritualibus.

i *Caſtitas.*) In virginibus intelligitur.

k *Aduerſus huiuſcemodi non eſt lex.*) Non enim iſta prohibuit, ſed & qui nouũ implet, nõ eſt ſub veteri teſtamẽto.

l *Qui autem ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis & concupiſcentiis.*) Si omnia ſimul vitia crucifixa ſunt, & caro quaſi pendens in ligno, non concupiſcit, vt quid nobis lex quæ data eſt ad vitia coercenda? Simul illud notandũ, q̃d eos dixerit Chriſti eſſe, qui carnẽ cũ vitiis crucifixerũt. Hoc cõtra illos, qui ſolã fidẽ ſufficere arbitrantur.

### CAP. VI.

m *SI ſpiritu viuimus, ſpiritu & ambulemus.*) Si per ſpiritum vitam habemus, ſpiritualiter conuerſemur: & non carnaliter



[a] Non efficiamur inanis gloriæ cupidi [b] inuicem prouocantes, inuicem inuidẽtes. [c] Fratres, & ſi præoccupatus homo fuerit in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, huiuſcemodi inſtruite in ſpiritu lenitatis, [d] conſiderans teipſum, ne & tu tenteris. [e] Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti. [f] Nam ſi quis exiſtimat ſe aliquid eſſe, cum nihil ſit, ipſe ſe ſeducit. [g] Opus autem ſuum probet vnuſquiſque, & ſic in [h] ſemetipſo tantum gloriam habebit, & nõ in altero. [i] Vnuſquiſque enim onus ſuum portabit. [k] Communicet autem is qui catechizatur verbo ei qui ſe catechizat in omnibus bonis. [l] Nolite errare, deus non irridetur. [m] Quæ enim ſeminauerit homo, hæc & metet: quoniam qui ſeminat in carne ſua, de carne & metet corruptionem. [n] Qui autem ſeminat in ſpiritu, de ſpiritu metet vitam æternam. [o] Bonum autem facientes non deficiamus: [p] tempore enim ſuo metemus non deficientes. [q] Ergo dum tempus habemus, [r] operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domeſticos fidei. [ſ] Videte qualibus litteris ſcripſi vobis mea manu. [t] Quicunque enim volunt placere in carne, hi cogunt vos circuncidi, tantum vt crucis Chriſti perſecutionem non patiantur. [u] Neque enim qui circunciduntur, legem cuſtodiunt, ſed [x] volunt vos circuncidi, vt in carne veſtra glorientur. Mihi [y] autem abſit gloriari, niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem mihi mũdus crucifixus eſt, & ego mundo. In [z] Chriſto enim Ieſu neque circunciſio aliquid valet, neque præputium, ſed noua creatura. Et [a] quicunque hanc regulam ſecuti fuerint, pax ſuper illos & miſericordia, & ſuper [b] Iſrael dei. De [c] cætero nemo mihi moleſtus ſit. Ego enim ſtigmata domini Ieſu in corpore meo porto. [d] Gratia domini

A carnaliter legi ſeruiamus.

a *Non efficiamur inanis gloriæ cupidi*] Inanis gloriæ eſt cupidus, qui alterius quamuis veram doctrinam euacuare conatur, vt plures videatur habere diſcipulos: huiuſmodi tamen ſe alterutrum ad iracundiam prouocare conſueuerunt, quamdiu ſibi inuicem inuidere non deſinunt. Inanis aliter gloria eſt, ſi ex his quæ non præcipiuntur in lege, omnes cogamur facere, quantum non facimus, & cum ipſi nõ poterimus, hæc ſuperflua dicamus.

b *Inuicem prouocantes, inuicem inuidentes.*] Si irridendo ſeductos ad iracundiam prouocetis, & illi vobis inuideant.

c *Fratres, & ſi præoccupatus homo fuerit in aliquo delicto &c.*] Hoc illis dicit, qui nõ fuerant perſuaſi, vt præuentos corrigant manſuete. Sane in his præuenitur huma-

B na fragilitas, quæ leuiora ſunt, & ex inſperato contingunt. Cæterum non eſt præuentio, vbi aliquid cum cõſilio diu meditato committitur.

d *Conſiderans teipſum, ne & tu tenteris.*] Quia & tu ipſe homo cum ſis, potes in aliquo præueniri, & adiutorio indigere, ſicuti ſani infirmos ſuſtinent, & mortuos ſepeliunt viui: quia & ipſi infirmari & mori ſe poſſe credunt.

e *Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti.*] Lex Chriſti, charitas eſt, ſicut ipſe dicit. Mandatum nouum do vobis, vt vos inuicem diligatis, ſicut & ego dilexi vos. Notandum quod gratia, lex dicatur. Ioan.13.d

f *Nam ſi quis exiſtimat &c.*]

C Qui ſe putat non poſſe tentari, ſiue qui plus de ſe laudanti quam ſuæ conſcientiæ credit.

g *Opus autem ſuum probet vnuſquiſque.*] Teſtimonio conſcientiæ.

h *Et ſic in ſemetipſo &c.*] In ſua conſcientia, & non in alterius adulatione; ſiue in ſua iuſtitia, non alieno peccato. Nemo enim proficit ad alterius detrimentum: nec ex illius delicto iuſtior quam fuerit, apparebit.

i *Vnuſquiſque enim onus ſuum por.*] Non enim onus eius aufert laus ſectantis.

k *Communicet autem &c.*] Siue obedientiam verbo, & actibus imitationem, ſiue ſubſtantiam victus.

l *Nolite errare &c.*] Homo poteſt a ſerpente, dei vindictam negante, irrideri, ſicut Eua. Nam deus exhibet quod promittit: nam vt omnem eius aſtutiam excluderet, amplius primo peccantibus reddidit, quam promiſit, & vxori Lot etiam quod non dixerat, fecit.

m *Quæ enim ſeminauerit homo, hæc & metet: quoniam qui ſeminat in carne ſua, de carne & metet corruptionem.*] Qui ſpem habet in circunciſione carnali, vel qui vitia ſeminat, metet pœnam.

n *Qui autem ſeminat in ſpiritu, de ſpiritu metet vitam æternam.*] Qui in ſpirituali conuerſatione ſeminat, vel fide. D

o *Bonum autem facientes, non deficiamus.*] Sicut Eccleſiaſticus ait. Non impediaris orare ſemper, & non vereris vſq; ad mortem iuſtificari: quoniam merces domini manet in æternum. Indeficientem enim iuſtitiam, indeficiens præmium ſubſequitur: quia qui perſeuerauerit vſque in finem, ſaluus erit. Eccl.18.c

p *Tempore enim ſuo metemus non deficientes.*] Nunc tempus ſeminandi eſt, non metendi.

q *Ergo dum tempus habemus.*] Vltimum ſementis hoc tempus eſt, feſtinemus ergo cãpos omnes ſerere: ſed magis eos, qui ſunt vberrimi, repleamus: ne incipiamus tempore meſſis, aliis ambulantibus eſurire.

r *Operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domeſticos fidei.*] Indigentibus Iudæis & Paganis, & omnibus Chriſtianis, bonis maliſque miſericordiam faciamus, nec alicui quod dominus communiter tribuit, denegemus: maxime tamen his qui peculiarem fidei exhibent famulatum. E

ſ *Videte qualibus litteris ſcripſi vobis mea manu.*] Intelligite quam non timeam, qui litteras manu mea nuper ſcripſi.

t *Quicunque enim volunt placere in carne, hi cogunt vos circuncidi, &c.*] Qui Iudæis carnalibus placere deſiderant, crucis Chriſti perſecutionem ſuſtinere timentes.

v *Neque enim qui circunciduntur, legem cuſtodiunt.*] Si circunciſio legem faceret cuſtodire, aliquid videretur habere rationis iſta perſuaſio.

x *Sed volunt vos circuncidi, vt in carne veſtra glorientur.*] Vt de carne veſtra apud Iudæos laudem habeant, ſiue quod diſcipulos ad ſe traxerint: glorientur. F

y *Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti &c.*) Non in propria iuſtitia vel doctrina, ſed in fide crucis, per quam mihi omnia peccata dimiſſa ſunt, vt ego mundo morerer, & ille mihi.

z *In Chriſto enim Ieſu neque circunciſio aliquid valet, neque præputium, ſed noua creatura.*) Hoc tempore ſolũ hoc prodeſt, ſi quis renatus in Chriſto, noua conuerſatione vtatur, vt propheta ait, Innouate vobis nouam meſſem, & ne ſeminaueritis inter ſpinas. Circuncidite vos deo veſtro, & circuncidite præputium cordis veſtri. Hier.4.a

a *Et quicunque hanc regulam ſequuti fuerint, pax ſuper illos & miſericordia.*) Quia in ſola fide ſpes collocatur animarum.

b *Et ſuper Iſrael dei.*) Dei eſt ergo Iſrael. Non enim omnes qui ſunt ex Iſrael, hi ſunt Iſraelitæ. Rom.9.b

c *De cætero nemo mihi moleſtus ſit, &c.*) Nemo me amplius interroget, quaſi dubitans: quia omnem expoſui veritatem. Ego enim ſigna & characteres, nõ circunciſionis, ſed crucis & paſſionis in corpore meo circunfero.

d *Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti cum ſpiritu veſtro fratres.*) Subſcriptio talis eſt Apoſtoli. Optat autem vt gratia eos

A domini, non legis opera comitentur. Simul & attende, quia cum ſpiritu veſtro dixerit, non cum carne, in cuius

domini noſtri Ieſu Chriſti cum ſpiritu veſtro fratres. Amen.

circunciſione gloriātur carnales: vos autem ſpiritualiter conuerſamini vt ſpiritualiter circunciſi. D

*Commentariorum in epiſtolam ad Galatas finis.*

# COMMENTARII IN EPISTOLAM ad Epheſios.

## CAP. I.

## EPISTOLA AD EPHESIOS.

[a] PAulus apoſtolus Ieſu Chriſti, per voluntatem dei [b] omnibus ſanctis [c] qui ſunt Epheſi, & fidelibus in Chriſto Ieſu. [d] Gratia vobis & pax a [e] deo patre noſtro & domino Ieſu Chriſto. [f] Benedictus deus & pater domini noſtri Ieſu Chriſti, [g] qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali, in [h] cæleſtibus in [i] Chriſto, [k] ſicut elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem: vt eſſemus ſancti & immaculati in [l] conſpectu eius in [m] charitate. Qui [n] prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum [o] per Ieſum Chriſtum in ipſum [p] ſecundum propoſitum voluntatis ſuæ, in [q] laudem gloriæ gratiæ ſuæ: in [r] qua gratificauit nos in dilecto filio ſuo, in [ſ] quo habemus redemptionem, per ſanguinem eius in remiſſionem peccatorum, ſecundum diuitias gratiæ eius: [t] quæ ſuperabundauit in nobis in omni ſapientia & prudentia, vt notum faceret nobis ſacramentum voluntatis ſuæ, ſecundum beneplacitum eius quod propoſuit in eo in [u] diſpenſatione plenitudinis temporum, [x] inſtaurare omnia in Chriſto, quæ in cælis & quæ in terra ſunt in ipſo. In [y] quo etiam nos ſorte vocati ſumus, [z] prædeſtinati [a] ſecundum propoſitum eius, qui [b] operatur omnia [c] ſecundum conſilium voluntatis ſuę, [d] vt ſimus in laudem gloriæ eius, nos [e] qui ante ſperauimus in Chriſto. In [f] quo & vos cum audiſſetis verbum veritatis, euangelium ſalutis veſtræ, in [g] quo & credentes [h] ſignati eſtis ſpiritu promiſſionis ſancto, qui eſt pignus

gnus

a *PAulus apoſtolus Ieſu Chriſti, per voluntatem dei.*] Non meis meritis.

b *Omnibus ſanctis.*] Omnes ſancti fideles, nō omnes fideles ſancti. Quia poſſunt etiam catechumeni ex eo quod Chriſto credunt, fideles dici, non tamen ſancti ſunt: quia non per baptiſmum ſanctificati. Siue ſic intelligēdum, quod ſcribat, fideliter ſeruantibus gratiam ſanctitatis.

c *Qui ſunt Epheſi, & fidelibus in Chriſto Ieſu.*] Non omnibus Epheſiis, ſed his qui credunt in Chriſto. B

d *Gratia vobis & pax.*] Tūc vobis valebit gratia, ſi ei nō ſitis ingrati, ſalutem veſtram veſtris meritis deputantes. Pacem vero reconciliationis obſeruabimus, ſi nihil eius bonitati vel iuſtitiæ deinceps faciamus contrarium.

e *A deo patre noſtro, & domino Ieſu Chriſto.*] Vnum eſſe patrem & filium demonſtrat, vtique pariter operantes.

f *Benedictus deus & pater domini noſtri Ieſu Chriſti.*] Laudat deum, eo quod donauerit infra ſcripta.

g *Qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali.*] Non aliquantis, ſed omnibus ſpiritualibus gratiæ benedictionibus, vt quomodo in nobis nihil deeſt ex illo, ita voluntati eius nihil deſit ex nobis. C

h *In cæleſtibus.*] Non in carnali proſperitate, nec in terrena abundantia.

i *In Chriſto.*] In capite omnia membra benedixit.

k *Sicut elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem &c.*] Quia nihil nouum eſt ei apud quem omnia erant, antequam fierent. Non vt quidam hæretici ſomniant, animas antea in cælo fuiſſe ſegregatas.

l *In conſpectu eius.*] Non hominum.

m *In charitate.*] Hoc fecit, ſiue immaculatos diligit deus.

n *Qui præde. nos in ado. &c.*] Hos prædeſtinauit, vt haberent poteſtatem filij dei fieri homines, qui credere voluiſſent, ſicut ſcriptum eſt. Loquebantur verbum cum fiducia omni volenti credere.

o *Per Ieſum Chriſtum in ipſum.*] Vt membra eius ſimus.

p *Secundum propoſitum voluntatis ſuæ.*] Non ſecundum merita noſtra.

q *In laudem gloriæ gratiæ ſuæ:*] Vt laudemus gloriam gratiæ eius.

r *In qua grat. nos in dilecto filio ſuo.*] In qua gratia gratos fecit nos ſibi in Chriſto.

ſ *In quo habemus redem. per ſang. &c.*] Non ſolum redemit, ſed etiam peccata remiſit, ſine labore noſtro, iuſtos nos fecit, ſecundum diuitias gloriæ eius.

t *Quæ ſuperabundauit in &c.*] Pluſquam abundauit, vt non ſolum a morte redemptis gratis peccata dimitteret, ſed etiam nobis tantam ſapientiam donaret, vt voluntatis eius occulta myſteria noſceremus. E

v *In diſpenſa. &c.*] In nouiſſimis temporibus, quando iam omnis diſpenſatio temporum, legis & naturæ prophetarumque tranſacta eſt.

x *Inſtau. &c.*] Multi ſuper hac re diuerſa dixere. Nā quidam aiunt cælos, animas, terram, corpora accipienda. Alij cælos, Iudæos qui cæleſtia pręcepta habuerant, terram eſſe gentiles affirmant. Alij vero aſſerunt, non angelos per cælos ſignificari, ſed eorum ſciētiam: ex Chriſti enim tempore profeciſſe, qui tanquam ignari interrogabant: Quis eſt iſte rex gloriæ? Et docentur dominum eum eſſe virtutum. Sed quoniam inſtaurare non dicitur, niſi lapſum: melius eſt ſi eorum gaudium in ſalute hominum inſtauratum eſſe dicamus: quod habuerant antequam homines a iuſtitia penitus declinarent. In terra vero inſtauratum genus hominum per Chriſtum nullus ignorat. F

y *In quo etiam &c.*] Nos qui ex Iudæis credimus.

z *Prædeſtinati.*] Per fidem, ſiue præcogniti.

a *Secundum propoſi. eius.*) Propoſuit omnia reſtaurare: ſed primo oues perditas domus Iſrael.

b *Qui operatur omnia.*) Omnium horum cauſa, voluntas dei eſt: quam rationabilem eſſe non dubium eſt.

c *Secundum conſi. vo. ſuæ.*) Non ſecundum merita noſtra.

d *Vt ſimus &c.*) Vt per conuerſationem noſtram, & ſigna quæ facimus, detur gloria deo.

e *Nos qui &c.*) Nos apoſtoli vel Iudæi, qui priores credimus Chriſto: ſiue ex lege expectauimus.

f *In quo & vos cum au. &c.*) In quo etiam vobis gentibus annuntiata eſt ſalus.

g *In quo & credentes.*) In quo euangelio, ſiue Chriſto.

h *Signati eſtis ſpiritu promiſſionis ſancto, qui eſtis pignus hæreditatis noſtræ.*) Hinc cognoſcimini vnum eſſe, quia eundem ſpiritum

ſpiritum



gnus hæreditatis noſtræ in [a] redemptionem acquiſitionis, in laudem gloriæ ipſius. [b] Propterea & ego audiens fidem veſtram, quæ eſt in Chriſto Ieſu, [c] & dilectionē in omnes ſanctos, [d] non ceſſo gratias agens pro vobis, memoriam veſtri faciens in orationibus meis, [e] vt deus domini noſtri Ieſu Chriſti pater gloriæ, det vobis ſpiritum ſapientiæ & reuelationis in [f] agnitionem eius, [g] illuminatos oculos cordis veſtri, vt [h] ſciatis quæ ſit ſpes vocationis eius, & quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in ſanctis. Et [i] quæ ſit ſupereminens magnitudo virtutis eius in nos qui credimus ſecundum orationem potentiæ virtutis eius, quam operatus eſt in Chriſto Ieſu, ſuſcitans illum a mortuis, & [k] conſtituens ad dexteram ſuam in cæleſtibus, [l] ſuper omnem principatum, & poteſtatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen quod nominatur, non ſolum in hoc ſęculo, ſed etiam in futuro, & [m] omnia ſubiecit ſub pedibus eius. Et ipſum dedit caput ſuper omnem eccleſiam, quę eſt corpus ipſius & plenitudo eius, qui [n] omnia in omnibus adimpletur.

## CAP. II.

[o] ET vos conuiuificauit cum eſſetis mortui delictis & peccatis veſtris, in [p] quibus aliquando ambulaſtis ſecundum ſæculū [q] mūdi huius, [r] ſecundum principem poteſtatis aeris huius ſpiritus, qui [ſ] nunc operatur in filios diffidentiæ, in [t] quibus & nos omnes aliquando conuerſati ſumus in [u] deſideriis carnis noſtræ, facientes voluntatem carnis & cogitationum, & [x] eramus natura filij iræ ſicut & cæteri. [y] Deus autem qui diues eſt in miſericordia, [z] propter nimiam charitatem ſuam qua dilexit nos, & cum [a] eſſemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Chriſto, [b] cuius gratia eſtis ſaluati: & [c] conreſuſcitauit & cōſede-

A ſpiritum accepiſtis: cuius ſigna, arra ſunt hæreditatis futuræ. Si ergo mortuos ſuſcitare arra eſt, quanta erit iſta poſſeſſio? Pignus vero promiſſis fidem operatur ſpiritu promiſſionis, qui non carni promiſſus eſt.

a *In redemptionem acquiſitionis, in laudem gloriæ ipſius.*] Quos redimendo ſuo ſanguine acquiſiuit: vt etiam in hoc laudemus gloriam eius.

b *Propterea & ego audiens fidem veſtram, quæ eſt in Chriſto Ieſu.*] Quam firmiter teneatis fidem Ieſu.

c *Et dilectionem in omnes ſanctos.*] Hoc eſt, fidem operibus comprobatis, & omnes bonos ſine exceptione perſonæ vel notitiæ diligitis. Cauere autem a pſeudoprophetis, & non omni ſpiritui credere: & non ante probationem nobis iudicare præcipitur.

d *Non ceſſo gratias agens pro vobis memoriam veſtri faciens in orationibus meis.*] Nō vt quidam in iucunditate cōuiuij: mihi autem nihil oratione iucundius. B

e *Vt deus domini noſtri Ieſu Chriſti pater gloriæ, det vobis ſpiritum ſapiētiæ & reuelationis.*] Notandum quia fidem & charitatem habentibus, ſapientia a domino prædicatur: nouerat enim adiutricē eſſe virtutum.

f *In agnitionem eius.*] Quomodo optat vt agnoſcant deum, quem vſque adeo nouerant: vt ei credentes, omnes propter ipſum diligerēt ſanctos? Sed hoc petit, vt perfecte agnoſcant magnitudinem eius atque virtutē, qua poteſt promiſſa præmia vel pœnas implere. Magnitudinem, qui cum vbiq; ſit, nihil eum poteſt omnino latere: qui enim pro certo cognouerit, nullo poterit in loco peccare: nam qui humanum teſtimonium erubeſcit, multo magis diuinum poterit revereri. Vnde filij cum ſacerdotes eſſent, deum neſciſſe dicūtur: quia præſentiam & potentiā eius minime timuerunt. Et Ioānes apoſtolus omnem qui peccat, deum non cognouiſſe confirmat. Eccleſ. 18. C

g *Illuminatos oculos cordis veſtri.*] Spiritualia promiſſa non niſi ſpiritualibus oculis peruidentur.

h *Vt ſciatis quæ ſit ſpes vocationis eius &c.*] Si ſciretis ad quantam ſpem vocati eſtis, omnē ſpem ſæculi facile contemneretis: & ſi diuitias hæreditatis dei videretis, omnis terrena vobis horrebit hæreditas. Nemo regnum cū opibus ſuis ſperans, curator eſſe, & mediocrem ſubſtantiam poſſidere dignatur.

i *Et quæ ſit ſupereminens &c.*] Omnis magnitudo virtutū dei in natura vel lege ſupereminet: quia præſtitit Chriſtianis vt filio ſuo non parceret, vt eum caput noſtrū factum, ad ſuam dexteram in cæleſtibus collocaret.

k *Et conſtituēs &c.*] Hic dextera, pro honore ponitur, ne deus corporeus eſſe credatur. Nam & pater a dextris eſſe ſcribitur Chriſti. Dominus, inquit, a dextris tuis confregit in die iræ ſuæ reges. Ambo ergo a dextris ſunt: quia nihil eſt in diuinitate ſiniſtrum. D

l *Super omnem prin. &c.*] Quia vnum eſt iam cum deo aſſumptus homo qui ſuſcitatus eſt.

m *Et omne nomen quod &c.*] Si quod eſt aliud.

n *Et omnia ſubiecit &c. ſuper omnem eccleſiam &c.*] Eccleſia omnium plenitudo mēbrorum eſt.

o *Qui omnia in omnibus adimpletur.*] Quando omnes credent, tunc erit corpus eius effectus in omnibus membris. Totus enim in mēbris, non in ſingulis impletur, ne vlla ſit diuerſitas meritorū.

### CAP. II.

p *ET vos conuiuificauit, cum eſſetis mortui delictis & peccatis.*] Incipit collata beneficia replicare, vt iuxta officium mandatorum ex contemplatione donatæ indulgentiæ, auidius concitentur. Mortui enim erant peccatis facientibus, ſicut Adam & Eua in delitiis viuentes. E

q *In quibus aliquando ambula.*] Notandum quod in peccatis ambulaſſe illos non ambulare dixerit.

r *Secundum ſæculum mundi huius.*] Sæculi hominibus ſimiles, ſequentes diaboli voluptatem.

ſ *Secundum principem poteſtatis aeris huius ſpiritus.*] Secūdum principem illius poteſtatis, qui huius aeris ſatellitibus ſuis ad decipiēdos diuerſis peccatis homines, diues erat poteſtate.

t *Qui nunc operatur in filios diffidentiæ.*] Operatur ſuaſione non vi, in eos qui non credunt. Illi autem qui deſperant atq; diffidunt de promiſſione dei, dicuntur filij diffidentiæ, ſicut filij iræ, & gehennæ, & mortis.

u *In quibus & nos omnes aliquando conuerſati ſumus.*] Nō ſolū vos gētes non credēdo, ſed & nos Iudæi peccando. F

x *In deſideriis carnis noſtræ etc.*] quādo mēs noſtra rebus terrenis & carnalibus inhęrebat: non ſolum deſiderabant, ſed & faciebant quæcumq; mala cogitatio ſuggeſſiſſet.

y *Et eramus natura filij iræ &c.*] Ita nos fraternæ traditionis conſuetudo poſſederat, vt omnes ad damnationē naſci videremur.

z *Deus autem qui diues eſt in miſericordia.*] Miſericors hominibus: quia omnia diligis quæ creaſti: nec enim odiens aliquid conſtituiſti.

a *Propter nimiam charitatem &c.* Nimia charitas eſt, rebelles ſeruos quaſi filios diligere. Vnde conſiderandum eſt, quantum diligit ſanctos & perfectos, qui tantum dignatus eſt diligere peccatores.

b *Et cum eſſemus morti pecc. &c.*] Sine peccato, ſicut Chriſtus per baptiſmum faciendo.

c *Cuius gratia eſtis ſaluati.*] Propter vſum, ſiue qui pro vobis gratis nullo veſtro iuſtitiæ merito intercedente mortuus eſt, cum ipſe reus non eſſet.

d *Et conreſuſcitauit & conſedere fecit in cæleſtibus in Chriſto Ieſu.*] Non poſſumus deſperare quod noſtra iam poſſi-

ſedere fecit in cæleſtibus in Chriſto Ieſu: vt [a] oſtenderet in ſæculis ſuperuenientibus [b] abundantes diuitias gratiæ ſuæ in [c] bonitate ſuper nos in Chriſto Ieſu. [d] Gratia enim eſtis ſaluati per fidem, & hoc non ex vobis. [e] Dei enim donum eſt, non ex operibus, vt ne quis glorietur. Ipſius [f] enim ſumus factura, creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis: quę præparauit deus, vt in illis ambulemus. [g] Propter quod memores eſtote, quod aliquando vos qui gentes eratis in carne: qui [h] dicebamini præputium ab ea quæ dicitur circunciſio [i] in carne manufacta: qui [k] eratis illo in tempore ſine Chriſto, [l] alienati a conuerſatione Iſrael, & [m] hoſpites teſtamentorum, [n] promiſſionis ſpem non habentes, & [o] ſine deo in hoc mundo. Nunc [p] autem in Chriſto Ieſu vos qui aliquando eratis longe, facti eſtis prope in [q] ſanguine Chriſti. Ipſe enim [r] eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum, & [ſ] medium parietem maceriæ [t] ſoluens inimicitias in carne ſua, [u] legem mandatorum decretis euacuans, vt [x] duos condat in ſemetipſo: in [y] vno nouo homine faciens pacem, vt [z] reconciliet ambos in vno corpore deo, per [a] crucem interficiens inimicitias in ſemetipſo: & [b] veniens euangelizauit pacem vobis qui longe fuiſtis, & pacem his qui prope: [c] quoniam per ipſum habemus acceſſum ambo in vno ſpiritu ad patrē. [d] Ergo iā non eſtis hoſpites & aduenæ, ſed eſtis ciues ſanctorū & domeſtici dei, [e] ſuperædificati ſuper fundamentum apoſtolorum & prophetarum ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu, in quo omnis ædificatio conſtructa, [f] creſcit in templum ſanctum in domino. In [g] quo & vos coædificamini in tabernaculum dei in ſpiritu ſancto.

## CAP. III.

[h] HVius rei gratia [i] ego Paulus vinctus Chriſti Ieſu [k] pro vobis gētibus, ſi [l] tamē audiſtis diſpēſationē gratiæ dei, quæ data eſt

A det natura: quia vbi caput eſt, ibi erit & corpus, ſicut ipſe ait. Volo vbi ego ſum, & iſti ſint mecum. Ioan.17.d

a *Vt oſtenderet in ſæculis ſuperuenientibus.*] Ante prædeſtinauit, quod erat his temporibus completurus.

b *Abundantes diuitias gratiæ ſuæ.*] Vere abundans eſt gratia, quæ non ſolum peccata donauit, ſed etiam cum Chriſto reſuſcitans in dextera dei in cæleſtibus collocauit.

c *In bonitate ſuper nos in Chriſto Ieſu.*] Exemplo vel corpore Chriſti.

d *Gratia enim eſtis ſaluati per fidem, & hoc non ex vobis.*] Nō meritis prioris vitæ, ſed ſola fide: ſed tamen non ſine fide.

e *Dei enim donum eſt, non ex operibus, vt ne quis glorietur.*] Quaſi ſuis meritis aliquid in baptiſmo accepiſſet.

f *Ipſius enim ſumus factura creati in Chriſto Ieſu &c.*] Quia nuper ſumus in Chriſto renati, vt quæ in euangeliis ſunt defenſa. B

g *Propter quod memores eſtote, quod aliquando vos qui gentes eratis in carne.*] Commemorat illa, ne de tanta ignobilitate qua ad ſummam regni perducti ſunt dignitatem, ſint ingrati beneficiis largitoris.

h *Qui dicebamini præputium ab ea quæ dicitur circunciſio.*] Gentes, præputium: Iudæi, circunciſio dicebantur.

i *In carne manufacta.*] In manu humana: in carne, non in ſpiritu dei, aut corde.

k *Qui eratis illo in tempore ſine Chriſto.*] Neſcientes Chriſtum, idola inſenſibilia colebatis.

l *Alienati a conuerſatione Iſrael.*] Qui tunc erat populus dei.

m *Et hoſpites teſtamentorum.*] C Etiam ſi credideritis, proſelyti, hoc eſt, aduenæ habebamini.

n *Promiſſionis ſpem non habentes.*] Quam deus promiſit Abrahæ, illi ſoli ſperare videbantur.

o *Et ſine deo in hoc mundo.*] Multos enim falſos deos ſequentes, vnum amiſerant verbum.

p *Nunc autem in Chriſto Ieſu vos qui aliquando eratis longe &c.*] Ita vt Iudæos ſequeremini qui cum deo erant.

q *In ſanguine Chriſti.*] Credendo vos eſſe ſanguine eius & paſſione liberatos.

r *Ipſe enim eſt pax noſtra &c.*] Ipſe eſt reconciliatio vtriuſque populi ad inuicem ad deum.

ſ *Et medium parietem maceriæ.*] Medius paries, & ſepis & maceries, onera legis erant, duos populos diuidentes, & ideo ipſe paries inimicitiæ nominantur.

t *Soluens inimicitias in carne ſua.*] Circunciſionis & cæterorum: quæ non tam dei voluntas, quam aut temporis ratio, aut populi duritia exegerat.

v *Legem mandatorum decretis euac.*] Per ſolam fidem iuſtificans moralia ſola decernens.

x *Vt duos condat in ſemet.*] Iudæum & gentem in ſuo corgore æqualiter coniungens. D

y *In vno nouo homine &c.*] In vnum populum Chriſtianum ex duobus effectum.

z *Reconciliet ambos &c.*) Quia ambo per peccatum fuerant inimici.

a *Per crucem interficiens &c.*) Per ſolam fidem crucis, quæ nullum deterret, non enim grauis & difficilis eſt, quā habere etiam latro potuit crucifixus.

b *Et veniens euangelizauit pacem &c.*) Ad hoc venit, vt diſſidens humanum genus in ſemetipſo & in deo, ad reconciliationis gratiam reuocaret.

c *Quoniam per ipſum habemus acceſſum ambo in vno ſpiritu ad pa.*) Nemo venit ad patrem, niſi per me. In vno ſpiritu, vnum corpus, vnum ſpiritum habet, & ſignum pacis.

d *Ergo iam non eſtis hoſpites &c.*) Iam non extranei & E & proſelyti: nec enim ſeparauit nos deus a populo ſuo, ſicut dixit Eſaias: ſed ciues, Eſa.56.a qui ſunt eiuſdem originis vel hoſpitij, & habitationis.

e *Super ædificati ſuper fundamentum apoſtolorum & prophetarum &c.*) Prophetarum noui teſtamenti, in quibus Agabus fuit, Chriſtus eſt etiam fundamentum, qui etiam lapis dicitur angularis, Act.11.d duos coniungens & continens parietes. Ideo autem fundamentum, & ſummus eſt: quia in ipſo fundatur & conſummatur eccleſia.

f *Creſcit in templum ſanctum in domino.*) In templo ſancto non poſſunt lapides niſi ſancti poni, ad comparationem templi Hieruſalem dixit extrui corpus Chriſti, id eſt, eccleſiam, & multo maiorem munditiam & ſanctitatem habet veritas, quam imago. F

g *In quo & vos coædificamini in tabernaculum dei in ſpiritu ſancto.*) Vt cum apoſtolis & prophetis, ſitis habitaculum dei ſpirituale, non manu factum.

CAP. III.

h *HVius rei gratia.*) Quam ſuperius memorauit, quod filius dei & gentes ſaluauerit & Iudæos, & vtroſque fecerit vnum.

i *Ego Paulus vinctus Chriſti Ieſu.*) Siue catenis, ſiue Chriſti amore ligatus, non poſſum meam, niſi domini facere voluntatem. Sane quomodo vinctum ſe nominat cōfirmat euangelium Chriſti. Oſtendit quanta ſit ſpes, pro quo talia pati libenter amplectitur, cum poſſet apud Iudæos, vt legis doctor & magnis diuitiis abundare, & ſummo honore gaudere.

k *Pro vobis gentibus.*) Secundum euangelium, inimici propter vos: quia vos ſimiles eſſe dicimus Iudæorum.

l *Si tamen audiſtis diſpenſationem gratiæ dei, quæ data eſt mihi in vobis.*) Si tamen firmiter retinetis me in vobis diſpenſationem accepiſſe doctrinæ. Quis enim fidelis ſeruus & Matth.24.d prudens,



eſt mihi in vobis: [a] quoniam ſecundum reuelationem [b] notum factum mihi eſt ſacramētum, ſicut ſupra ſcripſi in [c] breui, prout poteſtis legentes intelligere prudentiam meam in [d] miniſterio Chriſti, [e] quod aliis generationibus non eſt agnitum filiis hominum, ſicuti nunc reuelatum eſt ſanctis apoſtolis eius & prophetis in ſpiritu eſſe [f] gentes cohæredes & [g] concorporales, & comparticipes promiſſionis in Chriſto Ieſu per [h] euangeliū, cuius factus ſum ego miniſter ſecundū [i] donū gratiæ, quæ data eſt mihi ſecundum [k] operationem virtutis eius. Mihi [l] enim omnium ſanctorum minimo data eſt gratia hæc in gentibus [m] euangelizare ininueſtigabiles diuitias Chriſti: & [n] illuminare omnes, quæ ſit diſpēſatio ſacramenti [o] abſconditi à ſęculis in deo qui [p] omnia creauit, vt [q] innoteſcat principatibus & poteſtatibus in cæleſtibus per eccleſiam multiformis ſapiētia dei [r] ſecundū præfinitionem ſæculorum, quā fecit in Chriſto Ieſu domino noſtro: in [ſ] quo habemus fiduciam & acceſſum in confidentia per fidem eius. [t] Propter quod peto ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis, quæ eſt gloria veſtra. [u] Huius rei gratia flecto genua mea ad patrē domini noſtri Ieſu Chriſti: ex quo omnis paternitas in cælis & in terra nominatur: vt [x] det vobis ſecundum diuitias gloriæ ſuæ virtutem corroborari per ſpiritū eius in [y] interiori homine Chriſtum habitare per fidem in cordibus veſtris in [z] charitate radicati & fundati, vt [a] poſſitis comprehendere [b] cum omnibus ſanctis, quæ [c] ſit latitudo & lōgitudo & ſublimitas & profundum. [d] Scire etiā ſupereminentem ſciētiæ charitatem Chriſti: [e] vt impleamini in omnem plenitudinē dei. Ei [f] autem qui potens eſt omnia facere ſuperabundanter quam petimus aut intelligimus ſecundum virtutem quæ operatur in nobis, ipſi [g] gloria in eccleſia & in Chriſto Ieſu in [h] omnes generationes ſæculi ſæculorum. Amen.

## CAP. IIII.

[i] OBſecro itaque vos ego vinctus in domino, vt digne ambuletis vocatione qua vocati

A prudens, quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuam, vt det illis eſcam in tempore.

a *Quoniam ſecundum reuelationem.*] Non ſecundum humanam doctrinam.

b *Notum factum mihi eſt ſacramentum, ſicut ſupra ſcripſi.*] Iudæos & gentes vnum eſſe in Chriſto.

c *In breui, prout poteſtis &c.*] Non quātum poteram ego ſcribere, ſed quantum vos aſſequi valebatis.

d *In miniſterio Chriſti.*] Non eloquio ſæculari.

e *Quod aliis generationibus nō eſt agnitum &c.*] Sciebant quidem prophetæ priores gentes eſſe vocandas, non tamen ſciebant nullam inter ipſos & Iudæos diſcretionē futuram.

f *In ſpiritu eſſe gentes cohæredes.*] Per ſpiritum mihi reuelatum, ſiue in ſpiritu illos ſociatos eſſe non carnis circū- B ciſione.

g *Et cōcorporales & cōparticipes promiſſionis in Chriſto Ieſu.*] Id eſt, vnius corporis, non ſolum cohæredes, quod poſuit diuerſi generis eſſe, nec ſolum concorporales: quia poſſunt eiuſdē generis filij, non eiuſdem in hæreditate eſſe ſubſtantiæ.

h *Per euangelium, cuius factus ſum ego miniſter.*] Per meam prędicationem omnibus innoteſcet: quia hoc mihi peculiariter reuelatum.

i *Secundum donum gratiæ dei &c.*] Non ſecundum meritum meum.

k *Secundum operationē virtutis eius.*] Cuius virtus me cōfirmauit: ſiue cuius virtutes meū confirmāt euangelium.

l *Mihi enim omnium ſanctorū minimo data eſt gratia hæc.*] C Minimo tempore, non labore. Notandum quod inter ſanctos ſe humiliando fecerit gratum.

m *In gentibus euangelizare inueſtigabiles diuitias Chriſti.*] Annuntiare futuras hæreditates, diuitias promiſſas: quas ſenſus humanus apprehendere non valet, niſi per reuelationem.

n *Et illuminare omnes, quæ ſit diſpenſatio ſacramenti.*] Iudæis & gentibus huius ſacramenti pandere rationem.

o *Abſconditi a ſæculis in deo.*] Hoc eſt, quod in primis temporibus, ſoli deo confirmatum erat.

p *Qui omnia creauit.*] Et Iudæos & gentes, ſiue omnem creaturam, vt ſenſus contra Marcionem proficiat, & omnes hæreticos.

q *Vt innoteſcat principatibus & poteſtatibus in cæleſtibus per eccleſiā multiformis ſapientia dei.*] Vt per me his qui rebus cæleſtibus per omnem eccleſiam principantur, multiformis ſapientia innoteſcat.

r *Secundum præfinitionem ſæculorum, quam fecit in Chriſto Ieſu domino noſtro.*] Quam præfiniunt & hoc tempore, quando iam homines aliter ſaluari non poterunt, niſi Chriſti D fide ſaluentur.

ſ *In quo habemus fiduciam & acceſſum in confidentia per fidem eius.*] Non per noſtram iuſtitiam, ſed per eum cuius fides peccata dimiſit.

t *Propter quod peto ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis, quæ eſt gloria veſtra.* Ne me audientes impune lædi: ad deum non pertinere putetis, in quo magis gloriari debetis: intelligentes me tanta abſque certa ſpei fiducia ſuſtinere non poſſe.

u *Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem domini noſtri Ieſu Chriſti, ex quo omnis paternitas in cælis & in terra nominatur.*] Ex quo omnis paternitas nomen accepit. Siue ex quo omnis res, pater nominatur.

x *Vt det vobis ſecundum diuitias glo. ſuæ &c.*] Vt vos per E illuminationem ſcientiæ & diuitiarum fructum confirmet.

y *In interiori homine habitare Chriſtum &c.*] Vbi interior homo per fidem robuſtus eſt, ibi habitat Chriſtus, non vbi exterior ſaginatur.

z *In charitate radicati & fundati.*] Vt in eius amore firmiter ſtarent, beneficiorum eius recordatur, vt eum cognitis eius beneficiis diligerent.

a *Vt poſſitis comprehendere.*) Vt ex omni parte magnitudinem ſcientiæ adipiſci valeatis.

b *Cum omnibus ſanctis.*) Quęre ſapientiam apud malos, & non inuenies. Et alibi. In Prou.14.a corde autem boni requieſcit ſapientia.

c *Quæ ſit latitudo & longitudo & ſublimitas & profundum.*) Quidam dicunt F quod latitudo ſpacioſa via intelligatur, longitudo vita æterna, altitudo cælum, profundum infernus: vt ſcilicet horum omnium notitiam habētes, nouerint quid diligant vel quid refutent.

d *Scire etiam ſupereminentem.*) Supereminet fructus.

e *Vt impleamini in omnem plen. dei.*) Vt efficiamini pleni omnibus virtutibus.

f *Ei autem qui potens eſt omnia facere &c.*) Frequenter maiora tribuit, non ſolum quam petimus, ſed etiam quam petere intelligimus, quæ operatur in nobis.

g *Ipſi gloria in eccleſia & in Chriſto Ieſu.*) Quia veniens Chriſtus ſibimet ad dei gloriam eccleſiam congregauit.

h *In omnes generationes ſæculi ſæculorum.*) Immēſa beneficia, immenſis laudibus celebranda, non ſolum de his quæ Chriſti tēporibus contulit, ſed etiā quæ ante fecit, faciet.

CAP. IIII.

i *OBſecro itaque vos ego vinctus in domino vt digne ambuletis &c.*) Ego vos rogo, qui veſtri cauſa ſum vinctus, vt

vocati eſtis, cum [a] omni humilitate & manſuetudine, cum patiẽtia [b] ſupportantes inuicem in charitate: ſoliciti [c] ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis. [d] Vnum corpus & vnus ſpiritus: ſicut vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtræ. Vnus dominus, vna fides, vnum baptiſma. [e] Vnus deus & pater omniũ, [f] qui ſuper omnes, & per omnia & in omnibus nobis. [g] Vnicuique autem noſtrum data eſt gratia [h] ſecundum menſuram [i] donationis Chriſti. [k] Propter quod dicit: Aſcendens in altum, captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. [l] Quod autem aſcendit, quid eſt niſi quia & deſcendit primum [m] in inferiores partes terræ? [n] Qui deſcẽdit, ipſe eſt, & qui aſcendit ſuper omnes cælos, [o] vt adimpleret omnia. [p] Et ipſe dedit quoſdam quidẽ apoſtolos, quoſdam autem prophetas, [q] alios vero euangeliſtas, [r] alios autem paſtores & doctores, ad [ſ] conſummationem ſanctorum in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti, [t] donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & [u] agnitionis filij dei in [x] virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti: [y] vt iam non ſimus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ in [z] nequitia hominum, in aſtutia [a] ad circũuentionem erroris. [b] Veritatem autem facientes in charitate, [c] creſcamus in illo per omnia, qui [d] eſt caput Chriſtus: ex quo totũ corpus compactum & connexum per omnẽ iuncturã ſubminiſtrationis, ſecundum operationem in [e] menſuram vniuſcuiuſque membri augmentum corporis facit, in ædificationem ſui in charitate.

[f] Hoc igitur dico & teſtificor in dño: vt [g] iam non

A vos dei filium agnoſcentes: digne tanto honore conuerſemini: quia vna dignitas eſt qua agnoſcuntur propria inſtituta.

a *Cum omni humilitate & manſuetudine, cum patientia.*] Et mentis & corporis. Humilitas vera nihil ſibi vendicat, manſuetus nulli nocet, patiens nulli vicem reddit iniuriæ.

b *Supportantes inuicem in charitate.*] Sufferunt & philoſophi, ſed nõ in charitate. Nos vero non vt laudari, ſed vt ille quem ſuſtinemus proficiat, diligentes ſuſtinere debemus.

c *Soliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis.*] Per vinculum pacis in vobis vnitas ſpiritus continetur. Multitudinis enim credentium erat cor vnum & anima vna. *Act.4.f*

d *Vnũ corpus & vnus ſpirit⁹, ſicut vocati eſtis in vna ſpe etc.*] Vnum conſenſum debet habere in vno corpore omniũ

B compago membrorum, quę ad vnam ſpem ſunt vocata ſalutis. Vnde diligentius legere debent hunc locum hi qui in ſæculi occupationibus ligati, putant ſibi licere peccare, & aliis non licere: cum omnes in vnum corpus baptizati, eundem ſpiritum acceperint, & in vna ſpe vocati ſint dei. Siue ſic: ſi vnum ſpiritum habetis, & ex vno patre deo nati eſtis, nolite vobis de terrena nobilitate aliquid arrogare, ne veſtram gloriam amittatis.

e *Vnus deus & pater omniũ.*] Etiam eorum qui ex gentibus crediderunt.

f *Qui ſuper omnes, & per omnia, & in omnibus nobis.*] Super omnes virtutes, vt potens: per omnia opera ſua, qui immẽſus omnibus Chri-

C ſtianis, ſecundum quam habitare dignatur.

g *Vnicuique autem noſtrum data eſt gratia.*] Non multa ſunt corpora per varietatem gratiarum, ſed membra diuerſa.

h *Secundum menſuram.*] Non tam noſtræ capacitatis, quam illius largientis.

i *Donationis Chriſti.*] Ad quam gratiam qui ſe aptauerit, ipſam conſequitur: vtputa, qui ſtudioſus legis eſt, ſapientiam multam, oranti & ieiunanti conceditur ſpiritus poteſtas.

k *Propter quod dicit: Aſcendens in altum captiuam duxit captiuitatem &c.*] Quos diabolus captiuos tenebat ad mortem, Chriſtus captiuauit ad vitam, ad caput noſtrum in cæleſtibus collocandum.

l *Quod autem aſcendit, quid eſt niſi quia & deſcendit.*) Exponit cur dicatur aſcendiſſe, quem nuſquam eſſe non dubium eſt: ſecundum formam ſcilicet ſerui: ad quam non localiter, ſed dignanter deſcenderat.

m *In inferiores partes terræ.*] Infernum ſub terra eſſe nemo iam ambigat.

n *Qui deſcendit ipſe eſt &c.*] Qui deſcendit cum anima in infernum, ipſe cum anima & corpore aſcendit in cælum.

o *Vt adimpleret omnia.*] Gloria triumphantes, ſiue quæ ſcripta ſunt, ſiue dum iam humanitas cum diuinitate vnum effectum eſt. D

p *Et ipſe dedit quoſdam quidem apoſtolos, quoſdam autem prophetas.*] Contra Arianos, vt filij & patris vna ſit operatio. Nam ad Corinthios deum patrem dicit in eccleſia ordinaſſe: hic vero Chriſtum hoc dixiſſe commemorat.

q *Alios vero euangeliſtas.*] Omnis apoſtolus euangeliſta, non omnis euangeliſta apoſtolus: ſicut Philippus qui vnus erat ex ſeptem.

r *Alios autem paſtores & doctores.*] Paſtores vero omnes qui ſunt idonei ad alios inſtruendos. Omnis ergo paſtor doctor: non omnis qui doctor eſt & paſtor.

ſ *Ad conſummationem ſanctorum &c.*] Vt perficiantur ſancti, ſiue eorum numerus impleatur, omnes ſunt conſtituti ad ædificandam eccleſiam, quæ corpus Chriſti eſt, vt omnes ad perfectionem E fidei perducant.

t *Donec occurramus omnes in vnitatem fidei.*] Hoc votum etiam falſis doctoribus ineſt, ideſt, volo omnes eſſe ſicut me.

v *Et agnitionis filij dei.*] Ille agnouit gratiam filij dei qui non peccat: quia omnis qui peccat, non videt eum, nec cognouit eum.

x *In virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti.*] Qui enim dicit ſe in Chriſto manere, debet quomodo ille ambulauit, ambulare, & non annorum eius ætatem, ſed plenitudinem imitari.

y *Vt iam non ſimus paruuli fluctuantes &c.*] Vt non ſimus ignorantes nec dubij ac vacillantes, & more imperiti gubernatoris, omnes doctrinæ vento noſtræ fidei F velut appendentes, ne facile naufragemus, aut ad portum perfectionis nunquam peruenire poſſimus.

z *In nequitia hominum &c.*] Nequitia hominum, aſtutis diſputationib⁹ a recto fidei curſu detorquet incautos.

a *Ad circunuentionem erroris.*) Siue cum multi quoddam erroris ſui remedium putant, ſi multos ſecum traxerint ad errorem: ſiue errantibus remediũ, ſine labore promittentes, permanere faciũt in errore.

b *Veritatem autem facientes in charitate.*) Omnia in veritate propter charitatẽ Chriſti, & nihil in hypocriſi faciẽtes.

c *Creſcamus in illo per omnia.*) In illius perfectione ex omni parte creſcamus.

d *Qui eſt caput Chriſtus &c.*) Ex capite connexum corpus, per omnem ſubiunctionem operationis creſcit, dum ſe alterutrũ membra ædificant diligendo: ita vt vnũquodque membrũ in ſua menſura augeatur, hoceſt, vt qui eſt per ſapientiam oculus, in eorum numerum creſcat qui oculi officiũ geſturi ſunt, & ſingula quæq; mẽbra ꝑficiãt.

e *In menſuram vniuſcuiuſque membri &c.*) Dum ſingula membra creſcunt, maius efficitur corpus.

f *Hoc igitur dico & teſtificor in domino.*) Quos ſuperius obſecrauerat, hic in domino obteſtatione conſtringit.

g *Vt iam non ambuletis ſicut &c.*) Nolo, ait, ſolo vos nomine



non ambuletis ſicut & gentes ambulant in [a] vanitate ſenſus ſui, [b] tenebris obſcuratum habentes intellectum: [c] alienati à vita dei per [d] ignorantiam, quæ eſt in illis [e] propter cæcitatem cordis ipſorum, [f] qui deſperantes ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ in [g] operatione immunditiæ omnis in auaritiam. Vos [h] autem non ita didiciſtis Chriſtum: ſi tamen illum audiſtis, & in ipſo edocti eſtis: [i] Sicut eſt veritas in Ieſu. [k] Deponite vos ſecundum priſtinam conuerſationem veterem hominem: [l] qui corrumpitur ſecundum deſideria erroris. [m] Renouamini autẽ ſpiritu mẽtis veſtræ, & [n] induite nouum hominem, [o] qui ſecundũ deum creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate veritatis. [p] Propter quòd deponentes mendacium [q] loquimini veritatem vnuſquiſq; cũ proximo ſuo: quoniã ſumus inuicẽ membra. [r] Iraſcimini, & nolite peccare. [ſ] Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram. [t] Nolite locum dare diabolo. [u] Qui furabatur, iam non furetur: magis autem laboret operando [x] manibus ſuis, quod bonum eſt: vt habeat vnde tribuat neceſſitatem patienti. Omnis ſermo [y] malus ex ore veſtro non procedat: ſed ſi [z] quis bonus eſt ad ædificationem fidei: [a] vt det gratiam audientibus. Et nolite [b] contriſtare ſpiritum ſanctum dei: in [c] quo ſignati eſtis in die redemptionis. Omnis [d] amaritudo & [e] ira [f] & indignatio & [g] clamor & [h] blaſphemia tollatur à vobis cum omni malitia. [i] Eſtote autem inuicẽ benigni, [k] miſericordes, [l] donantes inuicem, ſicut & deus in Chriſto donauit vobis.

CAP.

A mine eſſe Chriſtianos, & deum ore confitentes operibus denegare, ſed quantum inter diabolum diſtat & deum, tanta differentia debẽt filij dei à filiis diaboli in operibus diſcrepare. Ne deum labiis honorantes, cordis timore lõgius aſſiſtamus, & dicatur de nobis, Sine cauſa colũt me, hoc eſt: ex mea cultura nullos accipient fructus.

a *In vanitate ſenſus ſui.*] Vani ſunt enim omnes homines quibus non eſt ſapientia dei.

b *Tenebris obſcuratum habentes intellectum.*] Sed ignorantia & mundanarum rerũ ſolicitudinum à caligine ac tenebris obſcuratum.

c *Alienati à vita dei.*] Illi ideo à vita alienati ſunt dei, quia ignorant, vos autẽ quia cognouiſtis deum ſequi debetis.

B d *Per ignorantiam quæ eſt in illis.*] Notandum quia contẽptus ignorãtiã generauit.

e *Propter cæcitatem cordis eorũ &c.*] Dicẽtium, nõ eſt deus.

f *Qui deſperãtes &c.*] Deſperantes pœnam impiorum & præmium iuſtorum, neceſſe eſt vt præſentibus voluptatibus, adhæreant, qui futura deſperãt. Venite & fruamur bonis quæ ſunt, & cætera. *Sap.2.b*

g *In operatione immunditiæ &c.*] Omnia crimina, immunditiæ & auaritiæ nomine comprehendit.

h *Vos autem nõ &c.*] Et ſicut ille, non gentili ritu viuatis. Ille enim vere Chriſtum audiuit, & ab ipſo didicit, qui nullo ſimilis vitio gentibus inuenitur.

i *Sicut eſt veritas in Ieſu.*] Sicut ille vere mortuus eſt & ſurrexit, vt nos vere in nouitate ambulemus.

k *Deponite vos ſecũdum &c.*] Expoſuit quid ſit vetus ho-

C mo, & quomodo deponatur, ſcilicet vt priſtinos errores abijciat huius mundi, & non membris corporis, ſed mẽte & conuerſatione mutetur.

l *Quæ corrumpitur ſecundum deſideria erroris.*] Faciens voluntatem carnalium cogitationum.

m *Renouamini autẽ ſpiritu mentis veſtræ.*] Sicut Hieremias ait. Facite vobis cor nouum & ſpiritum nouum. *Ezech.18.g*

n *Et induite nouum hominem.*] Ex veteri intellige nouum.

o *Qui ſecundum deum creatus eſt &c.*] Expoſuit quid ſit hominem ad imaginem dei creatum, vt ſcilicet iuſtus & ſanctus & verax ſicut deus, vt ſanctitate veritatis nõ vanitatis ſit præditus, hoc eſt, quæ vanam hominum gloriã aucupatur, cum ſcriptum ſit. Iuſte quod iuſtum eſt perſequeris.

p *Propter quod deponentes mendacium.*] Hic deſcribitur ipſa ſpecies caſtitatis, quibus nouus homo cognoſcitur.

q *Loquimini veritatem vnuſquiſque &c.*] Nemo ſuum circumueniat fratrem: quia vnum corpus ſumus, & nõ poſſunt alterutrum membra ſe fallere: nec enim manus illudit oculo, aut dentes lacerant membra, niſi forte vbi ſpiritus immundus inhabitat.

r *Iraſcimini & nolite peccare.*] Ira non inebriet mẽtem, ſed veritas diſpenſet, nec tuam iniuriam, ſed fratris animaduerte peccatum.

ſ *Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram.*] Ne ſcientiæ lumen in tua indignatione deficiat. D

t *Nolite locum dare diabolo.*] Iraſcendo vel quolibet alio delicto. Porta enim diaboli eſt peccatum, ſicut homo iuſtus ſpiritus ſancti porta eſt.

u *Qui furabatur, iam non furetur: magis autem laboret.*] Alienos labores aliquando direptos nunc ſuo labore compenſet, & operando tribuat indigentibus, qui multos furando fecit egentes.

x *Operando manibus quod bonum eſt: vt habeat vnde tribuat neceſſitatem patienti.*] Non quod malũ: ſunt enim multæ vel inhoneſtæ, vel malæ artes, vt maleficia & omnia quæ non ad naturæ neceſſitatem, ſed ad concupiſcentiarum proficiunt voluptatem.

y *Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat.*] Nõ vnus, nec duo, ſed omnes mali ſermones, in hoc Chriſtiani debent eſſe crucifixi. E

z *Sed ſi quis bonus eſt &c.*] Nõ ſilentium impoſuit, ſed qualitatem loquendi monſtrauit, vt omnis ſermo fidem ædificet Chriſtianam, & os noſtrum ſolum appetat verbum dei. Simul notandum, quia hoc vniuerſæ eccleſiæ præcipitur.

a *Vt det gratiam audientibus.*] Hoc eſt quod alibi dicit. Sermo veſter in gratia ſit ſale conditus, & in ſermone noſtro gratiam accipiãt audientes. *Coloſ.4.*

b *Et nolite contriſtare ſpiritum ſanctum dei.*] Hominibus loquens, comparationem inducit humanam, vt ex nobis intelligamus quantam ſpiritui ſancto iniuriam facimus, cum donum eius in nobis aliqua peccati ſorde polluimus. Et quia de hoſpitio ſuo nobis condolet, ideo ſibi dolens triſtis abſcedit. Cæterũ triſtitia & ira & cætera huiuſmodi in nobis paſſiones ſunt: quia paſſibiles ſumus. In deo vero diſpenſationes: nos illa inuiti patimur, ille voluntate ad noſtram emendationem aſſumit. Et hæc eſt quæ aſſumit deum & hominem, harum conditionum diuerſitas & natura. F

c *In quo ſignati eſtis &c.*] Signaculum ſancti ſpiritus in die baptiſmi accepiſtis, nouum ſignaculum habere cœpiſtis.

d *Omnis amaritudo.*] In qua contriſtatur ſpiritus ſanctus. Recte autẽ poſuit amaritudinẽ: quia ipſa eſt prouocatio.

e *Et ira.*] Omnem aufert iram.

f *Et indignatio.*] Indignatio ex ſuperbia eſt, cum aliquem iudicamus indignum, ideo eum nolumus ſuſtinere.

g *Et clamor.*] Qui ex furore deſcendit, quem non habeãt Chriſtiani. Cæterum Eſaias bene clamare iubetur. Sed & ipſe Ieſus clamabãt in templo. Qui ſitit, veniat & bibat. *Eſa.58.a* *Ioan.7.f.*

h *Et blaſphemia tollatur à vobis cum omni malitia.*] Quæ vel inimico poteſt vicem reddere.

i *Eſtote autem inuicem benigni.*] Seruat ordinẽ legis, vt non ſolum malitia tollatur, ſed etiam benignitas inſeratur.

k *Miſericordes.*] Id eſt, condolentes.

l *Donantes inuicem, ſicut & deus in Chriſto donauit vobis.*] Remittentes peccata, ne vobis dicatur. Serue nequam, omne debitum dimiſi tibi, oportuit & te dimittere conſeruo tuo.

## CAP. V.

A Eſtote [a] ergo imitatores dei, ſicut filij chariſſimi, [b] & ambulate in dilectione, ſicut & Chriſtus dilexit nos, & [c] tradidit ſemetipſum [d] pro nobis [e] oblationem & hoſtiã deo in odorem ſuauitatis. [f] Fornicatio autem & omnis immunditia aut auaritia [g] nec nominetur in vobis ſicut decet ſanctos, [h] aut turpitudo, aut ſtultiloquium [i] aut ſcurrilitas, quæ ad rem non pertinet: ſed [k] magis gratiarum actio. [l] Hoc enim ſcitote, intelligentes quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod eſt idolorum ſeruitus, non habet hæreditatẽ in regno Chriſti & dei. [m] Nemo vos ſeducat [n] inanibus verbis: [o] propter hæc enim venit ira dei in [p] filios diffidentiæ. [q] Nolite ergo effici participẽs eorum. [r] Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Vt filii lucis ambulate. [ſ] Fructus enim eſt in omni bonitate & iuſtitia & veritate: [t] probãtes quid ſit bene placitum deo. Et [u] nolite communicare operibus infructuoſis tenebrarum, [x] magis autẽ redargui te. [y] Quæ enim in occulto fiunt ab ipſis, [z] turpe eſt & dicere. [a] Omnia autem quæ arguuntur, a lumine manifeſtantur. [b] Omne enim quod manifeſtatur, lumen eſt. [c] Propter quod dicit. Surge qui dormis, & [d] exurge a mortuis, & illuminabit [e] te Chriſtus. Videte itaque fratres [f] quomodo caute ambuletis, non quaſi inſipientes, ſed vt ſapientes, [g] redimẽtes tempus, [h] quoniam dies mali ſunt. Propterea [i] nolite fieri imprudentes, ſed intelligẽtes quæ ſit voluntas dei. Et [k] nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria, ſed impleamini ſpiritu ſancto, [l] loquentes vobiſmetipſis in pſalmis & hymnis & canticis ſpiritualibus: [m] cantãtes & pſallẽtes in cordibus veſtris, [n] domino gratias agentes ſemper pro omnibus in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, [o] deo & patri. Subiecti inuicẽ ĩ timore Chriſti. [p] Mulieres viris ſuis ſub-

### CAP. V.

a *Eſtote ergo imitatores dei &c.*] Imitatione enim non natura filij dei ſumus, ſicut ait ſaluator. Vt ſitis filij patris mei qui in cælis eſt &c. *Mat.6.f*

b *Et ambulate in dilectione ſicut & Chriſtus dilexit nos.*] Vnde & Ioannes apoſtolus ait. In hoc cognouimus charitatem: quia ille animam ſuam pro nobis poſuit. Debemus ergo & nos pro fratribus animas ponere. *Ioan.10.c*

c *Et tradidit ſemetipſum.*) Voluntarie ipſe ſe tradidit, non ab alio inuitus traditus eſt.

d *Pro nobis.*] Pro peccatoribus, vt fierent iuſti.

e *Oblationem & hoſtiam deo in odorem ſuauitatis.*] Suauiſſimus deo odor eſt charitas.

f *Fornicatio autẽ & omnis immunditia aut auaritia.*) Omnia crimina breuiter comprehendit, duorum criminũ deſignando radices.

g *Nec nominetur in vobis ſicut decet ſanctos.*) Conſiderandum ſcilicet non licere fieri quod non licet nominare.

B h Aut turpitudo, aut ſtultiloquium.) Hoc etiam in filiis hominum reprehendit honeſtorum.

i *Aut ſcurrilitas quæ ad rem nõ pertinet.*) Riſum mouẽs qui grauitati nõ conuenit Chriſtianæ: quia ad rem non pertinet cæleſtem & diuinam.

k *Sed magis gratiarum actio.*) Hoc magis ſemper tractare debetis, quomodo deo & actu & cogitatione placeatis.

l *Hoc enim ſcitote intelligentes quod omnis fornicator &c.*] Cõtra illos agit qui ſolam fidẽ dicunt ſufficere: quia huiuſmodi actus non deo ſed dæmoni exhibentur. Hæreditas autem regni cęlorum dei filiis, non diaboli præparatur.

C m *Nemo vos ſeducat.*] Dicẽdo hoc, ſolũmodo opus eſt vt fides ſit, & homo Chriſti baptiſma cõſequatur, quamuis peccet, perire nõ poteſt.

n *Innanibus verbis.*] Quæ hominem liberare nõ poſſunt.

o *Propter hæc venit ira dei.*) Et præteritis futura cognoſcite, ſi Sodomitis non pepercit, & his qui in diluuio perierunt, parcet vobis?

p *In filios diffi.*) Qui non crediderunt iram comminantis ſe ſuperuenturam.

q *Nolite ergo effici participes eorum.*) Si in peccatis, iudicio deſperantiũ participes fueritis, eritis & in pœna cõſortes.

r *Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino.*) Quando neſciebatis domini voluntatem. Nunc vero omnia cognouiſtis. Quãtum ergo inter lucem diſtat & tenebras, tantum a priſtina conuerſatione diſcrepare debetis.

ſ *Fructus enim lucis in omni bonitate & iuſtitia & veritate.*) Talem habet ſcientia fructum.

t *Probantes quid ſit beneplacitum deo.*) Ex lege probate quid beneplaceat deo, non quod homines aſſerunt.

D u *Et nolite communicare operibus infructuoſis tenebrarum.*) Nõ prodeſt quicquid fit ſine ſcientia veritatis: quia nec lux poteſt communicare cum tenebris.

x *Magis autem redarguite.*) Non ſolum communicare nolite, ſed etiam redarguite.

y *Quæ in occulto fiunt ab ipſis.*) In ſecretis locis domorum & vel templi.

z *Turpe eſt etiam &c.*) Nobis dicere turpe eſt quæ illi vel in tenebris facere non erubeſcunt.

a *Omnia enim quæ arguuntur, a lumine manifeſtantur.*) Sicut ad Corinthios ait. Occulta etiam cordis eius manifeſta fiunt. Et tunc cadens in faciem adorabis deum pronũtians, quod deus vere eſt in nobis. *1.Cor.14.*

b *Omne enim quod ma. lumen eſt.*) Incipit lumen eſſe cum crediderit, & vobis adiungitur.

E c *Propter quod di. Surge &c.*) Voce alicuius ſapientis conſcientiam increduli pulſare cupientis, de ſomno ignorãtiæ excitat.

d *Et exurge a mortuis.*) A peccatis vel idolis.

e *Et illuminabit te Chriſtus.*) Cum ei credideris, efficieris & ipſe lux.

f *Videte itaque fratres quomodo caute ambuletis: non quaſi inſipientes, ſed vt ſapientes.*) Quaſi filij ſapientiæ & lucis, ne alicui offendiculum detis, & incipiatis ei cauſa perditionis exiſtere.

g *Redimentes tempus.*) Veſtra ſapientia vel cautela.

h *Quoniam dies mali ſunt.*) Nõ dies mali ſunt per ſe, ſed per homines: ſicut locus malus dicitur, in quo aliquid committiur mali.

i *Propterea nolite &c.*) Scrutamini legem, in qua eius voluntas agnoſcitur.

F k *Nolite inebriari &c.*] Exponit cõtinentiæ vtilitatem. Quia luxuriæ materiam expetere non conuenit crucifixis, ſed ſpiritu ſancto repleri.

l *Loquentes vobiſmetipſis &c.*) Non in actibus ſæculi: ſicut ait propheta: Vt non loquatur os meum opera hominum. *Pſal.16.b*

m *Cantantes & pſallentes in cordibus veſtris.*) Ne ore tãtum verba dei reſonemus.

n *Domino gratias agentes pro omnibus &c.*) Siue bonis ſiue malis, ſicut ait Iob: Sit nomen domini benedictum. *Iob.1.b*

o *Deo & patri ſubiecti inuicem &c.*) Non humano timore, vel auaritiæ ſtudio: ſicut quidã ſuis patronis adulari conſueuerunt.

p *Mulieres viris ſuis ſubditæ ſint.*) Non eos ſicut Corinthios lacte alebat, ſed perfecto cibo continentiæ nutriebat. Timet enim ne ceſſante in pleriſq; carnis officio, aut in mulieribus ſubiectio, aut in viris ceſſaret charitatis affectus: & ne tanquam diuortium docuiſſe crederetur. Cæterum tale eſt, vt nouæ vitæ prædicator nulla exiſtẽte cauſa hoc doceret quod naturaliter poſſidebant.

a *Sicut*



ditæ ſint [a] ſicut domino. [b] quoniã vir caput eſt mulieris, ſicut Chriſtus caput eſt eccleſiæ, ipſe ſaluator corporis eius. Sed ſicut eccleſia ſubiecta eſt Chriſto, ita & mulieres viris ſuis in omnibus. Viri [c] diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit eccleſiam, & [d] ſeipſum tradidit pro ea, vt [e] illam ſanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, vt [f] exhiberet ipſe ſibi glorioſam eccleſiam, non habentem maculam aut rugã, aut aliquid huiuſmodi, ſed [g] vt ſit ſancta & immaculata. Ita [h] & viri debẽt diligere vxores ſuas vt corpora ſua. Qui [i] ſuam vxorẽ diligit, ſeipſum diligit. [k] Nemo enim vnquam carnem ſuam odio habuit: ſed nutrit & fouet eam, [l] ſicut & Chriſtus eccleſiam: quia membra ſumus corporis eius [m] de carne eius & de oſſibus eius. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem ſuam, & [n] adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. [o] Sacramentũ hoc magnum eſt. Ego autem dico in Chriſto & in eccleſia. [p] Veruntamen & vos ſinguli vnuſquiſque vxorem ſuam ſicut ſeipſum diligat: vxor autem timeat virum ſuum.

## CAP. VI.

Filij [q] obedite parentibus veſtris in domino. [r] Hoc enim iuſtum eſt. Honora [ſ] patrem tuum & matrem tuam: [t] quod eſt mandatum primum in [u] promiſſione: vt bene ſit tibi, & ſis longæuus ſuper terram. Et [x] vos patres nolite ad iracundiam prouocare filios veſtros: ſed educare illos in diſciplina & correptione domini. [y] Serui obedite dominis carnalibus [z] cum timore & tremore, in ſimplicitate cordis veſtri [a] ſicut Chriſto. Non [b] ad oculum ſeruientes, quaſi hominibus placẽtes: ſed vt [c] ſerui Chriſti, facientes voluntatẽ dei ex animo, [d] cum bona voluntate ſeruiẽtes ſicut domino, & nõ hominib⁹: [e] ſciẽtes quoniã vnuſquiſq; quodcũque fecerit bonũ, hoc recipiet a domino, ſiue ſeruus, ſiue liber. Et [f] vos domini

A a *Sicut domino.*] Quomodo Sara ſubdita erat Abrahæ, dominum eum vocans. *Gen.18.b*

b *Quoniam vir caput eſt &c.*] Reddit iuſtam cauſam ſubiectionis: quia & prior eſt vir, & vtriuſque corporis debet eſſe ſaluator.

c *Viri diligite vxo. &c.*] Tã ſancta & tam venerabili charitate.

d *Et ſeipſum tradidit pro ea.*] Ita & vos pro ſanctitate vxorum, nec mori ſi neceſſe fuerit, recuſetis.

e *Vt illam ſanctificaret mundans lauacro &c.*] Aqua lauit corpus, animam doctrina mundauit: ſicut ait ad Hebręos: Aſperſit corda a conſcientia mala & abluti corpus aqua munda: ita & vos corpora vxorum conſcientiæ animas mundate doctrinis. *Heb.10.d*

B f *Vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam eccleſiam &c.*) Ita ſibi Chriſtus mundauit eccleſiam, vt antiqua crimina ablueret, & nouas maculas quomodo incurrimus, & verbo oſtenderet & exemplo.

g *Vt ſit ſancta & immaculata.*] Si omnibus immaculata eſt, maculati ab ea alieni eſſe cẽſentur, niſi rurſum per pænitentiam fuerint expurgati.

h *Ita viri debẽt diligere &c.*] Item quales vxores cupiunt inuenire, tales exhibeant ſe vxoribus.

i *Qui ſuam. &c.*] Quia duo ſunt in carne vna.

k *Nemo enim vnquam &c.*] Nõ vt ei labores & dolores infligat, ſed vt ſecuram faciat

C & quietam. Non nuptias dãnat, ſed ad continentiam cohortatur.

l *Sicut & Chriſtus eccleſiam: quia mẽbra ſumus corporis eius.*] Mẽbra eius eũ debẽt in omnibus imitari.

m *De carne eius & de oſſibus eius. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem ſuam.*] Amore ſi non bono.

n *Et adhærebit vxori ſuæ &c.*] Obiectio ex perſona carnalium volentiũ ſe amare carnaliter, vt quibuſdã videtur.

o *Sacramentum hoc magnum eſt: ego autem dico &c.*] Ego hoc, inquit, in Chriſto intelligendum dico, & in eccleſia: vnde vos maiore affectu debetis vxores veſtras ſanctas diligere ſpirituales, qui ante dilexiſtis peccatrices, & in gentilitate carnales.

p *Veruntamen & vos ſinguli vnuſquiſque &c.*] Subiecta ſit tanquam infirmior vt regnetur.

### CAP. VI.

q *Filij obedite parentibus veſtris in domino.*) Parat illos diſciplinæ, qua illos a parentibus ſecundũ deum præcepit erudiri.

r *Hoc enim iuſtum eſt.*) Vt mutuam inuicem dilectionem exhibeatis.

ſ *Honora patrem tuum & matrem tuam.*) Iubet honorare parentes, ſed bonos. Cęterum contra deum viuentes, ipſe *Act.4.f*



etiam Moyſes prohibuit agnoſci.

D t *Quod eſt mandatum primum.*) In ſecunda tabula primũ, quæ ad humanitatem pertinentia præcepta ſex numero continebat. Prima enim tabula proprie officia exigebat.

u *In promiſſione &c. ſuper terram*) Non in hac terra, in qua impij nonnunquam & in parentes ſceleſti ſeneſcunt, ſed ſuper terram illam quam dominus mitibus promittit, in qua iuſti habitabunt, & cuius bona viſuros eſſe ſe credunt.

x *Et vos patres nolite ad iracũdiam prouocare filios veſtros, ſed docete eos in diſciplina & correptione domini.*) Siue in moderatione. Et non irrationabiliter verberando, ſiue ne eos ad ſæcularia ſtudia prouocantes iracundiam diſcere faciatis: ſed diuinæ legis eos inſtituite diſciplinis: talibus ergo parentibus præcepit obedire. E

y *Serui obedite dominis carnalibus.*) Nõ enim venit Chriſtus conditiones mutare. Nã ſeruitium non natura dedit ſed captiuitas fecit, neque ex maledicto Cham, vt quidam putant, cum ex eo reges legamus eſſe generatos. Maledictum illud in filiis Chã, impletum eſt, qui Iſrael ſunt ſubiugati. Prouidet ſane hic Apoſtolus, ne doctrina dei in aliquo blaſphemetur, ſi credentes ſerui ſuis dominis inutiles fiant. Et qui ſorte permiſſurus erat, alios ſeruos fieri Chriſtianos, de ipſis iam factis incipiat pænitere. Si vero viderit eos in melius profeciſſe, & ex infidelibus fideles effectos, non ſolum alios optabit credere famulos ſuos, ſed etiã ipſe fortaſſe ſaluabitur. F

z *Cum timore & tremore in ſimplicitate &c.*) Cum omni obedientia & feſtinatione humilitatis, priori ſuperbia & ſimulatione depoſita.

a *Sicut in Chriſto.*) Hoc in Chriſto fit, quicquid eius cõtemplatione hominibus exhibetur.

b *Non ad oculum ſeruientes, quaſi hominibus placentes.*) Non timentes dominos tantum, quaſi ipſis non deo placere volentes.

c *Sed vt ſerui Chriſti facientes voluntatem dei ex animo.*) In his quæ dei non ſunt contraria voluntati. In multis enim concordat cum lege naturali animus dominorum, quia ſeruos & fideles & ſobrios & caſtos & humiles habere deſiderant.

d *Cum bona voluntate ſeruientes ſicut domino, & non hominibus.*) Non cum murmuratione, ne apud homines gratia, apud deum mercede priuemini.

e *Scientes quoniam, vnuſquiſque quodcunque fecerit bonũ &c.*) Quicquid propter dominũ feceris, habebis ab ipſo mercedem, nec te deſperare faciat conditio ſeruitutis.

f *Et vos domini eadem facite illis.*) Ne ſi fugerint, tuæ malitię incipias deputare, non legi. Hoc etiam paganus feciſſet,

A ſi aliter tractaretur præceptum, & tu audire de illo non vis quod iuſtum eſt?

domini eadem facite illis, [a] remittentes minas: ſcientes quia & illorū & veſter dominus eſt in cælis: & perſonarum acceptio non eſt apud deum. [b] De cætero fratres [c] confortamini in domino & in potentia virtutis eius. [d] Induite vos armaturam dei, vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli: [e] quoniam non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem: ſed [f] aduerſus principes & poteſtates: [g] aduerſus mundi rectores tenebrarum harū, [h] contra ſpiritualia nequitiæ in cæleſtibus. [i] Propterea accipite armaturam dei, vt poſſitis [k] reſiſtere in die malo, & in [l] omnibus perfecti ſtare. [m] State ergo ſuccincti lumbos veſtros in [n] veritate: & [o] induti loricam iuſtitiæ & [p] calciati pedes in præparatione euangelij pacis. [q] In omnib9 ſumētes ſcutū fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere. Et [r] galeā ſalutis aſſumite, & [ſ] gladium ſpiritus, quod eſt verbū dei, [t] per omnē orationē & obſecrationem, [u] orantes omni tempore in ſpiritu, & in ipſo [x] vigilantes in omni inſtātia & obſecratione [y] pro omnib9 ſanctis, & [z] pro me, vt detur mihi ſermo in apertione oris mei, cū fiducia notū facere myſterium euangelij: pro [a] quo legatione fungor in catena iſta, ita vt in ipſo audeā prout oportet me loqui. Vt [b] autem & vos ſciatis quæ circa me ſunt, quid agā omnia vobis nota faciet Tychicus chariſſimus frater, & fidelis miniſter ī domino, quē miſi ad vos in hoc ipſū, vt cognoſcatis quæ circa nos ſunt, & conſoletur corda veſtra. [c] Pax fratribus & charitas cum fide a deo patre noſtro & domino Ieſu Chriſto. [d] Gratia cū omnibus qui diligūt dominū noſtrū Ieſum Chriſtū in incorruptione. Amen.

a *Remittentes minas, ſcientes quia illorum & veſter dominus eſt &c.*] Minamini propter diſciplinam, ſed remittite propter miſericordiam, & vt vobis a veſtro domino remittatur, apud quam vtrique vnum eſtis, vt hæreditas quæ promiſſa eſt, vna ſit in vobis.

b *De cætero fratres.*] Generaliter epiſtolam exhortatione concludit.

c *Confortamini in domino & in potentia virtutis eius.*] Exēplo domini & virtute.

d *Induite vos armaturam dei, vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli.*] Contra ſpirituales hoſtes ſpiritualia arma ſumēda ſunt, vt a diſſimilitudine diaboli natura armorū fortitudine protegatur.

e *Quia non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinē.*] Caro & ſanguis homo dicitur.

B f *Sed aduerſus principes & poteſtates.*] Qui ſibi principatum in huius mundi homines vſurparunt: & qui ignorantes animas per peccata ſeducunt.

g *Sed aduerſus mundi rectores tenebrarum harum.*] Contra dæmonum poteſtatem, qui ſibi in homines mūdi huius poteſtatem capientes, ignorantiæ erroribus præſumūt, qui tenebris comparantur, ſicut ipſe ait. Fuiſtis enim aliquando tenebræ, nunc autē lux in domino.

h *Contra ſpiritualia nequitiæ in cæl.*] Sunt autem ſpirituales bonitates in cæleſtibus in aere, vbi volucres cæli appellantur.

i *Propterea accipite armaturam dei.*] Quia tales habetis ini- C micos.

k *Vt poſſitis reſiſtere in die malo.*] Non ſibi malus eſt dies, ſed nobis quando impugnamur a malo.

l *Et in omnibus perfecti ſtare.*] Non in aliquantis perfectū vult hominem. Sed & hoc notandum, quod omnes ad perfectionem hortatur.

m *State ergo ſuccincti lumbos veſtros.*] Perfecte ſtate, lūbis mentis ſuccincti, hoc eſt, in omni prælio præparati, & ab omnibus curis ſæculi expediti.

n *In veritate.*] Non hypocriſi: nemo enim coronatur, niſi qui legitime certauerit.

o *Et induti loricā iuſtitiæ.*] Sicut lorica multis circulis vel armillis intexitur, ita & iuſtitia diuerſis virtutum connectitur ſpeciebus. Monet autē non ſolum peccatoris conſcientiam, ſed & ventris continentiā, necnon & ad fœmorum vſque pertingit libidinem coercendam.

p *Et calciati pedes in præparatione euangelij pacis.*] Cum fiducia incedentes intrepide prædicate.

q *In omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere.*] In omnibus certaminibus fide D muniamur. Quia ſicut ſcutum ipſorum quoque armorū defenſio eſt, & ſine hoc omnis armatus inermis eſt: ita & hæ virtutes ſine fide ſaluare non poſſunt. Nam ſicut ſcutum omnia iniecta repellit & recutit: ita & fides omnes diaboli perſuaſiones extinguit, quamuis quaſi lumen rationis habere videantur.

r *Et galeam ſalutis aſſumite.*] Quæ omnes capitis ſenſus, a prauis officiis protegat & abſcondat.

ſ *Et gladium ſpiritus, quod eſt verbum dei.*] Nemo militum audet ad bellum ſine gladio proficiſci: ſe enim vtcumq; tueri poteſt, ſed hoſtem non valet occidere. Nonnumquam etiam ab audaci inimico perimitur, & armis omnibus expoliatur, ita ſine dei verbo, iuſtitia omnis intuta eſt.

t *Per omnem orationem & obſecrationem.*] Semper hunc gladium poſtulate.

u *Orantes omni tempore in ſpiritu.*] Non impediaris orare ſemper, & pro rebus ſpiritualibus deprecari. E

x *Et in ipſo vigilantes in omni inſtantia & obſecratione.*] Nihil enim prodeſt dormientis more latere corpore, & animo prægrauari, dum in hac vanitate nec ab homine poſſit aliquid impetrari.

y *Pro omnibus ſanctis:*] Sancti eſtote, vt poſſitis orare pro ſanctis.

z *Et pro me, vt detur mihi ſermo in apertione oris mei, cum fiducia notum facere myſterium euangelij.*] Vt abundanter & ſine metu exponā perſecutiones vel odia Iudæorum, muniti in Chriſti populi ratione.

a *Pro quo legatione fungor in catena iſta, ita vt in ipſo audeā prout oportet me loqui.*] Omnis enim verbi legator, talia neceſſe eſt vt ſuſtineat, ſed verbum dei non poteſt alligari: tunc enim maior fiducia erit ſi rationabiliter dicatur, & ſi abundanter exprimatur ratione. F

b *Vt autem & vos ſciatis quæ circa me ſunt, quid agam, omnia vobis nota faciet Tychicus chariſſimus frater, & fidelis miniſter in domino, quem miſi ad vos in hoc ipſum, vt cognoſcatis quæ circa nos ſunt, & conſoletur corda veſtra.*) Solicite agit, non ſolum vt proficiant, ſed & ne in tribulationibus deficiant, vel ne in aliquo contriſtentur.

c *Pax fratribus & charitas cum fide a deo patre noſtro & domino Ieſu Chriſto.*] Pax & Charitas & fides, perfectum faciunt Chriſtianum. Tamen ſine fide infructuoſa eſt charitas, ſicut fides ſine charitate vel pace. Charitas maior eſt pace. Poteſt enim odio non haberi quis, non tamen & amari.

d *Gratia cum omnibus qui diligunt dominum noſtrum Ieſum Chriſtum in incorruptione.*) In quorum corde, adulterino more per ſæcularia Chriſti dilectio non violatur.

*Commentariorum in epiſtolam ad Epheſios finis.*

COMMEN-



A

# COMMENTARII IN EPISTOLAM AD PHILIPPENSES.

D

## Cap. I.

### In Epiſtolam ad Philippenſes.

a PAulus & Timotheus ſerui Ieſu Chriſti, [b] omnibus ſanctis in Chriſto Ieſu, qui ſunt Philippis, [c] cū epiſcopis & diaconib9. Gratia vobis & pax a deo patre noſtro & domino Ieſu Chriſto. [d] Gratias ago deo meo ī omni memoria veſtri, ſemper in cunctis [e] orationibus meis, pro [f] omnibus vobis cum [g] gaudio, deprecationem faciens ſuper [h] communicatione veſtra in euangelio Chriſti, [i] a prima die vſque nunc, [k] confidēs in hoc ipſum: [l] quia qui cœpit in vobis opus bonum, [m] perficiet [n] vſque in diem Chriſti Ieſu. [o] Sicut eſt mihi iuſtum hoc ſentire pro omnibus vobis, [p] eo quod habeā vos in corde & in vinculis meis, & in defenſione & [q] confirmatione euāgelij [r] ſocios gaudij mei omnes vos eſſe. [ſ] Teſtis enim mihi eſt deus, quo modo cupiā omnes vos eſſe in viſceribus Ieſu Chriſti. Et [t] hoc oro, vt charitas veſtra magis ac magis abundet in [u] ſcientia & in omni ſēſu, vt probetis potiora, [x] vt ſitis ſynceres & ſine offenſa in diem Chriſti, [y] repleti fructu iuſtitiæ per Ieſum Chriſtū in [z] gloriam & laudem dei. [a] Scire autem volo vos fratres, quia quæ circa me ſunt, [b] magis ad profectum venerunt euāgelij: ita vt vincula mea manifeſta fierent in Chriſto, in omni prætorio, & in ceteris omnibus, [c] vt plures e fratribus in domino [d] confidentes, in vinculis meis abundātius auderent ſine timore verbum dei loqui. [e] Quidam quidem & propter inuidiā & contētionem. [f] Quidam autem & propter bonā voluntatem Chriſtum prædicāt. [g] Quidā ex charitate, [h] ſcientes quoniam in defenſione euangelij poſit9 ſum. [i] Quidam autem ex cōtentione Chriſtū annūtiant non ſyncere, exiſtimātes preſſuram ſe ſuſcitare vinculis meis. [k] Quid enim? Dū omni modo [l] ſiue per occaſionē, ſiue per veritatē [m] Chriſtus annūtietur: & ī hoc gaudeo, ſed & gaudebo. [n] Scio enim quia hoc mihi proueniet ad ſalutē per veſtrā oratio-

a P*Aulus & Timotheus ſerui Ieſu Chriſti.*) Ambo ſerui, non ambo apoſtoli. Omnis enim apoſtolus ſeruus, nō omnis autē ſeruus apoſtol9.

b *Et omnibus ſanctis in Chriſto Ieſu &c.*] Quia nemo ſine Chriſto ſanctus eſt, & ſanctis non omnibus: Philippēſibus etiā paganis.

c *Cum omnibus epiſcopis &c.*) Hic epiſcopos presbyteros intelligimus: non enim in vna vrbe plures epiſcopi eſſe potuiſſent, ſed etiā hoc in apoſtolorū actibus habetur.

d *Gratias ago deo meo in omni memoria veſtri.*) Bonorum memoriam cum gratiarum actione celebrat.

e *Semper in orationibus meis.*] Oſtendit circa eos dilectio- B nem ſuam, pro quibus ſemper oret.

f *Pro omnibus vobis.*) Quia omnes tales eſtis.

g *Cum gaudio deprecationem faciens.*] Non in peccati alicuius triſtitia vel mœrore.)

h *Super communicatione &c.*] Quia mihi communicaſtis in euangelio prædicando.

i *A prima die vſque nūc.*] Ab initio fidei veſtræ deprecor vt perſeueretis: ſiue quod communicatis ab initio prædicando.

k *Confidens in hoc ipſum.*) Cōfido me impetrare.

l *Quia qui cœpit in vobis opus bonum.*] Cœpit doctrinam ſiue gratiā ſciētię largiendo.

m *Perficiet.*] Perficiendo ꝙ docti fuerint vt doceant.

C n *Vſque in diem Ieſu Chriſti.*] Vſque ad diem, quo de corpore recedebāt. Ex quo iam ad domini vnuſquiſque ſeruatur aduentum.

o *Sicut eſt mihi iuſtū hoc &c.*) Charitas enim omnia ſperat.

p *Eo quod habeam &c.*] Tātum vos diligo, vt mihi memoriam veſtri, nec hæc tribulatio, nec ſolicitudo defenſionis auferat.

q *Et confirmatione euangelij.*] Cōfirmatio euāgelij, eſt conſtās tolerantia prædicantis.

r *Socios gaudij mei omnes vos eſſe.*) Hoc ſentio de vobis & credo: quia ſicut meæ tribulationis ſocij eſtis, ita eritis & gaudij ſempiterni. Siue ſic, ſcio vos ita euangelio crediſſe, vt etiam in tribulationibus meis pro eius defenſione mecum pariter gaudeatis.

ſ *Teſtis enim mihi eſt deus, &c.*] Siue eſſe eius in viſceribus, ſiue ita vos deſidero tanquam viſcera Chriſti.

t *Et hoc oro, vt charitas &c.*] Vt vos in eo quod habetis, amplius abundetis.

u *In ſcientia &c.*] Notādum quia ſcientibus adhuc ſciētiam deprecatur, vt ſynceres in omnibus eſſe valeant. Nemo enim æger an ſanari poſſit agnoſcit.

x *Vt ſitis ſyn. &c.*] Synceris materia eſt, quæ naturam ſuam ſeruat nulla extrinſecus corruptione fucata, tale vinum ſemper in melius proficit non in peius.

y *Repleti fructu &c.*] Nō ſolum ſynceres ab omni corruptione ſitis, ſed etiam fructu iuſtitiæ abundetis, exemplo Chriſti: qui non modo malitiam non habet, ſed etiā bono redundat.

z *In glo. &c.*] Vt glorietur deus in actibus veſtris.

a *Scire &c.*] Hic conſolatur eos de ſua tribulatione: quia audierant eum vinctum in vrbe Roma cuſtodiri.

b *Magis ad profe. &c.*) Non ſolum nō obſunt, ſed etiam profuerunt, dum manifeſtatur me non pro aliquo crimine, ſed pro Chriſto omnia ſuſtinere. E

c *Vt plures &c.*) Plures mea tribulatione conſtantes effecti ſunt, quam doctrina.

d *Confidentes etc.*) Vinculorum meorum exemplo ſunt incitati, dum me viderūt pro Chriſto libētiſſime ſuſtinere

e *Quidam qui. &c.*) Dū mihi apud credentes gloriā auferre ſe putant, ne ſolus mihi vendicare videar ſcientiam prædicandi.

f *Quidam autem & propter bonam &c.*) Alij etiā alios ſaluare volentes, fideliter Chriſtum annuntiant.

g *Quidam ex cha.*) Quidam vero ex mea charitate adiuuāt me euāgeliū defenſando. F

h *Scientes quoniam in defenſione euangelij &c.*) Non humanę dilectionis affectu, ſed quia ſciunt me a domino ad defendendum euangelium ordinatum.

i *Quidam autem ex &c.*) Alij dolore prædicant ad me grauandum, quaſi plures diſcipulos facientem, & doctrina mea totū orbem implere conantem, vt ex hoc ſaltem maior mihi cumuletur iniuria, vel preſſura.

k *Quid enim? &c.*) Odij vel inuidiæ.

l *Siue per &c.*) Simplicis vel puræ prædicationis.

m *Chriſtus annuntietur, &c.*) Non mihi curæ eſt quæ prędicent mente, dummodo quod cupio, Chriſti nomen omnibus innoteſcat, & a multis credatur. Quapropter & modo gaudeo, & in futuro gaudebo.

n *Scio enim quia hoc mihi proueniet ad ſalutem per orationem veſtram.*) Quod mihi nocere putant, in ſalutem proueniet: quia non ſolum per verbum & paſſionem

A meam, ſed etiam per odiũ Chriſti eccleſia augmentatur.

a *Et ſubminiſtrationem ſpiritus Ieſu Chriſti.*] Quia ad meam per omnia ſalutem gubernati.

b *Secundum expectationem & ſpem meam.*] Quia de omnibus his expecto & ſpero mercedem.

c *Quia in nullo confundor.*) Neque in vita, neq; in morte, neque in contumeliis, neque in opprobriis: denique in nullo apoſtolus confundebatur. Nos ĩ omnibus erubeſcimus, & in quo vituperamur vltra non facimus, quamuis ſecundum deum cœperimus: vnde oſtendimus nos laudibus, nõ Chriſto ſeruire. Apoſtolus non confundebatur in catenis, nos confundimur in opprobriis.

d *Sed in omni fiducia ſicut ſem.*) Nulla res me poterit deterrere.

B e *Et nunc magnificabitur chriſtus in corpore meo.*) Inimicis ſuis inſultat, quod ei nocere non valeãt. Si enim eum occiderint, martyrio coronabitur. Si ſeruauerint ad Chriſtum annuntiandum, plurimum facient fructum.

f *Siue per vitam, ſiue per mortem.*) Et vita noſtra & mors ad magnificentiam pertinet Chriſti.

g *Mihi enim viuere Chriſtus eſt.*) Non alia cauſa volui viuere niſi Chriſti, vt eius corpus ædificem.

h *Et mori lucrum.*) Corona.

i *Quod ſi viuere in carne hic mihi fructus operis eſt.*) Si viuere in carne me voluerint, habeo tempus operandi.

k *Et quid eligam ignoro &c.*)

C Intantum mihi vtraque cõueniunt, vt quid eligam ſcire non poſſim.

l *Deſiderium habens diſſolui & eſſe cum Chriſto, multo magis melius &c.*) Illud melius mihi, iſtud neceſſarium vobis. Et mortem illos non timere, ſed diligere debere eos, ſuo demonſtrat exemplo, & vt non contriſtentur, manſurum ſe carne ſpiritu prophetico promittit.

orationem, & [a] ſubminiſtrationẽ ſpiritus Ieſu Chriſti, [b] ſecundum expectationem & ſpẽ meam: [c] quia in nullo confundar: ſed in [d] omni fiducia ſicut ſemper, & [e] nunc magnificabitur Chriſtus in corpore meo: [f] ſiue per vitam, ſiue per mortẽ. Mihi [g] enim viuere Chriſtus eſt, & [h] mori lucrũ. [i] Quod ſi viuere in carne hic mihi fructus operis eſt: & [k] quid eligam, ignoro: coartor autem e duobus, [l] deſiderium habẽs diſſolui & eſſe cũ Chriſto, multo magis melius: permanere autem in carne neceſſariũ propter vos. Et [m] hoc cõfidẽs ſcio, quia manebo & [n] permanebo omnibus vobis [o] ad profectum veſtrum & gaudium fidei: [p] vt gratulatio veſtra abundet in Chriſto Ieſu in me, per meum aduẽtum iterum ad vos. [q] Tantum digne euangelio Chriſti conuerſemini, [r] vt ſiue cum venero & videro vos, ſiue abſens audiã de vobis: quia ſtatis in vno ſpiritu [ſ] vnanimes, colloborantes fidei euãgelij: & in [t] nullo terreamini ab aduerſariis, quę eſt illis cauſa perditionis: vobis autem ſalutis. Et [u] hoc a deo. Quia vobis donatũ eſt pro Chriſto: [x] non ſolum, vt in eum credatis, ſed vt etiam pro illo patiamini: idem [y] certamen habentes, quale & vidiſtis in me, & nunc audiſtis de me.

## CAP. II.

[z] SI qua ergo conſolatio in Chriſto, [a] ſi quod ſolatiũ charitatis, ſi [b] qua ſocietas ſpiritus: ſi [c] qua viſcera miſerationis, implete [d] gaudium meum: vt [e] idem ſapiatis eandem charitatem habentes, vnanimes idipſum ſentientes. Nihil [f] per contentionem neque per inanem gloriam, ſed in [g] humilitate ſuperiores ſibi inuicem arbitrantes: [h] nõ quę ſua ſunt ſinguli conſiderantes, ſed ea quæ aliorum. Hoc [i] enim ſentite in vobis quod & in Chriſto

t *Et in nullo terreamini &c.*) Neque verſutis diſputationibus, nec paſſionibus opprobriiſq; turbemini. Quia vobis magis ad mercedẽ poſſunt prodeſſe. Sicut apoſtoli ibunt gaudentes: quia pro nomine domini digni habiti ſunt contumeliam pati. D Act. 5.f

u *Et hoc &c.*) Quia vult vos coronari probatos, ſicut Iob permittitur tẽtari. Quia nec vinci habebat, & eius gloria ampliãda erat aduerſario ſuperato atque cõfuſo.

x *Vt non ſolum &c.*) Occaſio fidei a deo donata eſt: quia ſi non veniſſet Chriſtus & docuiſſet, non vtique crederemus. Cæterum & fidem volũtariam in actibus legimus: non ſolum ergo vult vt fidei meritum, ſed etiam vt martyrij præmium habeatis: dũ vos tentari deus patitur vt vincatis.

y *Idem certamen habentes etc.*) Nihil nouum patimini, ſed hoc quod præſentes vidiſtis in me, & nunc abſentes de me audiſtis. Non ſit ergo illud vobis indignum, in quo nos conſpexiſtis gloriari. E

CAP. II.

z *SI qua ergo cõſolatio in Chriſto.*) Si in omni tribulatione ab ipſo ſolo conſolamini, nõ ſit veſtra cõſolatio patrimonium terrenum.

a *Si quod ſolatium charitatis.*) Charitas Chriſti, non amicorum.

b *Si qua ſocietas ſpiritus.*) Spiritualium, non carnalium.

c *Si qua viſcera miſerationis.*) Veſtri miſeremini potius quam parentum.

d *Implete gaudiũ meũ.*) Quod iam habeo ex parte, in talib⁹ enim doctor exultat. Alter, ſi qua mihi a vobis cõſolatio exhibetur in Chriſto, & ſi qđ ſolatiũ charitatis: ſi qua vos ſocietas ſpiritus connectit, & ſi qua ſint apud vos viſcera pietatis, hoc mihi præſtate quod rogo, vt gaudium noſtrum vnitatis & electionis impleatis. F

m *Et hoc confidens ſcio quia manebo.*) Non ſolum credo, ſed etiam certiſſime noui.

n *Et permanebo omnibus vobis.*) Non mihi id eſſe, non mei cauſa.

o *Ad profectum veſtrum & gaudium fidei.*] Profectum de fructu fidei veſtræ & gaudium habeatis, ſiue vt gaudeatis: quia veſtra me fides & oratio conſeruauit.

p *Vt gratulatio veſtra abundet in Chriſto Ieſu &c.*) Vt poſtquam viſerim vos, iterum abundantius gratulemini.

q *Tantum digni &c.*) Omnia eius præcepta ſeruantes, ſiue digne euangelij prædicatoribus conſeruare debetis.

Act. 4.f r *Vt ſiue &c. quia ſtat. &c.*) Sicut legimus: quia erat eis cor vnum & anima vna, nec quiſquam ſuum dicebat: ſed erant illis omnia communia.

ſ *Vnanimes collaborantes fidei euangelij.*) Omnis pugna vnanimiter aggreſſa victoriam parit.

e *Vt idem ſapiatis, &c.*) Nolite charitatem ſcindere, ſentiendo diuerſa.

f *Nihil per contentionem &c.*)] Ne aliquid non dei æmulatione faciatis, ſed vt quiſque alius videatur.

g *Sed in &c.*) Si omnes a quibus iniuriam patimur, ſuperiores arbitraremur, facile patiẽtiã ſeruaremus. Nemo eñ apochre vel a domino ægre ſe fert iniuriam conſecutum.

h *Non quæ ſua ſunt &c.*) Non quæ nobis ſolis expediunt, ſed quæ & aliis proſunt.

i *Hoc enim &c.*) Vult oſtendere Chriſtũ, non pro ſe, ſed pro aliis paſſum: ſiue tã humilis ſenſus ſit in vobis quam fuit in Chriſto. Multi præterea hunc locum ita intelligũt, quod ſecundum diuinitatem ſe humiliauerit Chriſtus, ſecundum formam videlicet ſecundum quam æquam æqualitatem dei, non rapinam vſurpauerit, quam naturaliter poſſidebat: Et exinaniuit ſe, non ſubſtantiam euacuans, ſed honorem declinans, formam ſerui, hoc eſt, naturam hominis induendo, & per omnia homo tantummo-



A tummodo atque humilitatis ſuæ obedientiæ, nec crucis mortem recuſando. Quod in Chriſto Ieſu, ſecundũ quod vnctus eſt, Chriſtus eſt, Ieſus nomen accepit: hoc eſt ſecundum hominem.

a *Qui cum in forma dei eſſet.*] In qua erat, ſiue quia abſque peccato erat, ad imaginem dei ſcilicet.

b *Non rapinam arbitratus eſt ſe eſſe æqualem deo &c.*] Quod erat humilitate, cælauit, dãs nobis exemplum ne in his gloriemur quæ forſitan non habemus.

c *Formam ſerui accipiens.*] Ita vt etiam pedes lauaret diſcipulorum.

d *In ſimilitudinem hominum factus.*] Interdum ſimilitudo recipit veritatem: nã genuit Adam filium ſecũdum imaginem & ſimilitudinem ſuam, & vocauit nomen eius Seth. In ſimilitudine humana humilitate ſeruiendo, cũ omnium dominus eſſet.

e *Et habitu inuentus vt homo.*] Hoc vt verum ſit, ſicut quaſi

B vnigeniti a patre ita intelligendum.

f *Humiliauit ſemetipſum factus obediens vſque ad mortem.*] Vt nobis perfectæ obedientiæ monſtraret exemplum.

g *Mortem autem crucis.*] Qua nulla mors poteſt eſſe deterior.

h *Propter quod & deus exaltauit illum & donauit illi nomẽ.*] Quia ſe aſſumpt⁹ homo humiliare dignatus eſt, diuinitas quæ humiliari non poteſt, cũ qui humiliatus fuerat exaltauit. Sed & illi donatum eſt nomen, quia ante non habuit: vnde rectius locus hic ſecũdum humanam naturam intelligendus eſt quam diuinam. Si ergo nos ex alto reſpicimus, exemplo Chriſti fratribus ſeruiamus. Si enim ille dominus & magiſter, ſeruis & diſcipulis miniſtrauit, quanto magis nos æqualibus & maioribus ſeruire debemus, & deo & ſanctis eius vſque ad mortem etiam obedire: ne magiſtrum

C humilem, ſuperbi diſcipuli non ſequamur: & dominum mitem, ſerui contemnamus ingrati.

ſto Ieſu. [a] Qui cum in forma dei eſſet, [b] non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem deo, ſed ſemetipſum exinaniuit, [c] formam ſerui accipiẽs, in [d] ſimilitudinem hominum factus, & [e] habitu inuentus vt homo: [f] humiliauit ſemetipſum factus obediens vſque ad mortem: [g] mortem autem crucis. Propter [h] quod & deus exaltauit illum, & donauit illi nomen [i] quod eſt ſuper omne nomẽ, vt in [k] nomine Ieſu omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium, & [l] infernorum. Et [m] omnis lingua cõfiteatur, [n] quia dominus Ieſus Chriſt⁹ in gloria eſt dei patris. [o] Itaque chariſſimi mei, ſicut ſemper obediſtis, [p] non in præſentia mei tãtum, ſed [q] multo magis nũc in abſentia mea, cum [r] metu & tremore veſtram ſalutem operamini. [ſ] Deus eſt enim qui operatur in vobis & velle & perficere [t] pro bona voluntate. [u] Omnia autem facite ſine murmurationibus & [x] hæſitationibus, [y] vt ſitis ſine querela, & ſimplices filij dei ſine reprehenſione in [z] medio nationis prauæ atque peruerſæ, [a] inter quos lucetis ſicut luminaria in mundo, [b] verbum vitæ cõtinẽtes, ad [c] gloriam meam in [d] die Chriſti: [e] quia non in vacuum cucurri, neque in vacuum laboraui. [f] Sed & ſi immolor ſupra ſacrificium & obſequium fidei veſtræ, gaudeo & cõgratulor omnibus vobis. Idipſum [g] autem & vos gaudete & congratulamini mihi. [h] Spero autem in domino Ieſu Timotheum me cito mittere ad vos, [i] vt & ego bono animo ſim, cognitis quæ circa vos ſunt. [k] Neminẽ enim habeo tã vnanimẽ, qui ſyncera affectione pro vobis ſolicit⁹ ſit. [l] Oẽs eñ quæ ſua ſũt, quęrũt: [m] nõ quę Ieſu Chriſti.

[a] Expe-

negligentia, ſed ſicut ait Iob: Verebar omnia opera mea propter deum, ſciens quod non parceres delinquenti. Et ſuper humilem & quietum & trementem verba dei, ſpiritus ſanctus requieſcit. D

ſ *Deus eſt enim qui operatur in vobis & velle & perficere.*) Velle operatur ſuadendo, & præmia promittendo. Qui perſeuerauerit vſque in finẽ, hic ſaluus erit. Cæterum perficere noſtrum omnino nec velle, quicquam eſt: quia vtrumque eiuſdem loci definitione tenetur.

t *Pro bona voluntate.*) Si in ea maneatis.

u *Omnia autem facite ſine murmurationibus.*) Ingratus eſt ſeruus, qui grauia domini ſui queritur eſſe præcepta. Qui enim murmurat de pręceptis, dubitat de præmiis. Hic etiam ſi operatur, nõ eſt ſine querela. Vnde alibi ait. Neque murmurdaueritis, & cætera.

x *Et hæſitationibus.*) De mercede futura. E

y *Vt ſitis ſine querela, & ſimplices ſicut filij dei &c.*) Sicut deus vos fecit. Conſiderate cuius filij ſitis, qui cum in omnibus ſanctus ac purus ſit, filios non poteſt habere degeneres.

z *In medio nationis prauæ atq; peruerſæ.*) Quæ omnem rationabilis naturæ peruertit ordinem & perdidit.

a *Inter quos lucetis ſicut luminaria in mundo.*) Sic luceat dei genus in genere humano, ſicut ſol & luna illuminant mundum.

b *Verbum vitæ continentes.*) Vt per vos illuminentur & exemplo confirmentur.

c *Ad gloriam meam.*) Gloria patris filiorum eſt, vt ait Salomon.

i *Quod eſt ſuper omne nomen.*] Cui enim angelorum dixit, filius meus es tu?

k *Vt in nomine Ieſu omne genu flectatur cæleſtium, terreſtrium.*] Vt omnes ſimul hominem adorent cum verbo aſſumptum.

l *Et infernorum.*] Hic infernorum cuſtodes inducit.

m *Et omnis lingua confiteatur.*] Omnium gentium ſcilicet.

n *Quia dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt dei patris.*] Hoc eſt in natura & gloria deitatis, dum eiuſdem eſt gloriæ cuius pater.

o *Itaque chariſſimi mei ſicut ſemper obediſtis.*) Exemplo eius qui vſque ad mortem obediuit.

p *Non in præſentia mei tantum.*) Quaſi ſerui ad oculũ ſeruientes.

q *Sed multo magis nunc in abſentia mea.*) Quia ſi quid me præſente liberius agebatis, corrigere poteram.

r *Cum metu & tremore ſalutem veſtram operamini.*) Non cũ

d *In die Chriſti.*) In die iudicij.

e *Quia non in vacuum cucurri, neque in vacuum laboraui.*) Qui talem deo populum acquiſiui. F

f *Sed & ſi immolor ſupra ſacrificium &c.*) Etiam ſi occidar, quia ſacrificium & obſequiũ fidei veſtræ obtuli deo, vincit profectus veſtri gaudium, triſtitiam pœnæ vel mortis: ſiue iam non timeo mori, ſacrificio fidei veſtræ conſummato, ſiue quia veſtræ fidei miniſtraui.

g *Idipſum autem & vos congaudete & congratulamini mihi.*) Quia mihi grande præmium eſt pro vobis occidi, ſiue quia mihi expedit ſolui.

h *Spero autem in domino Ieſu Timotheum me cito mittere ad vos.*) Dat exemplum non temere quid definiendi, ſed omnia ſpe domini promittendi.

i *Vt & ego bono animo ſim, cognitis quæ circa vos ſunt.*) Vt ſciatis quia vos meæ paſſiones minime terruerunt.

k *Neminem enim habeo tam vnanimem qui ſyncera affectione pro vobis ſolicitus ſit.*] Qui ita mecum pro omnium veſtrum ſalute ſolicitus ſit.

l *Omnes enim quæ ſua ſunt quærunt.*) Cõmodum vel quietem, nolentes pro anima tribulari.

m *Non quæ Ieſu Chriſti.*) Non curantes de corpore vel exemplo Chriſti, qui pro omnium ſalute mori minime recuſauit.

Heb.10.d

A a *Experimentum eius cognoſcite.*] Vt qualis ſit noueritis.
b *Quoniam ſicut patri filius mecum &c.*] Secũdum hominem, propter homines factus obediens vſque ad mortẽ.
c *Hunc igitur ſpero me mittere ad vos &c.*] Modo enim incertus ſum.
d *Confido autem in domino etc.*] Non ſolum illum mitto quẽ vnicum habeo ſolatium.
e *Neceſſarium autem exiſtimaui Epaphroditum &c.*] Neceſſarium vobis & cooperatorem propter euãgelij opus.
f *Et commilitonem meũ etc.*] Commilito propter honorem; quia & ipſe acceperat in illis apoſtolatus officium.
g *Et miniſtrum neceſſitatis meæ mittere ad vos.*] Quia venit meæ neceſſitati miniſtrare pro vobis.
h *Quoniam quidem omnes vos &c.*] Charitatem eius circa illos ſolicitam commendat, B vt & ipſe ab eis amplius diligatur.
i *Et mœſtus erat propterea quòd audieratis infirmatum.*] Triſtitiæ veſtræ cauſa mœſtus erat, eo quòd vos per infirmitatis ſuæ nuncium paueret nimium contriſtatos.
k *Nam & infirmatus eſt vſque ad mortem &c.*] Vt maiorem docendo colligat fructum.
l *Non ſolum autem eius, verum etiam & mei &c.*] Ne triſtitiam carceris triſtitia deſolationis augeret.
m *Feſtinantius ergo miſi illum, vt viſo illo iterum gaudeatis.*] Pro cuius noui vos abſentia contriſtari.
n *Et ego ſine triſtitia ſim.*) Quam mihi veſtra triſtitia generat.
C o *Excipite itaque illum cum omni gaudio in domino.*) Soluẽtes ſi quem ſcrupulum de eius tarditate anim⁹ forte ſuſceperat.
p *Et eiuſmodi cum honore habetote.*) Nõ ſolũ hunc qui veſter eſt doctor, ſed & omnes qui talis gratiæ ſunt, honorate.
q *Quoniam propter opus Chriſti vſque ad mortem acceſſit.*) Qui mihi non timuit in carcere miniſtrare.
r *Tradens animam ſuam.*) In manus inimicorum, hoc eſt paratus ad mortem.
ſ *Vt impleret id quod deerat etc.*) Vt reliquum veſtrum erga me ſolus impleret obſequium.

[a] Experimẽtũ autem eius cognoſcite: [b] quoniam ſicut patri filius mecum ſeruiuit in euãgelio. [c] Hunc igitur ſpero me mittere ad vos mox vt videro quæ circa me ſunt. [d] Confido autem in domino: quoniam & ipſe veniam ad vos cito. [e] Neceſſarium autem exiſtimaui Epaphroditum fratrem & cooperatorem & [f] cõmilitonem meum, veſtrum autem apoſtolum & [g] miniſtrum neceſſitatis meæ mittere ad vos: [h] quoniam quidẽ omnes vos deſiderabat, & [i] mœſtus erat propterea quod audieratis illum infirmatum. [k] Nam & infirmatus eſt vſque ad mortem, ſed deus miſertus eſt eius. [l] Nõ ſolum autem eius, verum etiam & mei, ne triſtitiam ſuper triſtitiã haberem. [m] Feſtinantius ergo miſi illum, vt viſo illo iterũ gaudeatis, & [n] ego ſine triſtitia ſim. [o] Excipite itaque illum cum omni gaudio in domino, [p] & eiuſmodi cum honore habetote: [q] quoniam propter opus Chriſti vſque ad mortem acceſſit, [r] tradens animã ſuam, [ſ] vt impleret id quod ex vobis deerat erga meum obſequium.

## CAP. III.

[t] DE cætero fratres mei gaudete in domino, eadem [u] vobis ſcribere mihi quidem nõ pigrum, [x] vobis autem neceſſarium. [y] Videte canes, [z] videte malos operarios, videte [a] conciſionẽ. [b] Nos enim ſumus circũciſio, qui ſpiritu ſeruimus deo, & [c] gloriamur in Chriſto Ieſu, & non in carne fiduciam habentes, [d] quanquã & ego habeam confidentiã in carne. [e] Si quis alius videtur confidere in carne, ego magis circunciſus octauo die ex genere Iſrael de [f] tribu Beniamin, [g] Hebræus ex Hebræis, [h] ſecundum legem phariſæus, ſecundum [i] æmulationem perſequens eccleſiam dei: ſecundum [k] iuſtitiã quæ in lege eſt [l] conuerſatus ſine querela. [m] Sed quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus ſum propter Chriſtum detrimenta. [n] Veruntamẽ exiſtimo omnia detrimentum eſſe propter eminentem ſcientiã Ieſu Chriſti domini mei, propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror vt ſtercora, [o] vt Chriſtum lucrifaciã: vt & inueniar in illo, [p] non habens meam iuſtitiam quæ ex lege eſt, ſed illam [q] quæ ex fide eſt Chriſti Ieſu, quæ ex deo eſt iuſtitia in fide,

CAP. III.

t DE *cætero fratres mei gaudete in domino.*) Nõ in rebus humanis, vel in aliquo præterquam in domino gaudeatis.
u *Eadem vobis ſcribere &c.*) Eadem repetere quæ præſens dixeram.
D x *Vobis autem neceſſarium.*) Sicut horto crebrius irrigari.
y *Videte canes.*) Hic contra pſeudoapoſtolos agit Chriſti euangelium lacerantes.
z *Videte malos op. &c.*] Qui quod nos bene conſtruximus, deſtruere conantur.
a *Videte conciſionem.*) Conciſio enim potius quam circunciſio ſunt dicendi.
b *Nos enim ſumus circunciſio &c.*) Nos ſumus viri Iudæi, qui non vnius membri pellem, ſed totius carnis vitia amputamus, ſpiritualiter ſcilicet circunciſi.
c *Et gloriamur in Chriſto Ieſu &c.*) In ſola fide Chriſti, non in circũciſione carnali.
d *Quamquam & ego habeam &c.*) Ne quis putet me hoc ideo dicere: quia ego gloriandi cauſam nõ habeã, & idcirco non glorier.
E e *Si quis alius videtur confidere in carne &c.*) Quia ex illis forte aliqui erant proſelyti, ego ſecundum genus nõ poſt annos, vt aliqui peregrini.
f *De tribu Beniamin.*) Quæ ſemper cum Iuda coniuncta fuit.
g *Hebræus ex Hebræis.*) Nõ ex gentibus proſelytus.
h *Secundum legem phariſæus.*) Legiſperit⁹ vel diuiſus a turba, qui non poſſem poſſe ꝙ probarem.
i *Secundum æmulationẽ etc.*) Tantam habui ęmulationẽ, vt neſcius etiam eccleſiam inſectarer.
k *Secundum iuſtitiam &c.*) Primus fui in omnibus, in quibus illi falſo gloriantur: ſed quia hoc tẽpore illa non valere cognoui, ideo illa nullius duco momenti, & tanquam impedimẽta proiicio, quibus me vitam acquirere poſſe putabam. F
l *Conuerſatus ſine querela.*) Omnium iuſtificationum & ceremoniarum purificationem & mandata complebã: ſed hæc nulla putaui, dũ crederem Chriſto quæ lex ipſa promiſerat.
m *Sed quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus ſum propter Chriſtum detrimenta.*) Ad comparationẽ inuẽti auri, contẽnitur æramentum: quãuis ab vno ſit conditũ, & pro tẽporis qualitate neceſſarium.
n *Veruntamen exiſtimo &c.*) Stercora ciborum ſunt reliquiæ, & quondam rerum vtilium purgamenta.
o *Vt Chriſtum lucrifaciam &c.*) Vt Chriſtum habeam caput, & eius inueniar membrum.
p *Non habens &c.*) Hoc eſt meo labore quæſitam.
q *Sed illam quæ ex fide eſt &c.*) Sed illã quæ a deo proprie & ſola fide collata eſt Chriſtianis.

a *Ad*



fide, ad [a] cognoſcendum illum & [b] virtutem reſurrectionis eius, & ſocietatem [c] paſſionis illius, configuratus morti eius, ſi [d] quomodo ocurram ad reſurrectionem, quæ eſt ex mortuis, non [e] quod iam acceperim, aut iam [f] perfectus ſim. [g] Sequor autem ſi quomodo comprehendam, in quo & comprehenſus ſum à Chriſto Ieſu. [h] Fratres ego me non arbitror comprehendiſſe. [i] Vnum autem, quæ quidem retro ſunt obliuiſcens, ad ea vero quæ ſunt priora extendens meipſum, ad [k] deſtinatum perſequor brauium ſupernæ vocationis dei in Chriſto Ieſu. [l] Quicũque ergo perfecti ſum⁹, hoc ſentiamus: & ſi quid aliter ſapitis, & hoc vobis [m] reuelabit deus. Veruntamẽ [n] ad quod peruenimus [o] vt idem ſapiamus, & in [p] eadẽ permanęamus regula. [q] Imitatores mei eſtote fratres, & [r] obſeruate eos qui ita ambulant, ſicut habetis formam noſtram. [ſ] Multi enim ambulant quos ſæpe dicebam vobis: [t] nunc autem & flens dico inimicos crucis Chriſti: [u] Quorum finis interitus, quorum [x] deus venter eſt, & [y] gloria in confuſione ipſorum qui terrena ſapiunt. [z] Noſtra autem conuerſatio in cælis eſt. [a] Vnde etiam ſaluatorem expectamus, dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ, [b] qui reformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratũ corpori claritatis ſuę, [c] ſecundũ operationem virtutis ſuæ, qua etiam poſſit ſubiicere ſibi omnia.

## CAP. IIII.

[d] ITaque fratres mei chariſſimi & deſideratiſſimi, [e] gaudium meũ & corona mea: ſic [f] ſtate in domino chariſſimi. Euodiã rogo [g] & Syntychen deprecor idipſum ſapere in domino. [h] Etiã rogo & te germane cõpar, [i] adiuua illas quæ mecũ laborauerũt in euangelio, [k] cũ Clemẽte & cæteris adiutoribus meis, [l] quorũ nomina ſunt in libro vitę. [m] Gaudete in domino

A a *Ad cognoſcendum illum.*] Vt beneficium eius perfecte cognoſcam.
b *Et virtutem reſurrectionis eius.*] Quia ideo ſurrexit, vt nos ſimiliter reſurgamus. Qui autẽ hoc vere cognoſcit, ſatis agit, ſi omnino non peccet.
c *Et ſocietatẽ paſſionis illius &c.*] Si enim compatimur & conuiuimus.
d *Si quomodo occurram ad reſurrectionem &c.* Ad illã quæ perfectorum eſt proprie, nõ ad illam quam etiam inuitos habere neceſſe eſt.
e *Non quod iam acceperim.*] Quia mundi nondum finis aduenit, ſed in ſpe eſt quod credimus, non in re.
f *Aut iam perfectus ſim.*] Adhuc ait ſe de perfectione hac, & de tali reſurrectione ſuſpenſum.
g *Sequor autem ſi quomodo cõprehendam &c.*] Si comprehendam meritum apoſtolatus, in quo apoſtolatu à Chriſto ſum comprehenſus.
B h *Fratres ego me &c.*] Se humiliando, omnibus gloriam tollit, & vniuerſos prouocat ad perfectionem.
i *Vnum autem, quæ quidem retro ſunt obli &c.*] Hoc ſolum ſcio, quia quotidie proficio, & præteritum laborem non computans, ad priora feſtino: ſiue legis obliuiſcens ad perfecta euangelij præcepta me teneo.
k *Ad deſtinatum perſequor &c.*] Quod perfectis deus promiſit in Chriſto in cælis, quod non niſi vincentes accipient.
l *Quicunque ergo perfecti ſumus, hoc ſentiamus.*] Quomodo negat ſe eſſe perfectum, C ſi alij ſunt, niſi humilitatis gratia hoc dictum accipias? Quicũque perfectus eſt hoc ſentiat, vetera ſcilicet obliuiſcendo, & noua ſectando: quia perfecti debent eſſe diſcipuli Chriſti: licet ſuperius de perfectione præmij, hic vero de ſcientia ſit locutus.
m *Si quid aliter ſapitis, & hoc vobis deus reuelabit.*] Si quid alij deus reuelauit: Aliter inquit non aliud, hoc eſt, alia aſſertione, non fide.
n *Veruntamen ad quod peruenimus.*] Ad perfectionem noui teſtamenti.
o *Vt idem ſapiamus*] Idẽ ſit, aliter ſcilicet alter nõ aſtruat.
p *Et in eadẽ perma. &c.*] Nõ enim ſcire ſufficit ſine facto.
q *Imitatores mei eſtote fratres.*] Me ſequimini, non falſos apoſtolos.
r *Et obſeruate eos qui ita ambulant, ſicut habetis formam noſtrã.*] Dupliciter dicitur obſeruare, vel ad imitandum, vt hic: vel ad cauendum, ſicut ad Romanos ait: Obſeruate eos qui diſſenſiones & offendicula faciunt. Rom.16.c
ſ *Multi enim ambulant: quos ſæpe dicebam vobis.* De his dicit qui ſpem paſſionis Chriſti per quam peccata dimiſſa ſunt auferentes, in lege ceremonias collocabant. Poteſt & de Iouiniani ſtudiis accipi, qui ieiuniorum afflictionem & omnem corporis cruciatum, in luxuriam & epulas conuerterit.
D t *Nunc autem & flens dico, inimicos crucis Chriſti.*] Notandum quod vero affectu, omnium ſalutem optauerit, qui etiam inimicos crucis Chriſti deflebat, vltro in interitum properantes.
u *Quorum finis eſt interitus.*] Quia in corruptione ſeminant carnis.
x *Quorũ deus venter eſt.*] Qui ſe in hoc putant deo ſeruire, ſi comedant, non audientes prophetam dicentẽ: Si manducaueritis & biberitis, nõne vos manducatis & bibitis?
y *Et gloria in confuſione ipſorum &c.*] In circunciſione verecundi membri.
z *Noſtra autem conuerſatio in cælis eſt.*] Hoc non poteſt dicere terrenis vitiis mancipatus.
a *Vnde etiam ſaluatorem expectamus dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.*] Qui caput eſt noſtrum.
E b *Qui reformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ.*] Sicut monſtrauit in monte, cum vnum ex viuctibus & vnũ ex mortuis, claritatis ſuæ corpori cõfigurat: exemplum reſurrectionis oſtendens & in mortuis & in viuentibus.
c *Secundum operationem qua poſſit ſibi ſubiicere omnia.*] Quia non ſolum cõformauit nos, ſed etiã corpori ſuo omnia fecit eſſe ſubiecta, ſiue ſecũdum ſententiam qua ſibi cũcta ſubiecit, etiam hoc illi poſſibile eſt.

CAP. IIII.

d ITaque *fratres mei chariſſimi & deſideratiſſimi.*] Quia perfectiores.
e *Gaudiũ meũ & corona mea.*] Per vos in præſenti lætifico, & in futuro coronabor. F
f *Sic ſtate in domino chariſſimi.*] In ſola Chriſti fide, vt ſuperius comprehẽdi, ſpem ponentes & in conuerſatione cæleſti.
g *Euodiam rogo & Syntychen deprecor idipſum ſapere in domino.*] Quod dicit, ideſt, vnà mecum hæ mulieres ſcientes erant legis: quas ſimiliter vt iſtas eadem ſentire commemorat & hortatur.
h *Etiam rogo & te germane compar.*] Germanus dictus eſt nomine, qui egerat compar officij.
i *Adiuua illas quæ mecum laborauerunt in euangelio.*] Non viros, ſed feminas quæ erant docentes, non in eccleſia, ſed in domo.
k *Cum Clemente & cæteris adiutoribus meis.*] Clemens ex philoſopho magnæ doctrinæ vir, qui Romæ epiſcopus fuit.
l *Quorum nomina ſunt in libro vitæ.*] Ne moleſte ferrent ſua nomina in hac epiſtola nõ cõprehenſa, ſcripta eſſe dicit in cælis. Huius libri etiam Moyſes & Dauid meminit & dominus in euangelio.
m *Gaudete in domino ſemper.* Quia ſæculi gaudium non habetis.

no, [a] iterũ dico gaudete. [b] Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominib⁹: [c] Dñs enim prope eſt. [d] Nihil ſoliciti ſitis, ſed in omni [e] oratione & obſecratione cum gratiarum actione, petitiones veſtræ innoteſcãt apud deum. [f] Et pax dei quæ exuperat omnem ſenſum, cuſtodiat corda veſtra & intelligentias veſtras in Chriſto Ieſu. [g] De cætero fratres [h] quæcũque ſunt vera, [i] quæcunque pudica, quæcũque iuſta, quæcunque ſancta, quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ, ſi [k] qua virtus, ſi qua laus diſciplinæ, hæc cogitate: quæ & didiciſtis & accepiſtis & audiſtis & vidiſtis in me, hæc [l] agite: & [m] deus pacis erit vobiſcum. [n] Gauiſus ſum autem in domino vehemẽter: quoniã tandem aliquando refloruiſtis pro me ſentire, ſicut & ſentiebatis. Occupati autẽ eratis. Non [o] quaſi propter penuriã dico. [p] Ego enim didici in quibus ſum ſufficiens eſſe. [q] Scio & humiliari, ſcio & abũdare. Vbique & in omnibus inſtitutus ſum, & ſatiari & eſurire & abundare & penuriam pati. [r] Omnia poſſum in eo qui me confortat. [ſ] Veruntamen bene feciſtis, cõmunicantes tribulationi meæ. Scitis [t] autem & vos Philippenſes, quod in principio euãgelij quando profectus ſum à Macedonia, nulla mihi eccleſia communicauit in [u] ratione dati & accepti, niſi vos ſoli: [x] quia & Theſſalonicã ſemel & bis in vſum mihi miſiſtis: nõ quia quęro datum, ſed requiro fructum abundãtem in ratione veſtra. [y] Habeo autẽ omnia & abũdo. Repletus ſum exceptis ab Epaphrodito quæ miſiſtis in [z] odorẽ ſuauitatis, [a] hoſtiã acceptã placẽtem deo. [b] Deus autẽ meus impleat omne deſiderium veſtrũ ſecundum diuitias ſuas in gloria in Chriſto Ieſu. Deo autem & patri noſtro gloria in ſæcula ſæculorũ. Amen. [c] Salutate omnem ſanctum in Chriſto Ieſu. Salutant vos qui mecum ſunt fratres. [d] Salutant vos omnes ſancti: maxime autem qui de Cæſaris domo ſunt. Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti cum ſpiritu veſtro. Amen.

A a *Iterum dico gaudete.*] Repetit, vt magis ac magis gaudium confirmetur.

b *Modeſtia veſtra nota ſit omnibus &c.*] Iudæis & gentibus omnibus, qui vos tribulant & perſequuntur.

c *Dominus enim prope eſt.*] Scit quid opus ſit antequàm petatis ab eo, ſiue de congruentibus cogitationibus, ſolicitudinem gerite: quàm enim dominus nobis prope ſit, optime nouiſtis, ſecundũ illud: Iuxta eſt dominus his qui tribulato ſunt corde.

Pſal.33.d d *Nihil ſoliciti ſitis.*] Nolite cogitare quid mãducetis aut quid induamini, hæc omnia gentes inquirunt.

e *Sed in omni oratione & obſecratione &c.*] Non cũ murmuratione, aut triſtitia: tunc poteſt oratio veſtra digna eſſe auribus ſaluatoris, ſi pro omnibus quæ patimini gratias referatis, ſicut apoſtoli faciebant.

f *Et pax dei quæ exuperat omnem ſenſum cuſtodiat corda veſtra &c.*] Qua malos ſuſtinet & ingratos. B Chriſti pax, qua pro ſuis perſecutoribus exorabat, ſi recogitemus omnẽ mentem ſuperat & inclinat. Hæc ergo pax corda & intelligentias veſtras exemplo Chriſti cuſtodiat.

g *De cætero fratres.*] Ad extremum vt omnia breuiter comprehendam.

h *Quæcunque ſunt vera.*] Permanenda.

i *Quæcunque pudica, quæcunque iuſta, quæcunque ſancta, quæcũque amabilia &c.*] Quia omnis natura humana nouit diligenter amare quod bonum eſt.

k *Si qua virtus, ſi qua laus diſciplinæ, hæc cogitate quæ & C didiciſtis &c.*] Virtus tolerantiæ ſiue laus conuerſationis, & reliqua bona, quæ & didiciſtis verbo, & accepiſtis exemplo, & audiſtis aurib⁹, & vidiſtis oculis, hæc tantũmodo cogitate.

l *Hæc agite.*] Non enim ſola ſine actu ſufficit cogitatio. Hæc poſteriora, illa explanant ſuperiora.

m *Et deus pacis erit vobiſcum.*] Si hæc non modo cogitetis, ſed etiam faciatis.

n *Gauiſus autem ſum in domino vehementer, quoniam tandem aliquando refloruiſtis &c.*] Iterum florem boni operis recepiſtis, qui mei immemores occupatione non voluntate arefacti, fueratis effecti.

o *Non quaſi propter penuriam dico.*] Non propter meam inopiã, ſed propter veſtrũ fructum dico me eſſe gauiſum.

p *Ego enim didici in quibus ſum ſufficiens eſſe.*] A Chriſto omnia æquanimiter ferre ſum edoctus. D

q *Scio & humiliari, ſcio & abundare. Vbique & in omnibus inſtitutus ſum, & ſatiari & eſurire & abundare & penuriam pati.*] Vt nec abundantia extollar, nec frangar inopia.

r *Omnia poſſum in eo qui me confortat.*] Dans intelligentiam, vel ſua doctrina confirmat.

ſ *Veruntamen bene feciſtis, cõmunicantes tribulationi meæ.*] Non enim debuit mea inopia veſtram impedire mercedem.

t *Scitis autem & vos Philippenſes, quod in principio euangelij quando profectus ſum &c.*) Quando profectus ſum, ſcitis, quia vos ſolos a quibus ſumptus accepimus, elegimus, fideliores vos omnibus iudicantes.

u *In ratione dati & accepti &c.*) Dantes carnalia, ſpiritualia accepiſtis.

x *Quia & Theſſalonicam ſemel & bis &c. ſed requiro fructum abund. &c.*) Abundans fructus orationis eſt, cum ſanctis etiam abſentibus miniſtratur. E

y *Habeo autem omnia & abundo repletus &c.*) Prouocat eos laudando & gratias referendo.

z *In odorem ſuauitatis.*) Odor ſuauitatis, non in re oblata, ſed in mentis deuotione conſiſtit, ſicut ſacrificium Noe deus deſcribitur odoratus, cum ipſe dicat nec carnibus nec animalium ſanguine ſe delectari. Gen.8.d Eſa.1.c

a *Hoſtiam acceptam placentem deo.*) Notandum quod eleemoſyna hoſtia appellatur, quæ ſicut à ſanctis oblata, accepta eſt: ita eorum qui in peccatis durauerint, reprobatur. F

b *Deus autem meus impleat &c.*) Quia vt perfecti alia deſiderare non poterant, niſi quæ ſunt ſecundum diuitias dei non ſæculi, & quæ ad gloriã pertinent Chriſti.

c *Salutate omnem ſanctum in Chriſto Ieſu &c.*) Erant enim omnes ſancti quos ſaluere iubet, & omnes præcepit ſalutari, ſicut & in omnibus epiſtolis facit, & proculdubio verum dixiſſe credendus eſt. Si vere ſancti erant, peccatores vtique non erant: & quia non peccatores ſed ſancti erant, tam poterant eſſe quod erant, quàm poterant non eſſe quod non erãt. Igitur ſanctos homines hac ratione eſſe poſſibile eſt.

d *Salutant vos omnes ſancti, maxime autem qui de Cæſaris domo ſunt.*) Qui ſunt nuper de Cæſaris domo conuerſi.

IN COM-

*Commentariorum in epiſtolam ad Philippenſes finis.*



A # COMMENTARII IN EPISTOLAM AD COLOSSENSES. D

## Cap. I.

### In Epiſtolam ad Coloſſenſes.

### CAP. I.

[a] PAulus Apoſtol⁹ Ieſu Chriſti per volũtatem dei, & Timotheus frater, his quis sũt Coloſſis ſanctis & fidelibus fratribus in Chriſto Ieſu: Gratia vobis & pax a deo patre noſtro. [b] Gratias agimus deo & patri domini noſtri Ieſu Chriſti ſemper pro vobis orantes, audientes fidem veſtram in Chriſto Ieſu, & dilectionem quam habetis in ſanctos omnes, [c] propter ſpem, quę repoſita eſt vobis in cælis: quã audiſtis in verbo veritatis euangelij quod peruenit ad vos: [d] ſicut & in vniuerſo mundo eſt, & fructificat & [e] creſcit ſicut in [f] vobis, ex ea die qua audiſtis & cognouiſtis gratiã dei in veritate: ſicut [g] didiciſtis ab Epaphra chariſſimo conſeruo noſtro: qui eſt fidelis pro vobis miniſter Chriſti Ieſu. [h] qui etiã manifeſtauit nobis dilectionẽ veſtram in ſpiritu. [i] Ideo & nos ex qua die audiuimus, nõ ceſſamus pro vobis orantes & poſtulãtes: vt impleamini agnitione voluntatis eius in omni ſapiẽtia & intellectu ſpirituali: [k] vt ambuletis digne deo per omnia placẽtes, in omni opere bono fructificantes, & creſcentes in ſciẽtia dei, in [l] omni virtute confortati [m] ſecundũ potentiam claritatis eius, in [n] omni patiẽtia & lõganimitate cũ gaudio, [o] gratias agẽtes deo & patri: qui dignos nos fecit in partẽ ſortis ſanctorũ in lumine. [p] Qui eripuit nos de poteſtate tenebrarũ, & trãſtulit in [q] regnũ filij dilectionis ſuæ, in [r] quo habem⁹ redẽptionẽ & remiſſionẽ peccatorũ. [ſ] Qui eſt imago dei inuiſibilis, [t] primogenit⁹ omnis creaturæ: quoniã in ipſo [u] condita ſunt vniuerſa in cælis & in terra, viſibilia & inuiſibilia, ſiue throni, ſiue dominationes, ſiue principat⁹, ſiue poteſtates. [x] Omnia per ipſum & in ipſo creata sũt, & ipſe eſt [y] ante omnes, & omnia in ipſo cõſtãt. [z] Et ipſe eſt caput corporis eccleſiæ, qui eſt [a] principiũ primogenitus ex mortuis: vt ſit in [b] omnibus ipſe primatũ tenẽs. Quia [c] in ipſo cõplacuit omnẽ plenitudinẽ diuinitatis inhabitare, & [d] per eũ recõciliari omnia in ipſum, pacificãs per ſanguinem crucis eius, [e] ſiue quę in cælis, ſiue quę in terris ſunt. [f] Et vos cũ eſſetis aliquando alienati & inimici ſenſu in operibus malis: nunc autem reconciliauit in corpore

a *PAulus apoſtolus Ieſu Chriſti per voluntatem dei, & Timotheus frater, his qui ſunt Coloſsis ſanctis &c. Gratia vob. &c.*] Et Chriſto Ieſu domino noſtro.

b *Gratias agimus deo & patri domini noſtri Ieſu Chriſti &c. & dilectione in omnes ſanctos.*] Sine exceptione perſonarũ vel notitiæ, ſolam diligitis in omnibus ſanctitatem.

c *Propter ſpem, quæ repoſita eſt vobis in cælis &c.*] Non propter hominum laudem, ſed propter vitam æternam, quę in Chriſto eſt.

d *Sicut & in vniuerſo mundo eſt, & fructificat.*] Aliud triceſimum, aliud ſexageſimũ, B aliud centeſimum, ſecundũ parabolam ſeminantis.

e *Et creſcit.*] In numero vel virtute.

f *Sicut in vobis, ex ea die qua audiſtis &c.*] Qui eius beneficia malis actibus non euacuant.

g *Sicut didiciſtis ab Epaphra chariſſimo conſeruo noſtro, qui eſt fidelis &c.*] Fideliter pro vobis in oratione incũbens, miniſterium Chriſti exhibet voluntate.

h *Qui etiam manifeſtauit nobis dil. &c.*] Quam habetis in ſpiritualibus charitatem.

i *Ideo & nos ex qua die audiuimus &c. vt impleamini agnitione voluntatis eius.*] Quia eã aliter facere non poteſtis: quod propheta intelligens C dicebat ad deum: Doce me facere voluntatem tuã, quia deus meus es tu.

k *Vt ambuletis digne deo, per omnia placentes, in omni opere &c.*] Bene ille deo ambulat, qui ei per omnia placet, hoc eſt, vt in opere bono cum ſciẽtia dei fructificet. Simul expoſuit quod frequenter obſcure dicebat, hoceſt, quomodo deus det velle vel adiuuet & confirmet: docẽdo ſcilicet ſapientiam, & intellectum gratiarum tribuẽdo, non libertatem arbitrij auferendo: ſicut etiã in præſenti orat vt impleãtur agnitione volũtatis eius, in omni ſapientia & intellectu ſpirituali, quo poſſint digne deo per omnia ambulare.

l *In omni virtute confortati.*) Virtus magna eſt inueteratũ vincere vitiorum: vel in paſſionibus carnis infirmitatẽ ſuperare.

m *Secundum potentiam clarit.* &c.] Vt & vos ſicut & ille patienter omnia ſufferatis.

n *In omni patientia & longanimitate &c.*] Ibi eſt vera lõganimitas & patientia, vbi aliquis gaudet etiam ſuſtinere quod patitur.

o *Gratias agentes deo &c.*] Plus vocatio lætificet, quàm affligat triſtitia paſſionum. Cognominat ſortẽ ſanctorum, ſortem hæreditatis, ſicut etiam ſcriptura commemorat: quia Ieſus terram diuiſit in ſorte. Ioſue.1.

p *Qui eripuit nos de pot. &c.*] Ab ignorantia vel errore.

q *Et tranſtulit in regnum filij &c.*] De regno erroris & mortis, quò & dilecti & filij fieremus.

r *In quo habemus redemptionem & remiſſ. &c.*] Redemptis fide, per baptiſmũ peccata dimiſit. E

ſ *Qui eſt imago dei inuiſ. &c.*] Secundum epiſtolã ad Hebræos.

t *Primogenitus omnis creaturæ*] Primogenitus ſecũdum aſſumpti hominis formam, non tempore, ſed honore: iuxta illud: Filius meus primogenitus Iſrael. Exod.4.f

u *Quoniã in ipſo condita &c.*] Id contra Manichæos facit.

x *Omnia per ipſum &c.*] In ipſius creata ſunt poteſtate.

y *Et ipſe eſt ante omnes &c.*] Dum per ipſum ſubſiſtunt.

z *Et ipſe eſt caput cor. &c.*] Quia omnes credentes, eius membra ſunt.

a *Qui eſt principium primogenitus ex mortuis.*) Incorruptibilis gloriæ.

b *Vt ſit in omnibus ipſe &c.*) Tam in viſibilibus, quàm in inuiſibilibus creaturis. F

c *Quia in ipſo complacuit omnem plenitudinem &c.*) In aliis, hoceſt, in apoſtolis, patriarchis, vel prophetis, gratia fuit ex parte. In Chriſto autem tota diuinitas habitauit corporaliter, quaſi ſi dicas ſummaliter.

d *Et per eum reconciliari omnia in ipſum &c.*) Per quem ſunt homines emundati.

e *Siue quæ in cælis, ſiue quæ in terris ſunt.*) Terrena cæleſtibus, quæ ab eis per cõtrarietatẽ vitæ fuerãt ſeparata. Vnde orare docemur, vt voluntas dei quẽadmodũ celebratur in cęlis, ita fiat & ĩ terris.

f *Et vos cum eſſetis aliquando alienati & inimici &c.*) Quæ fuerint inimicitiæ, euidentiſſime declarauit.

pore carnis eius per mortem [a] exhibere vos ſanctos & immaculatos [b] & irreprehenſibiles corā ipſo. [c] Si tamē permanetis in fide fundati & ſtabiles & immobiles a ſpe [d] euāgelij quod audiſtis, [e] quod prędicatū eſt in vniuerſa creatura, quæ ſub cælo eſt. [f] Cuius factus ſum ego Paulus miniſter, qui nunc gaudeo in paſſionibus pro vobis, & [g] adimpleo ea quæ deſunt paſſionū Chriſti in carne mea pro corpore ei⁹ quod eſt eccleſia. Cuius factus ſum ego miniſter [h] ſecundum diſpenſationem dei, quæ data eſt mihi in vobis: vt impleam verbū dei, myſterium quod abſcōditum fuit a ſæculis & generationibus: [i] nunc autem manifeſtatum eſt ſanctis eius, quibus voluit deus [k] notas facere diuitias gloriæ ſacramenti huius in gentibus, [l] quod eſt Chriſtus in vobis ſpes gloriæ, quē nos annūtiamus, corripientes omnem hominem, & docentes in omni ſapientia, vt [m] exhibeamus omnem hominē perfectum in Chriſto Ieſu, in quo & laboro, certādo ſecundū operationē eius quá operatur in me in virtute.

## CAP. II.

[n] VOlo enim vos ſcire qualem ſolicitudinē habeá pro vobis, & pro his qui ſunt Laodiceæ, & quicumque non viderūt faciem meam in carne: vt conſolētur corda ipſorum, inſtructi in charitate, & omnes diuitias plenitudinis intellectus in agnitione myſterij dei patris & Chriſti Ieſu: [o] in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ [p] abſconditi. [q] Hoc autem dico, vt nemo vos decipiat in ſublimitate ſermonum. [r] Nam & ſi corpore abſens ſum, ſed ſpiritu vobiſcum ſum: gaudens & videns ordinem veſtrum & firmamentum eius, quæ in Chriſto eſt fidei veſtræ. [ſ] Sicut ergo accepiſtis Ieſum Chriſtum dominum noſtrū, in ipſo ambulate: [t] radicati & ſuperædificati in ipſo, & [u] confirmati in fide: ſicut & didiciſtis, abundantes in illo in gratiarum actione. [x] Videte ne quis vos decipiat per philoſophiá & inanem fallaciam ſecūdum traditionē hominū, ſecundum elemēta mundi, & nō ſecundū Chriſtum: [y] quia in ipſo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, & eſtis in [z] illo repleti, qui eſt caput omnis principatus & poteſtatis. [a] In quo & circuncisi eſtis circunciſione non manufacta in expoliatione corporis carnis: ſed in [b] circunciſione Ieſu Chriſti conſepulti ei in baptiſmo, in [c] quo & reſurrexiſtis per fidem operationis dei, qui ſuſcitauit illum à mortuis. [d] Et vos cum mortui eſſetis in delictis & præputio carnis veſtræ, [a] con-

a *Exhibete vos ſanctos.*] Ne eius beneficium irritum faciētes, ſitis iterum inimici.

b *Et immaculatos & irreprehenſibiles coram ipſo.*] Vide ſi ſciebat ſe impoſſibilia præcepiſſe.

c *Si tamē permanetis in fide fundati, & ſtabiles & immobiles.*] Tunc poteritis immaculati eſſe, ſi hominum vos exempla minime decipiāt, ſed firmiter futura credatis.

d *A ſpe euangelij quod audiſtis.*] Spem euangelij, contra euangelium viuētes ſperare non poſſunt.

e *Quod prædicatum eſt in vniuerſa creatura, quæ ſub cælo eſt.*] Rationabili ſcilicet. Notandum ſane quomodo omnem creaturam, homines ſolos nominauit.

f *Cuius factus ſum ego Paulus miniſter, qui nunc gaudeo in paſ. &c.*] Pro aliis patitur: quia pro ipſo ante paſſus eſt Chriſtus.

g *Et adimpleo ea quæ deſunt paßionum &c.*] Vſque adeo præſentibus nō terreor perſecutionibus, vt mihi paruū eſſe videatur quod patior, quoadvſque in me paſſio impleatur, ſicut ad Hebræos dicit: Vt non fatigemini animis veſtris deficientes, nondum enim vſque ad ſanguinem reſtitiſtis. Heb.12.a

h *Secundum diſpenſationem dei &c.*] Doctrinæ euangelicæ, quam vobis gentibus iuſſus ſum erogare.

i *Nūc autem manifeſtatum eſt ſanctis eius &c.*] Tempore quo voluit gentes vocare, quibus voluit ſanctis aperuit ſacramentum.

k *Notas facere diuitias &c.*] Quia idem dominus omniū diues, in omnes qui inuocāt illum.

l *Quod eſt Chriſtus in vobis ſpes gloriæ &c.*] Iudæum & Græcum, ſeruum & liberū. Simul attende quòd omnes ſapientiam doceat.

m *Vt exhibeamus omnem hominem perfectum in Chriſto Ieſu &c.*] Notandum quòd omnes conetur exhibere perfectos.

CAP. II.

n *VOlo enim vos ſcire &c. & quicumque non viderunt faciem meam &c.*] Qui ſi me vidiſſent, & charitatem meam erga ſe & diuitias myſterij plenius cognouiſſent, maiorem præſtitiſſent affectum, & abundantiam rationis à me, quam ab ipſo Chriſto didici docerētur, & per hæc conſolationem fuiſſent conſecuti.

o *In quo ſunt omnes theſauri ſap. &c.*] Qui latebant in literis legis, ſicut Eſaias ait: In theſauris ſalus noſtra venit. Eſa.33.b Sec.70.

p *Abſconditi.*] Qui Moyſi erant velamine contecti.

q *Hoc autem dico, vt nemo vos &c.*] Idcirco melius fuiſſet, vt ego præſens inſtruerem: ſed tamē breuiter omnem ſapientiá in ipſo eſſe complexā: vt ſenſum vel ſermonē philoſophiæ quæ cōtra illū eſt, non ſolum non timeatis, ſed etiam ſtultitiæ deputetis.

r *Nam & ſi corpore abſens ſum, ſed ſpiritu &c.*] Habebāt hāc gratiam apoſtoli, vt alibi poſiti, quid alibi ageretur, agnoſcerēt: ſicut Heliſæi ſpiritus cum Giezi fuit in via. Supplens id quod eſt de vtilitate veſtræ fidei, vel impleo quod præſentia implere non poſſum. 4.Reg.5.g

ſ *Sicut ergo accepiſtis Ieſū Chriſtum dominum noſtrum &c.*] Exemplum Chriſti in vobis ſufficit ad vitam, etiam ſi aliquid interim minus ſcientiæ habetis.

t *Radicati & ſuperædificati in ipſo.*] Secundum robur fundamenti, validum ædificium ſupercreſcit.

u *Et confirmati in fide, ſicut & did. &c.*) Semper creſcētes in illo, & pro omnibus beneficiis eius gratias referentes.

x *Videte ne quis vos decipiat &c.*) Contra philoſophos ait, quorum omnis penè diſputatio de elementis eſt, & de viſibilibus creaturis, & ex rebus naturalibus virtutem exiſtimant dei dicentes, ex nihilo fieri nihil poſſe: & animam, aut initium non habere, aut eſſe mortalem: & virginem parere omnino nō poſſe: ſed & deum ex homine naſci, mori, atque reſurgere ſtultum eſſe.

y *Quia in ipſo inhabitat omnis plenitudo diuinit. &c.*) Omnis plenitudo diuinæ naturæ in corpore eius inhabitat.

z *Et eſtis in illo repleti, qui eſt caput omnis principatus &c.*) Si illius ſcientia docemini, qui prodidit initium inuiſibili creaturæ: quid vobis conferēt qui nihil plus intelligūt, quàm quod vident?

a *In quo & circunciſi eſtis, circunciſione &c.*) Hic iam pſeudoapoſtolos taxat, ne ab ipſis quidam ſeducantur.

b *Sed in circunciſione Ieſu Chriſti conſepulti ei in baptiſmo.*) Per quam totum hominem expoliaſtis.

c *In quo & reſurrexiſtis per fidem operationis dei, qui ſuſcitauit illum a mortuis.*] Surrexiſtis in nouam vitam, credentes eum etiam propter hoc ſurrexiſſe.

d *Et vos cum mortui eſſetis in delictis & præputio carnis veſtræ.*) Quia non ſolum peccantes, ſed etiam non circunciſi in lege pariter damnabuntur. Cum ergo dupliciter indigni eſſetis, filiorum conſortes effecti eſtis.



[a] cōuiuificauit cum illo, donans vobis omnia delicta, delens [b] quod aduerſus nos erat chirographum decreti, quod erat cōtrarium nobis. Et ipſum tulit de medio, affigens illud cruci, & [c] expolians principatus & poteſtates [d] traduxit cōfidenter palā, triumphans illos in ſeipſo. [e] Nemo ergo vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei feſti, aut neomeniæ, aut ſabbathorum: [f] quæ ſunt vmbra futurorum, corpus autem Chriſti. [g] Nemo vos ſeducat volēs in humilitate & religione angelorum, quæ nō vidit ambulans fruſtra, inflatus ſenſu ſuæ carnis, & [h] non tenens caput, ex quo totum [i] corpus per nexus & coniunctiones ſubminiſtratū & conſtructum creſcit in [k] augmentum dei. Si [l] ergo mortui eſtis cum Chriſto ab elementis huius mundi: [m] quid adhuc tanquàm viuentes mundo decernitis? Ne [n] tetigeritis, neque guſtaueritis, neq; cōtrectaueritis: quæ ſunt [o] omnia in interitu ipſo vſu [p] ſecūdum præcepta & doctrinas hominum, quæ ſunt rationem quidem habentia ſapiētiæ in ſuperſtitione & humilitate: & non ad parcendum corpori, non in honore aliquo ad ſaturitatem carnis.

## CAP. III.

[q] IGitur ſi conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite: vbi Chriſtus eſt in dextera dei ſedens. [r] Quæ ſurſum ſunt ſapite, nō quæ ſuper terrā. Mortui enim eſtis, & vita [ſ] veſtra abſcōdita eſt cum Chriſto in deo. Cū autem Chriſtus apparuerit vita veſtra, tunc & vos apparebitis cum ipſo in gloria. [t] Mortificate ergo [u] mēbra veſtra quæ ſunt ſuper terrā, [x] fornicationem, immunditiā, libidinē, [y] concupiſcentiam malā, & [z] auaritiam, quæ eſt ſimulacrorum ſeruitus: [a] propter quæ venit ira dei ſuper filios incredulitatis, in [b] quibus & vos ambulaſtis aliquádo cum viueritis in illis. Nunc

a *Conuiuificauit cum illo, donans vobis omnia delicta.*] Auferendo cauſas mortis, ideſt peccata.

b *Delens quod aduerſus nos erat chirographum decreti &c.*] Chirographū, maledictum legis eſt. Vnde alibi ait. Chriſtus nos redemit de maledicto legis, quia in ea continetur: Maledictus omnis qui non permanſerit in libro legis, vt faciat ea. Quidam vero chirographum dicunt eſſe, quaſi ſcriptam quandam apud deum memoriam peccatorum. Vnde ipſe in Canticis dicit: Nonne hæc congregata ſunt apud me, & ſignata in theſauris meis? Et Hieremias ait: Peccatum Iudæ in vngue adamantino. Etiam hæc deleta eſt in cruce, dum dimiſſis peccatis, etiam memoria oblita eſt delictorum. Galat.3.b Deut.32.c Hiere.17.a

c *Et expolians principatus & poteſtates &c.*] Vt per mortem deſtrueret eum qui habebat mortis imperium, ſe offerendo pro eis.

d *Traduxit confidenter palàm &c.*] Deuicit palàm crucifixus, confuſione contempta triumphauit: non occidendo, ſed moriendo: vt nobis cōfracta omni ſuperbia mōſtraret exemplum.

e *Nemo ergo vos iudicet in cibo aut in potu &c.*] Nullum ergo in hoc iudiciū eſt quod eſt vmbra, & ceſſauit corpore veniente: quia imagine opus non eſt, veritate præſente.

f *Quæ ſunt vmbra futurorum &c.*] Tunc enim futura erant, quæ modo ſunt.

g *Nemo vos ſeducat volens in humilitate & religione angelorum &c.*] Nemo ficta humilitate ſuperbus, & angelos ſe videre mentiens, fruſtra ſe ſuper homines iactet: qui viſiones à ſuo corde loquitur, ſiue nemo tam humilis ſibi, & religioſus videatur; vt angelos qui deum vident ſe videre mentiatur.

h *Et non tenens caput.*] Chriſto non credens, qui omnium ſanctorum caput eſt.

i *Ex quo totum corpus &c.*] Quia membris per totum corpus membra iunguntur. Quicunque igitur extra hoc corpus eſt, quamtumlibet ſe iactet, ille caput nō habet, quod eſt Chriſtus qui eſt vita.

k *In augmentum dei.*] Augmentum illius corporis quod vnitum eſt deo.

l *Si ergo mortui eſtis cum Chriſto ab elem. &c.*] Poſſunt intelligi etiam auaritia, luxuria, & cætera his ſimilia.

m *Quid adhuc tanquam viuentes &c.*] Ne ſimilitudinem quidem vllam viuentium in mundo voluit nos habere, hoc eſt, illorum qui futura non credunt.

n *Ne tetigeritis, neque guſtaueritis &c.*] Illo tactu & guſtu & contrectatione, quo hi qui in concupiſcentiis abutuntur, & terrena diligunt pro æternis.

o *Quæ ſunt omnia &c.*] Ex partibus mundi, conditionem ipſius aduertimus: cui enim membra componuntur atque ſoluuntur, neceſſe eſt vt totus aliquando compoſitus fuerit, & quandoque ſoluatur. Non ergo mortalia pro immortalibus debēt diligi & æternis.

p *Secundum præcepta & doctrinas hominum &c.*] Secundum quod multi etiam homines, natura docente, tradiderunt: quod mundus eſſet aliquando ſoluendus, & ideo deo quem ſolum æternum intellexerunt, licet ſuperſtitioſe, tamen humiliter venerati ſunt, & non parcendum duxerunt corpori, nec carnem in ſaturitate honorandam, vtpote morituram. Aliter. Nō vos ſeducat philoſophia ad humanam doctrinam, quę ſapientiæ & abſtinentiæ ſpecie ſubornatur. In qua tam vana eſt corporis afflictio, tā ſtulta meditationis intentio: cuius bonum ad capiendas & infirmandas mentes, quaſi quidam laqueus diabolo aucupante, prætēditur, quò facili⁹ malū ſuū ſequēs inducat.

CAP. III.

q *IGitur ſi conſurrexiſtis cum Chriſto &c.*] Conſequēter primo cū mortuos, deinde cōſurrexiſſe nos dicit: nec ſolū terræ mori, ſed etiā cælo nos viuere hortatur: nihil inquit terrenum ambiatis, nihil mortale quæratis.

r *Quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram &c.* Cæleſtē ſectamini ſapiētiam: ſed nos laborioſius humanæ ſapientiæ ſtudium impendimus: & artibus viliſsimis ingenium occupamus.

ſ *Et vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in deo &c.*] Quia filij dei cum ſimus, nondum apparuit. Scimus quoniam cum apparuerit, ſimiles ei erimus. Non ergo debemus hic noſtram quærere gloriam in præſenti: ne de nobis quoque dicatur; Perceperunt mercedem ſuam. 1.Ioan.3.a

t *Mortificate ergo.*] Quod profeſſi eſtis, implete.

u *Membra veſtra quæ ſunt ſuper terram.*] Membra vitiorum veſtrorū: ſiue malū membrorum, nominat veſtra mēbra.

x *Fornicationem, immunditiam, libidinem*] Omnem impudicitiam, & immunditiam, & libidinem nominauit.

y *Concupiſcentiam malam.*] Eſt enim concupiſcentia bona. Vnde Daniel vir concupiſcentiarum appellatur. Et Dauid inquit. Concupiſcit & deficit anima mea in atria domini. Dan.9.f Pſal.118.c

z *Et auaritiam, quæ eſt ſimulacrorum ſeruitus.*] Nihil prodeſt deo nomine, & idolis opibus ſeruire.

a *Propter quæ venit ira dei ſuper filios &c.*] Super Sodomā & eos qui in diluuio perierunt. Ex præteritis ergo exemplis, futura timenda ſunt.

b *In quibus & vos ambulaſtis aliquando &c.*] Nolite itaque nunc ambulare, ne fruſtra videamini crediiſſe.

Nunc autē deponite & vos omnia, [a] iram, indignationē, malitiam, blaſphemiam, [b] turpem ſermonem de ore veſtro. [c] Nolite mentiri inuicem, [d] expoliantes vos veterem hominem cum actibus ſuis, & [e] induentes nouum, eum qui renouatur in agnitione dei [f] ſecundū imaginem eius qui creauit eum: vbi [g] non eſt maſculus & femina, gentilis & Iudæus, circunciſio & præputium, barbarus & Scytha, ſeruus & liber, ſed [h] omnia & in omnib⁹ Chriſtus. [i] Induite vos ergo ſicut electi dei, ſancti & dilecti [k] viſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatem, modeſtiam, patientiam, [l] ſupportantes inuicem & [m] donātes voſmetipſis, ſi [n] quis aduerſus aliquem habet querelā: ſicut [o] & dominus donauit vobis, ita & vos. Super [p] omnia autem hęc, charitatem habete, [q] quod eſt vinculum perfectionis. Et pax Chriſti [r] exultet in cordibus [ſ] veſtris: in qua & vocati eſtis in vno corpore, & [t] grati eſtote. [u] Verbum Chriſti habitet in vobis abundanter, in omni [x] ſapientia docentes & commonentes voſmetipſos in [y] pſalmis & hymnis & canticis ſpiritualibus in gratia [z] cantantes in cordibus veſtris in domino. Omne [a] quodcunque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, gratias agentes deo & patri per ipſum. [b] Mulieres ſubditæ eſtote viris veſtris, ſicut oportet in domino. Viri [c] diligite vxores veſtras, & nolite amari eſſe ad illas. Filij obedite parentibus per omnia: hoc enim placitum eſt in domino. [d] Patres nolite ad indignationē prouocare filios veſtros, vt non puſillo animo fiant. [e] Serui obedite per omnia dominis carnalibus, [f] non ad oculum ſeruientes, quaſi hominibus placentes: ſed in [g] ſimplicitate cordis timentes dominum. [h] Quodcunque facitis, ex animo operamini ſicut domino, & nō hominibus: [i] ſciētes quòd a domino accipietis retributionē hæreditatis, [k] domino Chriſto ſeruite. [l] Qui enim iniu-

A a *Iram indignationem, mal. &c.*] Ipſa eſt quæ inebriat mentem, per malitiam inferre alteri, quod pati nolis.

b *Turpem ſermonem de ore veſtro.*] Quia hic in diſciplinis filiis hominum non conuenit educatis: quāto magis dei, quibus non minus eſt turpis ſermo quàm actus.

c *Nolite mentiri inuicem.*] Non decet mentiri inuicem filios veritatis, cum de veritate non ſit omne mendacium.

d *Expoliantes vos veterem hominem cum actibus ſuis.*] Cum actibus voluptatum.

e *Et induentes nouum, eum qui renouatur in agnitione dei.*] Cum cognouerit cuius imago eſt: & inquantum debet & poteſt, nititur ſimulare.

f *Secundum imaginem eius qui creauit eum.*] Expoſuit imaginem in actu conſiſtere.

g *Vbi non eſt maſculus & femina, gentilis & Iudæus, circun-*

B *ciſio &c.*] Apud deum non præiudicat ſexus, vel genus, vel conditio, ſed conuerſatio ſola.

h *Sed omnia & in omnibus Chriſtus.*] Omnes quicunque baptizati ſumus, Chriſtum induimus.

i *Induite vos ergo ſicut electi dei, ſancti & dilecti.*] Illa deponētes induite: quia ad hoc facti eſtis.

k *Viſcera miſericordiæ, benignitatem, humil. &c.*] Quia illa membra dixerat, hæc viſcera nominauit.

l *Supportantes inuicem.*] Exemplo Chriſti, qui infirmitates noſtras portauit.

m *Et donantes vobiſmetipſis.*] Indulgentes inuicem, ſicut Chriſtus omnibus indulſit, etiam pro perſecutoribus orans: vt & nobis à patre cæleſti debita remittantur: ne impleatur in vobis illa ſentētia: Homo homini reſeruat irā, & à domino quærit medelam &c. *Eccl. 28.a*

n *Si quis aduerſus aliquem habet querelam.*] Vnuſquiſque malitiæ proximi ſui non meminerit, ne forte exigentes à conſeruis, etiam propria indulta reddere cogamur.

o *Sicut & dominus donauit vobis, ita & vos.*] Si ille indulſit qui potuit, vindicta aut nulla, aut ſatis parua eſt.

p *Super omnia autem hæc, charitatem habete.*] Super hæc omnia eſt charitas: quia omnem quē diligimus, ſuſtinemus, & non omnem quem ſufferimus, diligimus.

q *Quod eſt vinculum perfectionis.*] Charitas enim multa membra in vnum colligit corpus.

r *Et pax Chriſti.*] Non ſæculi, quam nobis reliquit: qui pro omnibus mortuus eſt, & nos inimicos dilexit.

ſ *Exultet in cordibus veſtris, in qua & vocati eſtis in vno corpore.*] Non in facie fallaciter arridente, vel ſermone doloſo.

t *Et grati eſtote.*] Beneficiis ſcilicet Chriſti. In nonnullis exemplaribus habet, gratia eſtote: hoc eſt, nolite legi aſſimilari quæ vicem reddit: ſed gratiæ, quæ ignoſcit etiam inimicis, & pro eis dominum deprecatur. D

u *Verbum Chriſti habitet in vobis abundanter.*] Hic oſtenditur verbum Chriſti non ſufficienter, ſed abundanter etiam laicos habere debere, & docere ſe inuicem vel monere.

x *In omni ſapientia docētes & commonentes voſmetipſos.*] Vt ſapienter & rationabiliter proferatur.

y *In pſalmis, & hymnis, & canticis ſpiritualibus in gratia.*] Pſalmis, vt Dauid: hymnis, vt trium puerorum: canticis, vt Moyſi, & ceterorum, quæ ſunt ſpiritualia, & non carnalibus vel turpibus cantilenis.

z *Cantantes in cordibus veſtris domino.*] Nuſquam legimus aliquem ſine voce cantaſſe. Vnde neceſſe eſt hic, in corde, ex corde intelligi: ſcilicet, vt non ſolum ore, ſed etiam corde cantemus. Confitebor, inquit, tibi domine in toto corde meo. E

a *Omne quodcunque facitis in verbo aut in opere &c.*] Siue docetis, ſiue operamini, nihil ad veſtram, ſed omnia ad domini gloriam faciatis: deo gratias referentes, qui filium ſuum ad hæc docenda deſtinare dignatus eſt: ſiue per actus veſtros deo gratiæ referantur.

b *Mulieres ſubditæ eſtote viris veſtris &c.*] Secundum legem, in his quæ conueniunt domino.

c *Viri diligite vxores veſtras &c.*] Nunquam rem naturalem hortaretur, niſi continentes eſſe cœpiſſent, ſicut ad Epheſios plenius notatum eſt. F

d *Patres nolite ad indignationē prouocare filios veſtros &c.*] Ne exaſperati iracūdi fiant, qui exemplo veſtro, patientiam diſcere debuiſſent.

e *Serui obedite per omnia dominis carnalibus.*] Qui carnis ſolam dominationem exercent.

f *Non ad oculum ſeruientes, quaſi homi. &c.*] Non ad hoc tantū, vt hominibus videamini carnalibus laborantes.

g *Sed in ſimplicitate cordis tim. &c.*] Qui vbique ſemper videt, & cuſtodit omne quod factum eſt.

h *Quodcumque facitis, ex animo operamini: ſicut domino & non hominibus.*] Non neceſſitate conditionis, ſed religionis facite volūtate: vt per opera veſtra domino gratiæ referantur, cum ex tempore credulitatis talia viderint proficiſci.

i *Scientes quod a domino accipietis retributionem hæreditatis.*] Nolite putare veſtrum infructuoſum eſſe ſeruitium, quod propter deum exhibitum, cæleſti remuneratione penſabitur.

k *Domino Chriſto ſeruite.*] Ipſe enim ſeruit deo, qui propter ipſum homini ſeruit.

l *Qui enim iniuriam facit, recipiet id quod inique geſſit &c.*] Siue ſeruus qui dominum contempſerit: ſiue dominus qui



riam facit, recipiet id quod inique geſſit. Et non eſt perſonarum acceptio apud deum.

## CAP. IIII.

[a] DOmini quod iuſtum eſt & æquum, ſeruis præſtate: [b] ſcientes quoniam & vos dominum habetis in cælo. [c] Orationi inſtate, vigilantes in ea in [d] gratiarum actione: [e] orantes ſimul & pro nobis, vt deus aperiat nobis oſtium ſermonis ad loquēdum myſteriū Chriſti propter quod etiam vinctus ſum, vt [f] manifeſtem illud, ita vt oportet me loqui. In [g] ſapientia ambulate ad eos qui foris ſunt, [h] tempus redimētes. [i] Sermo veſter ſemper in gratia ſale ſit [k] conditus, vt ſciatis [l] quomodo oporteat vos vnicuique reſpōdere. [m] Quæ circa me ſunt, omnia vobis nota faciet Tychic⁹ chariſſimus frater & fidelis miniſter, & conſeruus in domino: quem miſi ad vos ad hoc ipſum, vt cognoſcat quæ circa vos ſunt, & conſoletur corda veſtra cum Oneſimo chariſſimo & fideli fratre, qui ex vobis eſt: qui omnia quæ hic aguntur, nota facient vobis. [n] Salutat vos Ariſtarchus concaptiuus meus, & [o] Marcus conſobrinus Barnabæ, de quo accepiſtis mādata. Si venerit ad vos, ſuſcipite illum. Et Ieſus qui dicitur iuſtus, qui ſunt ex circunciſione. Hi ſoli ſunt adiutores mei in regno dei, qui mihi fuerunt ſolatio. [p] Salutat vos Epaphras, qui ex vobis eſt ſeruus Chriſti Ieſu, ſemper ſolicitus pro vobis in orationibus, vt ſtetis perfecti & pleni in omni voluntate dei. [q] Teſtimonium enim illi perhibeo, quod habet multum laborem pro vobis, & pro his qui ſunt Laodiceæ, & qui Hierapoli. [r] Salutat vos Lucas medicus chariſſimus, & Demas. Salutate fratres qui ſunt Laodiceæ, & Nympham, & quæ in domo eius eſt eccleſiam. Et cum lecta fuerit apud vos epiſtola hæc, facite vt & in Laodicēſium eccleſia legatur: & ea quæ Laodicenſium eſt, vobis legatur. Et [ſ] dicite Archippo. Vide miniſterium quod accepiſti in domino, vt illud impleas. [t] Salutatio mea manu Pauli. Memores eſtote vinculorū meorum. Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti vobiſcum. Amen.

A qui ſeruum inique tractauerit: ideo hoc dicit vt conſolationem habeant, ſcientes ſuam inuitam non eſſe iniuriam apud deum.

### CAP. IIII.

a *DOmini, quod iuſtum eſt & æquū, ſeruis præſtate.*] Patres magis vos ſentire debent quàm dominos. Vnde & patresfamilias appellantur.

b *Scientes quoniam & vos dominum habetis in cælo.*] Qualem circa vos dominū vultis eſſe, tales & vos eſtote conſeruis.

c *Orationi inſtate, vigilantes in ea.*] Negligētis enim & dormientis oratio, nec ab homine præualet impetrare.

d *In gratiarum actione*] Pro omnibus quæ conceſſa ſunt vobis.

B e *Orantes ſimul & pro nobis &c.*] Vobis enim orantibus, ſi de tribulatione liberemur, vobis proficiet in doctrina.

f *Vt manifeſtem illud ita vt oportet me loqui*] Vt ipſe deſtinet quid agendum, quando, vel cui debeat prędicare, ſicut Eſaias ait: Vt ſciā quando oporteat me dicere ſermonem. *Eſa. 30.b ſecundū Lxx.*

g *In ſapientia ambulate ad eos qui foris ſunt.* Nolite eos vltra ad iracundiam prouocare.

h *Tempus redimentes.*] De malo tempore, bonum tempus veſtra prudentia facientes.

C i *Sermo veſter ſemper in gratia.*] In nouo ſcilicet teſtamēto, vel certe gratum proferatis ſermonem.

k *Sale ſit conditus.*] Sapientiæ & rationis, ne ſtulta noſtra religio à philoſophis & gentibus exiſtimetur.

l *Vt ſciatis quomodo oporteat vos vnicuique reſpondere.*] Aliter paganis, aliter Iudæis, aliter hæreticis contradicentibus veritati. Vnde & Petrus ait. Parati ſemper ad ſatisfactionem &c. D *2. Pet. 3. c.*

m *Quæ circa me ſunt, omnia vobis nota faciet Tychicus chariſſimus frater &c.*] Securos illos vult eſſe de ſua incolumitate, ne hac eſſent triſtitia occupati.

n *Salutat vos Ariſtarchus concaptiuus meus.*] Simul vinctus erat, ſiue compatiebatur charitatis affectu.

o *Et Marcus conſobrinus Barnabæ, de quo accepiſtis mandata &c. Hi ſoli ſunt adiutores mei in regno dei &c.*] In nouo teſtamento, per quod intratur regnum, ſicut ſatanas mors dicitur, quia ipſe cauſa mortis.

p *Salutat vos Epaphras, qui ex vobis eſt ſeruus Chriſti Ieſu, ſemper ſolicitus pro vobis in orationibus, vt ſtetis perfecti & pleni in omni voluntate dei.*] Tam erant perfecti, qui perſeuerare monentur. Laborem ergo eorum ſuis orationibus adiuuabat. E

q *Teſtimonium enim illi perhibeo, quod habet &c. qui ſunt Laodiceæ, & qui Hierapoli.*] Tales erant primi temporis diſcipuli apoſtolorum, vt imitarentur magiſtros, & pro omnium eſſent ſalute ſoliciti.

r *Salutat vos Lucas medicus chariſſimus, & Demas.*] Euangeliſta ex medico erat, ſicut Matthæus iam apoſtolus adhuc dicitur publicanus.

ſ *Et dicite Archippo &c.*] Hic diaconus fuiſſe perhibetur.

t *Salutatio mea manu Pauli. Memores eſtote vinculorum meorum &c.*] Siue orate, vt reddar vobis: ſiue mementote, quia veſtri hæc patior cauſa, & imitamini tolerantiam paſſionum. F

*Commentariorum in epiſtolam ad Coloſſenſes finis.*

A # COMMENTARII IN EPISTOLAM PRIMAM D
## AD THESSALONICENSES.

### Cap. I.

a *Paulus & Siluanus & Timotheus eccleſiæ Theſſalonicenſium.*] Quia per ipſos filiis verbũ fuerat nuntiatum, ſicut & Corinthiis, quod & ad eoſdem in ſecunda commemorat.

b *In deo patre noſtro, & domino Ieſu Chriſto.*] Quia per fidẽ filij, tam in patre quàm in filio erant: Quia quicũque cõfitetur filiũ, & patrẽ habet.

c *Gratia vobis & pax.*] A deo patre ſcilicet & domino noſtro Ieſu Chriſto.

d *Gratias agimus deo ſemper pro omnibus vobis.*] Quia om-
B nium nobis gratia, memoria eſt.

e *Memoriam veſtri facientes in orationibus noſtris ſine intermiſſione.*] In indeſinenti oratione, memoriæ quãtitas & dilectionis oſtẽditur, quam eorum merita poſtulabant.

f *Memores operis fidei veſtræ & laboris.*] Non immerito illius fidei memores ſunt, quã & iuſtitiæ labor, & charitas affectus, & paſſionum tolerantia comprobabant.

g *Et charitatis & ſuſtinentiæ ſpei domini noſtri Ieſu Chriſti &c.*] Ad deum patrem noſtrum. Qui perfectæ charitatis eſt, ſuſtinet omnia patienter propter ſpem futuram.

h *Scientes fratres dilecti à deo electionem veſtram &c.*] Re-
C tinentes tempus electionis veſtræ, qualiter nos prædicauerimus, & vos credideritis.

i *Quia euangelium noſtrum nõ fuit ad vos &c.*] Notandum quod illa efficax poſſit eſſe doctrina, quæ iuſtitiæ commendatur exemplo.

k *Sed & in virtute.*] In virtute ſiue ſignorum, ſiue tolerantia paſſionum.

l *Et in ſpiritu ſancto.*] Quem deuote accepiſtis, vel cuius virtutem per ſigna monſtrauimus.

m *Et in plenitudine multa.*] Perfectionis, iuſtitiæ, cõuerſationis, & vitæ.

n *Sicut ſcitis quales fuerimus in vobis &c.*] Ad profectum veſtrum etiam ab illicitis abſtinentes, vt inferius continetur.

o *Et vos imitatores noſtri &c.*] In paſſionibus verbum ſuſcipientes, ſicut & nos docuimus, & dominus prędicauit.

p *Excipientes verbum in tribulatione multa cum gaud. &c.*] Hoc eſt, vere in ſpiritu ſancto gaudete, ſicut & apoſtolos feciſſe legimus.

q *Ita vt facti ſitis forma omnibus creden. &c.*] Perfectorum exempla, forma omnibus credentibus exhibetur: veſtro ergo exemplo etiam prouinciæ profecerunt.

r *A vobis diffamatus eſt ſermo domini, non ſolum &c.*] Natura famæ hæc eſt, vt ſiue bonum ſiue malum nuntians, vbique omni celeritate diſcurrat.

ſ *Fides veſtra quæ eſt ad deum, profecta eſt.*] A vobis ad deum conuerſa.

## In epiſtolam primam ad Teſſalonicenſes.
### CAP. I.

a Paulus & Siluanus & Timotheus eccleſiæ Theſſalonicẽſium in [b] deo patre noſtro, & domino Ieſu Chriſto. [c] Gratia vobis & pax. [d] Gratias agimus deo ſemper pro omnibus vobis [e] memoriã veſtri facientes in orationibus noſtris ſine intermiſſione, [f] memores operis fidei veſtræ & laboris & [g] charitatis & ſuſtinẽtiæ ſpei domini noſtri Ieſu Chriſti ante deũ & patrẽ noſtrũ. Sciẽtes [h] fratres dilecti à deo electionẽ veſtrã: [i] quia euangeliũ noſtrũ non fuit ad vos in ſermone tantũ, ſed & in [k] virtute & in [l] ſpiritu ſãcto, & [m] in plenitudine multa, [n] ſicut ſcitis quales fuerimus in vobis propter vos. Et [o] vos imitatores noſtri facti eſtis & domini, [p] excipiẽtes verbũ in tribulatione multa cum gaudio ſpiritus ſancti, [q] ita vt facti ſitis forma omnibus credentibus in Macedonia & in Achaia. A [r] vobis enim diffamatus eſt ſermo domini, non ſolũ in Macedonia & in Achaia, ſed & in omni loco fides [ſ] veſtra quæ eſt ad deũ, profecta eſt: [t] ita vt nõ ſit nobis neceſſe quicquã loqui. Ipſi [u] enim de nobis annuntiãt qualem introitum habuerimus ad vos, & quomodo conuerſi eſtis ad deum à [x] ſimulacris ſeruire deo viuo & vero, & [y] expectare filium eius de cælis, quem ſuſcitauit ex mortuis Ieſum, [z] qui eripuit nos ab ira ventura.

### CAP. II.

a Nam & ipſi ſcitis fratres introitum noſtrum ad vos: [b] quia non inanis fuit ſed ante paſſi multa, & contumeliis affecti, [c] ſicut ſcitis in Philippis, [d] fiduciam habuimus in deo noſtro [e] loqui ad vos euangelium dei in multa ſolicitudine. [f] Exhortatio enim noſtra non de errore, [g] neque de immunditia, [h] neque in dolo, ſed ſicut [i] probati ſumus à deo, vt crederetur à nobis euangeliũ, ita loquimur: non quaſi hominibus placentes,

t *Ita vt nõ ſit nobis neceſſe quicquam loqui.*] Id vt nobis incipientibus, aliquid de veſtro exẽplo, ipſi optime ſcire ſe dicant.

u *Ipſi enim de nobis annuntiant, qualem introitum habuerimus ad vos &c.*] Et noſtræ conſtantiæ & veſtræ conuerſationis omnibus nota eſt qualitas.

x *A ſimulacris ſeruire deo viuo & vero.*] Simulacrum, à ſimulando dicitur. Pulchre ad deum verũ & viuũ, à falſis dominis conuerſi eſſe dicuntur. E

y *Et expectare filiũ eius de cælis, quem ſuſcitauit ex mortuis Ieſum.*] Talis eſt, vt fiducialiter & cum gaudio aduentũ domini expectetis.

z *Qui eripuit nos ab ira ventura.*] Dimittendo peccata, & doctrina ſua, & exemplo ab ira nos liberauit. Iã ergo in ſpe libertatem habemus.

### CAP. II.

a *Nam & ipſi ſcitis fratres introitũ noſtrũ ad vos.*] Cõmemorat illos, vt agnoſcãt verũ quod dicũt, & eorũ magis proficiant exẽplo.

b *Quia non inanis fuit &c.*] Nõ eſt inanis ſermo, qui cõpletur conſtantia paſsionis. F

c *Sicut ſcitis in Philippis.*) Quia aliquantis veſtrum videtur nos Philippis paſſos, nec expauiſſe perſecutiones, nec prædicare ceſſaſſe.

d *Fiduciam habuimus in deo noſtro.*) Qui nos liberare in præſenti vel in futuro poteſt, & laboris noſtri mercedem omnibus recompẽſare.

e *Loqui ad vos euangelium dei in multa ſolicitudine.*) Nõ negligenter, nec tranſitorie, ſed in ſolicitudine non parua, ſed multa.

f *Exhortatio enim noſtra non de errore.*) Ideo nõ erramus: errat enim quicunque putat vel docet multos poſſe regnare cũ Chriſto, ſicut alibi dicit. Nolite errare, quia deus non irridetur. Gal.6.b

g *Neque de immunditia.*) Sicut Iouiniani doctrina fuit.

h *Neque in dolo*) Non contra conſtantiam noſtram docentes, atque ſuadentes.

i *Sed ſicut probati ſumus à deo &c. non quaſi hominibus placentes.* Qui falſi poſſunt.

a Sed



A a *Sed deo, qui probat corda noſtra.*] Integri, quaſi a deo probati, & ab ipſo in hoc officium deſtinati, qui cordis occulta rimatur.

b *Neque enim aliquando fuimus in ſermone adulationis ſicut ſcitis.*] Sicut qui hominibus placent, tanquam ægris deſiderata omnia concedentes, & mortem eorum negligẽtes.

c *Neque in occaſione auaritiæ, deus teſtis eſt, neque &c.*] Omnis qui adulatur, aut propter auaritiam, aut propter vanam gloriam adulatur: ille vero propter deum docere probatur, qui iſta non quærit.

d *Cum poſſemus vobis oneri eſſe, vt Chriſti apoſtoli.*] Vel in hoc quod deus ordinauit, id eſt, vt de euangelio viueremus.

e *Sed facti ſumus paruuli in medio veſtrum.*] Humiliantes nos, & nec honorem debitum requirentes.

f *Tanquam ſi nutrix foueat fi-*
B *lios ſuos.*] Humilians ſe in omnibus, paruulo ſe coæquans, vt illos ad maiora ſua imitatione perducat. Nam & balbutit interdum lingua, & manducare fingit, & cum eis lente ambulare conſueſcit.

g *Ita deſiderantes vos cupide, volebamus tradere vobis &c.*] Sicut nutrix non ſolum verbum, ſed etiam omnem ſenſum perfectionis ſuæ in paruulum transfundere cupit, vt ei cito poſſit æquari: ita nos omnia fecimus, per quæ proficere poteratis.

h *Quoniam chariſſimi nobis facti eſtis.*] Propter fidem & conuerſationem veſtram, quam ſuperius memorauimus.

i *Memores enim facti eſtis fratres laboris noſtri & fatigatio-*
C *nis, nocte & die operantes.*] Laborem manuum nocte, & fatigationem verbi die, cæterum ſemper operabatur quando dicebant.

k *Ne quenquam veſtrum grauaremus.*] Apud iſtos & Corinthios & Epheſios laborauit, quibus occaſionem auferre cupiebat, vel docendi, vel de ſe aliquid ſuſpicandi.

l *Prædicauimus in vobis euan-*
1.Reg.12.a *gelium dei &c.*] Sicut Samuel populum conteſtatur.

m *Quam ſancte & iuſte, & ſine querela vobis qui credidiſtis affuimus.*] Ne vobis vllam offenſionem dare videremus.

n *Sicut ſcitis qualiter vnumquenque veſtrum tanquam pater filios &c.*] Paruulos nutrix fouet, proficientes vero iam pater inſtituit.

o *Et conſolantes teſtificati ſumus.*] In tribulationibus, & promiſſionibus Chriſti vos ſumus conſolati.

p *Vt ambularetis digne deo.*] Digne deo ambulat, qui nihil deo agit indignum.

D q *Qui vocauit vos in ſuum regnum & gloriam.*] Quod non niſi eius ſimiles poſſidebunt, iuſtitiæ ſcilicet & ſanctitatis exemplo.

r *Ideo & nos gratias agimus deo &c.*] Quod primum de deo audiſtis, ſiue audieritis deum.

centes, ſed [a] deo qui probat corda noſtra. Neque enim [b] aliquando fuimus in ſermone adulationis, ſicut ſcitis, [c] neque in occaſione auaritiæ, deus teſtis eſt, neque quærentes ab hominibus gloriam, neque a vobis, neque ab aliis, [d] cũ poſſemus vobis oneri eſſe, vt Chriſti apoſtoli. Sed facti [e] ſumus paruuli in medio veſtrum, [f] tanquam ſi nutrix foueat filios ſuos, ita [g] deſiderantes vos cupide, volebamus tradere vobis non ſolum euangeliũ dei, ſed etiam animas noſtras: [h] quoniam chariſſimi nobis facti eſtis. [i] Memores enim facti eſtis fratres laboris noſtri & fatigationis, nocte & die operantes, [k] ne quenquam veſtrum grauaremus, [l] prædicauimus in vobis euangelium dei. Vos teſtes eſtis & deus, [m] quam ſancte & iuſte, & ſine querela vobis, qui credidiſtis, affuimus, [n] ſicut ſcitis qualiter vnumquenque veſtrum, tanquam pater filios ſuos, deprecantes vos & [o] conſolantes, teſtificati ſumus vt [p] ambularetis digne deo, [q] qui vocauit vos in ſuum regnum & gloriam. [r] Ideo & nos gratias agimus deo ſine intermiſſione: quoniam cum accepiſſetis a nobis verbum auditus dei, [ſ] accepiſtis illud non vt verbum hominum, ſed ſicut eſt vere verbum dei, [t] qui operatur in vobis qui credidiſtis. [u] Vos enim imitatores facti eſtis fratres eccleſiarum dei, quæ ſunt in Iudæa in Chriſto Ieſu: [x] quia eadem paſſi eſtis & vos a contribulibus veſtris, ſicut & ipſi a Iudæis: [y] qui & dominum occiderunt Ieſum & prophetas, & nos perſecuti ſunt, & deo non placent, & [z] omnibus hominibus aduerſantur prohibentes nos gentibus loqui, vt ſalui fiant, vt impleant peccata ſua ſemper. [a] Peruenit enim ira dei ſuper illos vſque in finem. [b] Nos autem fratres deſolati a vobis ad tempus horæ, aſpectu non corde, abundantius feſtinauimus faciem veſtram videre cum multo deſiderio. Quoniam voluimus venire ad vos, ego quidem Paulus & ſemel & iterũ, ſed impediuit nos ſatanas. [c] Quę eſt enim noſtra ſpes, aut gaudium, aut corona gloriæ? Nonne vos, ante dominum noſtrum Ieſum Chriſtum in aduentu eius? [d] Vos enim eſtis gloria noſtra & gaudium.

### CAP. III.

e Propter quod nõ ſuſtinẽtes ampli⁹, [f] placuit nobis remanere Athenis, ſoli, & [g] miſimus

ſ *Accepiſtis illud non vt verbum hominum &c.*] Vt verbum hominum accipit, qui contemnit: vos autem ita credidiſtis, vt ab ipſo deo audire putaretis.

t *Qui operatur in vobis qui credidiſtis.*] Verbo vel ſignis, ſiue virtutes exercet. Credentes enim, ait Marcus, hæc ſigna ſequentur. Mar.16.d

v *Vos enim imitatores facti eſtis fratres eccleſiarum dei &c.*] Quibus dicitur. Nam & vinctis compaſſi eſtis, & rapinam bonorum veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis.

v *Quia eadem paſſi eſtis & vos a contribulibus veſtris: ſicut & ipſi a Iudæis.*] De vobis plus miror, qui nec legis nec prophetarum habuiſtis exempla. E

x *Qui & dominum occiderunt Ieſum &c.*] Quid mirum ſi nos mali perſequuntur: qui nec ipſi domino pepercerunt?

y *Et omnibus hominibus aduerſantur, prohibentes nos gentibus loqui vt ſalui fiant &c.*) Non ſolum Iudæos impediunt, ſed etiam gẽtibus inuident, ad ſuorum cumulum peccatorum.

z *Peruenit enim ira dei ſuper illos vſque in finem.*) Siue quia prædico qua pœna captiui ſunt, ſiue quia ablatus eſt nõ credentibus intellectus.

a *Nos autem fratres deſolati a vobis ad tempus &c.*) Sicut alibi ait. Et corpore abſens, ſed ſpiritu præſens. F

b *Abundantius feſtinauimus &c. ſed impediuit nos ſatanas.*) Tribulationibus perſequentium. 1.Cor.5.a

c *Quæ eſt enim noſtra ſpes, aut gaudium, aut corona gloriæ &c.*) Non immerito vos deſideramus, per quos lætitiæ gaudium ſperamus, & gloriæ coronam.

d *Vos enim eſtis gloria noſtra & gaudium.*) Boni magiſtri, omnem ſpem, & gaudium, & gloriam ſolent collocare in profectu diſcipulorum.

### CAP. III.

e *Propter quod non ſuſtinentes amplius.*) Ad vos neminem noſtrum venire.

f *Placuit nobis remanere Athenis ſoli.*) Maluimus ſoli remanere, quam neſcire quid ageretis.

g *Et miſimus Timotheum fratrẽ &c.*) Quæritur quomodo

A Timotheus miſſus eſt,ſed prius id dictum eſt.

a *Et adiutorem dei &c.*] Adiutores pro diſcipulis etiam vulgo dicuntur.

b *Ad confirmandos vos & exhortãdos pro fide veſtra.*]Pro hac cauſa duntaxat:quia perfecte credidiſtis.

c *Vt nemo moueatur in tribulationibus iſtis.*] Non dico : ne omnes , ſed ne vel aliquis moueatur.

d *Ipſi enim ſcitis, quòd in hoc poſiti ſumus.*] Non ergo mirari debetis,ſcientes non aliter tranſire non poſſe,dicẽte

Matth.10.b domino:Ecce ego mitto vos ſicut oues in medio luporũ.

Ioan.16.g Et iterũ: Ecce dixi vobis, vt in me pacẽ habeatis, in hoc autem ſæculo preſſuram.

e *Nam & cum apud vos eſſemus prædicebamus vobis paſſuros &c.*]Ne vos ipſa nouitas deterreret , ſed magis prophetia noſtra confirmaret, ſicut & dominus paſſurum

B ſe ante prædixit.

f *Propterea & ego &c.ne forte tentauerit vos.*] Dicens : Ecce in quibus putatis deum eſſe, qualia patiuntur, & fidem noſtrã forſitan cõmoueret.

g *Is qui tentat.*] Sicut Iob à domino probatur.

h *Et inanis fiat labor noſter.*] Si aliquem ſcrupulum patiemini. Notandum doctrinã dici laborem.

i *Nunc autem veniente Timotheo ad nos a vobis, & annuntiante &c.*] Quia firmiter Chriſto credentes,tenetis fidem,& nos ſolita dilectione diligitis.

k *Ideo conſolati ſumus fratres in vobis &c.*]Omnem neceſſitatem & tribulationem nõ ſentimus, præ magnitudine gaudij ſtatus veſtri.

l *Quoniam nunc viuimus &c.*] Etiam ſi occidamur, viuim⁹:

C quia vita noſtra in veſtra firmitate conſiſtit.

m *Quam enim gratiarũ actionem poſſumus deo retribuere pro vobis &c.*] Triplicem lætitiæ cauſam nobis veſtra conuerſatio præſtat : quia & vos proficitis, & dominus per vos benedicitur,& aliis præbetis exemplum.

n *Nocte ac die abundantius orantes, vt videamus faciem veſtram.*] Oſtendit quantum aliis deſiderãdi ſint fratribus,quos tantum ipſe deſiderat. Quis enim cum famam peperit,videre non cupiat?

o *Et compleamus ea quæ deſunt fidei veſtræ.*] Si quid fides veſtra minus habet doctrinæ.

p *Ipſe autem deus &c. dirigat viam &c.*] Remotis diaboli ſcandalis,quibus noſter impeditur ad vos aduentus.

q *Vos autem dominus multiplicet, & abundare faciat charitatem veſtram.*] Quia iam plena,& opere comprobata eſt.

ſimus Timotheum fratrem noſtrum & [a] miniſtrum dei in euangelio Chriſti,ad [b] confirmandos vos & exhortandos pro fide veſtra, [c] vt nemo moueatur in tribulationibus iſtis. [d] Ipſi enim ſcitis quod in hoc poſiti ſumus. [e] Nam & cum apud vos eſſemus, prædicebamus vobis paſſuros nos tribulationes:ſicut & factum eſt, & ſcitis. [f] Propterea & ego amplius non ſuſtinens, miſi ad cognoſcendum fidem veſtram: ne forte tentauerit vos is [g] qui tentat, & [h] inanis fiat labor noſter. [i] Nunc autem veniente Timotheo ad nos a vobis, & annuntiante nobis fidem & charitatem veſtram, & quia memoriam noſtri habetis bonam,ſemper deſiderantes nos videre, ſicut & nos quoque & vos: [k] ideo conſolati ſumus fratres in vobis in omni neceſſitate & tribulatione noſtra per fidem veſtram: [l] quoniam nũc viuimus,ſi vos ſtatis in domino. [m] Quam enim gratiarum actionem poſſumus deo retribuere pro vobis in omni gaudio quo gaudemus propter vos ante dominum deum noſtrum: [n] nocte ac die abundantius orantes,vt videamus faciem veſtram, & [o] compleamus ea quæ deſunt fidei veſtræ. [p] Ipſe autem deus & pater noſter & dominus Ieſus Chriſtus dirigat viam noſtram ad vos. [q] Vos autem dominus multiplicet, & abundare faciat charitatem veſtram in [r] inuicem & in omnes: [ſ] quemadmodum & nos in vobis ad confirmanda corda veſtra [t] ſine querela in ſanctitate ante deum & patrem noſtrum in aduentu domini noſtri Ieſu Chriſti cum omnibus ſanctis eius. Amen.

## CAP. IIII.

[u] DE cætero ergo fratres [x] rogamus vos & obſecramus in domino Ieſu:vt quẽadmodum accepiſtis a nobis, quomodo oporteat vos ambulare & placere deo: ſic & ambuletis,vt abundetis magis. [y] Scitis enim quæ præcepta dederim vobis per dominum Ieſum. Hæc eſt enim voluntas dei,ſanctificatio veſtra : vt abſtineatis vos a fornicatione: [z] vt ſciat vnuſquiſque veſtrum vas ſuum poſſidere in ſanctificatione & honore, [a] non in paſſione deſiderij, ſicut & gentes, quæ ignorant deum. [b] Et ne quis ſupergrediatur neq; circunueniat in negotio fratrẽ ſuũ: [c] quoniã vindex eſt dominus de his omnibus,ſicut prędiximus vobis,& teſtificati ſumus. [d] Nõ enim vocauit

r *Inuicem & in omnes.*] Vt non ſolum Chriſtianos, ſed etiam omnis ſectæ homines: non erroris, ſed naturæ gratia diligatis,& eis in quo indiguerint, miſericordiam quã illis in præſenti deus exhibet,non negetis. D

ſ *Quemadmodum & nos in vobis ad confirmanda corda veſtra.*] Fecit abundare, vt & vos aliorum corda firmetis.

t *Sine querela in ſanctitate ante deum &c.*] Non ante homines,ſicut de Zacharia,Heliſabet.Et per Eſaiam:Et vos eritis mihi iuſti, dicit dominus. Eſa.43.b

### CAP. IIII.

u *DE catero ergo fratres.*] Poſt laudem & conſolationem, incipit exhortatio.

x *Rogamus vos &c. quomodo oporteat vos ambulare & placere deo, ſic &c.*] Quibus via Chriſtus eſt,dignis eo greſſibus ambulate : quia cum ætate fides augeri debet & mores : ſicut cum ætate carnis, & cibus creſcit & ſtudium. E

y *Scitis enim quæ præcepta dederim vobis per dominum Ieſum, hæc eſt enim voluntas dei, ſanctificatio veſtra, vt abſtineatis vos a fornicatione.*] Sanctificatio ab omni incontinentia reuocat Chriſtianum, cui incontinenti non expedit ſanctum Chriſti corpus attingere : maxime cum Moyſes Iudęos ſanctificare volens, populum totum ab omni femina ſe cõtinere præcepit,vt dei potiri præſentia mererentur.

z *Vt ſciat vnuſquiſque veſtrũ vas ſuum poſſidere in ſanctificatione & honore.*) Suum corpus vnuſquiſq; caſtum ſeruando ſanctificet & honoret. Simul conſiderandum: quia eis tanquam perfectis, non ſicut Corinthiis ſcribit infirmis. F

a *Non in paſſione deſiderij, ſicut & gentes quæ ignorant deum.*) Ne nimiæ & immoderatæ libidini ſeruientes, ſimiles gentibus fiatis, quæ deum amatorem caſtitatis ignorant.

b *Et ne quis ſupergrediatur, neque circumueniat in negotio fratrem ſuum.*) Ne quis poſt deuotam continentiam & conſenſum, fratri ſuo aliquam circumuentionem vi circumferre nitatur, ſiue in quolibet negotio, ne quis alterum fraudet.

c *Quoniam vindex eſt dominus de his omnibus, ſicut prædiximus &c.*) Non ſolum de fornicatione & publica turpitudine,ſed etiam de trãſgreſſione propoſiti.Quiſquis enim continentiam deo vouerit,fecit ſibi illicitũ quod licebat.

d *Non enim vocauit nos deus in immunditiam.*) Quæ corpus Chriſti audenter non permittit accipi.

a *Sed*



A a *Sed in ſanctificationem.*] Vt exemplo Chriſti viuatis. Qui enim habet ſpem hanc in eum, ſanctificat ſe, ſicut & ille ſanctus eſt.

b *Itaque qui hæc ſpernit, non hominem ſpernit, ſed deum &c.*] Non me, ſed eum qui in me loquitur Chriſtum : cuius ſpiritui iniuriam facit omnis qui non ſancte verſatur.

c *De charitate autem fraternitatis non neceſſe &c.*] Videte quam perfecti erant qui de tanto & tam neceſſario præcepto, non indigebat admoneri.

d *Ipſi enim vos a deo didiciſtis, vt diligatis inuicem &c.*] A

Ioan.13.d Chriſto,qui dixit: Mandatũ nouum do vobis. Hoc nouum eſt, vt pro alterutro moriamur: quia hoc vetus, non ſuum erat teſtamentũ.

e *Rogamus autem vos fratres, vt abundetis magis & operam detis.*] Hoc eſt, vt iam ignotos quoſque diligatis.

B f *Vt quieti ſitis, & vt veſtrum negotium agatis, & operemini manibus veſtris &c.*] Quidam inquiete per diuerſorum diſcurrebant domus: aliqua etiam ad religionis opprobrium poſtulantes ab infidelibus : quamquam ad eos in ſecunda plenius exequitur. Vnde magis vult eos vel proprij negotij cura vel labore manuum occupari, quam otioſitatis detrimentum, & inquietudinis habere peccatum.

g *Vt & honeſte ambuletis ad eos qui foris ſunt, & nullius aliquid deſideretis.*] Ne vos ipſi denotent, qui præſtare videntur.

h *Nolumus autem vos ignorare fratres de dormientibus.*] Dormit enim quem certum eſt ſurrecturum, ſicut dictum

C eſt in euangelio de Lazaro.

i *Vt non contriſtemini, ſicut & cæteri qui ſpem non habent.*] Aliter debet flere qui peregre pergit, aliter ille qui moritur.

k *Si enim credimus quod Ieſus mortuus eſt & reſurrexit.*] Si ea credimus quæ non videmus, & per eius reſurrectionem certi ſumus nos veniã conſecutos: cur illud ſimiliter non credamus, quod gentes qui videnti deo non credunt?

l *Ita & deus eos &c.*] Qui caput ſuſcitauit, etiam cætera membra ſuſcitaturum ſe promittit.

m *Hoc enim vobis dicimus in verbo domini.*] Ex euangelij ſententia.

n *Quia nos qui viuimus, qui reſidui ſumus in aduentu domini.*] Semper Apoſtolus diem domini fecit habere ſuſpectum, quaſi eos in corpore inueniret.

o *Non præueniemus eos qui dormierunt.*] Tam velox erit eorum reſurrectio,quam noſtra aſſumptio.

vocauit nos deus in immunditiam, ſed [a] in ſanctificationem. Itaque [b] qui hæc ſpernit, non hominem ſpernit, ſed deum : qui etiam dedit ſpiritum ſuum ſanctum in nobis. [c] De charitate autem fraternitatis non neceſſe habuimus ſcribere vobis. [d] Ipſi enim vos a deo didiciſtis, vt diligatis inuicem. Etenim illud facitis in omnes fratres in vniuerſa Macedonia. [e] Rogamus autem vos fratres, vt abundetis magis & operam detis [f] vt quieti ſitis, & vt veſtrum negotium agatis, & operemini manibus veſtris : ſicut præcepimus vobis, vt & [g] honeſte ambuletis ad eos qui foris ſunt, & nullius aliquid deſideretis. [h] Nolumus autem vos ignorare fratres de dormientibus:vt [i] non contriſtemini, ſicut & cæteri qui ſpem non habent. [k] Si enim credimus quod Ieſus mortuus eſt & reſurrexit: [l] ita & deus eos qui dormierũt per Ieſum adducet cum eo. [m] Hoc enim vobis dicimus in verbo domini : [n] quia nos qui viuimus,qui reſidui ſumus in aduentu domini, [o] non præueniemus eos qui dormierunt. Quoniam [p] ipſe dominus in iuſſu & in voce archangeli & in [q] tuba dei deſcendet de cælo, & [r] mortui qui in Chriſto ſunt, reſurgent primi. Deinde nos qui viuimus qui relinquimur, ſimul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Chriſto in aera, & ſic [ſ] ſemper cum domino erimus. Itaque [t] conſolamini inuicem in verbis iſtis.

## CAP. V.

[u] DE temporibus autem & momentis fratres non indigetis vt ſcribamus vobis. Ipſi enim diligenter ſcitis : [x] quia dies domini ſicut fur in nocte ita veniet. [y] Cum enim dixerint: pax & ſecuritas,tunc repentinus eis ſuperueniet interitus, ſicut [z] dolor in vtero habentis,& non effugient. Vos [a] autem fratres non eſtis in tenebris, vt vos dies ille tanquam fur comprehendat. [b] Omnes enim vos filij lucis eſtis & filij diei. Non [c] ſumus noctis neque tenebrarum. [d] Igitur non dormiamus ſicut & cæteri, ſed [e] vigilemus & ſobrij ſimus. Qui [f] enim dormiũt,nocte dormiunt, & qui ebrij ſunt,nocte ebrij ſunt. Nos [g] autẽ qui diei ſumus,ſobrij ſimus, induti [h] loricã fidei & charitatis,& galeã ſpẽ ſalutis : [i] quoniã nõ poſuit nos deus in irã, ſed in acquiſitionẽ ſalutis per dominum

p *Quoniam ipſe dominus in iuſſu & in voce archangeli.*] Terrorem illius diei monſtrat,quo omnis poteſtas cæli, & elementa mouenda ſunt: vt nos ſciamus quali conſcientia diem domini expectemus. D

q *Et in tuba dei deſcendet de cælo.*] Si ad hominis tubam terra videtur permoueri,quanto magis ad dei : ſicut Elias quoque terribilem in monte domini vidit aduentum. 4.Reg.2.b

r *Et mortui qui in Chriſto ſunt, reſurgent primi &c.*] Qui in Chriſto mortui fuerint, reſurgent primo : & qui viui inuenti fuerint ſancti, cum ipſis pariter rapientur : qui non iudicabuntur, ſed potius iudicabunt.

ſ *Et ſic ſemper cum domino erimus.*] In eadem gloria æternitatis.

t *Itaque conſolamini inuicem in verbis iſtis.*] Notandum quod lætis hoc præcipit, vt alterutrum ſe doctrinis inſtruant. E

### CAP. V.

u *DE temporibus autem &c. Ipſi enim diligẽter ſcitis.*] Euidentiſſima euangelij lectione edocti.

x *Quia dies domini ſicut fur in nocte ita veniet.*] Quando omnes ſciet dormire ſecuros.

y *Cum enim dixerint, pax & ſecuritas &c.*] Tunc maxime timenda eſt pœna, quam nunc non expectant.

z *Sicut dolor in vtero habentis, & non effugient.*] Sicut mulier veniente partu, dolores non effugit.

a *Vos autem fratres non eſtis in tenebris, vt vos dies ille &c.*] Non eſtis adeo ignorantes, vt neſciatis vos ſemper paratos eſſe debere.

b *Omnes enim vos filij lucis eſtis &c.*) Scientiæ veritatis.

c *Non ſumus noctis neque tenebrarum.*) Quia ſicut tenebrę, ita & ignorantia, dat fiduciam delinquendi. F

d *Igitur non dormiamus ſicut & cæteri.*) Qui ſic dormierunt, etiam obliti ſunt ſui.

e *Sed vigilemus & ſobrij ſimus.*) Attendite vobis, ne grauentur corda veſtra in crapula & in ebrietate,& curis huius vitæ, ergo & curæ inebriant mentem.

f *Qui enim dormiunt, nocte dormiunt: & qui ebrij ſunt, nocte ebrij ſunt.*) Ideo otioſi & ebrij ſunt,quia in tenebris ſunt.

g *Nos autem qui diei ſumus, ſobrij ſimus.*) Nos qui diem Chriſtum habemus, nec otioſi nec ebrij eſſe debemus.

h *Induti loricam fidei & charitatis, & galeam ſpem ſalutis.*) Fide,& charitate,& iuſtitia omnia conſtant,quas & loricæ alibi comparauit.

i *Quoniam non poſuit nos deus in iram, ſed in acquiſitionem ſalutis per dominum noſtrum &c.*) In ira ſunt poſiti : quia iam iudicati ſunt.

A a *Qui mortuus eſt pro nobis.*] Vt nos non moreremur.
b *Vt ſiue vigilemus, ſiue dormiamus, ſimul cum illo viuamus.*] Vt ſiue in corpore, ſiue extra corpus inueniamur, ſemper cum ipſo viuamus.
c *Propter quod conſolamini inuicem, & ædificate alterutrum, ſicut & facitis.*] Notandum quia hoc laicis præcipit, quos etiam monet, vt ſtudeant exhibere officia charitatis.
d *Rogamus autem vos fratres vt noueritis eos qui laborant inter vos.*] Vt intelligatis laborem eorum.
e *Et præſunt vobis in domino, & monent vos.*] Exemplo iuſtitiæ, non poteſtate terrena, ſicut ait Petrus.
f *Vt habeatis illos abundantius in charitate propter opus illorum, & pacem habete cum eis.*] Preſbyteri qui laborant in verbo
B dupliciter honorandi ſunt, ideſt charitatis obſequio, & ordinis dignitate.
g *Rogamus autem vos fratres, corripite inquietos, conſolamini puſillanimes.*] Pro diuerſitate morborum diuerſitas adhibenda eſt medicinæ. Illi corripiendi, ne pereant: iſti conſolandi ſunt, ne deficiant.
h *Suſcipite infirmos.*] Suſtinete nuper credentes, qui nondum ſunt confirmati.
i *Patientes eſtote ad omnes.*] Etiam ad correptos: quia impatiens non corrigitur, ſed irritatur.
k *Videte ne quis malum pro malo alicui reddat.*] Omni diligentia caue, ne cui infirmiora vt ignarus, vel vicem mali reddas: quia vltro aliquem id facere non credo. Omnis enim qui iniuriam facit, male facit: & qui vicem iniuriæ reddit, iniuriam facit, & male facit: quia vt ſupe-
C rius dictum eſt, omnis qui facit iniuriam, male facit.
l *Sed ſemper quod bonum eſt ſectamini in inuicem, & in omnes.*] Non ſolū in vos Chriſtanos, ſed etiā in omnes homines.
m *Semper gaudete.*] In conſcientiæ puritate.
n *Sine intermiſſione orate.*] Si iugiter non potes lingua, ſaltē corde, ſicut Moyſi tacenti dicitur. Quid clamas ad me? Exod.14.d

dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, [a] qui mortuus eſt pro nobis, vt ſiue [b] vigilemus, ſiue dormiamus, ſimul cum illo viuamus. [c] Propter quod conſolamini inuicem, & ædificate alterutrum, ſicut & facitis. [d] Rogamus autem vos fratres vt noueritis eos qui laborant inter vos, & præſunt [e] vobis in domino: & monent vos, vt habeatis [f] illos abundantius in charitate propter opus illorum, & pacem habete cum eis. [g] Rogamus autem vos fratres, corripite inquietos, cōſolamini puſillanimes, [h] ſuſcipite infirmos, patientes [i] eſtote ad omnes. [k] Videte ne quis malum pro malo alicui reddat, ſed [l] ſemper quod bonum eſt ſectamini in inuicem & in omnes. [m] Semper gaudete, [n] ſine intermiſſione orate, in [o] omnibus gratias agite. Hæc eſt enim [p] volūtas dei in Chriſto Ieſu in omnibus vobis. [q] Spiritum nolite extinguere, [r] prophetias nolite ſpernere. Omnia autem probate, quod bonum eſt tenete, ab omni ſpecie mala abſtinete vos. Ipſe [ſ] autem deus pacis ſanctificet [t] vos per omnia: vt [u] integer ſpiritus veſter, & anima & corpus, [x] ſine querela in aduentu domini noſtri Ieſu Chriſti ſeruetur. Fidelis [y] eſt qui vocauit vos, [z] qui etiam faciet. Fratres orate pro nobis. Salutate fratres omnes in oſculo ſancto. Adiuro [a] vos per dominum, vt legatur epiſtola hæc omnibus ſanctis fratribus. Gratia [b] domini noſtri Ieſu Chriſti vobiſcum. Amen.

Siue oīs actus veſter talis ſit, vt ꝓ vobis ſemper deū oret. D
o *In omnibus gratias agite.*] In omnibus quæ acciderint, ſicut Iob: ſiue in omni conuerſatione veſtra domino gratiæ referantur.
p *Hæc eſt enim voluntas dei in Chriſto Ieſu in omnibus vobis.*] Sicut in Chriſto per omnia impleta eſt, ita & in vobis omnibus impleatur.
q *Spiritum nolite extinguere.*] Spiritū exhortationis, quæſtionibus nolite extinguere. Siue ſpiritum pro gratia linguarum poſuit, ſicut ait: Si orauero lingua, ſpiritus meꝰ orat: quomodo etiam ad Corinthios dicit. Et loqui linguis nolite prohibere, ita & hic ſpiritum non extinguendum eſſe teſtatur. 1.Cor.14.c 1.Cor.14.g
r *Prophetias nolite ſpernere. Omnia autem probate, quod bonum eſt, tenete, ab omni ſpecie mala abſtinete vos.*] Siue futura prædicentes, ſiue præterita E differentes: tantum vt probetis ſi legi non ſunt contraria quæ dicuntur: ſi quid tale fuerit, refutate.
ſ *Ipſe autem deus pacis.*] Qui omnia ſuſtinet, etiam blaſphemantes.
t *Sanctificet vo. per omnia.*] Siue gratia, ſiue doctrina.
v *Vt integer ſpiritus veſter, & anima & corpus.*] Gratia ſpiritus quamuis in ſe ſemper integra ſit: non tamen in nobis integra, niſi ab integris habeatur.
x *Sine querela in aduentu do- &c*] Vſque in diem iudicij: quia non ſunt tantum initia laudanda, ſed finis.
y *Fidelis eſt qui vocauit vos.*] Qui dixit: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego vos requieſcere faciam. Matth.11.d
z *Qui etiam faciet. Fratres orate pro nobis. Salutate fratres omnes in oſculo ſancto.*] Quod promiſit. F
a *Adiuro vos per dominum, vt legatur epiſtola hæc omnibus ſanctis fratribus.*] Adiurare permittitur, non iurare.
b *Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti vobiſcum. Amen.*] Gratia cum omnibus perſeueret.

*Commentariorum in epiſtolam primam ad Theſſalonicenſes finis.*

COMMEN-



A

# COMMENTARII IN EPISTOLAM SECVNDAM AD THESSALONICENSES. D

## CAP. I.

a PAulus & Siluanus & Timotheus, eccleſiæ Theſſalonicenſium in deo patre noſtro & domino Ieſu Chriſto &c.*] Qui ſibi talem eccleſiam conquiſiuit.
b *Quoniam ſupercreſcit fides veſtra.*] Ideo laus augetur.
c *Et abundat charitas vniuſcuiuſque veſtrum in inuicem: ita vt & noſipſi in vobis gloriemur in eccleſiis dei.*] Intantum proficitis: vt non ſolum alij vos inferiores quique collaudent, ſed etiam noſipſi vos præferamus, omnibus imitandos.
d *Pro patientia veſtra & fide, & in omnibus perſecutionibus veſtris & tribulationibus, quas ſuſtinetis.*] Niſi futura crede-
B retis, iſta minime ſufferre velletis.
e *In exemplum iuſti iudicij dei.*] Vt exemplum detis, iuſtum dei iudicium expectandi: quem ita creditis eſſe venturum.
f *Vt digni habeamini in regno dei: pro quo & patimini.*] Hi digni ſunt regno dei, qui gloriam ei tribuerunt: ſcientes nullam paſſionem eſſe condignam.
g *Si tamen iuſtum eſt apud deū retribuere tribulationem his qui vos tribulant.*] Hic, ſi tamen confirmantis ſermo eſt, non dubitantis: quaſi dicat: ſi tamen foris poteſt iudicare iuſtitia, quod iuſtum eſt: nam ſicut indubitanter pro nomine domini patientibus requiem: ita & incunctanter tribulationem his qui eos tribulant, repromiſit.
C h *Et vobis qui tribulamini, requiem nobiſcum.*] Quia nobis compatimini.
i *In reuelationem domini Ieſu de cælo cū angelis virtutis eius.*] Qui venient vindicare.
k *In flamma ignis dantis vindictam.*] Si potuit flamma dei imperio tres pueros omnino non tangere: quare nō eadem potentia aliis ſæuior, aliis mitior eſſe credatur? Hoc contra eos propterea quod pœnam conſcientiæ ſomniarunt: quia hoc illis impoſſibile videbatur.
l *His qui non nouerunt deum, &c.*] Nō ſolum qui non nouerūt, ſed etiam qui non obaudiunt euāgelij diſciplinis.
m *Qui pœnas &c.*] Pœnas in eo q̄ patitur, nō poteſt dici.
n *A facie domini, & a gloria virtutis eius.*] A iuſti conſpectu, ſententiam damnationis accipiant.
o *Cum venerit glorificari in ſanctis ſuis.*] Ipſe in ſuis gloriādus eſt membris, quæ ſolis ſplendore fulgebunt.
p *Et admirabilis fieri &c.*] Mirabuntur impij, & irriſores humilitatis, in ſubitatione ſalutis inſperatæ iuſtorum.
q *Quia creditum eſt teſtimonium noſtrum ſuper vos in die illo.*] Quia multi in die illo noſtro teſtimonio credidiſtis.

## IN EPISTOLAM SECVNDAM AD THESSALONICENSES.

### CAP. I.

a PAulus & Siluanus & Timotheus, eccleſiæ Theſſalonicenſiū in deo patre noſtro & domino Ieſu Chriſto. Gratia vobis & pax a deo patre noſtro & domino Ieſu Chriſto. Gratias agere debemus ſemper deo pro vobis fratres, ita vt dignum eſt: [b] quoniam ſupercreſcit fides veſtra, & abundat charitas [c] vniuſcuiuſque veſtrum in inuicem: ita vt & noſipſi in vobis gloriemur in eccleſiis dei [d] pro patientia veſtra & fide, & in omnibus perſecutionibus veſtris & tribulationibus, quas ſuſtinetis in exemplum [e] iuſti iudicij dei: vt [f] digni habeamini in regno dei, pro quo & patimini. Si tamen [g] iuſtum eſt apud deum retribuere tribulationem his qui vos tribulant: & vobis [h] qui tribulamini, requiem nobiſcum in [i] reuelationem domini Ieſu de cælo cum angelis virtutis eius in [k] flāma ignis, dantis vindictam his [l] qui non nouerunt deum, & qui non obediunt euangelio domini noſtri Ieſu Chriſti. [m] Qui pœnas dabunt in interitu æternas a facie [n] domini, & a gloria virtutis eius, cum [o] venerit glorificari in ſanctis ſuis, & [p] admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt: [q] quia creditum eſt teſtimonium noſtrum ſuper vos in die illo. In [r] quo etiam oramus ſemper pro vobis, vt dignetur vos ſua vocatione deus noſter, & [ſ] impleat omnem voluntatem bonitatis ſuæ, & opus fidei in virtute: vt clarificetur [t] nomen domini noſtri Ieſu Chriſti in vobis, & vos in illo ſecundum [u] gratiam dei noſtri & domini Ieſu Chriſti.

### CAP. II.

[x] ROgamus autem vos fratres per aduentum domini noſtri Ieſu Chriſti & [y] noſtræ congregationis in ipſum, vt non [z] cito moueamini a veſtro ſenſu, neque terreamini, neque [a] per ſpiritum, neque per ſermonem, neque [b] per epiſtolam tanquam per nos miſſam, [c] quaſi inſtet dies domini. Ne quis vos ſeducat vllo modo. [d] Quoniam niſi venerit diſceſſio primum: & [e] reuelatus fuerit homo peccati filius [f] perditionis: [g] qui aduerſatur & extollitur ſupra omne quod

r *In quo etiam oramus ſemper pro vobis, vt dignetur &c.*] Vt digni inueniamini ad id q̄d vocati eſtis: quia priores inuitati, non erant digni.
ſ *Et impleat omnem &c.*] Adiutoriæ gratiæ, & cōſolatione ſcientiæ virtutum, quæ opus ſunt fidei.
t *Vt clarificetur &c.*] Et vt Chriſti nomen in veſtris actibus clarum ſit, & vos in eius ſignis & virtutibus glorioſi.
v *Secundum gratiam dei &c.*] E Expetit a nobis quod poſſumus: vt quod non poſſumus, largiatur. CAP. II.
x ROgamus autem vos fratres &c.*] Quo vobis charius nihil eſſe ſum certus.
y *Et noſtræ &c.*] Quando a quattuor vētis cęli cōgregabūt electi, vt vbi fuerit corpꝰ, illic cōcurrent & aquilæ.
z *Vt non cito moueamini &c.*) Perfacilis eſt qui de domini aduentu contra euāgelicam ſententiam commouetur.
a *Neque per ſpiritum &c.*) Ne ſigna vos terreant quaſi per ſpiritū facta quia & hoc ſaluator ante præmonuit: nec ſermo dialecticę vos ſeducat.
b *Neque per epiſtolam.*) Neq; per nos poterant, & hoc diabolica excogitare verſutia, ſicut in multis apocryphis apparet, quæ ad fidem F perfidiæ faciendam, apoſtolorum nomine intitulantur.
c *Quaſi inſtet dies &c.*) Dicēres: hic Chriſtus, ecce illic.
d *Quoniam niſi venerit &c.*) Niſi antichriſtus venerit, nō veniet Chriſtus. Quod autē diſceſſionem hic dicit: alibi refugam appellauit. In Latinis exemplaribus vtrunque, ita intelligendum eſt, quod niſi venerit refuga veritatis, ſiue ſui prīcipatus deſertor, ſiue diſceſſio gentilium a regno Romano, ſicut in Daniele ꝑ beſtiæ imaginē dicit.
e *Et reuelatus fuerit homo peccati.*) Diabolus ſcilicet.
f *Filius perditionis.*) Quia eū quaſi ſibi natum, ſeruitio poſſidebit: qui ſecundum Eſaiam conturbare dicitur gentes.
g *Qui aduerſatur & extollitur, ſupra omne quod dicitur deus &c.*) Supra omnem potentiam & æternitatē ſe iactabit:

A vt ſacramenta culturæ, corrigere vel augere ſe dicat: & templum Hieruſalem reficere tentabit, omneſque legis ceremonias reſtaurare: tantum vt veritatis Chriſti euangelium ſoluat: quæ res Iudæis eum pro Chriſto ſuſcipere ſuadebit, in ſuo non dei nomine venientem.

quiramus: Scimus enim quoniam cum apparuerit, ſimiles ei erimus. D 1.Ioan.3.a

n *Itaque fratres ſtate.*] In fide veritatis immobiles.

o *Et tenete traditiones quas didiciſtis, ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam noſtram.*] Quando ſua vult teneri, non vult extranea ſuperaddi. Apoſtolica autem traditio eſt, quæ in toto mundo prædicatur, vt baptiſmi ſacramenta.

p *Ipſe autem dominus noſter Ieſus Chriſtus, & deus & pater noſter qui dilexit nos.*] Etiam ſi non meriti fuimus. Contra Arium facit, qui deo maiorem patrem putat: quia prior ſoleat nominari.

q *Et dedit conſolationem æternam, & ſpem bonam in gratia.*] Promiſſionem, ſiue ſpiritum conſolatorem, qui Græce paracletus appellatur. Poteſt eſſe & ſpes mala in gratia.

r *Exhortetur corda veſtra & confirmet.*] Virtutibus & reuelatione. E

ſ *In omni opere & ſermone bono.*] Prius opere, & poſtea ſermone.

CAP. III.

t *De cætero fratres orate pro nobis.*] Dat humilitatis exemplum, & occaſionem charitatis, vt pro alterutro audacius exoremus. Simul notandum in quibus cauſis orare poſcat Apoſtolus.

u *Vt ſermo dei currat & clarificetur, ſicut & apud vos.*] Currat affluentia, magnificetur auditorum profectu.

x *Et vt liberemur ab importunis & malis hominibus: non enim omnium eſt fides.*] Non omnes credunt, ideo contradicunt.

y *Fidelis autem deus eſt.*] Quia non relinquit, niſi relinquentes ſe. F

z *Qui confirmabit vos, & cuſtodiet a malo.*) In fide per doctrinam & gratiam.

a *Confidimus autem de vobis fratres in domino &c.*) Reuelando quanta ſint, quæ amoris ſui cauſa contumelias patientibus promiſit.

b *Denuntiamus autem &c.*) Quia in prima plenius commonuimus: & emendare ſe noluerunt. Vel hoc modo, quod ſancti ſe ab eis ſeparant, erubeſcant. Huius plane loci auctoritate ſubtrahendum eſt ab omni Chriſtiano, qui non ſecundum Apoſtoli incedit præcepta.

c *Ipſi enim ſcitis &c.*) Qui ſumus forma credentium.

d *Non quaſi non habuerimus poteſtatem.*) Quia dignus eſt operarius mercede ſua.

a *Non retinetis, quod cum adhuc eſſem apud vos, hæc dicebam vobis: & nunc quid detineat ſcitis.*] Hoc eſt, quæ mora eſt, vt non veniat.

b *Vt reueletur in ſuo tempore.*] Quod tempus non dum aduenit.

c *Nam myſterium iam operatur iniquitatis tantum.*] In his qui falſis doctrinis eius, præuium faciunt iter: quos beatus Ioannes in mundum dicit exiſſe. 1.Ioan.4.a

d *Vt qui tenet nunc teneat, donec de medio fiat: & tunc reuelabitur ille iniquus.*] Donec regnum quod nunc tenet, de medio auferatur, pri⁹ quam antichriſtus reueletur.

B e *Quem dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui.*] Cæleſti imperio, vel ſolo.

f *Et deſtruet illuſtratione aduentus ſui.*] Quia ſicut fulgur vbique coruſcabit in mundo, ſolutis commotiſque elementis per ignem.

g *Eum cuius eſt aduentus ſecundum operationem ſatanæ in omni virtute & ſignis & prodigiis &c.*] Sicut ante prædixit: dabunt ſigna, vt ſeducant, ſi fieri poteſt etiam electos per phantaſiam ſimulationemque virtutum: ſicut Iamnes & Mambre coram Pharaone fecerunt.

h *Eo quod veritatem charitatis non receperunt vt ſalui fierent: ideo mittet illis deus operationem erroris, vt credant mendacio.*] Permittit venire: nã ſi deus mittit, non eſt operatio ſatanæ.

C i *Vt iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, ſed conſenſerunt iniquitati.*] Non ſe propter incarnationis Chriſti obſcuritatem excuſent, diuinis non crediſſe virtutibus: cum homini crediderint, diabolica arte fallente.

k *Nos autem debemus gratias agere deo ſemper pro vobis fratres dilecti a deo.*] Quia charitatem recepimus veritatis, & propter hoc nos diligit de⁹.

l *Quod elegerit nos deus &c.*] Videns paratos ad credendum, ſicut & alibi, recumbenti viro Macedone reuelatum eſt.

m *In qua & vocauit vos per euangelium noſtrum in acquiſitionem gloriæ domini noſtri Ieſu Chriſti.*] Ad hoc vocati ſumus, vt Chriſti gloriam ac-

quod dicitur deus, aut quod colitur: ita vt in templo dei ſedeat, oſtendens ſe tanquam ſit deus: [a] non retinetis quod cum adhuc eſſem apud vos, hæc dicebam vobis. Et nũc quid detineat ſcitis, vt [b] reueletur in ſuo tempore. [c] Nam myſterium iam operatur iniquitatis: tantum, vt qui [d] tenet nunc teneat, donec de medio fiat. Et tunc reuelabitur ille iniquus, [e] quem dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui. [f] Et deſtruet illuſtratione aduentus ſui [g] eum cuius eſt aduentus ſecundum operationem ſatanæ in omni virtute & ſignis & prodigiis mendacibus: & in omni ſeductione iniquitatis, his qui pereunt: eo quod [h] veritatis charitatem non receperunt vt ſalui fierent. Ideo mittet illis deus operationem erroris, vt credant mendacio, vt [i] iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, ſed conſenſerunt iniquitati. Nos [k] autem debemus gratias agere deo ſemper pro vobis fratres dilecti a deo [l] quod elegerit nos deus primitias in ſalutem in ſanctificatione ſpiritus & in fide veritatis, in [m] qua & vocauit vos per euãgelium noſtrum in acquiſitionem gloriæ domini noſtri Ieſu Chriſti. Itaque [n] fratres ſtate & [o] tenete traditiones quas didiciſtis, ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam noſtram. Ipſe [p] autem dominus noſter Ieſus Chriſtus, & deus & pater noſter qui dilexit nos, & dedit [q] conſolationem æternam, & ſpem bonam in gratia, [r] exhortetur corda veſtra, & confirmet in [ſ] omni opere & ſermone bono.

## CAP. III.

[t] De cætero fratres orate pro nobis, [u] vt ſermo dei currat & clarificetur, ſicut & apud vos: & [x] vt liberemur ab importunis & malis hominibus. Non enim omnium eſt fides. Fidelis [y] autem deus eſt qui confirmabit [z] vos & cuſtodiet a malo. Confidimus [a] autem de vobis fratres in domino: quoniam quæcunque præcipimus, & facitis & facietis. Dominus autem dirigat corda veſtra in charitate dei & patientia Chriſti. [b] Denuntiamus autem vobis fratres in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti: vt ſubtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate, & non ſecundum traditionem quam accepeũt a nobis. Ipſi enim ſcitis [c] quemadmodum oporteat imitari nos: quoniã non inquieti fuimus inter vos: neque gratis panem manducauimus ab aliquo, ſed in labore & fatigatione, nocte ac die operantes, ne quem veſtrũ grauaremus. Non [d] quaſi nõ habuerimus poteſtatẽ, ſed

a Sed



A a *Sed vt noſmetipſos formam daremus vobis ad imitandum nos.*] Ne cui occaſionem auaritiæ, quæ fons eſt inquietudinis, præberemus.

b *Nam & cum eſſemus apud vos, hæc denuntiabamus vobis.*] Quia præuidebamus aliquos tales eſſe futuros.

ſuum panem manducent.] Non cum inquietudine alienum. D

i *Vos autem fratres nolite deficere benefacientes.*] Non omnibus, ſed talibus dari prohibeo: ne puteris me boni operis conſuetudinem amputare.

c *Quoniam ſi quis non vult operari.*] Aut ſedeant quieti, aut ſi veri ſunt apoſtoli, non ſequantur: ſi non auaritiæ, ſed dei cauſa ambulare ſe dicunt.

d *Nec manducet.*] Hæc ſit inquietudinis nõ ſolum pœna, ſed etiam emendatio.

e *Audiuimus enim inter vos quoſdã ambulare inquiete &c.*] Reddit ſuperioris ſententiæ cauſas, ad quos legitime debeat pertinere: ſcilicet ad inquiete ambulantes, non ad quiete ſedentes.

f *Sed curioſe agentes.*] Inquirentes quid in vnaquaque ciuitate vel prouincia geratur domo. B

g *His autem qui eiuſmodi ſunt &c.*] Non ipſos poſt alteram correctionem deſinit commonere.

h *Vt cum ſilentio operantes,*

ſed vt [a] noſmetipſos formam daremus vobis ad imitandum nos. Nam & [b] cum eſſemus apud vos, hæc denuntiabamus vobis: [c] quoniã ſi quis non vult operari, [d] nec manducet. Audiuimus [e] enim inter vos quoſdam ambulare inquiete: nihil operantes, ſed [f] curioſe agentes. His [g] autem qui eiuſmodi ſunt, denuntiamus & obſecramus in domino Ieſu Chriſto: vt [h] cum ſilentio operantes, ſuum panem manducent. Vos [i] autem fratres nolite deficere benefacientes. [k] Quod ſi quis non obedierit verbo noſtro, per epiſtolam hunc notate, & non commiſceamini cum illo, vt [l] confundatur. Et [m] nolite quaſi inimicum exiſtimare, ſed corripite vt fratrem. Ipſe [n] autem deus pacis det vobis pacem ſempiternã in omni loco. Dominus ſit cum omnibus vobis. Salutatio mea manu Pauli, quod eſt ſignũ in omni epiſtola, ita ſcribo. Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti cum omnibus vobis. Amẽ.

k *Si quis non obedierit verbo noſtro &c.*] Si quis tertio noluerit emendari.

l *Vt confundatur.*] Non vt penitus abſcindatur.

m *Et nolite quaſi inimicum exiſtimare, ſed corripite vt fratrem.*] Corrigite, vt emendetur: & nolite abſcindere, vt deſperet. Aeger curandus eſt, non necandus: ne in apoſtaſiam inquietudo vertatur.

n *Ipſe autem deus pacis &c.*] His verbis omnes epiſtolas ſubſcribebat: excepta Galatarum, quam ex integro manu propria perſcripſit: vt poſt eam nec ſibi, nec angelo crederetur. E

*Commentariorum in ſecundam epiſtolam ad Theſſalonicenſes finis.*

# COMMENTARII IN EPISTOLAM PRIMAM AD TIMOTHEVM.

## CAP. I.

a *PAulus apoſtolus Ieſu Chriſti.*] Auctoritas & nominis & officij prænotatur, propter eos quibus erat reſponſurus.

b *Secundum imperium dei ſaluatoris noſtri &c.*] Non ſecũdum meam præſumptionẽ: ſimul & patris & filij vnum imperium demonſtratur.

c *Timotheo dilecto filio in fide.*] In fide filio, non in carne. C

d *Gratia & miſericordia &c.*] Gratis miſericordiam conſecuti, reconciliati ſumus deo.

e *Sicut rogaui te vt remaneres Epheſi &c.*] Quibus in actibus prædixerat intraturos lupos, qui gregi non parcerent.

f *Neque intenderent fabulis.*] Marc.7. Quas Deuteroſeis appellãt. Vnde in euangelio, docentes doctrinas hominum condemnantur.

g *Et genealogiis interminatis.*] Generationibus antiquorũ: in quibus ſibi ſummam ſciẽtiam vendicant, ſi omnes ab initio generationes enumerent.

h *Quæ quæſtiones præſtant magis &c.*] Tam veteres cõtrarietates, quam generationum ſolicitudines ſuperfluas.

## IN EPISTOLAM PRIMAM AD TIMOTHEVM. CAP. I.

[a] PAulus apoſtolus Ieſus Chriſti [b] ſecundum imperium dei ſaluatoris noſtri & Chriſti Ieſu ſpei noſtræ, [c] Timotheo dilecto filio in fide, [d] gratia & miſericordia, & pax a deo patre & Chriſto Ieſu domino noſtro. [e] Sicut rogaui te vt remaneres Epheſi, cum irem in Macedoniam: vt denuntiares quibuſdam, ne aliter docerent, [f] neque intenderent fabulis & [g] genealogiis interminatis: [h] quæ quæſtiones præſtant magis quam ædificationem dei, quæ eſt in fide. Finis [i] autẽ præcepti eſt charitas de corde puro & [k] conſcientia bona, & [l] fide non ficta. A [m] quibus quidã aberrantes conuerſi ſunt in vaniloquium, volẽtes eſſe legis doctores, nõ intelligẽtes, neq; quę loquũtur, neq; de quibus affirmant. [n] Scimus autem quia bona eſt lex, ſi [o] quis ea legitime vtatur: [p] ſciẽtes hoc, quia lex iuſto nõ eſt poſita, [q] ſed iniuſtis & nõ ſubditis, impiis & peccatorib⁹, ſceleratis & cõtaminatis, patricidis & matricidis, homicidis, fornicariis, maſculorũ cõcubitorib⁹, plagiariis, mẽdacib⁹ & piuris: & ſi [r] qd aliud

i *Finis autem &c.*] Charitas dei & proximi, in qua tota lex pendet & prophetæ: hæc ſi de corde puro ſit, difficile delinquere poterimus.

k *Et conſcientia bona.*] Vt cõſciẽtia tua teſtimonium perhibeat veritati.

l *Et fide non ficta.*) Fides enim ficta eſt quæ ſolo ore promittitur, & actu negatur. F

m *A quibus quidam aberran. &c.*) Infinitæ ſtultitiæ eſt, non intellecta, de magis non intellectis velle firmare.

n *Scimus autem quia bona eſt lex.*) Vt a deo promulgata eſt, pro qualitate temporis: ſicut alibi lex ſancta eſt appellata.

o *Si quis ea legitime vtatur.*) Si quis ſciat quibus, quare, quam diu habenda ſit data.

p *Scientes hoc quia lex &c.*) Ergo Chriſtianis non opus eſt, qui ſunt iuſtificati per Chriſtũ: qui didicerunt etiã occaſiones fugere delictorũ: nam vt quid dicitur, Non occides, quibus iraſci non permittitur?

q *Sed iniuſtis &c.*) Illis omnibus data eſt: quos abiectis criminibus nititur reuocare.

r *Et ſi quid aliud ſanæ doctrinæ aduerſatur, quæ eſt ſecundum*

A euangelium.] Sunt ergo doctrinæ non ſanæ: contra quas etiam data lex eſt, quæ contrariæ ſunt cæleſtibus inſtitutis. Quid ergo ibi quærunt, quod hic non habent? ſimul & legem euangeliis concordare demonſtrat.

a *Gloriæ beati dei.*] Per quam glorificatur deus.

b *Quod creditum eſt mihi.*] Ne dicerent aduerſarij: quis erat ille, cui euangelium crederetur? ait.

c *Gratias ago ei qui me confortauit in Chriſto Ieſu domino noſtro.*] Cum eſſem inutilis & infirmus.

d *Quia fidelem me exiſtimauit ponens in miniſterio &c.*] Iuſtus in primordio accuſator ſui eſt: vt ſtatim cum cœperit, aduerſarius confundatur.

e *Sed miſericordiam dei conſecutus ſum: quia ignorans feci.*] Leuius eſſe peccatum ignorantiæ demonſtratur.

B f *In incredulitate.*] Quia nõ credens, intelligere non valebam.

g *Superabundauit autem gratia domini noſtri cum fide & dilectione &c.*] Vbi autem iniquitas abundauerat: ſtatim vt credidi, amplius cœpi diligere Chriſtum: qui mihi magna peccata dimiſit.

h *Fidelis ſermo & omni acceptione dignus.*] Quem omnes credant, & omnium conſcientiæ verum eſſe cognoſcant.

i *Quia Chriſtus Ieſus venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere.*] Ergo & me ſaluauit inter cæteros peccatores: tunc enim merito mihi præiudicaretur, ſi ſolos iuſtos vocare veniſſet.

k *Quorum primus ego ſum.*] Hic, ſum, pro fui, ponitur: ſicut Matthæus dicitur publicanus, cum iam Chriſti eſſet apoſtolus.

C l *Sed ideo miſericordiam conſecutus ſum.*] Vt Dauid ait: Docebo iniquos vias tuas: & impij ad te conuertentur. Si mihi viderint indulta peccata, tunc docebo neminem deſperare debere.

aliud ſanæ doctrinæ aduerſatur, quæ eſt ſecũdum euangelium [a] gloriæ beati dei, [b] quod creditum eſt mihi. Gratias [c] ago ei qui me confortauit in Chriſto Ieſu domino noſtro: quia [d] fidelem me exiſtimauit ponens in miniſterio. Qui prius blaſphemus fui & perſecutor, & contumelioſus, ſed [e] miſericordiã dei conſecutus ſum: quia ignorans feci in [f] incredulitate. [g] Superabundauit autem gratia domini noſtri cum fide & dilectione, quæ eſt in Chriſto Ieſu. Fidelis [h] ſermo & omni acceptione dignus: [i] quia Chriſtus Ieſus venit in hunc mundũ peccatores ſaluos facere, [k] quorum primus ego ſum. Sed [l] ideo miſericordiam conſecutus ſum, vt in [m] me primo oſtẽderet Chriſtus Ieſus omnem patientiam ad [n] informationẽ eorum qui crediturĩ ſunt illi in vitam æternam. Regi [o] autem ſæculorum immortali, inuiſibili, ſoli deo honor & gloria in ſæcula ſæculorum: amen. Hoc [p] præceptũ commendo tibi fili Timothee ſecundum [q] præcedentes in te prophetias, vt [r] milites in illis bonã militiã, [s] habens fidem & [t] bonã conſcientiam, Quam [u] quidam repellentes circa fidem naufragauerunt: [x] ex quibus eſt Hymenæus & Alexander, [y] quos tradidi ſatanæ: vt diſcant non blaſphemare.

## CAP. II.

[z] OBſecro igitur primum omnium fieri obſecrationes, [a] orationes, poſtulationes, gratiarum actiones, pro [b] omnibus hominibus, pro regibus & omnibus qui in ſublimitate conſtituti ſunt: vt [c] quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & caſtitate. [d] Hoc enim bonum eſt & acceptum coram ſaluatore noſtro deo: [e] qui omnes homines vult ſaluos fieri, & ad [f] agnitionem veritatis venire. [g] Vnus enim deus, vnus & mediator dei & hominum, [h] homo Chriſtus Ieſus: qui dedit [i] redemptionem ſemetipſum pro omnibus. [k] Cuius teſtimonium temporibus

r *Vt milites in illis bonam militiam.*] Bona militia eſt, in qua contra diabolum & vitia militatur. D

s *Habens fidem.*] Pro armis fidem in Chriſto perfectam.

t *Et bonam conſcientiam.*] Implendo quod doces.

u *Quam quidam repellentes circa fidem naufragauerunt.*] Male viuendo, ipſam quoque fidem perdiderunt, quam habere videbantur: ſiue etiam iam vitia defendentes.

x *Ex quibus eſt Hymenæus & Alexander.*] Qui amore vitiorum, ad hæreſim tranſierunt.

y *Quos tradidi ſatanæ, vt diſcant &c.*] In interitum carnis, vt ex præſenti correptione diſcãt futurum iudicium non negare: ad emendandum traditi, non ad perdendum.

### CAP. II.

z *Obſecro igitur primum omnium fieri obſecrationes.*] Obſecratio, impenſior eſt oratio. E

a *Orationes, poſtulationes, gratiarum actiones.*] Pro eo quod nos dignos fecit: etiam pro his qui nos perſequuntur & tribulant.

b *Pro omnibus hominibus, pro regibus &c.*) Vt cognoſcant deum: ſiue vt ſubiectas habeant gentes. Illorum enim pace, tranquillitas noſtra cõſiſtit: ſed & ſi nobis Chriſtianis ſit perſecutionis turbatio, omnis inquietudo ceſſabit.

c *Vt quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & caſtitate.*) Ad hoc nos vult eſſe quietos, vt pietate & caſtitate, non diſſenſione atque luxuria, tranquillitas noſtra proficiat.

d *Hoc enim bonum eſt & acceptum &c.*] Vt quieti in ſanctis operibus ſeruiamus. F

e *Qui omnes homines vult ſaluos fieri.*) Hic probatur nemini oportere ad credendum vim inferre, nec tollere arbitrij libertatem. Sed & illud hoc loco ſoluitur de induratione Pharaonis, & cæteræ huiuſmodi obiectionis quæſtiones.

m *Vt in me primo oſtenderet Chriſtus Ieſus omnem patientiam.*] Qui etiam perſecutoribus cõuerſis non ſolum indulget, ſed etiam confert apoſtolatus honorem.

n *Ad informationem eorum qui credituri ſunt illi in vitam æternam.*] Ad exemplum, vt ne deſperent.

o *Regi autem ſæculorum immortali, inuiſibili &c.*] Qui mihi veniam tribuit non merenti. Rex enim parui temporis & mortalis, ac viſibilis, & capax conſortis, honorem & gloriam temporalem habere poteſt, nõ tamen ſempiternam.

p *Hoc præceptum commendo tibi fili mi Timothee.*] Huiuſque de ſtatu ſuo, quomodo aduerſariis reſponderet: hinc dat auctoritatem ordinandi, docendi, quæque præcepta ſunt commendat.

q *Secundum præcedentes in te prophetias.*] Secundum quod etiam ante hoc officium habebas gratiam prophetandi.

f *Et ad agnitionem veritatis venire.*) Si ipſi tamen vocanti deo conſentire voluerint.

g *Vnus enim deus, vnus & mediator dei & hominum.*) Vnus enim deus pater & filius & ſpiritus ſanctus, id eſt, vna in tribus perſonis natura eſt deitatis.

h *Homo Chriſtus Ieſus.*) Sicut vnus deus, ita vnus eſt mediator inter deum & homines vniuerſos: hoc eſt, nullus alius talis, nec Moyſes, nec aliquis propheta: quia hic & homo erat & deus. Sed quia de traditione erat dicturus, ideo hominem ſolummodo nominauit.

i *Qui dedit redemptionem ſemetipſum pro omnibus.*) Ille ſe pro omnibus dedit, ſi omnes redimi vellent.

k *Cuius teſtimonium temporibus ſuis confirmatum eſt.*) In teſtimonium generi humano, ſanctę vitæ dedit exemplum: quia



A quia & prophetæ ſuis teſtimonium fuere temporibus, nouiſſime autem miſit filium ſuum ad colonos.

a *In quo poſitus ſum ego prædicator & apoſtolus.*] In Chriſti teſtimonio, ſiue Chriſto.

b *Veritatem dico &c. Volo vos orare &c.*] Magiſter gentium dat legem orandi, vt auctoritate ſaluatoris, neq; in monte, neque in Hieroſolymis aliquis orandi eligat locum, ſed in ſpiritu: qui vbique nobiſcum eſſe intelligitur. Sane de hoc loco, & hac cauſa a Iudæis mota fuit quæſtio, qui in templo ſolummodo in Hieroſolymis orare cupiebant.

c *Leuantes puras manus &c.*] A cæde, & ſanguine, omnique opere malo. Teſtimonium enim innocentiæ, eſt manuum eleuatio. Non ſolum autem manus ab opere, ſed etiam mentem ab ira & diſceptationis cogitatu, qui ſibi dimitti petit, debet habere mundas. Nemo aliquid
B impetrare poteſt alia cogitando.

d *Similiter et mulieres.*] Omnia quæ dixi de viris.

e *In habitu ornato.*] Honeſto & conuenienti naturæ.

f *Cum verecundia & ſobrietate ornantes ſe.*] Hæc ſunt ornamenta feminæ Chriſtianæ.

g *Et non in tortis crinibus.*] Non debet occaſionem dare concupiſcentiæ.

h *Aut auro, aut margaritis.*] Quæ terrę ſunt partes: cuius eſt homo dominus inſtitutus.

i *Vel veſte pretioſa.*] Quæ prę nimia ſubtilitate, nec frigus arceat, & de cuius pretio plurimi veſtiri eiuſdem naturæ homines potuiſſent.

bus ſuis confirmatum eſt: in [a] quo poſitus ſum ego prædicator & apoſtolus. [b] Veritatem dico, non mentior, doctor gentium in fide & veritate. Volo ergo viros orare in omni loco, [c] leuantes puras manus ſine ira & diſceptatione. Similiter & [d] mulieres in [e] habitu ornato, [f] cum verecundia & ſobrietate ornantes ſe, & [g] non in tortis crinibus, aut [h] auro, aut margaritis, vel [i] veſte pretioſa, ſed [k] quod decet mulieres, promittentes pietatem per opera bona. [l] Mulier in ſilentio diſcat cum omni ſubiectione. [m] Docere autem mulieri non permitto, [n] neque dominari in virum, ſed eſſe in ſilẽtio. Adam [o] enim primus formatus eſt, deinde Eua. Et Adam non eſt ſeductus: Mulier autem ſeducta in [p] præuaricatione fuit. Saluabitur autem per filiorum generationẽ, ſi [q] permanſerint in fide & [r] dilectione, [s] & ſanctificatione cum ſobrietate.

## CAP. III.

[t] FIdelis ſermo. Si quis epiſcopatum deſiderat, bonum [u] opus deſiderat. Oportet [x] enim epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, [y] vnius vxoris virum, [z] ſobrium, [a] ornatum, prudentem, pudicum, [b] hoſpitalem, [c] doctorem non [d] vinolentum, nõ [e] percuſſorem, [f] ſed modeſtum: [g] non litigioſum, non cupidum, ſed ſuæ domui bene præpoſitum, filios habentem ſubditos cum omni caſtitate. [h] Si quis autem domui ſuæ bene præeſſe neſcit, quomodo eccleſiæ dei diligentiam habebit? [i] Non neophytum, ne in ſuperbiam elatus, in iudicium incidat diaboli. [k] Oportet autem & illum teſtimonium habere bonum ab his qui foris ſunt, vt [l] non in opprobrium incidat, & in

s *Et ſanctificatione cum ſobrietate.*] Notandum quod ſola fides ad ſalutem ei qui poſt baptiſmum ſuperuixerit, non ſufficiat, niſi ſanctitatem mentis & corporis habeat: quæ ſine ſobrietate difficile cuſtoditur. D

### CAP. III.

t *Fidelis ſermo: ſi quis epiſcopatũ deſiderat.*] Primum laicos inſtituit: de quibus optimi quique in ſacerdotiũ eliguntur, & ſic dicit quales debeant ordinari.

u *Bonum opus deſiderat.*] Ad boni operis deſiderium eũ prouocat, non ad honorem.

x *Oportet enim epiſcopum irreprehenſibilem eſſe.*] Aut eccleſię princeps non erit: quã ideo Apoſtolus ſine macula alibi definiuit.

y *Vnius vxoris virum.*] Viris nec hoc licet, quod velati incedãt, multo magis illa quæ etiam laico prohibentur.

z *Sobrium.*) Et mente & corpore.

a *Ornatum, prudentem, pudicum.*) His omnibus ſpiritualibus ornamentis. E

b *Hoſpitalem.*) Ad humanitatis opus, cuncta plebs rectoris forma prouocetur.

c *Doctorem.*) Tam verbo, quã exemplo. Si enim omnium vota ſcire voluerit vel deberet, quomodo omnes valeant reſpondere: quanto magis ſacerdos legẽ exquiret: quia angelus dei omnipotentis eſt.

d *Non vinolentum.*) Vt fiducialiter poſſit corripere ebrioſos.

e *Non percuſſorem.*) Siue ne ſit petulans ad cædendum: ſiue ne malo exemplo conſcientias feriat infirmorum.

f *Sed modeſtum.*) Quia omnia faciat cum menſura. F

k *Sed quod decet mulieres, promittentes pietatem per opera bona.*] Iſta ergo non ſunt promittentium, ſed negantium pietatem.

l *Mulier in ſilentio diſcat cum omni ſubiectione.*] Diſcat quidem, ſed cum omni humilitate & charitate. C

m *Docere autem mulieri non permitto.*] Publice nõ permittit: nam filium aut fratrem debet docere priuatim.

n *Neque dominari in virum, ſed eſſe in ſilentio.*] Ne magiſterium ſibi vſurpando ſuperbiat, ſed taceat in eccleſia.

o *Adam enim primus formatus eſt, deinde Eua.*] Reddit cauſam, quare eas velit eſſe ſubiectas: ſcilicet quia & poſteriores in factura ſunt, & priores in culpa.

p *In præuaricatione fuit. Saluabitur autem per filiorum generationem.*] In præuaricatione fuit mandati. Sed non ideo deſperet mulier: quia per baptiſmum quod eſt filiorum generatio, ipſa ſaluabitur, non Eua, ſed credens mulier: quia Eua ad exemplum adducta eſt creationis, non de ipſius ſalute proprie tractabatur. Cæterum quomodo iuſtitia iuſti ſuper ipſum erit: & quomodo Noe, Iob, & Daniel filios ſuos liberabunt, ſic per filios Eua ſaluabitur.

1.Tim.2.c q *Si permanſerint.*] Sicut ſuperius de plurali numero mulierum, ad ſingularem dicens, mulier in ſilentio diſcat: ita & hic rediit ad pluralem.

r *In fide & dilectione.*] Chriſti, & dilectione proximorũ.

g *Non litigioſum, non cupidum.*) Seruum dei non oportet litigare. Lites autem & iurgia maxime ex cupiditatibus oriuntur.

h *Si quis autem domui ſuæ bene præeſſe neſcit, quomodo eccleſiæ dei diligentiam habebit?*) Ipſe in ſequentibus expoſuit, ſi filios in caſtitate & humilitate nutriuit, hinc eius diligentia cõprobatur: ſi enim filios ſuos erudire neſciuit, quomodo tantos dei filios gubernabit, quorum mores ſecũdum numerum ſunt diuerſi? vel qua fiducia, qui indiſciplinatos habet filios, audebit exigere diſciplinam?

i *Non neophytum, ne in ſuperbiam elatus, in iudicium incidat.*) Ne nuper renatus, cito poſſit per ignorantiam exaltari, & putet ſe non tam miniſterium humilitatis quam adminiſtrationem ſæcularis poteſtatis adeptum, & condemnationem ſuperbiæ mereatur, ſicut diabolus qui per iactantiam iudicatus atque deiectus eſt.

k *Oportet autem & illum teſtimonium habere bonum ab his qui foris ſunt.*) Vt ſine offenſione Iudæis, infidelibus, atque Græcis, præſit eccleſiæ dei. Omnes enim naturaliter nouerunt culpare vitia, & laudare virtutes.

l *Vt non in opprobrium incidat, & in laqueum diaboli.*) Vt non vituperetur miniſterium noſtrum, & per illum diabolus multos in laqueum teneat, qui poterant fieri Chriſtiani.

A a *Diacones ſimiliter.*] Irreprehenſibiles, vt epiſcopi eligātur. Quæritur cur de preſbyteris nullam fecerit mentionem, ſed eos in epiſcoporum nomine comprehenderit: quia ſecundus, imo pene vnus eſt gradus, ſicut ad Philippenſes epiſcopis ac diaconis ſcribit, cum vna ciuitas plures epiſcopos habere non poſſit, & in Actibus apoſtolorum preſbyteros eccleſiæ iturus Hieroſolymas congregans ait. Inter cætera videte gregem, in quo vos ſpiritus ſanctus epiſcopos ordinauit.

in laqueum diaboli. [a] Diacones ſimiliter [b] pudicos, non [c] bilingues, non [d] multo vino deditos, non [e] turpe lucrum ſectantes, [f] habentes myſterium fidei in cōſcientia pura. Et hi [g] autem probentur primum, & ſic miniſtrent nullum crimen habētes. [h] Mulieres ſimiliter pudicas, [i] non detrahentes, [k] ſobrias, fideles in omnibus. [l] Diacones ſint vnius vxoris viri: qui filiis ſuis bene præſint & ſuis domibus. [m] Qui enim bene miniſtrauerint [n] gradū bonum ſibi acquirent, & [o] multam fiduciam in fide, quæ eſt in Chriſto Ieſu. Hæc tibi [p] ſcribo fili Timothee, ſperans me venire ad te cito. Si autem tardauero, vt ſcias quomodo oporteat te in domo dei conuerſari: quæ eſt eccleſia dei viui, [q] columna & firmamentum veritatis. Et [r] manifeſte magnum eſt pietatis ſacramentum, quod [ſ] manifeſtatum eſt in carne, & [t] iuſtificatum eſt in ſpiritu, [u] apparuit angelis, [x] prædicatum eſt gentibus, [y] creditū eſt in mundo, aſſumptum eſt in gloria.

## CAP. IIII.

[z] SPiritus autē manifeſte dicit: quia in nouiſſimis temporibus diſcedent quidam a fide, attendentes [a] ſpiritus erroris & doctrinis dæmoniorum in [b] hypocriſi, loquentiū mendacium, & cauteriatam habentium ſuam cōſcientiam, [c] prohibentium nubere, abſtinere a cibis, quos deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & his qui cognouerunt veritatem. Quia omnis creatura dei bona eſt, & nihil reiiciendum quod cum gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per verbum dei & orationem. Hæc [d] præponens fratribus, bonus eris miniſter Chriſti Ieſu, [e] enutritus verbis fidei & bonæ doctrinæ, quam aſſecutus es. [f] Ineptas autem & aniles fabulas deuita. [g] Exerce autem teipſum ad pietatem. Nam [h] corporalis exercitatio ad modicum vtilis eſt. [a] Pietas

b *Pudicos.*] Continētes ſcilicet.

c *Non bilingues.*] Suſurro & bilinguis multos turbat, pacem habentes.

d *Non multo vino deditos.*] Cōceſſit neceſſitati parum, qui voluntati amplius denegauit.

e *Non turpe lucrum ſectantes.*] Turpe lucrum eſt de cæleſtibus myſteriis, terrena ſectari.

f *Habentes myſterium fidei in*
B *conſcientia pura.*] Myſterium eſt, quod paſſio Chriſti redēptio eſt ſalutis humanæ. Si ergo intelligit pure, non cōfūditur de humilitate Chriſti. Siue ſi propter hoc ſolū prædicat myſterium fidei, propter quod debet prædicari, non vltra debitum myſterium quæſtum eſſe exiſtimet pietatem.

g *Et hi autem probentur primum & ſic miniſtrent nullum crimen habentes.*] Non ſolum epiſcopi, ſed & iſti ante ordinationem probari debēt.

h *Mulieres ſimiliter pudicas.*] Similiter eas vt diacones eligi iubet. Vnde intelligitur quod de his dicat, quas adhuc hodie in oriente diaconiſſas appellant.

i *Non detrahentes.*] Quod illis ex vi præcipue dominātur.

C k *Sobrias, fideles in omnibus.*] In nullo dubitantes.

l *Diacones ſint vnius vxoris viri, qui filiis ſuis bene præſint & ſuis domibus.*] Non vt ſi non habuerint, ducant, ſed ne duas habeant. Si enim digniorem facit vxor, cur nō magis & digami & trigami ordinantur?

m *Qui enim bene miniſtrauerint.*] Oſtendit non miniſterium tantum, ſed qualitatem miniſterij premium promereri.

n *Gradum bonum ſibi acquirent.*] Bonum, hic pro gradu maiori, poſuit, ſunt enim minores.

o *Et multam fiduciam in fide, quæ eſt in Chriſto Ieſu.*] Apud dominum petendi, & apud homines docendi, vel etiam arguendi.

p *Hæc tibi ſcribo fili Timothee, ſperans me venire ad te cito.*] Vt auctoritatem habeas pro me omnia ordinandi, huius epiſtolæ ſcientia confirmatus.

q *Columna & firmamentum veritatis.*] In qua nunc ſola veritas ſtat firmata, quæ ante in lege erat poſita vel naturæ, quæ ſola ſuſtinet ædificium.

r *Et manifeſte magnum eſt pietatis ſacramentum.*] Quod ſcire te cupio ſacramentum incarnationis Chriſti, per quam generi humano pietas collata eſt. D

ſ *Quod manifeſtatum eſt in carne.*] Quod nunc in carne eius declaratum eſt.

t *Et iuſtificatum eſt in ſpiritu.*] Demonſtratum eſt.

u *Apparuit angelis.*] Quādo dicebant. Gloria in excelſis deo, quando illi in eremo miniſtrabant.

x *Prædicatum eſt gentibus.*] In gentibus, omne genus hominum comprehendit.

y *Creditum eſt in mundo, aſſumptum eſt in gloria.*] Videntibus apoſtolis, aſcendit in cælum.

### CAP. IIII.

z *SPiritus autem manifeſte dicit: quia in nouiſſimis temporibus diſcedēt quidam a fide.*) Prophetalē inducit affectū, quod antiqui dicebant. Hæc dicit ſpiritus ſanctus.

a *Attendētes ſpiritibus erroris & doctrinis dæmoniorū.*) Omnis enim hæretica doctrina, dæmonū arte cōpoſita eſt. E

b *In hypocriſi, loquentium mēdacium, & cauteriatam habentium ſuam conſcientiam.* In hypocriſi loquuntur, qui cum non contineant, tam caſti volunt videri, vt etiam nuptias damnent: tam abſtinētes, vt creatura dei parce vtentes iudicent, cum ipſi comeſſationibus vacent. Hic vero ita caſtitatem & abſtinentiam prædicat, vt nec naturā, nec creaturas damnet. Ad illud fortiores hortatur, iſtud concedit infirmis. Illi autem hoc non amore caſtitatis & abſtinentiæ, ſed ad obumbrandum eius iuſtitiā faciebant, ſanctiores videri volētes, quam ille qui amore caſtitatis etiam nuptias concedebat, ſcilicet ne fornicationis crimen incurrerent. Omnis enim qui nuptias damnat, non amator, ſed inimicus eſt caſtitatis: dū & continētibus laudem tollit, incontinentibus ſublato nuptiarum remedio, fornicationis facit inire diſcrimen. F

c *Prohibentium nubere, abſtinere a cibis, quos deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus &c.*) Si ad proprietatem ſermonis attendas, monſtruoſa neſcio quæ prædicatio prædicatur, quæ tam nubere, quam abſtinere prohibeat, dicentium hæc omnia quæ ſequuntur.

d *Hæc præponens fratribus, &c.*) Librā in omnibus tenens, & omnia rationabiliter, & moderate diſpenſans.

e *Enutritus verbis fidei & bonæ doctrinæ quam aſſecutus es.*) Quia ſacris legis literis ab infantia eruditus fuerat. Verba propriæ fidei, ſunt traditio ſymboli. Bona vero doctrina, qua vita inſtituitur Chriſtiana.

f *Ineptas autē & aniles etc.*) Fidei vel religioni non aptas.

g *Exerce teipſum ad pietatem.*) Pietas eſt etiam cum tua tribulatione aliis ſubuenire, ſicut Sareptana vidua fecit. 3.Reg.17.

h *Nam corporalis exercitatio ad modicum vtilis eſt.*) Sanctarū balnearum,



A balnearum, venationum, & huiuſmodi, quæ ad breue tempus in carnali proficiunt ſanitate.

a *Pietas autem ad omnia vtilis eſt &c.*] Et ad præſens tempus, & in futurum: nam & ipſa vidua & in præſenti caſta eſt, & merces eius manet in ea.

[a] Pietas autē ad omnia vtilis eſt, promiſſionē habens vitæ, quæ nunc eſt & futuræ. [b] Fidelis ſermo & omni acceptione dignus. In [c] hoc enim laboramus & maledicimur: quia ſperamus in deum viuum, [d] qui eſt ſaluator omniū hominum, maxime fidelium. [e] Præcipe hæc & doce. [f] Nemo adoleſcentiam tuam contemnat, ſed [g] exemplum eſto fidelium in [h] verbo, in conuerſatione, in [i] charitate, in [k] fide, in [l] caſtitate. [m] Dum venio attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ. [n] Noli negligere gratiam, quæ eſt in te, [o] quæ data eſt tibi per prophetiam cum impoſitione manuum preſbyterij. Hæc [p] meditare, in his [q] eſto, vt [r] profectus tuus manifeſtus ſit omnibus. [ſ] Attende enim tibi & doctrinæ: inſta in illis. Hoc enim faciens, & teipſum ſaluum facies, & eos qui te audiunt.

## CAP. V.

[t] SEniorem ne increpaueris, ſed obſecra vt patrē, [u] iuuenes vt fratres, [x] anus vt matres, [y] iuuenculas vt ſorores in omni caſtitate. [z] Viduas honora, [a] quæ vere viduæ ſunt. Si qua [b] autem vidua filios aut nepotes habet, diſcat primum domum ſuam regere, & mutuam vicem reddere parētibus. Hoc enim acceptum eſt coram deo. [c] Quæ autem vere vidua eſt & deſolata, ſperet in deum: & inſtet obſecrationibus & orationibus nocte ac die. Nam [d] quæ in delitiis eſt viuens, mortua eſt. Et [e] hoc præcipe, vt irreprehenſibiles ſint. Si [f] quis autem ſuorum, & maxime domeſticorum curam nō habet fidem negauit: & eſt infideli deterior. [g] Vidua eligatur non minus ſexaginta annorum, quæ fuerit vnius viri vxor, in [h] operibus bonis [i] teſtimonium habens, ſi [k] filios educauit, ſi [l] hoſpitio recepit, ſi ſanctorum pedes lauit, ſi [m] tribulationem patientibus ſubminiſtrauit, ſi [n] omne opus bonum

b *Fidelis ſermo & omni acceptione &c.*] Verus apud omnium conſcientiam, & cui nemo reſiſtit.

c *In hoc enim laboramus &c.*] Cum certum ſit apud homines, nihil nos dignum odio perpetraſſe. Quid aliud ſequitur, quam quod propter vitam diſſimilem blaſphemamur?

d *Qui eſt ſaluator omnium hominum, maxime fideliū.*] Omnium in præſenti, fidelium in futuro. Siue quia omnes de periculis liberat, & maxime fideles.

e *Præcipe hæc & doce.*] Præcipe vt fiant: doce quomodo fiant, vel quali præmio remuneranda ſint.

B f *Nemo adoleſcentiam tuam contemnat.*] Sic age vt admirationi ſis, priuſquam cōtemptui habearis. Hoc enim illi præcipit, quod in illius poteſtate conſtabat.

g *Sed exemplum eſto fideliū.*] Parum eſt infideliū eſſe formā, apud quos qui grauiora crimina non habet, magnus habetur. Hoc multum eſt, vt talem ſe exhibeat, per quem etiā ſancti proficiant.

h *In verbo, in conuerſatione.*] Nihil aliud magis loquaris quam domini verbum. Notādum quia fidelibus etiam verbi præbere cupit exemplum.

i *In charitate.*] Vt exemplū illis dilectionis oſtendat.

k *In fide.*] Catholica, vel perfecta.

l *In caſtitate.*] Mentis & corporis, cuius inſignia etiam grauitate habitus præferuntur.

C m *Dum venio attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ.*] Fac, lege, exhortare vt fiant, doce, quomodo intelligantur obſcura, vt poſſint fieri quæ leguntur.

n *Noli negligere gratiam, quæ eſt in te.*] Negligit gratiā, qui acceptum talentum non exercet.

o *Quæ data eſt tibi per prophetiam cum impoſitione manuum presbyterij.*] Prophetiæ gratiam habebat cum ordinatione epiſcopatus.

p *Hæc meditare.*] Omnis enim profectus ex meditatione deſcendit.

q *In his eſto.*] Non enim omnis qui in his eſt, meditatur.

r *Vt profectus tuus manifeſtus ſit omnibus.*] Tunc manifeſtus erit, ſi in meditatione ſis ſemper, & cum manifeſtus fueris, poterunt exemplo tuo ad meliora proficere.

ſ *Attende enim tibi & doctrinæ: inſta in illis. Hoc enim &c.*] Primo tibi, deinde doctrinæ, vt vbique & actu ſalues illos doctrina pariter & exemplo.

### CAP. V.

t *SEniorem ne increpaueris, ſed obſecra vt patrem &c.*] Ne indigne ferens, ſe a iuniore correptum exaſperetur, & non proficiat: ſed obſecra, vt ſuo quaſi pater exemplo inſtituat iuniores. D

u *Iuuenes vt fratres.*] Quia hac via liberius commonentur, ſimiliter & ſorores.

x *Anus vt matres.*] Cum omni reuerentia.

y *Iuuenculas vt ſorores in omni caſtitate.*] Et mētis & corporis.

z *Viduas honora.*] Neceſſaria præbendo, vel ſolatio confouendo.

a *Quæ vere viduæ ſunt.*] Illas veras viduas eſſe definiuit, quæ vniuerſis curis exutæ ſūt, & ab omnibus deſolatæ.

b *Si qua autē vidua filios aut nepotes habet, diſcat primum domum ſuam regere &c.*) Tamdiu regat domum, quamdiu docet filios paruulos aut nepotes, vt quod a parentibus pietatis accepit, filiis reddat: ita tamen vt non hac excuſatione, auaritiæ ſtudeat, ſed ſufficientiam tantum ſibi reſeruet, & ne liberis eius ipſa occaſionem det ſæculo ſeruiendi. E

c *Quæ autem vere vidua eſt & deſolata, ſperet in deum, et inſtet obſecrationibus & orationibus nocte ac die.*) Qualis erat Anna filia Phanuel, tales præcipit honorari.

d *Nam quæ in delitiis eſt viuens, mortua eſt.*) Quicquid modum naturæ excedit, delitiis deputatur. Hic maxime noſtri temporis viduas tangit, quæ cum hominem ſuæ naturæ, qualicunque panno non veſtiāt, parietes pretioſis marmorum cruſtis exornant.

e *Et hoc præcipe, vt irreprehēſibiles ſint.*) Notandum irreprehenſibiles eas tam poſſe quam eſſe debere.

f *Si quis autem ſuorum & maxime domeſticorum curam non habet, fidem negauit, & eſt infideli deterior.*) Si quis viduas abiicit aut pupillos, vel maxime parentes & pauperes, deterior eſt infideli: quia & illi habent naturaliter circa proximos pietatem. Siue ſi qua vidua filios orphanos negligat, huius ſententiæ crimen incurrit. Simul notandum quoſdam fideles nomine, qui infidelibus conuerſatione peiores ſunt. F

g *Vidua eligatur nō minus ſexaginta annorum, quæ fuerit vnius viri vxor.*) Tales voluit eligi diaconiſſas, quæ omnibus eſſent exemplum viuendi.

h *In operibus bonis.*) Si ex tempore viduitatis ſuæ iſta omnia cuſtodiuit.

i *Teſtimonium habens.*) Sicut Tabitha.

k *Si filios educauit.*) Subauditur, deo.

l *Si hoſpitio recepit, ſi ſanctorum pedes lauit.*) Si non ſolum humilitatis habet inſignia, cui non ſufficit hoſpitio ſuſcipere, ſed etiam manu propria lauare hoſpitum pedes.

m *Si tribulationem patientibus ſubminiſtrauit.*) Hoc eſt, in carcere poſitis, vel ægrotis.

n *Si omne opus bonum ſubſecuta eſt.*) Breuiter vniuerſa concluſit.

num ſubſecuta eſt. [a] Adoleſcentiores autem viduas deuita. [b] Cum enim luxuriatę fuerint, in Chriſto nubere volunt: [c] habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. [d] Simul autem & otioſe diſcunt circumire domos, [e] non ſolum otioſe, ſed & verboſe & curioſe loquentes quæ nõ oportet. [f] Volo autem iuniores nubere, filios procreare, [g] matresfamilias eſſe, [h] nullam occaſionem dare aduerſario maledicti gratia. [i] Iam enim quædam conuerſæ ſunt retro poſt ſatanam. Si [k] quis fidelis habet viduas, ſubminiſtret illis, vt non grauetur eccleſia: vt [l] his quæ vere viduæ ſunt, ſufficiat. [m] Qui bene præſunt presbyteri, duplici [n] honore digni habeantur, maxime [o] qui laborant in verbo & doctrina. Dicit [p] enim ſcriptura. Non infrenabis os boui trituranti, &: dignus eſt operarius mercede ſua. [q] Aduerſus presbyterum accuſationem noli recipere, niſi ſub duobus aut tribus teſtibus. [r] Peccantes coram omnibus argue, [ſ] vt cæteri timorem habeant. [t] Teſtor coram deo & Chriſto Ieſu & electis angelis eius, vt hæc cuſtodias ſine præiudicio, nihil [u] faciens in alteram partem declinando. [x] Manus cito nemini impoſueris, [y] neque communicaueris peccatis alienis. [z] Teipſum caſtum cuſtodi. [a] Noli adhuc aquam bibere, ſed modico vino vtere propter ſtomachũ tuum, & frequentes tuas infirmitates. [b] Quorundam hominum peccata manifeſta ſunt præcedentia ad iudicium: [c] quorundam autem & ſubſequuntur. [d] Similiter & facta bona manifeſta ſunt, & quæ aliter ſe habent, abſcondi non poſſunt.

## CAP. VI.

[e] QVicunque ſunt ſub iugo ſerui dominos ſuos omni honore dignos arbitrentur, [f] ne nomen domini & doctrina blaſphemetur. [g] Qui autem fideles habent dominos, non contemnant, quia fratres ſunt: ſed [h] magis ſeruiant, quia fideles ſunt & dilecti: quia beneficij participes ſunt. Hæc [i] doce & exhortare. Si [k] quis aliter docet, & nõ acquieſcit ſanis ſermonibus domini noſtri Ieſu Chriſti, & ei quæ ſecundum pietatem eſt doctrinæ, [l] ſuperbus eſt, nihil ſciens, ſed [m] languens circa

A a *Adoleſcentiores autem viduas deuita.*) Deuita aliis miniſterio diaconatus præponere, ne malum pro bono detur exemplum.

b *Cum enim luxuriatæ fuerint, in Chriſto nubere volunt.*) Cũ ſub eo tempore religionis, abundantiam habuerint, quæ ſæpe ſolet generare luxuriã.

c *Habẽtes damnationem: quia primam fidem irritam fecerunt.*) Quæ ſe viduas promiſerant permanſuras. Hæc regula non ſolum in viduis, ſed in virginibus continentibus, quæ primam fidem irritam fecerunt, intelligenda eſt.

d *Simul autem & otioſe diſcunt circumire domos.*) Diuino minime timore detentę, nec mariti poteſtate ſubiectæ, nullaq; cura domeſticæ occupationis aſſcriptæ.

e *Non ſolum otioſe, ſed & verboſe & curioſe loquentes quæ nõ oportet.*) Dum volũtatis ſuæ cupiũt præbere exemplum.

f *Volo ergo &c.*) Volo quia neceſſe eſt vt tales ante hoc faciant quam illud promittant, inde ſi tranſgreſſæ fuerint, damnationem acquirunt.

B g *Matresfamilias eſſe.*) Matresfamilias dici poſſunt etiã quæ duos habent vel tres ſeruos: hoc dicit ne ex hoc nomine auaritia defendatur.

h *Nullam occaſionem dare aduerſario maledicti gratia.*) Si incontinentes ſunt, vel ne per illas religio blaſphemetur.

i *Iam enim quædam conuerſæ ſunt retro &c.*) Reddit cauſas quare eas nubere velle prædixerit, ne eum putaremus optare: quia quædam promiſſum propoſitũ deo non reddentes fuerant fornicatæ.

k *Si quis fidelis habet viduas ſub &c.*) In domo propria vt parentibus.

C l *Vt his quæ vere viduæ ſunt &c.*) Quæ ſunt omniũ auxilio deſolatæ.

m *Qui bene præſunt presbyteri.*) Qui implent officium ſuum.

n *Duplici honore digni habeãtur.*) Et officij & doctrinæ.

o *Maxime qui laborãt in verbo & doctrina.*) Non dixit omnium qui habent verbũ, ſed qui laborant in verbo. Cæterum omnes habentes præcipit ordinare.

p *Dicit enim ſcriptura. Non infrenabis os boui trituranti &c.*) Vult illis præſtare carnalia a quibus alij ſpiritualia conſequuntur: quia occupati in doctrina, neceſſaria ſibi prouidere non poſſunt.

q *Aduerſus presbyterum accuſationem noli recipere.*) Iniuſtum eſt etiam aduerſus laicum accuſationem recipere, cum hoc nec ſæculares faciant, quanto magis aduerſus domini ſacerdotem?

r *Peccantes coram omnibus argue.*] Si de illis fuerit comprobatum. D

ſ *Vt cæteri timorẽ habeant.*] Videntes te nemini pepercisse.

t *Teſtor coram deo & Chriſto Ieſu &c.*] Obteſtatur illum diuina & cæleſti teſtificatiõne, vt nulla illi res præiudicet ad iſta ſeruanda, nec electi angeli, qui ſacris aſſiſtunt altaribus.

u *Nihil faciẽs in alteram etc.*] Neque in dexteram, neque in ſiniſtram.

x *Manus cito nemini impoſueris.*] Niſi talẽ inueneris qualem dixi.

y *Neque communicaueris etc.*] Cõmunicare eum dicit peccatis, qui non probatus fuerit ordinatus.

z *Teipſum caſtũ cuſtodi.*] Nõ alios cuſtodire præcipit, vt poſſit audenter arguere delinquentes.

a *Noli adhuc &c.*] Ne putaret etiam abſtinentiæ ſe formam infirmis dare debere, maxime cum audierit a magiſtro dicente, omnibus bonum eſſe non bibere vinum. E Rom.14.d
Dat ergo ei conſilium plus doctrinæ cauſam quam abſtinentiæ curet, & ſimul oſtẽdit quas infirmitates creaturarum medicina poſſit ſanare.

b *Quorundam hominum etc.*] Detecti excommunicantur, ſiue plagis præſentibus dãnantur.

c *Quorundam autem & ſubſequuntur.*] In futuro iudicio, ſiue hic diu latere non poſſunt, non ergo debent facile ordinari.

d *Similiter & facta bona manifeſta ſunt & quæ &c.*] Non enim poteſt abſcõdi ciuitas ſupra montem poſita, ſed etiã quæ ad tempus latent, non poſſunt diutius occultari. Matth.5.d

CAP. VI.

e *QVicunque ſunt ſub iugo ſerui dominos ſuos omni honore &c.*] Non ſolum bonos, ſed etiam infideles. F

f *Ne nomen domini & doctrina blaſphemetur.*] Ne videantur per religionem in deterius profeciſſe.

g *Qui autem fideles &c.*] Ne ſibi æqualem contemnant.

h *Sed magis &c.*] Si ſeruiebant infidelibus timore odioſo, quanto magis debent ſeruire fidelibus quorũ charitatis participes eſſe merentur?

i *Hæc doce & exhortare.*] Doce ita debere fieri, exhortare præmium oſtendere deum.

k *Si quis aliter docet, & non acquieſcit ſanis ſermonibus domini noſtri Ieſu Chriſti, & ei quæ ſecundũ pietatem eſt doctrinæ.*] Noui teſtamenti, veteris enim ſeuera doctrina eſt.

l *Superbus eſt nihil ſciens.*] Super alios ſe extollens, cum non ſit deſurſum veniens, quam prædicat ſapientiam.

m *Sed languens circa quæſtiones.*] Nec enim recuſando penitus



circa quæſtiones & [a] pugnas verborum: ex [b] quibus oriuntur inuidiæ, contẽtiones, blaſphemiæ, [c] ſuſpiciones malæ, [d] conflictationes hominum mente corruptorum, & qui a veritate priuati ſunt, [e] exiſtimantium quæſtũ eſſe pietatem. Eſt [f] autem quæſtus magnus pietas cum ſufficiẽtia. Nihil [g] enim intulimus in hunc mundum, haud dubium quia nec auferre quid poſſumus. [h] Hebentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus. Nam [i] qui volunt diuites fieri, [k] incidunt in tentationem & in laqueum diaboli, & [l] deſideria multa & inutilia & nociua, [m] quæ mergunt homines in interitum & perditionem. [n] Radix enim omnium malorum eſt cupiditas, [o] quam quidam appetentes errauerunt a fide, & [p] inſeruerunt ſe doloribus multis. [q] Tu autem o homo dei hæc [r] fuge. [ſ] Sectare vero iuſtitiam, pietatem, fidem, [t] charitatem, [u] patientiam, manſuetudinem. Certa [x] bonum certamen fidei, [y] apprehende [z] vitam æternam, in quam vocatus es, & [a] confeſſus es bonam confeſſionem [b] coram multis teſtibus. [c] Pręcipio tibi coram deo, qui [d] viuificat omnia, & [e] Chriſto Ieſu qui teſtimonium reddidit ſub Pontio Pilato bonam confeſſionem, [f] vt ſerues mandatum ſine [g] macula irreprehẽſibile [h] vſque in aduentũ domini noſtri Ieſu Chriſti, [i] quem ſuis temporibus oſtendet beatus & ſolus potẽs, rex regum, & dominus dominãtium, [k] qui ſolus habet immortalitatẽ, & [l] lucem habitat inacceſſibilem: [m] quem nullus hominum vidit, ſed nec videre poteſt, cui eſt honor & imperium ſempiternum, Amen. [n] Diuitibus huius ſæculi præcipe [o] non ſublime

A nitus fidem, moritur, nec aduerſitatis ſcientia conualeſcit, ſed diuerſis occaſionibus languet.

a *Et pugnas verborum.*] Relicto ſenſu veritatis ambiguitates verborum obſeruant, ſicut Manichæi ex verbo diuerſitatem teſtamentorum.

b *Ex quibus oriuntur &c.*] Quæ generant lites ac blaſphemias in deum pugnãdo ſermonibus.

c *Suſpiciones malæ.*] Siue hęreſim de altero ſuſpicantur, ſiue audientes putant efficere veritatem.

d *Conflictationes hominũ mẽte corruptorum, & qui a veritate priuati ſunt.*) Ab integritate euangelij vel naturæ.

e *Exiſtimantium quæſtum eſſe pietatem.*) Qui putant quęſtus ſui cauſa, nouum veniſſe teſtamentum.

f *Eſt autem quæſtus magnus pietas cum ſufficientia.*) Multum inquirit qui habet pietatem, cum ſufficientia non
B luxuriæ, ſed naturæ eſt. Siue ſicut pietas eſt cultura dei, ita impietas eſt contemptus.

g *Nihil enim intulimus in hũc mundum, haud dubium quia nec auferre quid poſſumus.*) Nudi nati ſumus, nudi etiam morituri. Quicquid hic inuenitur, hic relinquetur, non eſt noſtrum, quod non ſemper noſtrum eſt. Tanquam peregrini ergo ſufficienti vſu contenti ſimus, illas diuitias acquiramus quas nobiſcum ad cæleſtem patriam ferre poſſimus.

h *Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus.*) Superi⁹ dixerat ſufficiẽtiam, quicquid his amplius eſt, diuitiis deputatur.

i *Nam qui volunt diuites fieri.*) Voluntatem diuitiarum definiuit, quæ voluntas & habentibus eſt, & quærentibus.

k *Incidunt in tentationem & in laqueum diaboli.*) Occaſio tentationis eſt & laqueus diaboli, velle habere diuitias.

C l *Et deſideria multa & inutilia & nociua.*) Nunquam ergo diuitiarum deſideria ſatiantur.

m *Quæ mergunt hominem in interitum & perditionem.*) Dũ ambitione bonorum tumentes, ad cælos eleuati, vſque ad inferos demerguntur, ſiue deſiderantes alienas opes, vt Achab, vſque ad homicidij perueniunt factiones. 3.Reg.21.

n *Radix enim omnium malorum eſt cupiditas.*) Quia & fons eſt, & omnium criminum augmentum. Radix exciſos ſemper denſius reparat ramos: euellenda eſt ergo radix, ne rami ſuperflue excidantur.

o *Quam quidam appetentes errauerunt a fide.*) Hoc eſt, receſſerunt a fide promiſſorum dei, dum præſentibus oblectantur.

p *Et inſeruerunt ſe doloribus multis.*) Quanto amplius habuerint, tanto plures ſolicitudinum ſuſtinent cruciatus: vnde & dominus diuitiarum ærumnas circa reliqua concupiſcentiæ verba aſſeruit, ſuffocare.

q *Tu autem homo dei.*) Non diuitiarum homo, ſed dei: nec mammonæ ſeruus, ſed Chriſti, cuius ſunt omnia quę videntur.

r *Hæc fuge.*) Quaſi cauſas perfidiæ, vel dolorum.

ſ *Sectare vero iuſtitiam, pietatem, fidem.*] In his te cupio diuitiis eſſe locupletem. D

t *Charitatem.*] Dei & proximi.

u *Patientiam, manſuetudinem.*] Patientiã ſuſtinendi, manſuetudinem non nocendi.

x *Certa bonum certamẽ fidei.*] Bonũ certamen eſt, non pro rebus ſæculi, ſed vſque ad mortem pro fidei veritate certare, ſicut ſcriptum eſt. In iuſtitia agonizare pro anima tua, & vſque ad mortem certa pro iuſtitia. Siue vt illi ſtudent in diuitiis omnia vincere, ita & tu in fide.

y *Apprehende.*] Quomodo ego comprehendi.

z *Vitam æternam in quam vocatus es.*] Vt illi gerere cupiũt temporalem.

a *Et confeſſus es bonam confeſſionem*] In baptiſmo abrenunciando ſæculo & pompis eius.

b *Coram multis teſtibus.*] Sacerdotibus vel miniſtris virtutibuſque cæleſtibus.

c *Præcipio tibi coram deo.*] Præcepit auctoritate magiſtri. E

d *Qui viuificat omnia.*] Omnia quæ viuunt etiam ſi areſiant, per eius potentiam reuiuiſcunt.

e *In Chriſto Ieſu qui teſtimonium reddidit ſub Pontio Pilato bonam confeſſionem.*] Dicens ad Pilatum. Ego ad hoc veni in hunc mundum vt teſtimonium perhiberem veritati, ſcilicet pro ea etiã moriendo. Ioan.18.d

f *Vt ſerues mandatum.*] Sicut ille vſque ad mortem.

g *Sine macula irreprehenſibile.*] Maculat quodammodo & reprehendi facit mandata, qui peccat.

h *Vſque in aduentum domini noſtri Ieſu Chriſti.*] Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. F

i *Quem ſuis temporibus oſtendet beatus & ſolus potens, rex regũ & dominus dominantium.*] Quando voluerit qui hoc ſolũ poteſt deus.

k *Qui ſolus habet immortalitatem.*] Ille ſolus proprie habet, qui angelis & hominibus dedit habere. Nos autem nec ſoli nec nobis habemus vt ille. Hoc contra Manichæos qui mali naturam putant immortalem atque perpetuam.

l *Et lucem habitat inacceſſibilem.*] Omni creaturæ. Nemo enim nouit patrem niſi filius, neque filium niſi pater, & ſpiritus ſanctus: vtrumque etiam ſcrutatur profunda dei. Matth.11.d

m *Quem nullus hominum vidit, ſed nec videre poteſt, cui eſt honor & imperium ſempiternum.*] Nemo nouit, ſed vnuſquiſque pro merito intelligit. Nam & ſolem tanto amplius vident ſinguli, quanto purius fuerit acies oculorum.

n *Diuitibus huius ſæculi præcipe.*] Sunt & alterius ſæculi diuites, qui emunt ſibi aurum ignitum a deo, & qui habent aurum in cælo, necnon qui proferunt noua & vetera.

p *Non ſublime ſapere.*] In primis principalem eorum tetigit morbum. Difficile diuitem inuenies non ſuperbum,

ſublime ſapere, [a] neque ſperare in [b] incerto diuitiarum,ſed in [c] deo viuo, [d] qui pręſtat nobis omnia abunde ad [e] fruendum bene [f] agere:diuites fieri in operibus bonis, facile [g] tribuere,communicare, theſaurizare [h] ſibi fundamentum bonum in futurum: [i] vt apprehendant veram vitam. O Timothee [k] depoſitum cuſtodi, [l] deuitãs prophanas vocum nouitates & [m] oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ,quam quidam promittentes, circa fidem exciderunt. [n] Gratia tecum. Amen.

A qui pauperes vel parentes agnoſcat, & qui non grauiter ferat minime ſibi ab inferiore honorem deferri.

a *Neque ſperare.*] Non ſperando vileſcunt, & cum ſpernuntur,eroganţur.

b *In incerto diuitiarum.*) De quibus incertum eſt vtrum illæ tibi an tu illis celerius ſubtraharis, multis enim cũ vita ſublatæ ſunt. Aliis propriis eas auferri oculis viderunt: nonnulli etiam inuiti extraneis reliquerunt.

c *Sed in deo viuo.*) Cuius ſunt omnia.

d *Qui præſtat nobis omnia abunde.*) Qui ideo abũde pręſtat vt viuamus, etiam aliis largientes, non vt grandi labore deſtruentes, maiora horrea faciamus.

e *Ad fruendum.*) Non ad occultandum vel negotiandum.

f *Bene agere, diuites fieri in operibus bonis.*) Non in auro & argento.

g *Facile tribuere, communicare.*) Qui facile tribuit,cito diues eſſe ceſſabit. Tribuere, donare eſt: communicare vero, multum dare. D

Luc. 19. d

h *Theſauri*Z*are ſibi fundamentum bonum in futurum.*) Vade vende omnia quæ habes & da pauperibus, & habebis theſaurum in cælo, & veni ſequere me: quod perfectionis eſt fundamentum.

i *Apprehende veram vitam.*) Hæc enim non eſt vera vita, quæ in ſuo non permanet ſtatu. Vanitas enim ſub ſole dicit Eccleſiaſtes.

Eccleſ. 1.

k *O Timothee depoſitum cuſtodi.*) Commendatum a nobis ſeruandum tibi fidei depoſitum cuſtodi.

l *Deuitans prophanas vocum &c.*) Quod a me non audiſti, nec ab angelo ſi dicatur, libenter admittas.

m *Et oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ, quam quidam promittentes, &c.*) Artis dialecticæ, per quas ſibi infinitam rerum ſcientiam hæretici promittunt, & ideo a fidei veritate cadunt.

n *Gratia tecum.*) Permaneat in æternum.

*Commentariorum in primam epiſtolam ad Timotheum, finis.*

B

# COMMENTARII IN EPISTOLAM SECVNDAM AD TIMOTHEVM.

E

## CAP. I.

## IN EPISTOLAM SECVNDAM AD TIMOTHEVM.

### CAP. I.

[a] PAulus apoſtolus Ieſu Chriſti, per volũtatem dei ſecundũ [b] promiſſionem vitæ quę eſt in Chriſto Ieſu, [c] Timotheo chariſſimo filio: Gratia [d] & miſericordia & pax a deo patre & Chriſto Ieſu domino noſtro. Gratias [e] ago deo meo: cui [f] ſeruio a progenitorib⁹ meis in conſcientia pura, quod [g] ſine intermiſſione habeam tui memoriam in orationibus meis, nocte ac die deſiderans te videre. Memor [h] lacrymarum tuarum, vt gaudio implear, recordationem [i] accipiens eius fidei quæ eſt in te nõ ficta, quæ & habitauit primum in auia tua Loide, & matre [k] tua Eunice: certus [l] ſum autem quod in te. Propter quam cauſam admoneo te, vt reſuſcites [m] gratiam dei, quæ [n] eſt in te per impoſitionem manuum mearum. Non [o] enim dedit nobis deus ſpiritum timoris, ſed virtutis & dilectionis [p] & ſobrietatis. [q] Noli itaque erubeſcere teſtimonium domini noſtri: neque me vinctum eius, ſed collabora [r] euangelio [ſ] ſecundum virtutẽ dei, qui [t] nos liberauit & vocauit vocatione ſua ſancta: non ſecundum

a *PAulus apoſtolus Ieſu Chriſti, per voluntatẽ Dei.*] Non meis meritis, ſiue a Chriſto miſſus, nõ ſine dei voluntate.

b *Secundum promiſſionem vitæ quæ eſt in Chriſto Ieſu.*] Condignum exhibens promiſſione ſeruitium.

c *Timotheo chariſſimo filio.*] Chariſſimo id eſt, cæteris chariori.

d *Gratia & miſericordia & pax a deo patre & Chriſto Ieſu domino noſtro.*] Talis eſt ſalutatio Pauli, vt in ea omnia patris & Chriſti beneficia memorentur.

e *Gratias ago deo meo.*] Deo qui nos talem in alterutrum docuit charitatem.

f *Cui ſeruio a progenitoribus in conſcientia pura.*] Omnis origo mea coluit vnum Chriſtum: non maliuolentia, ſed legis æmulatione vaſtabam. C

g *Quod ſine intermiſſione habeam tui memoriam in orationibus meis, nocte ac die deſiderans te videre.*] Et charitatem oſtendit, & iugiter orãdi prębet exemplum.

h *Memor lacrymarum tuarũ, vt gaudio implear.*] Quas pro me abunde profudiſti, vt & me ad triſtitiã prouocares: quas tua adopto præſentia releuari.

i *Recordationem accipiens eius fidei quæ eſt in te non ficta: quæ habitauit primum in auia tua Loide.*] Quæ vere te eſſe in operibus comprobat: ſicut Iacobus definiuit, & quæ ad te ex auiæ ſucceſſionis inſtitutione, quaſi hæreditario iure deſcendit.

Iac. 2. d

k *Et matre tua Eunice.*] Quia prior credidit.

l *Certus ſum autem quod in te. Propter quam cauſam admoneo te.*] Quia comprobaui fidem tuam, commoneri indiges, non doceri.

m *Vt reſuſcites gratiam dei.*] Quaſi tribulationibus dormitantem.

n *Quæ eſt in te per impoſitionem manuum mearum.*] Ad epiſcoparum ſcilicet.

o *Non enim dedit nobis deus ſpiritum timoris, ſed virtutis.*] Contemnendi pœnas. Illi merito humana ſupplicia videntur formidare qui peccant, vt alibi dicit: Si autem malefeceris, time.

Rom. 13. e.

p *Et dilectionis & ſobrietatis.*] Siue pro domino, ſiue pro alterutro. Libenter etiam moriamur, vt omnia ſobria mente faciamus. F

q *Noli itaque erubeſcere teſtimonium domini noſtri, neque me vinctum eius.*] Quia nihil cõfuſione dignum Chriſtus exercuit: ſed nec ego quẽ noſti, ob aliquod crimen, ſed propter deum hæc omnia quæ patior ſuſtineo.

r *Sed collabora euãgelio.*] Tua conuerſatione, ſiue doctrina.

ſ *Secundum virtutẽ dei.*] Quę ſua cauſa adiuuat laborãtes.

t *Qui nos liberauit & vocauit vocatione ſua ſancta.*] Scilicet a peccatis.

a Non



[a] ſecundum opera noſtra, ſed ſecundum propoſitum ſuum & gratiam quæ data eſt nobis in Chriſto Ieſu [b] ante tempora ſæcularia. Manifeſtata [c] eſt autem nunc per [d] illuminationẽ ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, [e] qui deſtruxit quidem mortem: illuminauit autem vitã & incorruptionem per [f] euangelium: in [g] quo poſitus ſum ego prædicator & apoſtolus & magiſter gentium. Ob [h] quam cauſam etiam hæc patior: ſed [i] non confundor. [k] Scio enim cui credidi & certus ſum, quia potens eſt [l] depoſitum meum ſeruare in illum diem. [m] Formam habe ſanorum verborum, quæ a me audiſti in fide & in dilectione in Chriſto Ieſu. [n] Bonum depoſitum cuſtodi per ſpiritũ ſanctum qui habitat in nobis. Scis [o] enim hoc quod auerſi ſunt a me omnes qui in Aſia ſunt: ex quibus eſt Phygelus & Hermogenes. [p] Det miſericordiam dominus Oneſiphori domui: quia ſæpe me refrigerauit, & catenam meam non erubuit: ſed [q] cum Romam veniſſet, ſolicite me quæſiuit & inuenit. Det illi dominus inuenire miſericordiã a domino in illa die. Et quãta Epheſi miniſtrauit mihi, tu meli⁹ noſti.

### CAP. II.

[r] TV ergo fili mi confortare in gratia quæ eſt in Chriſto Ieſu: & quæ audiſti a me per multos teſtes, hæc [ſ] commenda fidelibus hominibus, [t] qui idonei erũt & alios docere. [u] Labora ſicut bonus miles Chriſti Ieſu. [x] Nemo militans deo, implicat ſe negotiis ſęcularibus, vt ei placeat cui ſe probauit. [y] Nam & qui certat in agone, non coronabitur niſi legitime certauerit. [z] Laborantem agricolam oportet primum de fructibus accipere. [a] Intellige quę dico. Dabit enim tibi dominus in omnibus intellectum. [b] Memor eſto dominũ Ieſum Chriſtum reſurrexiſſe a mortuis ex ſemine Dauid ſecundum [c] euangelium meum, in [d] quo laboro vſq; ad vincula quaſi male operans: ſed [e] verbum dei non eſt alligatum. [f] Ideo omnia ſuſtineo propter electos, [g] vt & ipſi ſalutem conſequantur, quæ eſt in Chriſto Ieſu

A a *Non ſecundum opera noſtra, ſed ſecũdum propoſitum ſuum & gratiam, quæ data eſt nobis in Chriſto Ieſu.*] Quo propoſuit nos gratis ſaluare per Chriſtum.

b *Ante tempora ſæcularia.*] Quantum ad præſcientiam dei, ante ſæcula iam donauit. Nam homines ſolent filiis parare prædia, priuſquam naſcantur.

c *Manifeſtata eſt autem nunc.*] Quæ ante latebat.

d *Per illuminationem ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti.*] Verbis ſcilicet & exemplis.

e *Qui deſtruxit quidem mortẽ, illuminauit autem vitam & incorruptionem.*] Doctrina ſua & conuerſatione deſtruxit peccata, quæ mortẽ hominis generabant, & oſtendit quomodo vita & incorruptio quæratur.

f *Per euangelium.*) Volentes docuit, non coegit inuitos.

g *In quo poſitus ſum ego prædicator & apoſtolus & magiſter gentium.*) Ad comparationẽ aliorum poſſunt dici magiſtri. Ad comparationem nemo magiſter verus. B

h *Ob quam cauſam hæc patior.*) Non ob aliquod crimen, ſicuti nos pati Petrus hortatur dicens. Nemo veſtrum patiatur quaſi homicida: ſi autem vt Chriſtianus, non erubeſcat.

1. Petr. 4. d

i *Sed non confundor.*) Hic nõ erubeſcit in catenis, cũ nos in ſolis opprobriis confundimur.

k *Scio enim cui credidi, & certus ſum, quia potens eſt.*) Scio enim eum fidelem & potentem.

l *Depoſitum meum ſeruare in illum diem.*) Apud me ipſe quod depoſuit, cõſeruabit: ſiue quod ego apud illum commendo, reſtituet in futuro.

m *Formam habe ſanorum verborum quæ a me audiſti in fide & in dilectione in Chriſto Ieſu.*) C Secundum meam formam vide & doce, quã a me breuiter accepiſti, quomodo integre credere & alterutrum diligere debeamus.

n *Bonum depoſitum cuſtodi per ſpiritum ſanctum qui habitat in nobis.*] Quod apud te per ſpiritum ſanctum commendaui, adiutorio eius depoſitum cuſtodi.

o *Scis enim hoc quod auerſi ſunt a me omnes qui in Aſia ſunt, ex quibus eſt Phygelus & Hermogenes.*] Idcirco te commoneo, quia quos non putabam, me dereliquerunt.

p *Det miſericordiam dominus Oneſiphori domui, quia ſæpe me refrigerauit, & catenam meam non erubuit.*] Vituperat deſertores, & laudat permanentes, vt deterreat ab imitatione mala, & ad exemplum prouocet bonum.

q *Sed cum Romam veniſſet, ſolicite me quæſiuit, & inuenit. Det illi dominus inuenire miſericordiam &c.*] Idcirco inuenit, quia ſolicite quæſiuit vnde & oſtenditur: quia idcirco non omnes quærentes inueniunt, quia negligenter inquirunt.

D r *TV ergo fili mi confortare in gratia quæ eſt in Chriſto Ieſu: &c.*] Siue præſentibus multis, tibi dedi mandata qualiter docere debeas, ſiue quæ dixi multis prophetarũ exemplis & teſtimoniis confirmaui.

ſ *Hæc commenda fidelibus hominibus.*] Qui fideliter poſſunt gratiam dei diſpenſare, hoc eſt ſolius dei cauſa prædicare.

t *Qui idonei erunt & alios docere.*] Non ſolum ipſi facere, ſed & alios erudire.

u *Labora ſicut bonus miles Chriſti Ieſu.*] Ideo milites dicimur, quia hoſtes habemus, contra quos laborioſe debemus dimicare.

x *Nemo militans deo, implicat ſe negotiis ſæcularibus, vt ei placeat cui ſe probauit.*] Comparatione militantium vtitur, vt oſtẽdat multo magis nos a negotiis ſęcularib⁹ liberos eſſe debere vt Chriſto placeamus, cum etiam ſæculi milites a reliquis actibus vacent, vt poſſint imperatori ſuo placere perfecte. E

y *Nam & qui certat in agone, non coronabitur niſi legitime certauerit.*] Alia comparatione idipſum dicit. Multi enim certãt, ſed ille ſolus quia tota virtute vicerit, coronatur.

z *Laborantem agricolam oportet primum de fructibus accipere.*] Ne diceret: vnde ergo victurus ſum, ſi me totum occupauero in doctrina: oſtendit eum primitias fructuum a populo debere accipere, præter mercedem quam a domino accipiet in futuro.

a *Intellige quæ dico, dabit enim tibi dominus in omnibus intellectum.*] Eorum quæ propter quærẽtes occaſionem, comparationis velamine fuerant obumbrata.

b *Memor eſto dominum Ieſum Chriſtum reſurrexiſſe a mortuis ex ſemine Dauid.*] Hoc contra illos qui carnis reſurrectionem negant, conſequẽter etiam Chriſti negabant: ſed & aduerſus illos qui negant Chriſtum in carne veniſſe, quos Ioãnes antichriſtos appellat. F

c *Secundum euangelium meum.*] Secundum quod me prędicare non neſcitis.

d *In quo laboro vſque ad vincula quaſi male operans.*] Non tamen male.

e *Sed verbum dei non eſt alligatum.*] Quia & præſentes fiducialiter doceo, & literis abſentes confirmare non ceſſo.

f *Ideo omnia ſuſtineo propter electos.*] Ideo tribuni auxiliũ petiui, ac poſtea Cæſarẽ appellaui, vt per me confirmentur, cum has paſſiones potuerim moriendo finire.

g *Vt & ipſi ſalutem conſequamur, quæ eſt in Chriſto Ieſu cum gloria cæleſti.*] Quæ ſalus in Chriſto, eſt non nuda, ſed gloria veſtita: nec terrena gloria, ſed cæleſtis.

Ieſu cum gloria cæleſti. [a] Fidelis ſermo: nam ſi commortui ſumus, & conuiuemus: ſi [b] ſuſtinemus, & conregnabimus: ſi [c] negauerimus, & ille negabit nos: ſi non credimus, ille fidelis permanet, negare ſeipſum non poteſt. [d] Hæc commone teſtificans coram deo. [e] Noli contendere verbis, ad nihil enim vtile eſt, niſi ad ſubuerſionem audientium. [f] Solicite autem cura teipſum probabilem exhibere deo, [g] operarium inconfuſibilem, [h] recte tractantem verbum veritatis. [i] Prophana autem & vaniloquia deuita. Multum enim proficiũt ad impietatem, [k] ſermo eorum vt cãcer ſerpit. [l] Ex quibus eſt Hymenæus & Philetus, qui a veritate exciderunt, [m] dicentes reſurrectionem iam factam, & ſubuerterunt quorundam fidẽ. Sed [n] firmum fundamentum dei ſtat, habens ſignaculum hoc. [o] Cognouit dominus qui ſunt eius, & diſcedat ab iniquitate omnis qui inuocat nomen domini. In [p] magna autem domo, non [q] ſolum ſunt vaſa aurea & argentea, ſed & [r] lignea & fictilia: & [ſ] quædam quidem in honorem, quædam autem in contumeliam. Si quis ergo ſe emundauerit ab iſtis, erit vas in honorem ſanctificatũ, & vtile domino ad omne opus bonum paratum. [t] Iuuenilia autem deſideria fuge, ſectare [u] vero iuſtitiam, fidem, ſpem, charitatem, & [x] pacem [y] cũ his qui inuocant dominum de corde puro. [z] Stultas autem & ſine diſciplina quæſtiones deuita, ſciens quia generant lites. [a] Seruum autem domini non oportet litigare, ſed [b] mãſuetum eſſe ad omnes, [c] docibilẽ, patientem, cum modeſtia corripientem eos qui reſiſtunt veritati, [d] ne quando det illis deus pænitentiã ad cognoſcendam veritatem, & reſipiſcant a diaboli laqueis, a quo captiui tenentur ad ipſius voluntatem.

## CAP. III.

[e] HOc autem ſcito, quia in nouiſſimis diebus inſtabunt tempora periculoſa, & [f] erunt homines ſeipſos amantes, [g] cupidi,

a *Fidelis ſermo, nam ſi commortui ſumus, & conuiuemus.*] Veritatis ratione ſubnixus. Si enim a vitiis & voluptatibus ſumus commortui Chriſto, viuemus cum illo. Alioquin quomodo ſperare poterimus hoc?

b *Si ſuſtinemus & conregnabimus.*] Si ſuſtinuerimus cum neceſſe fuerit quod ille ſuſtinuit, tunc demum regnare poterimus ſimul.

c *Si negauerimus, & ille negabit nos: ſi non credimus, ille fidelis permanet, negare ſeipſum non poteſt.*] Siue credamus ſiue non credamus, nõ aliud poteſt exhibere ſingulis quam promiſit. Quia veritas contra ſe non faciet, ne ſe negare videatur.

d *Hæc commone teſtificans coram deo.*] Sub teſtificatione dei conſtringe.

e *Noli contendere verbis.*] Sine teſtimoniis ſcripturarum huiuſmodi etiam contentio non ædificat, ſed deſtruxit audientes: putant enim omnia acumine & ſubtilitate ſubſiſtere. Siue noli verbis vincere, ſed factis.

f *Solicite autem cura teipſum probabilem exhibere deo.*] Ante omnia hoc labora, vt talem te apud deum exhibeas, quo merito poſſit tibi populus obaudire.

g *Operarium inconfuſibilem.*] Ita viue ne dicta factis deficientibus erubeſcant.

h *Recte tractantem verbum veritatis.*] Ille recte tractat, qui exemplis ſua dicta confirmat. Ornamentum enim vitæ, doctrina: firmamentum verbi, opus.

i *Prophana autem & vaniloquia deuita, multum enim proficiunt ad impietatem.*] Irreligioſas hæreticorum fabulas qui negant reſurrectionem, per quas vtique iudicis timore ſublato, ad omnẽ impietatem & ad cuncta crimina peruenitur.

k *Et ſermo eorum vt cancer ſerpit.*] Cancer dicitur vulnus quod in mamillis naſcitur feminarũ, cui niſi cito ſubuentum fuerit, cum virus ad cor ſerpẽdo peruenerit, nullum remediũ eſt. Ita & hæreticorum ſunt vitanda colloquia, ne per aures irremediabiliter vulnerent mentes.

l *Ex quibus eſt Hymenæus & Philetus qui a veritate exciderunt.*] Nomina ſignat, vt nouerit quos debeat præcauere.

m *Dicentes reſurrectionem iam factam, & ſubuertunt quorundam fidem.*] In filiis, ſiue oſſa viuificata in Ezechiele Iſraelis interpretabantur de captiuitate collecta quaſi reſurrexiſſe.

n *Sed firmum fundamentum dei ſtat, habens ſignaculum hoc.*] In quorum corde fides Chriſti erat fundata, non ſunt ſeducti vel moti: & hoc quia dei eſſent habentes iudicium, ſicut Moyſi tempore fuit in quo Dathan & Abiron ſubuerſi ſunt, non ſimul cum impiis perierunt, deo illos eſſe optimos cognoſcente, vt in Numeri ſcriptum eſt libro. *Num.16.c*

o *Cognouit dominus qui ſunt eius, & diſcedit ab iniquitate omnis qui inuocat nomen domini.*] Vt Sion ſimul pereat cum iniquis.

p *In magna autem domo.*] Magnam domum, non eccleſiã dicit, vt quidam putant, quæ non habet maculam neque rugam, ſed mundum. Vnde ait Hieremias. O Iſrael quam magna eſt domus domini &c. *Baruch.3.c* In qua ſunt zizania mixta cum tritico: nam reſurrectionem negantes, in eccleſia eſſe non poſſunt.

q *Non ſolum ſunt vaſa aurea et argẽtea.*] Pretioſa & fortia.

r *Sed & lignea & fictilia.*] Infirma.

ſ *Et quædam quidam in honorem, quædam autem in contumeliam: ſi quis ergo ſe emundauerit ab iſtis, erit vas in honorem ſanctificatum, & vtile domino ad omne opus bonum paratum.*] Si quis ſe a doctoribus hæreticis mũdauerit, & crediderit in reſurrectionem futuram, iudiciũ dei per omne opus bonum implere ſtudet.

t *Iuuenilia autem deſideria fuge.*] Quia hi ex ſenioribus eſſe non poſſunt, ſi hæc agant quæ grauitati non conueniunt Chriſtianæ, & a iuuenibus vincuntur ſi habeant leuitatem.

u *Sectare vero iuſtitiam, fidem, ſpem, charitatem.*] Hic fidem integritatem dicit.

x *Et pacem.*] Illam pacem, quæ religioni debetur.

y *Cum his qui inuocant dominum de corde puro.*] Beati mũdo corde, de quibus dicitur: quid me vocatis deũ, & non facitis quæ dico?

z *Stultas autem & ſine diſciplina quæſtiones deuita, ſciẽs quia generant lites.*] Stultæ omnes & ſine diſciplina legis ſunt quæſtiones.

a *Seruum autem domini non oportet litigare.*) Seruus eſt Chriſti, qui nõ clamauit neque contendit, neque audiuit quiſquam vocẽ eius, ſecundum quod Doeg propheta prædixit.

b *Sed manſuetum eſſe ad omnes.*) Non ſolum ad amicos.

c *Docibilem, patientem, cum modeſtia corripientem eos qui reſiſtunt veritati.*) Omnes ſemper docere patienter, non in furore, ſed cum modeſtia.

d *Ne quando det illis deus pænitentiam ad cognoſcendam veritatem, & reſipiſcãt a diaboli laqueis, a quo captiui tenentur ad ipſius voluntatem.*) Non de dei bonitate dubitat, ſed de accipiẽtium prauitate. Det illis deus perpetuam, mitem, blandamque correptionem, vt accepta ratione reſipiſcant. Simul & contra Nouatianos pænitẽtiæ negatores, qui hæreticos conuerſos veniã non poſſe conſequi perhibent.

CAP. III.

e *HOc autem ſcito quia in nouiſsimis diebus inſtabunt tempora periculoſa.*) Non ſit tibi mirum quod quotidie peiora veniunt.

f *Et erunt homines ſeipſos amantes.*) Non dei gloriam, ſed ſua quærentes.

g *Cupidi, elati.*) Auri & in auaritia iactabundi.

a *Superbi,*



elati, [a] ſuperbi, blaſphemi, [b] parentibus non obedientes, ingrati, ſceleſti, ſine affectione, ſine [c] pace, criminatores, [d] incontinentes, immites, ſine benignitate, [e] proditores, [f] proterui, tumidi & voluptatum amatores magis quam dei. [g] Habentes ſpeciem quidem pietatis, [h] virtutem autẽ eius abnegantes. Et [i] hos deuita. Ex his [k] enim ſunt qui penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, [l] quæ ducuntur variis deſideriis, ſemper [m] diſcentes & nunquam ad ſcientiam veritatis peruenientes. [n] Quemadmodum autem Iamnes & Iambres reſtiterunt Moyſi, ita & hi reſiſtunt veritati: [o] homines corrupti mente, reprobi circa fidem, ſed [p] vltra non proficient. Inſipientia [q] enim eorum manifeſta erit omnibus, ſicut & illorum fuit. [r] Tu autem aſſecutus es meam doctrinam, inſtitutionem, propoſitum, fidem, longanimitatem, dilectionem, patientiam, [ſ] perſecutiones, paſſiones, qualia mihi facta ſunt Antiochiæ, Iconij, Lyſtris: quales perſecutiones ſuſtinui, & ex [t] omnibus eripuit me dominus. Et omnes [u] qui pie volunt viuere in Chriſto Ieſu perſecutionem patientur. [x] Mali autem homines & ſeductores proficient in peius, errantes & in errorem mittentes. [y] Tu vero permane in his quæ didiciſti, & [z] credita ſunt tibi, [a] ſciẽs a quo didiceris. Et quia ab infantia ſacras litteras noſti, [b] quæ te poſſunt inſtruere ad ſalutem per fidem quæ eſt in Chriſto Ieſu. Omnis [c] enim ſcriptura diuinitus inſpirata, vtilis eſt ad docendum, ad arguẽdum, ad corripiendum, ad erudiendum in iuſtitia, vt perfectus ſit homo dei ad omne opus bonum inſtructus.

## CAP. IIII.

[d] TEſtificor coram deo & Chriſto Ieſu qui iudicaturus eſt viuos & mortuos: & per aduentum ipſius & regnum eius, prædica [e] verbum, inſta opportune importune: [f] argue, obſecra, increpa in omni patientia & doctrina. Erit [g] enim tempus cum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, ſed [h] ad ſua deſideria coaceruabunt ſibi magiſtros [i] prurientes auribus: & a [k] veritate quidem auditum auertẽt: ad fabulas autem conuertentur. [l] Tu vero vigila,

a *Superbi, blaſphemi.*] Cum nolint diſcere, doctrinam vſurpant.

b *Parentibus non obedientes, ingrati, ſceleſti, ſine affectione.*] Veteribus ſcilicet doctoribus, qui eos per euangelium genuerunt.

c *Sine pace, criminatores.*) Pacis ſanctorum.

d *Incontinentes, immites, ſine benignitate.*] In omnibus vitiis.

e *Proditores.*] Inuicem occupantes.

f *Proterui, tumidi &c.*] Solicitudo indicium eſt abundantioris amatoris: qui enim ſæculi voluptates quam domini præcepta libentius audit aut loquitur, talis eſt.

g *Habentes ſpeciem quidem pietatis.*] In habitu vel doctrina.

h *Virtutem autem eius abnegantes.*] Ipſam rem operibus abnegantes.

i *Et hos deuita.*] Ne corrũpant mores bonos, colloquia praua.

k *Ex his enim ſunt qui penetrant &c.*] Illas capiunt quæ ſunt oneratæ peccatis, impunitatem illis ac veniam promittentes, ſiue infirmas mentes quæ feminis comparantur.

l *Quæ ducuntur variis deſideriis.*] Noua ſemper diſcere cupientes.

m *Semper diſcentes, & nunquam ad ſcientiam veritatis perueniunt.*] Quia nihil definitum tenent, quiſque traditiones vult tenere diuerſas, non probatas. Ab vno enim dicta ab alio deſtruuntur.

n *Quemadmodum autem Iamnes & Iambres reſtiterunt Moyſi, ita & hi reſiſtunt veritati.*] Sicut illi per Magicæ artis præſtigias, ita & iſti per argumentorum fallaciam. Simulque oſtendit Moyſi veritatis fuiſſe doctorem aduerſus obtrectatores veteris teſtamenti.

o *Homines corrupti &c.*] Tam moribus corrupti quam circa fidem reprobi.

p *Sed vltra non proficient.*] De omnibus hæreticis dicit, ſed de his quos tũc cito nouerat in ſpiritu deſtruendos. Ceterum ipſe inferius quoſdam in peius profeciſſe prædixit.

q *Inſipientia enim eorum manifeſta &c.*] Confeſſi ſunt, ſed digito ſuperato.

r *Tu autem aſſecutus es meam doctrinam &c.*] Plus tibi crede de me quam illis, ſiue idcirco tibi non timeo, quia ſcio te doctrinam & virtutem meam optime cognouiſſe.

ſ *Perſecutiones, paſsiones, qualia mihi &c.*] Ex his potuiſti cognoſcere, me nihil propter homines facere, qui tanta ſum paſſus.

t *Et ex omnibus eripuit me dominus.*] Ita & te de omnibus eripiet, ſi ſequaris.

u *Et omnes qui pie volunt viuere in Chriſto Ieſu, perſecutionem &c.*] Non ſolum ego, ſed & omnes qui non occidunt animas in adulando. Timendum ergo nobis eſt, ne non pie viuamus, qui nihil patimur propter deum.

x *Mali autem homines & ſeductores proficient in peius, errantes & in errorem mittentes.*] Hoc de adulatoribus dicit, qui dum a ſtultis hominibus diliguntur magis decepti decipiunt, ſiue de hæreticis accipiendum.

y *Tu vero permane in his quæ didiciſti.*] Nolo iſta te terreant vel ſeducant.

z *Et credita ſunt tibi.*] A deo per nos.

a *Sciens a quo didiceris, & qui ab infantia ſacras literas noſti.*] Siue a vero apoſtolo, ſiue per legem a deo.

b *Quæ te poſſunt inſtruere ad ſalutem &c.*] Sine fide enim Chriſti, iam non ſufficiunt ad ſalutem.

c *Omnis enim ſcriptura diuinitus inſpirata vtilis eſt ad docẽdum &c.*] Ideo data eſt legis inſtructio, vt eius conſilio cuncta facientes, iuſte iuſta faciamus.

CAP. IIII.

d *TEſtificor corã deo & Chriſto Ieſu qui iudicaturus eſt viuos & mortuos &c.*] Conteſtatur illum per vniuerſa quæ credit religio Chriſtiana, vt verbum dei inſtanter annuntiet. Qui iudicaturus eſt viuos & mortuos. Quia viuos inueniet, mortuos ſuſcitabit.

e *Prædica verbum, inſta opportune, importune.*] Opportunum eſt libenter audire. Importunum eſt inuito prædicare.

f *Argue, obſecra, increpa in omni patientia & doctrina.*] Argue peccantes, cõteſtare ne peccent. Increpa reſiſtentes: ſed hæc omnia cum patientia & ſecundum doctrinam.

g *Erit tempus cum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt.*] Veram & perfectam, ſicut Iſrael audire noluit prophetas.

h *Sed ad ſua deſideria coaceruabunt &c.*] Tales magiſtros inquirẽt, qui ea dicunt quæ ipſi audire deſiderant, vt ſecuri delinquant.

i *Pruriẽtes aurib.*] Qui delectare deſiderãt, nõ cõpungere.

k *Et a veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autẽ cõuertentur.*] A veritate legis quæ vitia damnat: ad rationes humanas, quæ deum vt piũ non vindicaturũ eſſe cõcinnat.

l *Tu vero vigila, in omnibus labora.*] Quæ ad vtilitatẽ pertinent audientium.

gila, in omnibus labora, [a] opus fac euangeliſtæ, [b] miniſterium tuum imple, ſobrius eſto. Ego [c] enim iam delibor, & tempus reſolutionis meæ inſtat. [d] Bonum certamen certaui: curſum conſummaui, [e] fidem ſeruaui. In [f] reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi dominus in illa die iuſtus iudex. [g] Non ſolum autem mihi, ſed & his [h] qui diligunt aduentum eius. [i] Feſtina ad me venire cito. Demas enim me dereliquit diligens hoc ſæculum, & abiit Theſſalonicam. [k] Creſcens in Galatiam, Titus in Dalmatiam, Lucas eſt mecum ſolus. [l] Marcum aſſume & adhuc tecum: eſt enim mihi vtilis in miniſterio. Tychicum autem miſi Epheſum. [m] Penulam quam reliqui Troade apud Carpum veniēs affer tecum & libros, maxime autem & membranas. [n] Alexander ærarius multa mala mihi oſtendit, reddet illi dominus ſecūdum opera eius, quem [o] & tu deuita. [p] Valde enim reſtitit verbis noſtris. In prima [q] mea defenſione nemo mihi affuit, ſed omnes me dereliquerunt, non illis imputetur. [r] Dominus autem mihi aſtitit & confortauit me, [ſ] vt per me prędicatio impleatur, & audiant omnes gentes, & [t] liberatus ſum de ore leonis. [u] Liberauit me dominus ab omni opere malo, & [x] ſaluum faciet in regnum ſuum cæleſte: [y] cui gloria in ſæcula ſæculorum, Amen. Saluta Priſcum & Aquilā & Oneſiphori domum. Eraſtus remanſit Corinthi. [z] Trophimum autem reliqui infirmū Mileti. Feſtina ante hyemem venire. Salutant te Eubulus & Pudens & Linus & Claudia & fratres omnes. [a] Dominus Ieſus Chriſtus cū ſpiritu tuo. Gratia vobiſcum, Amen.

A a *Opus fac euangeliſtæ.*] Verbum tuum, operibus conformetur.

b *Miniſterium imple &c.*] Epiſcopatus ſcilicet. Nō enim ſemper ero in corpore vt valeam commonere.

c *Ego enim iam delibor, & tēpus reſolutionis meæ inſtat.*] Mortem ſuā, ſacrificiū deo futurū dixit, vt eum ad martyrium prouocet.

d *Bonū certamen certaui &c.*] Modo iam confidenter hoc dicit, in extremo vitæ limite conſtitutus, comparatione autem vtitur in agone certantium.

e *Fidē ſeruaui.*] Fidem ſuſcepti officij in finem vſque ſeruaui.

f *In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi dominus in die illa iuſtus iudex.*] Qui nouit me vſque

B ad mortem pro iuſtitia dimicaſſe.

g *Non ſolum autem mihi.*] Quia non perſonis debetur meritum, ſed labori.

h *Sed & his qui diligunt aduentum eius.*] Qui gaudent adueniſſe Chriſtum & iuſtitiam docuiſſe. Siue qui ſic agunt vt aduentum domini libenter expectent

i *Feſtina ad me venire cito. Demas me dereliquit diligens hoc ſæculū, & abiit &c.*] Neceſſe erat vt diligens ſæculū, non amātem ſæculum relinqueret. Omne enim animal ad ſibi ſimile coniungitur.

k *Creſcens in Galatiam, Titus in Dalmatiam, Lucas eſt mecum ſolus.*] Iſti miſſi ſunt, non deſeruerunt.

l *Marcum aſſume & adduc tecum, eſt enim mihi vtilis in miniſterio. Tychicum autem miſi Epheſum.*] Verbi dei, vel cuiuſlibet neceſſitatis.

D m *Penulā quam reliqui Troade apud Carpum, veniens affer tecū & libros, maxime autem & membranas.*] Non dixit penulam meam, potuit enim cōuerſus aliquis, ad pedes eius inter cætera impoſuiſſe vendendam.

n *Alexander ærarius multa mala mihi oſtēdit, reddat illi dominus ſecundum opera eius.*] Quoniā verbis dei reſtitit, cum habeant rationem.

o *Quē & tu deuita.*] Monet caueri latrantes.

p *Valde enim reſtitit verbis noſtris.*] Si noſtris reſtitit, quanto magis tuis?

q *In prima mea defenſione nemo mihi affuit, ſed omnes me dereli. &c.*] Quando primum E
cœpi euangeliū defendere.

r *Dominus mihi aſtitit & cōfortauit me.*] Cum dicit ſibi dominū in omnib⁹ affuiſſe, ne timeat cohortatur.

ſ *Vt per me prædicatio impleatur, & audiant omnes gentes.*] Nō quod ego mori timerē.

t *Et liberatus ſum de ore leonis.*] Perſecutoris.

u *Liberauit me dominus ab omni opere malo.*] Ab inſidiantiū malignitate.

x *Et ſaluum faciet in regnum ſuum cæleſte.*] Quomodo hic liberat, ita in regnum ducit.

y *Cui gloria in ſæcula ſæculorum.*] Ob hæc omnia.

z *Trophimum autē reliqui infirmum Mileti &c.*] Hic probatur quia non propter ſanitatem carnalem tantum apoſtoli curabant, ſed vt etiam ſigna monſtrarent: quia hic ſuum diſcipulum non curauit.

a *Dominus Ieſus Chriſtus cum ſpiritu tuo.*) Quia carne mortuus, ſpiritualiter viuis.

*Commentariorum in epiſtolam ad Timotheum finis.* F

C

# COMMENTARII IN EPISTOLAM AD TITVM.

## IN EPISTOLAM AD TITVM.

### CAP. I.

[a] PAulus ſeruus dei, [b] apoſtolus autē Ieſu Chriſti [c] ſecundū fidē electorū dei, & agnitionē viritatis: quę ſecundū pietatē eſt in ſpem vitæ æternæ, quā [d] promiſit qui nō mentitur deus ante [e] tēpora ſæcularia, [f] manifeſtauit autē temporibus ſuis



ſuis verbum ſuum in [a] prædicatione, quæ credita eſt mihi ſecundum prçceptum ſaluatoris noſtri dei: [b] Tito dilecto filio ſecundum cōmunē fidē: Gratia & pax a deo patre & Chriſto Ieſu ſaluatore noſtro. [c] Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ deſunt, corrigas: & conſtituas per ciuitates presbyteros, ſicut & ego diſpoſui tibi. Si [d] quis ſine crimine eſt, vnius vxoris vir, [e] filios habens fideles non in accuſatione luxuriæ, aut non ſubditos. [f] Oportet enim epiſcopum ſine crimine eſſe, [g] ſicut dei diſpenſatorem: [h] non ſuperbum, non iracundum, non vinolentum, non percuſſorem, non turpis lucri cupidum: ſed [i] hoſpitalem, [k] benignum, [l] ſobrium, iuſtum, ſanctum, continentem, [m] amplectentem eum qui ſecundum doctrinam eſt fidelem ſermonem, vt [n] potens ſit exhortari in doctrina ſana, & eos qui contradicunt arguere. [o] Sunt enim multi etiam inobedientes, vaniloqui & ſeductores, maxime [p] autem qui de circumciſione ſunt: [q] quos oportet redargui, qui vniuerſas domos ſubuertunt, docentes quæ non oportet, turpis lucri gratia. Dixit [r] quidam ex illis proprius ipſorum propheta: [ſ] Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, [t] ventres pigri. [u] Teſtimonium hoc verum eſt. Quam ob cauſam, increpa illos dure, vt ſani ſint in fide, non intendentes Iudaicis fabulis, & mandatis hominum [x] auerſantium ſe a veritate. Omnia [y] munda mundis, [z] coinquinatis autem & infidelibus nihil [a] eſt mundum: ſed [b] inquinatæ ſunt eorum & mens & conſcientia. [c] Confitentur ſe noſſe deum, factis autem negant: [d] cum ſint abominati & incredibiles, & ad omne opus bonum reprobi.

### CAP. II.

[e] TV autem loquere quæ decent ſanam doctrinam. [f] Senes, vt ſobrij ſint, pudici, prudentes, ſani in fide, in dilectione, in patientia. [g] Anus ſimiliter in [h] habitu ſancto, nō criminatrices, [i] nō multo vino ſeruiētes: [k] bene docentes, vt prudentiam doceant. [a] Adoleſcen-

a *Paulus ſeruus dei.*] Non peccati.

b *Apoſtolus Ieſu Chriſti.*] Nō omnis ſeruus apoſtolus. Ideo autem Chriſti: quia ab ipſo miſſus fuerat prædicare.

c *Secundum fidem electorum dei & agnitionem veritatis etc.*] Secundum eam fidem, qua credentes electi ſunt, cum cognoſcerēt veritatem: quæ agnitio non ex merito eſt, ſed ex dominica veritate.

d *Quam promiſit qui non mētitur deus.*] Si non mentitur, non exhibet aliud quā quod promiſit, iuſtis ſcilicet & iniuſtis: quamuis hominibus durum eſſe videatur.

e *Ante tempora ſæcularia.*] Ante omnia tempora apud ſe propoſuit per filium ſaluare credentes.

f *Manifeſtauit autem temporibus ſuis verbum ſuum.*] Tūc manifeſtauit conſilium ſuū, quando præſcierat factum eſſe omnem ſcilicet mundū a iuſtitia diuerſum.

A a *Prædicatione quæ credita eſt mihi ſecundum præceptum ſaluatoris noſtri dei.*] Quo Paulum & Barnabam ſegregare præcepit vt gentibus prædicarent.

b *Tito dilecto filio ſecundum communem fidem, gratia & pax a deo patre & Chriſto Ieſu ſaluatore noſtro.*] Secundum fidem filius, non natura.

c *Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ deſunt corrigas & conſtituas per ciuitates preſbyteros, ſicut & ego diſpoſui tibi.*] Quæ deſunt, recto tenore corrigo, & tunc demū preſbyteros poteris ordinare, cū omnes in eccleſia fuerint recti.

d *Si quis ſine crimine eſt, vnius vxoris vir.*] Notādum quod in ſacerdote etiam aliis licita prohibentur.

e *Filios habens fideles, non in accuſatione luxuriæ, aut non ſubditos.*] Ne non poſſit audēter corripere delinquentes:

B ſiue vt experimentum eius doctrinæ, de domus ſuæ diſciplina noſcatur.

f *Oportet enim epiſcopum ſine crimine eſſe ſicut dei diſpenſatorem.*] Ipſum dicit epiſcopū quem ſuperius preſbyterum nominauit.

g *Sicut dei diſpenſatorem.*] Si ergo humanarum legum diſpēſatores preſbyteri quęruntur, & iuſti quales eſſe debent qui diuina iura diſpenſant?

h *Non ſuperbum, non iracundum, non vinolentum, non percuſſorem non turpis lucri cupidum.*] Non debet diſcipulus Chriſti percutere: qui percuſſus eſt, & non repercuſſit. Non turpe lucrum adulando ſectari, terrenum ſcilicet, qui cæleſtia & diuina promittit.

C i *Sed hoſpitalem.*] Primo vitia damnauit, vt virtutes inſereret ſecundum conſuetudinem ſcripturarum.

k *Benignum.*] Vt hoſpites nō cum triſtitia, ſed cum beneuolentia ſuſcipiat.

l *Sobrium, iuſtum, ſanctum, continentem.*] Incontinentiā vel continentiam nunquam nominat apoſtolus, niſi in cauſa luxuriæ: iuſtū iudicio, continētia ſanctum: ne quia vnius vxoris fecerat mētionem, locum incontinentiæ dediſſe putaretur.

m *Amplectentem eum qui ſecundum doctrinam eſt fidelem ſermonem.*] Diligentem doctrinam & ſemper inde loquentem, non fabulas ſæculares & vanas.

n *Vt potens ſit exhortari in doctrina ſana, &c.*] Talis eligendus eſt, qui exhortari poſſit, & contradicentes arguere in doctrina ſana, quæ ſanat audientes, ſiue quæ nulla falſitate corrupta eſt.

o *Sunt enim multi etiam inobedientes, vaniloqui & ſeductores.*] Apoſtolicæ doctrinæ non obtemperantes, & ad nullum profectum loquentes.

p *Maxime autem qui de circumciſione ſunt.*] Qui humanas D
potius traditiones obſeruant quam diuina mandata.

q *Quos oportet redargui, qui vniuerſas domos ſubuertunt &c.*] Quæ iam ſuperflua temporibus Chriſti, ceremonias autem Iudæorum ab eis doceri dicit.

r *Dixit quidam ex illis proprius ipſorum propheta.*] Callimachus ſcilicet. Vide quales ſunt, qui etiam a ſuis tale teſtimonium promerentur.

ſ *Cretenſes ſemper mendaces.*] Amantes mentiri, noxij oratores, pariter otioſi.

t *Malæ beſtiæ, ventres pigri.*] Ideo ferias & otia libenter admittunt.

u *Teſtimonium hoc verum eſt. Quam ob cauſam, increpa illos dure, vt ſani ſint in fide: non intendentes Iudaicis fabulis & mandatis hominum.*] Traditionibus humanis, de quib⁹ Matth. 15. a
dominus in euangelio Iudæis loquitur, ſecundum E-
ſaiam, dominum non in corde ſed in labiis honorantes. E Eſa. 92. d

x *Auerſantium ſe a veritate.*] Noui ſcilicet teſtamenti.

y *Omnia munda mundis.*] Quia adhuc ſecundum legē immunda vocabant.

z *Coinquinatis autem & infidelibus.*) Coinquinati & infideles ſunt, qui non credūt iugum legis a collo credentium dominum abſtuliſſe, id eſt, omnia quę temporaliter fuerant inſtituta.

a *Nihil eſt mundum.*) Eorū quæ in ſcientia eorum, immunda iudicantur.

b *Sed inquinatæ ſunt eorum et mens & conſcientia.*) Etiam in hoc ipſo.

c *Confitentur ſe noſſe deum, factis autem negant.*) Se melius Chriſtum dicunt noſſe vt ex lege promiſſum: ſed factis eius aduentum negant: cum ſe ſine legis auxilio putant iuſtificari non poſſe. F

d *Cum ſint abominati & incredibiles: & ad omne opus bonū reprobi.*) In ſola confeſſione legis religioſiores ſe dicunt, cum illa non faciāt quę quęruntur.

CAP. II.

e *TV autem loquere quæ decent ſanam doctrinam.*) Quæ ad vitā pertinent Chriſti.

f *Senes vt ſobrij ſint, pudici, prudentes, ſani in fide, in dilectione, in patientia.*) Hic ſenes ætate & ordine poſſunt intelligi, eccleſię præcipue ſeniores, quibus omnibus formam præbere neceſſe eſt.

g *Anus ſimiliter.*) Quæ ad aliarum eligebantur exemplum.

h *In habitu ſancto, non criminatrices.*) Habitus enim nō ſanctus eſt, de quo alibi dicit: Nō tortis crinibus, & reliqua. 1. Tim. 2. e.

i *Non multo vino ſeruientes.*) Sed paruo vtentes.

k *Bene docentes &c.*) Docere illis permiſit, ſed feminas: & hoc non in eccleſia, ſed priuatim.

A a *Adoleſcentulas, vt viros ſuos ament. &c.*] Non alienos, ſiue ideo dicit, ne aliæ quæ continentes erant, non diligerent viros ſuos: & verbum dei tanquam diſſidium prædicans culparetur.

b *Domus curam habentes.*] Ne viros ſuos in aliquo contriſtarent.

c *Benignas, ſubditas viris ſuis, vt nõ blaſphemetur verbum dei.*] Ne vel ipſæ blaſphement, ſi gentes ſunt, vel alij videntes eas peiores effectas quã fuerant ante fidem.

d *Iuuenes ſimiliter hortare vt ſobrij ſint.*] Auferentes ab eis cauſam luxuriæ.

e *In omnibus.*] Quæ iunguntur, ſiue non ſolum corpore, ſed & mente.

f *Teipſum præbe exemplum bonorum operum.*] Ne exemplo deſtruas verbum, & vt audẽter corripias delinquentes.

g *In doctrina, in integritate, in grauitate.*] Quo ſolum modo doceri poteſt; integritas vero nec muneribus corrũpitur, nec acceptione perſo-

B næ.

h *Verbum ſanum, irreprehenſibile.*] Nullius adulationis accenſione languens.

i *Vt is qui ex aduerſo eſt vereatur, nullum malum habens dicere de vobis.*] Qui tibi poteſt contradicere ſi quid in te tale notauerit.

k *Seruos dominis ſuis ſubditos eſſe. &c.*] Quæ imperant iuſta.

l *Non contradicentes.*] Ne murmurationem facientes, & mercede priuemini, & homini exiſtatis ingrati.

m *Non fraudantes, ſed omnibus fidem bonam oſtendentes.*] Siue in his quæ illis conceduntur, ſiue vt in opere oſtendant bonum eſſe quod credunt.

n *Vt doctrinam ſaluatoris noſtri dei. &c.*] Dum eorum operibus laudantur.

C o *Apparuit enim gratia dei. &c.*] Nullam conditionem excipit.

p *Erudiens nos, vt abnegantes impietatem & ſæcularia deſideria.*] Sæculare eſt omne deſiderium carnale, & omnis habitatio temporalis.

q *Sobrie*) Perfecte, domino dicente: Attẽdite ne grauentur corda veſtra in crapula & ebrietate & curis huius vitæ.

r *Iuſte & pie viuamus in hoc ſæculo.*] Iuſtitia non temperatur niſi pietas adiungatur.

ſ *Expectantes beatam ſpem.*] Qui eius mandata ſeruauerint.

t *Et aduentum gloriæ magni dei & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti.*] Spiritum dicit magnum deum: quia ipſius expectamus aduentum.

[a] Adoleſcentulas, vt viros ſuos ament, filios ſuos diligant, prudentes, caſtas, ſobrias, [b] domus curam habentes: [c] benignas, ſubditas viris ſuis, vt nõ blaſphemetur verbum dei. [d] Iuuenes ſimiliter hortare vt ſobrij ſint. In [e] omnibus [f] teipſum præbe exemplum bonorum operum, in [g] doctrina, in integritate, in grauitate. [h] Verbum ſanum, irreprehenſibile, [i] vt is qui ex aduerſo eſt vereatur: nihil habens malũ dicere de vobis. [k] Seruos dominis ſuis ſubditos eſſe, in omnibus placentes, non [l] contra dicentes, non [m] fraudantes, ſed in omnibus fidem bonam oſtendentes, vt [n] doctrinam ſaluatoris noſtri dei ornẽt in omnibus. [o] Apparuit enim gratia dei & ſaluatoris noſtri omnibus hominibus, [p] erudiens nos, vt abnegantes impietatem & ſæcularia deſideria, [q] ſobrie & [r] iuſte & pie viuamus in hoc ſæculo, [ſ] expectantes beatam ſpem & [t] aduentũ gloriæ magni dei & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti: [u] qui dedit ſemetipſum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mũdaret ſibi populum acceptabilem, ſectatorem bonorum operum. Hæc [x] loquere & exhortare, & [y] argue cum omni imperio. [z] Nemo te contemnat.

## CAP. III.

[a] ADmone illos principibus & poteſtatibus ſubditos eſſe, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos eſſe. [b] Neminẽ blaſphemare, [c] non litigioſos eſſe, ſed modeſtos, [d] omnem oſtendentes manſuetudinem ad omnes homines. [e] Eramus enim aliquando & nos inſipientes, increduli, errantes, ſeruientes deſideriis & voluptatibus variis, in malitia & inuidia agentes, odibiles, odiẽtes inuicem. [f] Cum autem benignitas & humanitas apparuit ſaluatoris noſtri dei, non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecundum miſericordiam ſuam ſaluos nos fecit, per [g] lauacrũ regenerationis & renouationis ſpiritus ſancti: [h] quem effudit in nos abũde per Ieſum Chriſtum ſaluatorẽ noſtrum: [i] vt iuſtificati gratia ipſius, hæredes ſimus ſecundum ſpem vitæ æternæ. [k] Fidelis ſermo eſt. Et de his [l] volo te confirmare, [m] vt curẽt bonis operibus præeſſe qui credũt deo. Hæc ſunt [n] bona & vtilia hominibus. [o] Stultas autẽ quæſtiones & genealogias, & contentiones, & [p] pugnas legis deuita. Sunt enim inutiles & vanæ. [q] Hereticum hominem poſt vnam & ſecundam correptionem

u *Qui dedit ſemetipſum pro nobis &c.*] Quia ſe dedit, caueamus ne beneficium eius inane & irritum faciamus. D

x *Hæc loquere & exhortare.*) Omnis ſermo tuus in hac exhortatione conſiſtat.

y *Et argue cum omni imperio.*) Acriter argue eos qui ita non viuunt.

z *Nemo te cõtemnat.*) Talem te exhibe, ne contemni poſſis. Vita enim auctoritatem tribuit verbo.

CAP. III.

a *ADmone illos principibus & poteſtatibus ſubditos eſſe &c.*) Nõ ad aliquod malum.

b *Neminem blaſphemare.*) Ne illos quidem qui merentur.

c *Non litigioſos eſſe, ſed modeſtos.*) Ne vicem reddendo, prouocent litem.

d *Omnem oſtendentes manſuetudinem ad omnes &c.*) Non ſolum ad bonos vel ad amicos.

e *Eramus enim aliquando & nos inſipientes &c.*) Ne deſperent correptione ſua, opponit exemplum ſe: quia & nos fuimus, inquit, tales: debemus igitur patienter eorũ inſipientiam tolerare. E

f *Cum autẽ benignitas & humanitas &c.*) Siue largitas miſericordię dei, ſiue ſecundum hominem Chriſtus.

g *Per lauacrum regenerationis & renouationis ſpiritus ſancti.*) Quia nos ſpirit⁹ ſanctus per baptiſmum renouauit.

h *Quem effudit in nos abunde per Ieſum Chriſtum ſaluatorem noſtrum.*) Abundantius quã in veteri teſtamento.

i *Vt iuſtificati gratia ipſius, hæredes ſimus ſecundum ſpem vitæ æternæ.*) Non ſecundum carnalem hæreditatem vitæ tẽporalis.

k *Fidelis eſt ſermo.*) Ne quis dubitet.

l *Et de his volo te confirmare.*) Confirmare ſcientem, non inſtruere ignorantem. F

m *Vt curẽt bonis operibus præeſſe qui credunt deo.*) Ad bona opera docenda præeſſe.

n *Hæc ſunt bona & vtilia hominibus.*) Hæc non illa quæ ſequuntur.

o *Stultas autem quæſtiones & genealogias & contẽtiones.*) Nõ vult nos ſuperfluis contentionibus implicari, quæ in lege de generationibus oriuntur: ſed hæc loqui ſemper, de quibus proficiẽt audientes.

p *Et pugnas legis deuita: ſunt enim inutiles & vanæ.*) Quaſi contrariæ oppoſitiones quas hæretici conſectantur.

q *Hæreticum hominem poſt vnam & ſecundam correptionem deuita, ſciens quia ſubuerſus eſt qui eiuſmodi eſt &c.*] Nec circa ipſos nos occupari permittit, ſi correpti iterum non corrigantur, ne tempus inani contentione perdamus: & aliquid



A & aliquid proprio iudicio conatus nihil efficiat: quia vnicuique manet libertas arbitrij, & funiculis peccatorum vnuſquiſque conſtringitur.

a *Cum miſero ad te Arteman aut Tychicum, feſtina ad me venire Nicopolim: ibi ſtatui hyemare. Zenam legiſperitum & Apollo ſolicite præmitte, vt nihil illis deſit.*] Vt nihil perdant de fructu doctrinæ tardantes.

b *Diſcant autem & veſtri bonis operibus præeſſe ad vſus neceſſarios, vt non ſint infructuoſi.*] Idipſum repetit quod ſuperius dixerat: Curent bonis operibus præeſſe credentes. D

c *Salutant te qui mecum ſunt omnes. Saluta eos qui nos amant in fide. Gratia dei cum omnibus vobis.*] Qui nos fideliter amant, ſiue qui fidei cauſa nos amant. Notandum quod excipit apoſtolos, quos ſalutat.

nem deuita, ſciens quia ſubuerſus eſt qui eiuſmodi eſt: & delinquit cum ſit proprio iudicio condemnatus [a] Cum miſero ad te Arteman aut Tychicum, feſtina ad me venire Nicopolim: Ibi enim ſtatui hyemare. Zenam legiſperitum & Apollo ſolicite præmitte, vt nihil illis deſit. Diſcant [b] autem & veſtri bonis operibus præeſſe ad vſus neceſſarios, vt non ſint infructuoſi. [c] Salutant te qui mecum ſunt omnes. Saluta eos qui nos amant in fide. Gratia dei cum omnibus vobis. Amen.

*Commentariorum in epiſtolam ad Titum finis.*

# COMMENTARII IN EPISTOLAM AD PHILEMONEM.

B E

## CAP. I.

a *PAulus vinctus Chriſti Ieſu.*] In carcere vel in catenis.

b *Philemoni dilecto adiutori noſtro: & Apphiæ chariſſimæ.*] In euangelio adiutrici. Apphia vero ſoror vel coniux creditur.

c *Et Archippo commilitoni noſtro.*] Hic diaconus erat, de quo ad Coloſſenſes ait: Dicite Archippo: Vide miniſterium quod accepiſti, vt illud impleas. Coloſſ. 4. d

d *Et eccleſiæ quæ in domo tua eſt. Gratia vobis & pax a deo patre noſtro & domino Ieſu Chriſto*] Cum omni gratiarum actione & cum gaudio exorat.

e *Gratias ago deo meo ſemper memoriam tui faciens in orationibus meis, audiens charitatem tuam & fidem.*] Quæ nobis

C in bonis operibus innoteſcit.

f *Quam habes in domino Ieſu & in omnes ſanctos.*] Qui diligit caput, neceſſe eſt eum omnia diligere membra.

g *Vt communicatio fidei tuæ euidens fiat in agnitione omnis operis boni in Chriſto Ieſu.*] Omnes ſanctos diligis, intantum, vt omnes boni noſtrorum in Chriſto euidenter te fidelem eſſe cognoſcant.

h *Gaudium enim magnum habui & conſolationem in charitate tua: quia viſcera ſanctorum requieuerunt per te frater.*] Quos hoſpitio recipiens refeciſti.

i *Propter quod multam fiduciam habens in Chriſto Ieſu imperandi tibi.*] Cum nobis cauſa ipſius, dederit fiduciã imperandi, tamen charitate faciendi obſecrare malumus quam iubere.

k *Quod ad rem pertinet.*] Quod ad rem pertinet rei Chriſtianæ.

l *Propter charitatem magis obſecro, cum talis ſis vt Paulus ſenex: nunc autem & vinctus Ieſu Chriſti.*] Moribus talis, qualis ille, qui in ſenectute etiam pro Chriſto vincula non recuſat.

### IN EPISTOLAM AD PHILEMONEM.

### CAP. I.

[a] PAulus vinctus Chriſti Ieſu, & Timotheus frater, [b] Philemoni dilecto adiutori noſtro, & Apphiæ ſorori chariſſimæ, [c] & Archippo commilitoni noſtro, & eccleſiæ [d] quæ in domo tua eſt: Gratia vobis & pax a deo patre noſtro & dño Ieſu Chriſto. [e] Gratias ago deo meo ſẽper memoriam tui faciens in orationibus meis, audiens charitatem tuam & fidem [f] quam habes in domino Ieſu & in omnes ſanctos: [g] vt communicatio fidei tuæ euidens fiat in agnitione omnis operis boni in Chriſto Ieſu. [h] Gaudium enim magnum habui & conſolationem in charitate tua: quia viſcera ſanctorũ requieuerunt per te frater. [i] Propter quod multã fiduciã habens in Chriſto Ieſu, imperandi tibi, [k] quod ad rẽ pertinet: [l] propter charitatẽ magis obſecro cum ſis talis vt Paulus ſenex: nunc autẽ & vinctus Ieſu Chriſti [m] obſecro te pro meo filio quẽ genui in vinculis Oneſimo, qui tibi aliquando inutilis fuit: nunc autẽ & mihi & tibi vtilis, quem remiſi tibi. [n] Tu autem illũ vt mea viſcera ſuſcipe. [o] Quem ego voluerã mecum detinere, vt pro te mihi miniſtraret in vinculis euangelij. Sine [p] conſilio autẽ tuo nihil volui facere: [q] vti ne velut ex neceſſitate bonum tuum eſſet, ſed voluntarium. [r] Forſitã enim ideo diſceſſit ad horam a te, vt in æternũ illũ reciperes [ſ] iã non vt ſeruum, ſed pro ſeruo chariſſimum

m *Obſecro te pro filio meo quem genui in vinculis Oneſimo: qui tibi aliquando inutilis fuit, nunc autem & mihi & tibi vtilis, quem remiſi tibi.*] Quando erat gentilis vel carnalis.

n *Tu autem illum vt mea viſcera ſuſcipe*] Velut filium noſtrum chariſſimum.

o *Quem ego volueram mecum detinere, vt pro te mihi miniſtraret in vinculis euangelij.*] Ex hoc cognoſce qualis ſit, qui mihi ita placuit vt tua vice miniſtraret. F

p *Sine conſilio autem tuo nihil volui facere.*] Ita loquitur vt eum ad ipſum remittat, ſiue vt magis eius vtilitas commendetur.

q *Vti ne velut ex neceſſitate bonum tuum eſſet, ſed voluntarium.*] Notandum quod neminem voluerit neceſſitate boni aliquid facere, ne mercedem amitteret.

r *Forſitan enim ideo diſceſſit ad horam a te, vt in æternum illum reciperes.*] Forte hoc dei prouidentia procurauit.

ſ *Iam non vt ſeruum, ſed pro ſeruo chariſſimum fratrem.*] Iam enim non quaſi ex neceſſitate ſeruus, ſed quaſi frater voluntarius.

A charissimũ fratrem, [a] maxime mihi: quãto autem magis tibi, & in carne & in domino. Si [b] ergo me habes ſocium, ſuſcipe illum ſicut me. Si [c] autem aliquid nocuit tibi, aut debet, hoc mihi imputa. Ego Paulus ſcripſi mea manu: ego reddam: vt non dicam tibi quod & teipſum mihi debes. Ita frater ego te fruar in domino: refice viſcera mea in Chriſto. Confidens in obediẽtia tua ſcripſi tibi: ſciẽs quoniã & ſuper id quod dico, facies. Simul autem & para mihi hoſpitium. Nam ſpero per orationes veſtras donari me vobis. [d] Salutat te Epaphras concaptiuus meus in Chriſto Ieſu, Marcus, Ariſtarchus, Demas & Lucas adiutores mei. Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti cum ſpiritu veſtro, Amen.

a *Maxime mihi: quanto autem magis tibi, & in carne & in domino.*] Cui & carnaliter, & ſecundum fidem debet obſequium.

b *Si ergo me habes ſocium, ſuſcipe illum ſicut me.*] Si me diligis, ita illum ſuſcipe ſicut me: quia ego illum diligo ſicut te.

c *Si autem aliquid nocuit tibi aut debet, hoc mihi imputa. Ego Paulus ſcripſi manu mea: ego reddam vt non dicam tibi quod & teipſum mihi debes. Ita frater ego te fruar in domino, refice viſcera mea in Chriſto. Confidens in obedientia tua ſcripſi tibi, ſciens quoniam & ſuper id quod dico facies. Simul autem & para mihi hoſpitium. Nam ſpero per orationes veſtras donari me vobis.*] Hic oſtenditur: quia prima vice ſit ex vrbe dimiſſus. D

d *Salutat te Epaphras concaptiuus meus in Chriſto Ieſu, Marcus, Ariſtarchus, Demas & Lucas adiutores mei. Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti cum ſpiritu veſtro. Amen.*] Non alicuius criminis cauſa, ſed fidei ſocietate.

***Commentariorum in epiſtolam ad Philemonem, finis.***

LVTETIÆ EXCVDEBAT HENRICVS
THIERRY TYPOGRAPHVS, DECIMO KAL. IVLII,
M. D. LXXIX.